E. U. F. F.

Fach 14

No 77

TOMVS SECVNDVS SINGVL. DOCTORVM.

Cui subiectus est rerum & verborum Index locupletissimus.



Est Baldi Bolij empt[us] [illegible]

LVGDVNI.

SINGVLARIA SIVE APOPHTEGMATA IVRIS MARCI DE MANTVA BONAVITIS COGNOMENTO, PATAVINI IVRISCONSVLTI.

I.

1 *Defendere se cuique licet, etiam alium interficiendo: cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ.*
2 *Renuntiari non potest defensioni sui ipsius.*
3 *Membrorum suorum nemo est dominus.*
4 *Intellectus canon. si quis suadente diabolo. xvij. q iiij.*
6 *Pater pauper non tenetur alere filium.*
7 *Seruus tenetur salutem sui domini propriæ anteponere.*
8 *Occidere impunè nisi seruis nulli licet.*
9 *Serui pro nullis habentur, item pro mortuis.*

TV SCIS quòd quis tenetur, & † potest impunè
1 seipsum defendere, etiã aliũ interficiendo. vulg.
l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & nõ ab re: quia quod
quisque ob tutelam sui corporis fecerit, iure fe-
cisse existimandus, vt ibidem dicitur. & in l. j. in §. cùm arie
tes. ff. si quadrup. paupe. fe. dica. & in c. si verò. & in c. dilecto.
extrà de senten. excõmu. non scripta, sed nata lex, quã non
didicimus, accepimus, legimus, verum etiã ex natura ipsa
arripuimus, hausimus, expressimus, ad quã non docti, sed fa
cti, nõ restituti, sed imbuti sumus, vt si vita nostra in aliquas
insidias, si in vim, in tela aut latronũ aut inimicorũ incidis
set, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis, inquit pa-
ter eloquentiæ M. T. C. in oratione pro T. Annio Milo. cum
moderamine tamen inculpatæ tutelæ, vt in d. l. vt vim. & in
l. j. C. vnde vi. quod vt ibi gl. optimè declarat, & vtrobique
scribit, circa tria attendi debet, & est Tyriaca prædictæ l. vt
vim. vt ibi dicit Bal. in iij. col. & hoc quoniã in l. vt vim. sim-
pliciter defensio permissa est, & in l. j. cũ temperamẽto: eo-
dẽ modo, scilicet, & eisdẽ armis, quibus etiam est facta offen
sio. Item incontinenti, & ad defensionẽ, non autẽ ad vindi-
ctã, vt inibi: aliàs puniretur: vt per not. etiam ibi declarabat
Lud. Ro. in fin. suis iij. incip. An si quis. Ita vt huic defensioni
2 † etiã renuntiari non possit: in casu tamẽ de quo per glo. &
Bar. in l. pactũ inter hęredẽ. ff. de pact. per quã gl. etiã ita di-
xit Bal. in l. j. C. de cõfess. & in l. raptores. C. de episco. & cleri.
& in c. cùm non ab homine. in vlti. col. extrà de iudic. & scri
bit in l. si quis in cõscribẽdo. C. de pact. nec immeritò, quo-
niã vt ille idem Bar. dicit in l. j. in §. vsque adeò. ff. de iniur. &
Angel. in l. quãuis. ff. de in ius vocan. & scrib. in c. veniẽs. de
3 iureiuran. nemo † est dominus mẽbrorum suorũ, vt in l. li-
ber homo. ff. ad l. Aquil. & in l. fi. §. si quis. ff. de bo. eorũ, qui
sibi ipsis mor. consci. & in c. si quis absciderit. lv. distinct. in
tãtùm, vt bonũ verbũ dixerit Io. de Pla. in §. iuris pręcepta.
Insti. de iusti. & iure. & Archid. in c. si nõ licet. xxiij. q. v. & Fe
lin. in c. cõtingit. j. in j. col. extrà de sentẽ. excõmu. quia esto
quòd tex. in c. si quis suadente diabolo. xvij. q. iiij. loqui † vi-
4 deatur in tertia persona, habet tamen locũ etiam in clerico
seipsum irato animo percutiente, vt sententiã excommuni-
cationis incurrat: per supradictam rationẽ, & per eos in di
ctis locis: non tamen tenetur, licet possit si velit (ad proposi
tum redeundo, & eo vnde discessimus) alium nec de iure ci
uili, nec de iure canonico defendere: præcipuè quãdo vitæ
periculũ, & discrimen immineret, vt in d. l. vt vim. ff. de iust.
& iure. & not. in l. culpa caret. ff. de regul. iur. & ibi, prout di
xi ego in c. primo. extrà de offi. deleg. cum ordinata ta † cha-
5 ritas à seipso semper incipiat: dicit tex. in l. præses. C. de ser-
ui. & aqua. Cui proximum & cõcordans est etiam illud Co-
mici, omnes sibi esse melius malle quã alteri: ita vt non de-
beat salus propria negligi, & aliena præponi. & propterea
dixit glo. in c. si Romanorum. xix. distin. absurdum esse aliis
benefacere, & non sibi. & in c. nisi. extrà de auth. & vsu pallij.
insanũ esse alium diligere, seipsum autẽ negligere: etiã si sit
6 pater, vt non teneatur † alere filium, quãdo est pauper, & vix
habet tãtum vt seipsum alat, secũdum Ang. in l. Iulianus. ff.
si quis omissa causa testa. quod pro limitatione ad tex. no-
tandũ est, de quo in l. j. in §. si vel parens. ff. de libe. agnoscẽd.
& in l. necare. ff. e. & in c. pasce fame morientẽ. lxxxvj. distin.
7 nisi sit seruus: qm̃ tunc, & est singulare verbũ, tenetur † salutẽ
dñi saluti propriæ anteponere. quod videtur mirabile pro
limitatione d. l. præses. & aliarũ s̃ alleg. C. de seruit. & aqua.
Casus est in l. j. §. iusta. ff. ad senatuscon. Sillania. quod ex eo
8 etiam cõprobari põt, quia † quis seipsum impunè occidere
nõ potest, vt in d. l. fi. in §. si quis. ff. de bo. eorũ, qui sibi mor.
cõsci. & tamẽ seruus põt impunè, vt dicit tex. in l. si dãmnũ.
aliàs incipit, si peculiũ. in §. si ipse seruus. ff. de pecul. & post
eum Archidia. in d. c. si non licet. in princ. xxiij. q. v. tametsi
malus dicatur ratione de qua per tex. in l. cum aũt. in §. ma
9 lus. ff. de ædil. edicto. eo scilicet respectu, quia † pro nullis ha
bentur iure ciuili, vt in l. quod attinet. ff. de regul. iur. & etiã
prætorio. l. j. ff. de iure delibe. Item pro mortuis, vt in l. serui
tutem. ff. de regul. iur. & gregatim, ac pecudum numero etiã
ducũtur: velunti oues, capræ, boues, equi, muli, & asini: dicit
tex. not. in l. ij. in §. j. ff. ad l. Aquil. & dixi ego ad propositũ, in
d. c. j. ex̃. de offic. deleg. Et qm̃ de his, qui sibi ipsis mortẽ con
sciscunt, diximus, vt id non impunè facere possint, nisi fuis
sent serui: digredi paululũ nobis licebit, & hoc loco mores
quorũdã recẽsere, qui scelus hoc in seipsos ausi essent cõmit
tere, inter quos Iudæi primũ locũ obtinuerunt: qui his, qui
10 † sibi mortẽ cõsciuissent, pœnã statuerũt, vt insepulti abiice
rentur. Post hos verò aliqui alij, vt dextra eidem amputare
tur, quia peccasset: quãobrem etiã Aug. & Lactan. sui homi
cidã Catonẽ, Vticensem appellarũt: qm̃ seipsum interfecit:
partes Põpeianas sequutus, ne in Cæsaris manus veniret,
quẽ tamẽ aliàs Seneca cõstantissimũ hominẽ, & mortis cõ
tẽptorẽ appellauit: viuámque virtutis imaginẽ, & exẽplar:
nonnulli aliàs, quas lector curiosus qñque videbit. Interim
hęc satis sint, quo ad primũ hoc singulare, & apophthegma.

II.

1 *Delicto obuiare quis tenetur in crimine læsæ maiestatis: & sciens coniurationem in principem eam reuelare.*
2 *Filium pro delicto patris puniri in crimine læsæ maiestatis. 3.*
4 *Pater non tenetur filium ad supplicium offerre, multominus mater, & numero 6.*

COmmunis cõclusio esse videtur in c. j. ex̃. de offi. deleg.
de quo fecimus etiã suprà proximè mentionẽ, ꝙ in cri
1 mine † læsæ maiestatis quis tenetur, & obligatus est obuiare
delicto, & sciẽs cõiurationem in principẽ factã reuelare, ne
aliàs in pœnã incidat. l. quisquis. C. ad legẽ Iuliam maiesta-
tis. & ratione cuiusdam subiectionis, vt ibi, & in l. culpa ca-
ret. ff. de regul. iur. & in l. vtrũ. & ibi Bar. ff. ad legem Põpeiã
de parricid. & in l. j. §. occisorũ. ff. ad senatuscõsul. Sillania.
quamobrem in proposito etiã neque sociorũ querelas, nec
amici, vel propinqui cædem, nec erupturas in rempublicã
conspirationes inultas patietur Orator, inquit Fab. ora-
tori. instit. lib. xij. tametsi in aliis regulare sit, neminem te-
neri, vt suprà probauimus, & testati sumus. Nec immeritò,
qm̃ crimen est tale, vt ipsius gratia exorbitent regulæ iuris
cõis: sicuti in d. l. quisquis. pleniùs legitur. C. ad legem Iuliã
2 maiesta. vt dicamus † filium pro tali patris delicto puniri, vt
ibidẽ, & ex eo, qm̃ iuris fictione præsumitur filius patris imi
tator: secundũ Bal. in l. si quis non dicam rapere. in v. col. C.
de episc. & cleri. & in l. liberti. in ij. col. C. de oper. libert. & in
l. j. in j. col. C. de bon. liber. & Abb. in c. dilectus filius. in iij.
col. extrà de simonia. esto ꝙ dicatur filium non portare ini
quitatẽ patris, maximè natũ, non tamen nasciturùm: quia
tunc contrahit rubiginẽ à radice iam infecta, vt dicit Bald.
in l. ij. C. de liber. & eor. libe. & hoc romano iure, etiã si par-
ricida, si tyrannus fuisset per aliquod tẽpus, vsque ad tẽpus
Syllæ, quod postea ipsemet amouit. Gręcos imitatus, volen
tes vt omnimodo punirẽtur, & maximè ob crimen de quo

3 ſuprà,vt in Tranquillo legimus, cuius†deteſtatione etiā di
cimus eū à ſucceſsione repelli,non tamē à legitima, ſecun-
dū Alex.in cõſi vij.incip.viſis.in iij.col.in ij.volu.& nulli tan
dē eo caſu copiā exorãdi cõpetere,vt teſtatus eſt Pet. de An
cha.in repeti.c.canonū ſtatuta.in ccxlvj.col.extrà de cõſtit.
4 quod tamen in patre limitatur, vt non†teneatur filium ad
ſuppliciū offerre,in d.c.j.de offic.delegati.poſt Salicet. in l.
propter inſidias.C.qui accuſa.non poſſunt.& Io.de Ana.in
c.fin.in penulti.col.extrà de his qui fil.occid. & Cæp. in cau
tel.j.& per tex.in l.milites.in §.deſertorem. ff.de re mili.cui
ob id,quia patris leges miſereri videntur,diligentis plus fi-
liū quàm ſeipſum,dicit text.in l.iſti quidē.ff.quod met.cau.
ex quo eſt pars viſcerū ipſius,& matris,& cõmune bonū cõ-
iugatorū,& vt dicit per illū tex.Bal.in l.rectè.in vij.col.C.vn
de vi.vna eadémq; perſona,& caro,vt in l.fi.C.de impub. &
aliis ſubſtitu.& in l.ij.C.qui æta.lib.x.& in c.cõtradicimus.
lxxxv.q.iij.imò duo in vna ſubſtantia,inquit idē Bal.in l.j.in
xviij.col. C. de cõfeſ.adeò vt deſiderio in eū eſſe dicatur ar-
dētiſsimo,ſecundū eundē in l.cùm acutiſsimi.in prin.C.de
fideicõ.per not.in l.Pau.in §.Pomp.ff.de leg.iij.qui etiā ma-
ximopere in viſione ipſius delectetur, tãquàm baculi ſene-
ctutis:vt recitatur x.Thobiæ:& in authē.de nup.in princ.&
per Ang.in l.ij.in §.legatis.in prin. ff.de iudi.& ideò ſi pater
etiam turpiſsimus,ſordidiſsimúſq; eſſet,vt inquit M.T.C.in
ora. pro.C.Plancio , ipſo nomine patrio valere debet apud
clemētes iudices:valere inquā cõmuni cõſenſu oīm, & dul-
ciſsima cõmēdatione naturæ.ſed plus dico , ꝙ locū prædi-
cta haberēt,vt dixi in d.c.j.de offi. deleg. & eſt ſingulare etiā
ſi filius eſſet ſpurius,& inceſtuoſus:qm̃ natura cõmunis eſt:&
ius†ſanguinis nullo modo poteſt tolli,vel immutari.vt in l.
hos accuſare.in §.omnibus.ff.de accuſ.per quē tex.ita in ſi-
mili dicit Bal.in l.j.in xviij.col.præalleg.C.de confeſ.& in l.
libertinū.C.de interd.matri.& in l.quidā.in j.col.C.de natu
ra.libe.& in l.humanitatis.in x.col.C.de imp. & aliis ſubſt.
Et eadē ratione legitimus & naturalis, ſed emãcipatus:vt in
l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur.& in l.ius aūt agnationis.ff. de
pact.& per And.Sicu.in ſimili in conſi.50.incip.Illud afferā.
in ij.col.in iij.vol.& ſcrib. in l. qui ſe patris.C.vnde lib. & in
auth.in ſucceſsione.& præcipuè Bal.in ij.col.C. de ſuis & le
gi.& in matre multò fortiùs:vt ſi ad id,de quo ſuprà, pater
non teneatur,multò minùs †teneatur mater:qm̃ amor ma
tris vincit paternā dilectionē:quod ex eo etiā poteſt colligi
quod dicit gl.reputata no.in l.videamus.in verb. admitten
dā.ff.de in lit.iuran.qđ adeò mater diligit filiū , vt veriſimi-
le ſit eā peierare pro eo.quod tene mēti:& eſt argu.in l.fi.C.
de cura.furio.& aliis de quibus ſuprà, & ad patrē redeūdo,
qm̃ fœminæ ſibi filios nõ adoptāt:dicit tex.in §.fœminę.In-
ſti.de adop.& in l.nā fœminæ.ff.eo.ti.ſciendū eſt à ceſſante
ratione arguendo,ꝙ ſi in filio emãcipato,itē ſpurio , & ſimi
libus,vt diximus ſuprà,locū habēt prædicta, non tamen lo-
cū haberēt in filio adoptiuo † in quo ius ſanguinis minimè
militat,& conſiderabile eſt:& eſt arg.in c.cū ceſſante.extrà
de appella.& in l.adigere.in §.quamuis.ff.de iu.pa.& in l.ge
neraliter.C.de epiſco.& cleri. niſi ſit de his, in quibus & ius
ſanguinis,& ius ſeu vinculum adoptionis concurreret:vt in
§.ſed hodie. Inſtit. de adop.quoniam tunc ſecus eſſet:& ab
aliis non differret:& hæc quò ad ſecundum.

III.

Iudicis arbitrio relinquitur an indicia ſunt ſufficiētia ad torturam.
Mors hominis eſt irreparabilis.
Solutio indebitè facta non liberat debitorem.
Innocentis condemnatio non liberat malefactorem à pœna.

QVidam furnarius his diebus elapſis, cùm quadam no
cte fuiſſet inuentus, & imputatus de homicidio : &
quia habebat vaginā ſine gladio,& cadauer certum eo in-
ſtanti repertū fuerat, habens vulnus in latere ſiniſtro vnius
gladij,fuit indiciū ſatis ſufficiens,vt poneretur ad torturā:
quod tamen†arbitrio iudicis relinqui ſolet:vt no.in l.iij.§.
eiuſdem.ff.de teſtib.& in l.fi.& ibi Bar.ff.de quæſt.& in l.mi-
lites.in §.oportet.& in l.de minore.in §.tormenta.ff.e. tor-
tus,metu & dolore tormentorum confeſſus eſt,& decapita
tus:euenit nunc caſus,quòd homicida inuentus eſt,& dete-
cta innocentia pauperis furnarij,cuius†mors eſt irrepara-
bilis : vt dicit textus in l. in bello.in §. factæ. ff.de capti. &
poſtli.reuer.& glo.in l.j.C.de rapt.vir.& ſcriben.in l.j.in §.ſi
vir.ff.de acquir.poſſeſ.& alibi comicus,iſtuc facinus,quod
tuū ſolicitat animū,id ego feci,& fateor. Deus mihi impul
ſor fuit,is me ad hoc illexit: factum eſt, illud fieri infectum
non poteſt : quæritur an iſte debeat puniri,& interfici? Re-
ſpondete quòd ſic : quoniam eſto quòd ille fuerit innocens,
& quantum ad eum nulla debuerit eſſe pœna ſi delictū mi-
3 nimè proceſsit:ſed tenere ſuos†authores: vt dicitur in l.ſan
cimus.C.de pœn.& in cap.quæſiuit.extrà de his quæ fiunt à
maiori parte capituli & in c.Rom.in fi.de ſent.excommun.
in vj.& tamen quia punitus, non propterea ſolutio liberata
eſt reſpectu delinquentis : tenuit enim ſuos authores tunc
qm̃ ex cõfeſsione ipſius putabatur homicida,& interfector:
4 & hoc eſt quod dicimus: ꝙ ſicut†res inter alios acta,tertio
non præiudicat,neque patrocinatur:vt in l.j.& toto titu.C.
res inter alios acta,vel iudicata aliis ne noceat. quæ regula
generalis eſt ſecundum Petrum de Anchara.in conſi.xxj.in
cipien.pro ſolutione.in j.col.in conſ.cciiij.incip.viſis.in iij.
col.& Bal.in l.ij.in iiij.col.C.de edendo.ita nec ſententia:vt
in locis ſuperiùs allegatis:& formaliter in l.ij.C.quibus res
iudicata non nocet.ergo neque hic malè lata,ſeu acta ma-
lefactori huic debebit patrocinari.quod videmus in male-
ficiis etiam extrema neceſſaria habētibus:vt in adulteriis.
vt in l.denuntiaſſe.§.quæritur.ff.ad legem Iuliam de adulte
riis.quem tex.inducit Abb.in c.quamuis.in ix.col.extrà de
ſenten.& re iudica.& not.in l.Lucius. ff. de his qui not.infa.
& l.j.per Cyn.C.qui accuſare non poſſunt.& hoc modo in-
telligit etiam Bald.in l.ij.præalle.C.quibus res iudicata nõ
nocet.& declarat in d.l.ij.in iiij.col.C.de eden.Sed eſt text.
ſingularis & formalis in l.qui ſeruum.ff.de interrogat.acti.
per quē ita in terminis decidit quæſt.iſtam idem Bal.in d.l.
ij.C.quibus res iudicata non nocet. in fi. & in c.j.in §.iniu-
ria.in vlti.col. de pace iuramento firmanda. in vſib.feudo.
& alibi Ang.vbi gloriatur quoque ſe ita determinaſſe con-
tra quēdam magnum doctorem,qui ſentiebat cõtrarium
in l.quoties.la j.in §.fi.ff.ſolut.matri.per illum textū, vbi ge
5 neralis regula traditur,& bene: quòd ſolutio † indebitè fa-
cta,prout etiā ſuperiùs ſenſimus,non propterea liberat de-
bitorem:vt habetur etiam in l.cùm quis.in §.ſi debitorem.
ff.de ſolutionibus.& per tex.in d.l.qui ſeruum.per quē tex.
etiam fuit aliàs determinata quæſtio ſatis notabilis : nam
reperiebatur in libris cõmunis condemnatus Petrus Ioan
nes de Peruſio portæ ſolis,parochiæ ſancti Florentij: in qua
parochia erant duo tali nomine : quorum vnus fuit culpa-
bilis,alter verò non fuit determinatum , quòd ſententia &
condēnatio non valeret : quoniā plerūque etiam innocens
6 condēnatur:tametſi condemnatio ipſius † alteri nõ proſit,
vt ſuprà:ita Bal.in l.hac conſultiſsima.in ij.col. C.qui teſta
mēta facere poſſunt.& ita fuit decapitatus,& iure merito.

IIII.

1 *Iuuenis ſi inueniatur cum iuuene in actu venereo, poteſt contra eos accuſatio inſtitui.*
2 *Stupri & adulterij differentia.*
3 *Adulterorum & ſtupratorū,& eorum comitum pœna.nu.5. & 13.*
4 *Agentes & conſentientes pari pœna puniri.*
8 *Cautela ad euitandam pœnam adulterij & ſtupri.*
9 *Adulterium aut ſtuprum teſtibus non probari.*
10 *Iuramento alicuius ſtatur in dependentibus ab animo.*
11 *Delinquentis teſtimonium non valet, niſi in ſui præiudicium & perniciem,*

1 VNuſquiſque ſcit,quòd † ſi iuuenis inueniatur cū iuue-
ne in actu Veneris, poteſt contra eos inquiri,vel aliàs
accuſatio inſtitui:& formata inquiſitione, ſeu accuſatione
inſtituta,ac probatis omnibus de ſtupro condemnari pœ-
nis:de quibus in l.quamuis in fi.C.ad legem Iul.de adulter.
& in §.item lex Iulia. de publi.iudi.& in l.ij. in §.ſi publico.
ff.ad leg.Iul.de adulter.& quibus etiam adulter punitur:ſed
2 †ſtuprum ab adulterio differt : quoniam hoc in nuptam,
illud autem in viduam virginem,vel puerum committitur:
vt inquit tex.in l.inter ſtuprum. & ibi gl.ff.de verb. ſigni.&
hoc de iure ciuili:quo tamen,licet primitùs varię eſſent pœ
næ conſtitutæ:vt in locis ſuperiùs alleg. extra ordinem ſo-
3 lent omnes†nouiſsimo,ſeu vltimo affici ſupplicio, vt ibi:&
in l.j.in fi.ff.de extraordi.crimi. quod ſanè etiam in comi-
tibus,& cooperatoribus flagitij intelligi debet:cùm in d.l.j.
4 dicatur,tum etiam quia regula eſt, quòd agentes,& † con-
ſentientes,

ſentientes cõſenſu,ſcilicet,cooperationis, eadem pœna pu
niantur:vt dixi latè in c.j.extrà de offi. deleg. & ſi flagitium
imperfectũ fuiſſet,deportatione:vt in d.l.j.in fi. continetur:
canonizata in c.ſollicitatores. in fi. de pœ.diſtin.j. qui text.
eſt not.& videtur directò cõtrariari tex.in c.ſi quis nõ dicã.
de pœn.diſt.j.& in l.ſi quis non dicã rapere.C.de epiſc.& cle.
& his proxima ſunt verba M.T.C.in ora.pro Milone, quæ
ſunt, niſi fortè quia perfecta res non eſt, non fuit punienda:
perinde quaſi exitus rerum,non hominum conſilia legibus
vindicẽtur:minùs dolendũ fuit re non perfecta:ſed punien-
dum certè nihilominùs.Sed dic quod non ſunt contrarij:vt
5 ibi plenè Bal.declarat in ij.col.in fi.in vj.oppo.De iure† aũt
canonico cõpellitur,vel eam in vxorẽ ducere,vel dotẽ con-
gruentẽ ei cõſtituere,vt habetur in c.j.extrà de adult.quod
c.locum habet etiam ſi iuuenis,& virgo non ſeducantur:vt
Abb.in d.c.j. declarat quomodo etiam q.fuit formata: ta-
metſi terminos d.q.egreſsi fuerimus, & ingreſsi materiam
d.l.ſi quis non dicam rapere.& eſt not. limitatio in propo-
ſito ad tex.in l.j.in §. vſque adeò.ff. de iniur.& in l.in diem.
ff.de aqua plu. arcen.& in l.inter omnes.in §.pen. ff.de furt.
6 & in regula, ſcienti.de regul.iur.in vj.vbi † nulla iniuria eſt
quæ in volentem fiat: & non ab re,& eſt ſingulare verbum,
quia arbitror quòd leges,quæ ſanctiſsimæ ſunt:ſicut ſanxe-
7 runt,& voluerunt:vt nemo ſit† dominus membrorum ſuo-
rum:vt in l.liber homo. ff.ad l. Aquil. & in c.ſi quis abſcide-
rit.lv.diſtin. & diximus.s̃.in j.ſingu.latius.Item nec animæ
ſuæ vt ad peccatũ poſsit ſe obligare:ſecundũ Abb.in c.fin.
in prin.extrà de pact.& eſt arg.in l.generaliter.& in l.veluti.
ff.de verb.obli.ita voluiſſe videntur etiam,ꝙ nemo eſſet do
minus ſui honoris,qui morti eſt ſimilis: & pluſquam ipſum
viuere diligendus.dicit tex.in l.iſti quidẽ.in fi. ff.quod met.
cau.& in l.Iulianus. ff.ſi quis omiſ.cau.teſta. ac omni lucro
præferendus:dicit Bal.in l.ij.in v.col.C.vnde vi.quãobrem
etiã in l.Moſis Deuter.c.22.legimus,& in c.nõ ſatis.xxxiiij.
q.ij. lapidibus obrui ſolitos,ſi in ciuitate ſtuprum cõmiſiſ-
ſent,ad portã ciuitatis eductos:puellam,quia nõ clamauit,
cùm eſſet in ciuitate: virũ, quia humiliauit vxorẽ proximi
ſui:ſi in agro,ſolùm virum : puellam autem nihil pati , nec
ream mortis eſſe.& eſt arg.in l.ſi.in prin.ff.quod metus cau
ſa.quibus licet elicere, & coniectura aſſequi quantũ etiã eo
tempore flagitiũ hoc fuerit deteſtabile.His igitur ſtãtibus,
quæro an ſit dare modum, vt pœnam euadant, & non pu-
niantur? dic quòd ſic: & eſt practica multùm notabilis, vt
8 vterque† confiteatur ſe anteà matrimoniũ contraxiſſe,& ſe
adinuicẽ deſponſauiſſe: quo caſu pœnam euitabunt,& ab-
ſoluentur:de hoc eſt gl.not.in l.penul.in verbo, cõfeſſus.C.
de fideiuſſ.quã ibi in ſpecie ſignauit Bal.& dicit mẽti tenen-
dam,quia non eſt alibi.in l.j.in viij.col. C.de confeſ.& in l.j.
in vj.col.C.de ſer.fugit.& in l.j. C.de collu.detegen. & in c.j.
in §.iniuria.in pe.col.ad fi.de pa.iura.fir.in vſib.feud.quod
intellige ſi fuerit iuratum: quoniam aliter eiſdem non cre-
9 deretur,non immeritò: quoniam hoc† teſtibus probari nõ
poteſt:cùm in talibus etiã adeſſe non poſsint, neque ſoleãt:
& ſint actus à ſolo animo dependentes:ideò iuramẽto pro-
bãtur,vt dicit gl.in §.aliæ.Inſtit.de actio.& in c.ſignificaſti,
de homicid. perquam bonũ verbũ in ſimili dicebat Iaſ. in
l.cùm quædã puella.in ij.col.ff.de iuriſdi. omniũ iudi.quòd
ſi laicus formata inquiſitione contra eum ingrediatur mo
naſterium,& iuret per anteà votum feciſſe religionis:nõ vi-
detur in fraudem ingreſſus:& à pœna mortis liberatur : pro
pterea quia erat dependens ab animo,vt in c.literaturã.de
10 voto.& in dependentibus† ab animo ſtatur iuramento ali-
cuius,ergo. Quod cõſilium,& quæ cautela, ſi vera eſt,certè
eſt multũ ſingularis,& notanda. Verũ ad propoſitũ noſtrũ,
credo quòd gl. ſupradicta non procedat : quoniã hoc mo-
11 do abſoluerẽtur teſtimonio proprio,& malè:quoniã † teſti
monium delinquentis non eſt bonũ,niſi ad perniciẽ & prę-
iudicium ipſius,vt not.in l.ſi.C.de accuſa. vbi teſtificationi
ipſius non creditur contra alium:ergo multò minùs pro ſe-
ipſo,& maximè cùm prę ſumptionem cõtra ſe habeat:vt in
ſimili dicitur in l.ſæpè.ff.de verb.ſigni.& ſentit Bal.in d. c.j.
d.§.iniuria.in d.pe.col.de pace iura.firman.in vſib.&bene:
12 qm̃ veriſimile† eſt ipſos peierare debere, vt ſanguinẽ ſuum
redimant, & pœnã euitent,& hoc caſu delinquere, ac im-
memores eſſe ſalutis æternæ propter naturalem inclinatio-
tionem,quam habemus ad vitã, vt in ſimili dicebat Archi.
in c.ſi non licet.in prin.xxiij.q v. aſsignãdo inter cætera ra
tionem ad id,quare eſt,ꝙ homo ſeipſum non poſsit, neque
debeat interficere.& eſt limitatio ad tex.in l.meritò. ff.pro
ſoc.& in l.ſi.C.ad l.Iul.repetund.& in c.ſancimus.redde ſin-
gula ſingulis.j.q.vij. Ex quo inferri etiã poteſt, malè dixiſſe
Iaſ.in l.admonendi.in reper.in ſimili,in xx.col.ff.de iureiu.
quod poſtquã quis iurauit,eſt præſumptio verum eſſe illud
quod iurauit. Nec obſtat text.in l.qui iuraſſe. allegatus per
eum.ff.e.tit.quia loquitur in pupillo:nos autẽ in adulto, &
maiore,qui longè ea ratione de qua ſuprà,differre vidẽtur.
Et propterea pro ſolutione dicendum eſt,ꝙ & alia pleraque
13 debent† conſiderari,vt pœnã euitent, & iuramentũ defera-
tur,nec veriſimile ſit,aliis ſtantibus ipſos peierare:primò ſi
inter eos ſit æqualitas : qm̃ aliàs nõ deberet iuramentũ de-
ferri,neque ſtari eorũ confeſsioni,& deberent puniri , cùm
potiùs ſtupra, quàm legitima cõnubia eſſe non dubitetur,
vt ille idẽ Bal.ſenſit,in d.l.j.C.de collu.detegen.& eſt glo.in
c.aliter.in verſi.cõtũbernia,ad ſi.xxx.q.v.per illum text.niſi
dotalia inſtrumenta interueniſſent,vt dicit gl.prædicta per
tex.in l.Imperialis,in §.imò.C.de nupt. Item & ſecundò ſi-
gna cõtrariũ minimè denotãtia,quia ſi puella eſſet inuenta
plorans contra virum,eſſet præſumptio, & eſſemus in caſu
l.j.C.de rap.vigi.vt declarat Bal.in d.l.pen.C.de fideiuſ.Ter
tiò ꝙ vir ſit ſolutus , ne aliàs adulteriũ cõmiſiſſe dicatur: &
iuramentũ ei minimè patrocinetur , vt in d.l.inter ſtuprũ,
cõtinetur.& in d.l.quãuis.C.ad l.Iul.de adulter.& aliis alle-
gatis ſuprà in prin.& no.ſemper intelligi iuramentũ ambo
bus deferri debere,quia ſi ſolius viri erit,non opitulabitur
ei quo minus procedi poſsit,& condẽnari,ex quo facti ma
trimonij præſumptio erit,iſtis ceſſantibus,quæ nõ excuſat,
vt eſt.ar.in l.donationes in cõcubinã.in prin.ff. de dona.&
ſenſit idẽ Bal.in d.c.j.in d. §.iniuria.in pen.col.de pace iura.
fir.in vſib.feud.quæ omnia notabilia ſunt,&menti tenẽda.

V.

1 *Ius patronatus quid.*
2 *Teſtatoris voluntas in fideicommiſſis potiſſimũ ſpectanda.& nu.4.*
5 *Per aditionem hæreditatis quaſi contrahitur inter teſtatorem & hæred.*

TEſtator duos hæredes ſibi inſtituit,& vni tantũ manda
uit,vt in eccleſia maiori conſtrueret capellam:ille ſuis
expenſis ædificauit. An ipſe ſolus ſit patronus , vel vterque?
1 Scitis enim ꝙ ius patronatus† nihil aliud eſt, niſi ius quod-
dam honorificum,& oneroſum , & vtile, alicui competens
in eccleſia,pro eo,quòd de diœceſani conſenſu eccleſiã con
ſtruxit, fundauit , vel dotauit ipſe , vel is à quo cauſam ha-
buit:vt declarat Abb.in rubr. extrà de iure patro. poſt Ioã.
And.& alios in materia iuriſpatronatus loquẽtes. & eſt vnꝰ
de tribus modis capellæ conſtructio,quibus dictum ius pa
tronatus acquiritur,vt habetur in c.monaſteriũ.xvj.quæſt.
vij.& in d.rubri.de iure patro.Et breuiter videretur dicen-
dum quòd ſolus ipſe eſſet patronus,qui cõſtruxit:quoniam
2 voluntas teſtatoris in fideicommiſsis† potiſsimum ſpectan
da eſt.l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. &
demonſtra.l.cùm virum.C.de fideicommiſ.l.cùm propone
retur.ff.de legat.ij.l.hæredes mei.§.cùm ita. ff.ad Trebel.cũ
ſimili.quę voluntas verbis datur intelligi:ſunt etenim ſigna
earum quę ſunt in anima paſsionum notæ.l.Labeo.§.idem
Tubero. ff. de ſupelle. lega. ita vt non credamus ipſum vo-
luiſſe,niſi illud quod dicit,vt eſt tex.not.in l.liberto. in §.pe.
ff.de annu.lega.& in l.j.§.loquitur.ff.de magiſtr.conue.& in
3 c.ad audientiam.extrà de deci.ex † quo imperator linguæ
eſt cor.dicit Bal.in c.mandatum.extrà de reſcrip. & id vo-
luiſſe præſumimus,quod lingua expreſſum eſt, ſecundũ eun
dem Bald.in conſi.Schiſma. in x.col.quod poſitum eſt ſub
rub.C.ſi quis aliquem teſta.prohibue.quod in idem recidit
de quo ſuprà,cùm nullum etiam maius mentis teſtimoniũ
ſit , quàm qualitas inſpecta verborum vt dicit Caſsiodo-
rus:quem refert idem Bald.in rubr.extrà de teſti. & Iaſ.in l.
iij.in j.col.C.de libe.præte. Modò cùm teſtator aliquid, vt
in caſu iſto,fieri mandat , ſemper fideicommittere videtur:
quoniam id naturaliter euenire non poteſt,niſi facto homi
4 nis eueniat:voluntáſque ipſius † verbis declarata , cùm vni
tantùm mandauerit dictam capellam conſtrui, eſſe vide-
tur,vt ipſe ſolus ſit patronus : ergo non alius : & eſt arg.in l.

cum prætor.ff.de iud.& in l.si maritus.C.de procura.& in c.nonne.de presumpt.& illa eadem erit attendenda. Quod ex alio etiã suaderi posse videtur: quia cùm ipsum solũ rogauerit, grauaueritque, videtur etiam ipsum solum prædilexisse: vt ius patronatus illius haberet, & non alius: & propterea alterari seu violari non debet, sed stari ei: quod sibi ipsi prouidit: vt est casus in l.liberto.in §.Lucius.ff.de annu. lega.& in l.cùm quidam.C.de necessa.ser.hære.institu.& in clemen. Quia contingit. de religion. do. & declarat Bal. in l.pupillorũ. in j.col. C.de repudi.hære. & præsertim cùm suis expensis fecerit: quod maximoperè ponderandum est: vt in simili dicitur in l.vnica.in §.pro secundo. in fin. C.de cadu. tollen. & in l.fin.in fi.in §. sed cùm in secunda. C. de fur.& in l.secundum naturam.ff.de reg.iur. Et tamen contrarium est verius: casus est singularis & notabilis in l. his consequenter.in §.j.ff.famil.ercisc.quem text. ad idem inducit in terminis Bal.in rubr.C.res inter alios acta.in j.col.& videtur mirabile quod obligatio nascatur, geratúrque res cum eo, qui iam mortuus est. Sed respõde mirum non esse:
5 quoniam per aditionem hereditatis† quasi contrahitur inter testatorem & hæredem, vt inde capella fiat, & construatur, prout mandauit: ex quo contractu actio præscriptis verbis, do vt facias, oritur: vt no.in l.naturalis.ff.de prescri. ver.ad propositum habetur in l.si filia. in §.si pater. ff.eod. fami.ercisc.& in §.idem iuris. Insti.de obli.quæ ex quasi con tract.nascun.& ex hoc tollitur cõtrarium, quod posset fieri de l. verba cõtraxerunt.ff.de verb.signific. vt gl. ibidem declarat: & in d.§.j.&bene: & oĩa obiecta superius adducta.

VI.

1 *Tyrannorum, rebellium. & expulsorum de ciuitate arma, nomina & statuas impune abradi: non item eorum, qui nulla infamiæ labe notantur.*

2 *Minor priuatus ædibus suorum maiorum, enormiter dicitur læsus.*

MAgnificus dominus Laurentius Zachus, doctor, & eques, ac nobilis Patauinus, compater meus, habebat in villa Liuiani in ecclesia parochiali imaginem quandam pictam à suis progenitoribus, iam sunt anni cccc. ibi positam, cum eorundem armis, & insignibus ad altare maius: quam nouellus quidã presbyter parochialis eiusdem ecclesiæ apposita alia temerario ausu amouit. Quæsitum fuit à me, quid iuris? an reuerendissimus Cardinalis Pisanus, coram quo conquestus est idem Magnificus eques, teneretur de iure facere, quòd dictus presbyter dictam imaginem in pristinum locum restitueret? dixi quòd sic: & plus, quòd dictus presbyter debebat puniri arbitrio ipsius reuerendissimi domini Cardinalis: prout est text.in l.qui libertate.ad fi.& in l.opus, quæ est immediatè sequens. ff.de oper. pub.& & inter sing. sua posuit Ludouic. Roma.in sing.ccccclxxiiij. incip.Eorũ.quem refert, & sequitur Barth.Cepo.in tract.de seruit.vrban.præd.in lxxj.c.sub rubr.de picturis, & incrustationibus.in ij.col.& non ab re dicebam vltra Ludo.Roma. in loco de quo suprà, quia si videmus† tyrannorũ arma, nomina, & statuas ac rebellium, & expulsorum de ciuitate, impunè etiam abradi posse: vt in l.eorum.ff.de pœn.per quem text.idem met Ludo.Roma.ita dixit in sing.ccccclxvj.incipien.An arma.quod etiam de Maximinorũ nomine, statuis, & imaginibus legimus: Gordiano in Maximini locum suffecto, apud Iul. Capitoli.& apud Aelium Lampridium de Heliogabalo Antonio, qui vita, moribus, improbitate ita odibilis fuit: vt eius nomẽ Senatus eraserit. Et de Domitiano apud Tranquillum, in vita ipsius: de ara Cæsaris: vt in familiaribus inquit Cicero, & aliis plerisque: pro quibus etiã facit optimus tex.in l.j.in princ.in versi. absurdũ enim est.C.de latina libertate tollenda.per quem & d.l.eorum.ita etiam dicebat Bonus de Curti.in tract. nobilitatis.in pen. col.in prin. Non sine pœna ad propositum, debent posse facere id, qui eorum statuas, & imagines, ac nomina abradunt, nulla infamiæ labe maculatorũ: qua ratione lex mota est inde ad dicendum, satis lugubre esse ea facere: in l.lex quæ tutores.C.de administr.tut.& cur. quod refert & sequitur Pet.de Ancha.in consi.ccclvj.incip. Ex serie.in fin.& est argumen. in l.si in emptione. ff.de mino.& in l.in fundo. ff.de rei vendicat. in tantum vt dixerit Alex. in consi.lvij. incip.videretur in ij.col.in v.volu.post Bald.in d.l.si in emptione. quòd enormiter lædi dicitur† minor, qui priuatur ædibus suorum maiorũ: quod ad propositum nostrum magis esse non posset: habetur in l.nam quod. in §.j.& ibi gl.in verbo pupillum.ff.ad Trebellianum.& alibi Cicero in ij.de legibus: suas illas Athenas ipsum delectare solere, non tam magnificis operibus, exquisitísque antiquorũ artibus, quàm summorum virorum recordatione: vbi quisque habitare, vbi sedere, vbi disputare solitus sit: & quandoque etiam eorum sepulchra contemplari. Et de his satis.

VII.

1 *Vicinum nõ molestum & inimicũ habere, interest nostra.nu.2.& 3.*

4 *Filius debet habere legitimam sibi debitam iure naturæ sine vllo grauamine.*

1 VIcinum † habere, sed non molestum, & inimicum, interest nostra, quod intellige de eo cui prædium alterius, seu ædes sunt proximæ: vt habetur in l.ij.in §.fin.ff.finium regund.& in l.adeo.§. in flumine. & in §.fi. ff. de acq. rerũ dom.& in l.quod sæpè.in §.fi.ff.de cõtrahen.empt.quoniam pluribus modis dici potest: vt declarat Signor. de Homode.in consi.xxxij.incip.Qui dicantur.per totũ: quoniam si non est malus, vt dixi, & molestus, est nobis velut affinis quidam & amicus: à quo plura, cui maiora impartiri, seu capere possimus emolumenta: iuxta illud, veh soli: quia cum ceciderit, non habet subleuantẽ: vt in c.ij. extrà de statu monachorum.& in c.illud. vij.q.j.& ita intelligitur quod legitur Prouer.cap.22.Melior est vicinus iuxta, quàm frater procul. Quamobrem forte Mediolanenses, vt idem Signo. refert vbi suprà, dicebant statuto eorum caueri, vt vicini litigantes ad compromissum compellantur, & compelli possint, & obid placet nonnulla hic adducere, quæ, vt vicinum molestum expellerem de malis & bonis vicinis, allegauimus alias, Anno M.D.XXV. corã Magnifico Francisco Pisano Prætore huius ciuitatis optimè merito: & maximè dicta per Salicet.in l. Aedem.in fi.C.loca. qui inter cæteras rationes, in quæstio. Quid si conductor non circa rem, sed circa honestatem sit malè versatus: meretrices inducendo in domum conductam, an possit expelli: hanc adducit, quia
2 lex† non vult quempiam habere grauosum, & molestum vicinum, de qua in l.milites. & in l.fina.C.eodem. & in l.fina. ff.de pactis interempto. & vendito. Ad idem ratione ma-
3 li vicini fundus † dicitur minoris æstimationis, & econtra maioris si optimum seu bonum saltem vicinum habeat, vt est casus in d.l.quod sæpè.in §.fi.& ibi glo. ff.de contrahen. emptio.ita vt si vendẽs minimè dixerit, teneatur ad interesse emptori, qui si sciuisset, non emisset, vt ibidem dicitur: & est satis not.per quem textum ita etiam dicebat Ias.in l. j.§.si hæres.in vlt.col.in princ.ff.ad Trebellia.& Ioan. Franciscus Patauinus in causa beati Simo. in allegationib. suis incipiẽ.De vultu tuo.in vj.col.& filius grauari dicatur, qui
4 debet† habere legitimam sibi debitam iure naturæ, & sine aliquo grauamine, vt not.in l.quoniã nouella. & in l.quoniam in prioribus.& in auth. Nouissima. C.de inoffi.testa. & in §.j.in auth.de triente & semisse.si ei assignetur res, quæ malum habeat vicinũ, vt declarat Alex.post Ange.& Imol. in l.in quartam.in ix.col. in princi.ff.ad legem Falcidiam. & est notab. declaratio ad d.l.quoniam in prioribus. C.de inofficio.testamen. & propterea Themistoclem in Plutarchi Apophthegmatibus legimus prædium vẽdentem, proclamari iussisse, vicinum quoque bonum habere, quod rarò contingit, quoniam inter eos æmulatio quædam esse videtur, & si non est, presumitur, vt inquit Bal.in l.j.seu in prima constitutio. ff.in §.tertij.per illum text. & per nota.in l. Dominus horreorum.ff.locati. Quid plura? nonne Momũ, vt fabulantur scriptores, Mineruæ domui, quam ipsa excogitauerat, vitio dedisse legimus, quia rotas non habuisset ferreas, quibus vicinum improbum ac permolestũ deuitare possemus.& ad idem videtur bonus textus in l.si ita.in §. fi.ff.de fundo instructo instrumentóque legato. Neque tamen inter priuatos prædicta locum habere videtur, verùm etiam experimento obseruatum est, populos à vicinis subuersos, quemadmodum Aetolis, & Acarnanibus euenit, qui se mutuis cladibus euerterunt, inter se se finitimi. Itẽ Carthaginiensibus & Byontinis, quarum historiarum meminerunt Hesiodi interpretes, quibus rebus leuiter allusisse etiã videtur Virgil.in Aeglo. cũ ait. *Nec mala vicini pecaris contagia*

gia lædent. Quæ omnia ita Prætorem illum sanctissimum virum & iustissimum mouerunt, vt malum meum illum vicinum, non molestum, sed molestissimum acclamãtem, expellendum esse declarauerit.

VIII.

1 *Prophetam sine honore non esse, nisi in patria sua, vnde veniat, & venerit.*

PLacuit his diebus, quib⁹ saluti animarũ nostrarũ intẽti esse debemus ex sanctissimis ecclesiæ institutis, declarare vnde veniat, veneritq́;, quod sæpissimè diximus cũ honorib⁹ decorari quẽpiam etiã promeritissimũ: quinimmo minimè

1 videamus Prophetã † in patria neminem recipi, seu Prophetã: & rectiùs, sine honore nõ esse, nisi in patria sua, & in domo sua; put in siñi dicit tex. in c. Paulianistæ j. q. j. & in c. & si Christ⁹. extrà de iureiur. & in l. hi qui. & ibi gl. ff. ex qui. cau. maio. cũ forte hoc vel dicere, vel legere, nescio quo quibusdam ex nostris occurrisset, cõfestimq́; interrogat⁹ fuissem, & dicerẽ breuiter, ꝙ annotatu dignũ maximè cẽsuimus, id esse nõ ex alio, seu nõ aliũde venisse, nisi à Christo Iesu dño nostro, qui verba hæc ꝓtulit, cùm in patriã suã Galilæam veniẽs cõpatriotas doceret, ita vt mirarẽtur, & dicerẽt vnde huic sapiẽtia hæc, & virtutes? Nõne hic est fabri fili⁹: nõne mater eius dicitur Maria? & frẽs eius Iacob. & Ioseph, & Simõ, & Iudas: & sorores eius nõne oẽs apud nos sunt? Vnde ergo huic oĩa ista? scãdalizarẽturq́; in eo: Nõ est ꝓpheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua. Et ꝓptereà nõ fecit ibi virtutes multas propter incredulitatẽ illorũ, sed in Capharnaũ: vt habeť in locis præalle. & originalr̃ Matt. 13. ad fi. & Io. 4. ad fi. & 6. & Marci 6. in princ & Luc. 4. Quibus etiã elicere licere non abs re esse, nec mirũ si subditi, vel armis, vel literis hoĩes præstãtissimi: quãtacũq; miracula fecerint in patria sua, & domo sua, velut Christus in Galilæã à dñis despiciũtur: cũ hac infallibili lege ipsemet istud firmauerit: ita vt aliter fieri posse minimè videat. Duremus igitur, & nosmet reb⁹ seruemus secũdis, vt virtutes multas hic minimè facientes propter incredulitatem illorũ, alibi sicut in Capharnaum Christus, aliquando faciamus.

IX.

1 *Vbi Christus, ibi & paradisus: sicut & vbi est Papa, vel Imperator, & ibi est Roma.*

2 *Papa vnde dicitur Christi vicarius.*

3 *Persona tanquam dignior attendenda, & non locus.*

INserere etiã hoc loco, & hoc potissimùm tempore, aliud quoq; licebit superiori proximũ, quod his dieb⁹ dominicæ passionis obseruauimus: quib⁹ à legalib⁹ quæstionibus, ac argumẽtationib⁹ quotidianis aliquãdo recedere videamur: quare est, ꝙ Christus Iesus dñs noster, vt hodie Lucas scribit cap. 22. feria iiij. post Dominicã palmarũ: dum alter ex latronib⁹, inter quos erat medius crucifixus, dixisset, dñe memento mei, dum veneris in regnum tuum: responderit, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso: & tñ nõ paradisum ascenderit, sed eo die, & statim descẽderit ad locũ qui limbus vocatur: vt sanctos illos patres: quemadmodũ alibi etiã sacræ testãtur literæ, ibidẽ multùm ac diu detentos, liberaret, & dicere ac respõdere, tametsi aliter Nico. de

1 Ly. soluerit, aliter & alij: vt id non ex alio fit, nisi ex eo, quia vbi † Christus est, ibi est paradisus: quod legalib⁹ munimentis quoq; põt cõprobari: qñ dicimus etiã nos, ꝙ vbi est Papa, vel Imperator, ibi est Roma: secundum Innoc. in c. Ego N. extrà, de iureiur. & Abb. post eum, in c. fin. in antepenul. col. in prin. de foro compe. & in c. Dura. de crim. fal. & Bal. in l. ij. in §. miles. in prin. ff. de his qui notan. infa. quod intellectualiter verũ esse declarari debet, vt ille idẽ Bal. vbi su-

2 prà interpretatus est, & bene: & hinc est, quòd Papa † Vicarius Christi esse dicitur: vt habetur in ca. inter corporalia. extrà, de translatio. episco. ita vt non possit simile non esse ad propositum optimum: quoniam si de vicario ipsius hoc dicimus, dicemus fortiùs de eo, cuius vices ipse gerit: vt est argumen. in cap. præcipimus. lxxxiij. distinctio. & in c. grã

3 di. & ibi not. de supplend. negligen. prælato. in vj. & horum omnium vltimo loco ratio ea esse videtur, quoniam † persona tanquam dignior, non locus attendenda est, à qua locus, & non quæ à loco denominari debet: vt in l. iustissimè, ff. de ædil. edi. cum similib.

X.

1 *Mulier prægnans citata non tenetur comparere. intellige tamẽ nisi esset grauida paucorum dierum. & nu. 2.*

3 *Infirmus licet citatus excusetur, vt non teneatur in iudicio comparere: fallit tamen si laboraret febricula, aut etiam quartana.*

5 *Prægnans propriè non venit infirmorum appellatione: sed impropriè: & quomodo.*

6 *Mulieres rusticæ vt plurimum sunt validiores his, quæ vrbes incolunt.*

7 *Argumentum ab experientia validissimum, & efficacissimum.*

8 *Mulier prægnans non potest torqueri, vel aliter in corpus puniri, etiam si esset ancilla. nume. 9. & in hoc est melioris conditionis quàm vir. nu. 10. fallit tamen si esset bannita. nume. 12. quæ potest occidi. & nu. 6.*

11 *Vir decedens muliere relicta prægnante, non dicitur sine liberis decessisse.*

14 *Cautela, vt spurius, cui de iure nihil potest relinqui, succedat cum legitimo.*

15 *Mulier naturalis nupta legitimo, legitima efficitur.*

1 PRægnans mulier, vt notum est, multa habet à legibus priuilegia: non † tenetur inter cætera si citata fuerit, cõparere: vt habetur in l. secunda. in §. si non propter valitudinem. ff. si quis cautio. per quem textum ita etiam decidit Guido Papa, in decisionibus suis cclvj. incipiẽ. mulier aliqua. etiam si sit prægnãs ex alio, quàm ex marito: vt ille idẽ Guido Papa ibidem dicebat: & expressius Angelus, & bene, in dicto §. si non propter. ampliando dictum gloss. ini bi. quæ respondendo cõtrario: quòd dictæ mulieri non deberet prodesse: cùm se arctauerit ad hoc, dicebat, debitum viro reddidisse, ad quod iure diuino tenebatur: Vt imò etiam locum habeat, si ex amasio concepisset: quo casu in culpa omnino esse videtur, & militare magis obiectũ gloss. de quo suprà, ꝙ se arctauerit ad hoc. ita vt succurri ei minimè debeat. sed responde, vt ille idem Angelus dicit ibidẽ: & dominus meus H. Butigel. in l. quod te. in xij. colum. in fine. ff. si certum petatur. quòd culpa hæc non erat ad casum istum ordinata: vt in l. si vehenda. in §. idem iuris. ff. ad legẽ Rhodiam de iact. & in l. si autem. in §. si homo. ff. de rei vendicatione. & in l. verùm. ff. de furtis. & per Bal. in l. quæ fortuitis. in fine. C. de pignoratitia actione. & in l. ad comparandas. in secunda colum. C. mandati. & dixi ego in cap. in præsentia. extrà de probatio. quod tamen intelligitur, nisi

2 esset † grauida paucorum dierum: quoniam tunc teneretur comparere: vt in simili de infirmo diximus: qui licet excuse-

3 tur: non habet tamen excusationem, si febricula † laboraret, seu etiam quartana: quæ neminem iugulat: vt ait Celsus: & habetur in l. quæsitum. ff. de re iudicata. & sentit Ias.

4 in d. §. si nõ propter. & bene: quoniã † verba legis sano modo intelligi debent: & in propriis quidem terminis, ac effectualiter, prout verisimile est de mente latoris fuisse: vt in simili dicitur in l. tale pactum. in §. final. ff. de pactis. ita vt vna quandoque per aliam distinguatur. l. non est nouum. l. sed & posteriores. ff. de legibus. & declarat Abbas, in capit. super quæstionum. in principio, in secunda colum. de officio delegat. & in capit. licet. ad medium. eodem titulo. ta-

5 metsi infirmorum appellatione † propriè non veniat prægnans. vt not. in dicta l. ij. in dicto §. si non propter. & est de mente text. sed impropriè: quo casu licebit, vt dixi, arguere de dicta l. quæsitum. ad casum nostrum: & est vtile ad statuta facientia mentionem de infirmis, an vendicent sibi locum, & quomodo in mulierib⁹ prægnãtibus. Vel, ad propositum redeundo, nisi esset mulier rustica: secundum Fulgo. in dicto §. si nõ propter. quem refert, & sequitur idẽ Ias. ibidem: adducentes ampliùs rationem: quoniã sicuti non excusatur portãdo situlam, & alia onera in capite: ita non debet excusari si non comparuerit: & est secundum eos argumen. in l. si longius. ff. de iudi. quæ limitatio, & quod dictum ex toto nõ placet: quoniam posset esse aliqua mulier debilis: quę non ita posset labores perferre, vt dicitur, sicut alia, & veniret excusanda per illum tex. omnino. & est argumen. in c. si qui. extrà de testib. quem inducit Felinus, in c. si pro debilitate. in ij. col. de officio delega. Nisi dicamus Ias. & Fulgo. ante eum respexisse id, quod frequentius & com-

6 muniter accidit:quod est,vt pro † maiori parte validiores sint his,quæ vrbes incolũt pro vt ipsa experiẽtia docet:quę
7 efficacissimum† est argumẽtum ab ipsis rebus expertis: vt dicit Aristo.& Bal.post eum,in l.non ignorat. in v.col.C.q
8 accu.non pos.habet etiã† priuilegium,vt non possit torqueri,vel aliter puniri in corpus:vt dicitur in l.prægnãtis.ff.de pœn.& in l.Imperator.ij.ff.de statu homi.& in l.verat.ff. de mortuo inferẽdo,& sepulchro ædificãdo.& Gand. in tract. malefi.sub rubr.de quæstio.in j.col.& Bal.in l.interpositas. in fi.C.de transact.& in c.j.& ibi Io.de Ana.extra, de his q
9 fil.occid.etiã† si esset ancilla:vt habetur per gl.& scribẽtes, in d.l.Imperator.ij.de statu homi.in qua militat eadem ratio,quæ in aliis:ne scilicet partus pereat: vt refert, & bene Cæpol.in caut.suis ij.in iij.col.& est no.ꝙ hoc casu vtile trahat ad se inutile:dicit Nellus in tractatu de bãnitis,in prima parte secũdi tẽporis,in lxvij.q.in j.col.ratione connexitatis:quia multa cõceduntur,& fiunt,quæ regulariter non concederentur,neque fierent:vt no.in l.quæ religiosis.ff.de rei ven.& in c.translato.extrà de consti. & in hoc est, & esse
10 dicitur† melioris conditionis quàm vir:vt in l.in multis.ff. de statu homi.& in l.fœminæ.ff.de reg.iur.accedat prædictis,quia si quis decesserit muliere relicta prægnante, eadẽ
11 priuilegium habet,vt vir decedens, sine liberis † decessisse minimè videatur:dicit tex.in l.si quis prægnãtem.ff.de reg. iur.ita vt istius spei ratione,ventri possessio denegari non possit.prout habet.in l.j.in §.toties.in vsi.æquius.ff. de vẽt. in pos.mit.& eam ob rem vt Plutarchus enarrauit in libello,quem de mulierũ virtutibus scripsit:ac alij,maximè Philippus Beroal.in vita Cæsaris Augusti,de ordinatione Italiæ, apud Persas lege cautum fuisse dicitur, vt cùm primò Persarum rex vrbem aliquam ingrederetur,mulieres quotquot in vrbe essent,singulos aureos,singulæ à rege acciperent:cuius legis authorem Cyrum fuisse legimus. Alexãder Magnus cùm bis eandẽ ciuitatẽ ingressus esset,quã ingredi neglexit Ochus Persarũ Rex auarissimus, ne faceret quod lex superiùs recitata imperat:in debito munere mulierib⁹ persoluendo,toties quoq; nummos dari mulieribus iussit: prægnantibus verò duplicari:vt sic priuilegiatæ magis cæteris non prægnantibus redderẽtur:ad propagandum sobolem incitabulum aliarum.Sed nec prætermittendũ duxi:quod hoc loco maximè necessarium esse existimaui:pri
12 uilegia hæc omnia,& si maxima sint,non† propterea tollere quo minus mulier prægnans possit interfici:mirabile dictu,si bannita fuerit:adeò bãnum detestantur leges,& bannitos:vt in l.amissione.in §.qui deficiunt.ff. de capit. dimi. qui tex.cum gl.non est alibi:secũdum Nellum post Bal.tamen in tract.bãnitorum,in iiij.parte primi tẽporis,in ix. q.ad fin.ec immeritò:qm̃ qñ prohibitum, & permissum separari† non possunt,permissum semper trahit ad se prohibitum.casus est in l.si is qui duos.ff.de libe.leg.per quẽ tex.dixit alibi Bald. quòd si filius legitimus, & spurius sunt socij omnivm bonorum:& pater legitimum hæredem instituat, acquiritur etiam spurio:non vi institutionis, & relicti, sed socetatis:ea ratiõe vt suprà,ideò vt ipse docet, cautela est,
14 si vult† pater,vt spurius,qui non est de casata, neque de domo,& cui de iure ciuili nihil relinqui potest:vt in authẽ. ex complexu.C.de incest.nup.& in l.fi.C.de natu.lib.& in c.cũ haberet.extrà,de eo,qui dux.in ma.quam pollu. per adult. aliquid ad ipsum peruenire:ꝙ pater faciat eos inuicem sociari.in l.j.in fi.C.pro soc.& in l.j.in j.col.C. de secun.nupt. aliud,ꝙ mulier habẽs comitatũ ex successione parẽtis.& nubens infra annum luctus non perdit eam:qm̃ venit in cõsequentiã hæreditatis,& est quid annexũ territorio : quod separari non potest,& in l.si quis.per illũ tex.singulare verbum.C.de nat.lib.quod mulier naturalis † nupta legitimo legitima efficitur:quem refert & sequitur Deci. in l.fœminæ.in ij.col.ff.de re iud.& post eum Hippo.Marsi.in singul. suis nouis.j.seu.cccccj.pro quibus vltra eum est,& facit bonus tex.in c.ꝙ in dubiis.de consec. eccle. vel alta.& potest addi,quod est vnus de modis quibus quis vltra modos à iure traditos,sine dubio legitimari potest.verùm ad rem no
16 stram redeundo,permissum erat à lege,vt bannita† impunè posset interfici:ergo etiam si sit prægnans intelligi debebit ratione vt suprà.Nec ob.tex.in l.prægnantis.ff.de pœn. quia loquitur in iudice,qui eam deliberatè debet iudicare,& iuris ordine seruato ad differendum adstringitur verum qñ mulier est bannita,tametsi sit prægnãs, de facto fieri potest:ergo iuris ordo non attẽditur:vt not.in l.Mæuius. ff.de condi.& demon.& in l.quid ergo.in §. sicut autem.ff. de his,qui not.infam.& in propriis terminis Nellus de sancto Gemi.in d.tract.de bannitis,in ij.parte ij.temporis, in xlv.quæstio.in ij.col.

XI.

1 *Personati habitus monachorum,monialium,beluarum, &c.assumẽtes,per Episcopum loci veniunt puniendi,tanquam sacrilegi. & nume.3.& 5.*

2 *Iniuriarum actio non datur matronæ,cuius pudicitia attentata est, si induta fuerit habitu meretricali.*

4 *Clericis sicut non licet vti indumentis laici,ita nec laicis, clericalibus licet vti.*

6 *Leges detestantur res mali exempli.*

HOc carnispriuio Anni M.D.XXXVII.quo hunc laborem,horis tamen succisiuis, quibus à munere quotidianæ lectionis vacare contingebat,suscepimus,laruis debacchantur, & insaniebãt,vt fit quotãnis ferè, iuuenes per vrbem,inter quos nonnullos vidimus habitus monachorum & monialium pariter,ac aliorum religiosorũ,& quod peius est,Iudæorum,Beluarum,& complurium similium suscepisse:interrogatus,an in aliquas incidissent, seu inciderent pœnas,& quorum magistratuum esset iurisdictio:re-
1 spõdi,quòd sic:& quòd† coercitio,ac cognitio erat Episcopi,ne talia,quæ hominum deformitates,& ludibria,seu potiùs sacrilegia appellantur,fierent:& dixi quòd erat tex.in l.mimæ.C.de episco.audien.& in §.fi.in authen.de sanctis. episco.& in c.cum decorẽ.& ibi Abb.de vita & hone. cleri. & vltra hoc,quòd ratione poterat comprobari : quoniam si videmus grauissimũ esse,ac maximè detestabile, matro-
2 nam habitum meretricis induere,ita† vt iniuriarum actio ne agere non possit,si eius pudicitia attentata fuerit, dicit text. in l.item apud Labeonem.in §.si quis virginem.ff. de iniuriis.& in c.in audientia.de senten. excommunica. & in
3 l.si ea.C.ad legem Iuliam.de adulteriis. quantò † grauius & detestabilius erit habitũ sacerdotij, & religionis sumere in dedecus,& opprobriũ catholicæ ac sanctæ fidei chri-
4 stianæ? Quod ex eo etiam videmus,quia sicuti† clericis interdictum est,ne laicorum indumentis vtantur, vt in c.clerici officia. de vita & honesta.clerico.& in dicto cap. in audientia.& in cap.si verò.de senten.excommunica.aliàs ter admoniti priuilegiis clericalibus non gaudent ea, scilicet ratione,ne dissolutionis materia præparetur,vt in cap.fin. de rescrip.in vj.& ibi gloss.& habetur in dicto c.ad audientiã.& in c.parsimoniam.& in cap.clericus.xlj.distinctio. sic laicis clericorum,& maximè,vt dixi,in opprobrium religionis prohibitum esse videtur:quam obrem fortè dicitur in lege Dei euãgelij,& Prophete,noli tãgere Christos meos, id est,sacerdotes,vt exponit Bal.in l.interpositas. in prima colum.C.de transacti. subiiciens hac lege tutos, audaciores laicis esse debere cùm in corpus,& animam in sortẽ domini recepti fuerint:ut in cap. cùm secũdum Apostolum. de præbend.per quem text.ita etiam in pulchro casu dicebat Antonius de Butrio,in consilio lxxxj.incipien. condidit testamentum.in prima colum. & ea ratione inferebat Roma.non posse etiam per Papam fieri,quòd coram iudicibus secularibus conueniantur:quoniam antequàm esset Petrus,non erant clerici secularibus subiecti,vt in gloss. in cap.si Imperator. xcvj.distinct. in singularibus suis cccc-xiiij.incipien.sed an potest. quod dictum ad propositum, cùm intelligi debeatur,vt nullo modo tangantur,etiam si ipsi consenserint,& vestes prædictas commodauerint,vt in simili habetur in cap.si diligenti.& in capit. significasti. de foro cõpet.sequitur necessariò.& hoc casu verificari posse. Accedat ad hoc,quòd vestes illæ sunt sacræ, seu ita communiter reputatæ:vt est argu.in l.Barbarius.ff.de offic. prætor.
5 & in l.j.C.de testamen. & cùm religio† ob id ludibrio,& derisione lædatur,sacrilegium, vt dixi, inde committitur: quod non tantùm personæ ratione,& loci,sed etiam rei cõmitti dicitur:vt in cap.conquestus.de foro competen.& in cap.fina.de immuni.eccle.& declarat Bald. in l.si nondum. in prima col.C.de fur.furto maius & grauius:vt in l.sacrilegij.

legij.ff.ad le.Iul.pec.& in l.aut facta.in §.locus.ff.de pœ. & crimini læsæ maiest.siñe scdm gl.in verb.etiã ministris. in c.
6 primis.ij.q.j.& res pessimi exẽpli:qđ quãtũ† leges detestent, neminẽ latet:vt in l.oẽ delictũ.in §.cõtumacia.ff.de re mil. & in l.si quis aliquid.in §.qui abortionis.ff.de pœ. & i c.nisi essent.de præb.& in c.cùm dilectꝰ.de elect. & ideò absurdũ est id nõ puniri:dicebat Bal.in l.si quis seruo.in pe.col.C.de fur.& in l.ædẽ.in fi.C.loca.& Anch.in cõsi.clxxij.inci. Circa primũ.in iij.col. resipiscãt igitur, nec talia audeãt facere:qm̃ si negligentia Episcopi,quæ maxima est,minimè puniuntur,diuinam non euitabunt vltionem.

XII.

1 *Scholaris non potest ab alio Doctore insignibus decorari, quàm ab eo qui eum præsentauit, vel ab eo subrogato vel ex causa iusta, quæ in quocunque actu excepta videtur. nu.3.*

2 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

IN collegio nostro nudiustertiꝰ fuit dubitatũ, qm̃ ita ẽt in facto euenerat, an scholaris possit ab alio Doctore insignibꝰ decorari:q̃ ab eo qui eũ p̃sentauit Priori, & Vicario:
1 & cùm multa hincinde dicta essent, allegaui † decisio.Bal. in terminis, ꝙ non:in l.qui indignus.in fi.ff.de senat. nisi in
2 casu subrogationis:nec ab re:qm̃ subrogatũ † sapit naturã eius, in cuius locũ subrogatur. dicit tex.in l.si eum. in §.qui iniuriarũ.ff.si quis caut.& in l.j.in §.hæc actio.ff.qua. re.ac.
3 non de.& in ca.præcipimus.xcvj.di.& qm̃ id†ex causa factũ esset:quæ semper excepta videtur in quocũq; actu vt est tex. not.in l.si hominem.ff.manda.& not.idem Bald.vbi suprà, & probatur in l.j.ff.de offi.cõsu.& in l.j.C.de sportu. & in l. cùm antiquitas.C.de testa.& in §.si verò absunt in auth.de hære. & falc.& in l.in fraudem.in §.quoties.ff.de iure fis.& est menti tenendum, tanquàm quotidianum.

XIII.

1 *Doctores præsentantes scholares doctorandos, qui ex consuetudine iurant etiam pro indocto, non excusantur à pœna periurij in foro fori: nec in foro poli. & nu.4.& 5.*

FVit itẽ dubitatũ, & aĩs, an Doctores ꝓmouẽtes, & præ-
1 sentates† scholares doctorãdos, qui ex cõsuetudine pro quocũq; etiã indocto iurãt, excusentur à pœna periurij: an verò puniri debeãt:& inter cætera fuit dictum, ꝙ excusan-
2 tur:qm̃† consuetudinis irrationabilis ea est natura:vt à pœna excusationẽ præstet:secundum gl.quę est no.& sing.in c. cùm venerabilis.de cõsue.per quã ibidẽ dicebat Pe.de Anchar.se euasisse puerum Bononiæ à pœna mortis qui alium interfecerat lapide.refert & sequitur Fracis.Cremẽ.in sing. suis cxlix.inci. Mos puerorum.& aliàs adduxi, vt per eum:& Rom.ante eum in sing.xix.inci.An cõsuetudo.in simili Gera.de Pet.sancta in suis sing.incip. Tenemẽti ad liberandũ eum, qui est in carcerib.ꝓpter blasphemiã, qm̃ adesset gñalis cõsuetudo patriæ:vt est ferè, magistratuum negligentia, in omni loco,& ciuitate Italiæ:& Alex.in cõsi. ccxxxiij. incip.Põderatis.in ij.col.in vj.vol.vbi similiter p d.gl.post eũdẽ Anch.ibidẽ, refert quendã rectorem vnius villæ euasisse: cõtra quem fuerat formata inquisitio ꝙ tenebat priuatos carceres:quia plures poni fecerat cippis:& ipse ꝓbauit, qđ sui prædecessores ita facere cõsueuerãt:& alij, quos non refero:maximè Ancha.in cõsi.cclxxxiij.inci.Iure stricto.in j. col.quæ oĩa tñ in supradictis vera intelligite preterquam in casu, quod maximè notãdum est:& ꝓ singulari limitatione dictæ gl. vitij sodomitici:qm̃ tunc consuetudo non excusaret:neq; peccãtiũ multitudo.gl.est sing.in c.flagitia. xxxij. q.vij.per quã ita etiã dicebat And.Sicu.in cõsi.lxiiij. incipi. idcirco.in iij.col.in j.vol.& hoc ꝓpter grauitatẽ sceleris:vt in c.clerici.de exces.præla.& in c.vt clericorum.de vi.& hone.cler.& in auth.vt non luxu.cõtra natu.per tot.& est arg. in l.per omnes.C.de defen.ci.& in c.j.& ibi Inno.de cõsti. & not.Sicu.vbi suprà & in cõsi.seq.per tot.& ad ꝓpositum redeundo, in terminis, ꝙ excusentur tenuit Roch.de Curte, in repe.c.fi.in x.col.in prin.de cõsue.sed declara tu, & dic ve
4 rum † quò ad pœnã tẽporalem,& fori, nõ aũt quo ad pœnã poli & gehennalẽ:vt est gl.in c.denique.iiij.dist.in verb.cõsuetudine.in fi.per quã etiã ita dicebat Rom.in sing.de quo suprà.& Abb.in c.qm̃.in fi.de cõsti.& Ias. vbi multa in l.de quibus.in iij.col.ff.de legi. Et dic plus, quod imò non excusat etiã à pœna temporali, ex quo intellectum habebitis ad
5 dictã gl.qm̃† præsentatio fit causa lucri, & est turpe lucrum ob id, ac barataria,& vehemẽs præsumptio cõtra eos:vt in simili dicit Bal.in l.& elegãter.in §.si.per illum tex.in j.lect. ff.de do.de cardinalibꝰ promouẽtibꝰ ꝓpter lucrum ad beneficia aliquos:& affirmãtibus eos esse idoneos:cum tñ minus idoneis sint indigni,& immeriti. Ergo quãtò fortiùs doctores non simpl'r affirmãtes sed iurãtes scholares idoneos esse ad subeundum examẽ, quib.meritò doctoratꝰ insignia debeãtur.quo casu gl.præalleg.minimè intelligi debet:qm̃ loquitur, qm̃ non lucri cupiditate:sed fortuitò aut aliter ꝙs peccauerit:vt in exemplis suprapositis potest videri.

XIIII.

1 *Clausula in instrumẽtis venditionũ apposita, promittẽs de facto suo tantũ, & non aliter, impedit quominus agatur de euictione.*

2 *Contractus sicut ampliantur per dictiones ampliatiuas, ita & restringuntur per restrictiuas.*

INterrogabat me heri Gulielmus Ferrarius Notarius noster Patauinus:an clausula, quæ in instrumẽtis venditionum qñq; solet apponi, Promittẽs pro facto suo tñ, & non aliter, nec alio modo:tollat,& impediat quominùs agi possit de euictione, si res vẽdita euincat ex facto authoris ipsius
1 vẽdentis?dicebã ꝙ sic:qm̃† aliàs sequeretur ꝙ dicta clausula esset sine effectu alicuius operationis:quod esset cõtra tex. in c.si Papa.de priuile.in vj.& in l.si qñ.ff.de leg.j.& not.per Bal.in rub.C.de cõtrahen.emp.in ix.q.esto quod Bar.videatur cõtrarium tenuisse in l.si seruus.ij.ff.de cõdi.fur. & post eum Rom.in l.stipulatio ista.in prin.ff.de ver.obl.cum quo, opinione mea spreta, non quia de Bar. quippiam sciat, sed qm̃ ita ab alio acceperat, videbatur velle tenere,& malè, ratione de qua suprà, quę est satis fortis:& contrariũ expressè tenuit Bal.in c.j.in fi.qui suc.tene.feu.cõfir.in vsi.feu.& Cy. in l.siue.C.de neg.gest.& est casus in l. de tuo etiã facto.ff. man.& ita debet teneri:quãuis cum Bart.magis cõmunis opinio esse videatur vt attestatꝰ est Frãc. Crem. in sing. suis xxxj.inci.sæpè.sed prima est rationabilior, vt dixi, quã etiã tenuit Aret.in d.l.stipulatio ista.& alij, quos nõ refero: opi. Bar.ampliùs impugnãtes, per tex.in l.non solùm. in §.tale. ff.de libe.leg.vt per eos. Vel dicas, esto quòd opi.Bar.sit vera,& teneri debeat, ꝓcederet,& est no.declaratio,& intellectus ad prædicta, qm̃ author est vniuersalis, non autẽ particularis: vt cãtat gl.sing.& memorabilis in l. si cùm fundũ. ff.de verb.sig.quam ad hoc allegabat idemmet Franc. Cremen.in sing.clvij.incip.vnus socius.in fi.& ob id fortè dice-
2 bat Bal.ꝙ contractus† sicuti ampliantur per dictiones,& copulatiuas ampliatiuas.l.qui fundum.§.qui agrum.ff.de cõtrahen. emp.l.ea tamẽ adiectio.ff.de leg.iij.ita etiã & cõtrà restringuntur per restrictiones,& clausulas restrictiuas: vt est ista.in d.rub.C.de contrahen.emp.in præallega.ix.q. per tex.præcisè,& not. ibidem in d.l.si cùm fundum.ff.de verborum significa.

XV.

1 *Leges possunt transgredi propter grauitatem & detestationem criminis: adeò vt homo mortuus ob id puniatur.*

2 *Defensio ob atrocitatem delicti an & quando denegetur. & nu.4.*

3 *Bruta ob grauitatem criminis puniuntur: ac alteratur iuris dispositio,& merum imperium exercetur.*

5 *Defensio est de iure naturali, quod est immutabile.*

1 VOs scitis ꝙ propter† grauitatem,& detestationem criminis, iura & leges possunt transgredi:vt dicit Inno. in c.j.de consti.& post eum Bal.in l.quid ergo.in §.pœna grauior.& potissimum in repeti.in viij.col.ff.de his, qui notã. infa.& in l.ictus fustium.in ij.col.ff.eo. & in l.& si seuerior. in ij.col.in fi.C.ex quibus cau.infa.irroga.& in authen.sed nouo iure. in ij.col.C.de ser.fugi.& alij, quos non refero:ita vt homo mortuus etiam ob id puniatur, vt in §.per cõtrarium.Insti.de hæredi. quæ ab intesta. deferũ.& tamen leges dicunt morte crimina extingui.in c.quorũdam. xxiij. dist. & in l.j.& ij.C.si reus vel accusa.mor.fue.& bestiis comedendus, seu dilaniandus tradatur:secundum gl.in l. ij.ff.arbo. fur.cæsa.cuius tamen non recordabatur Anto.Corset.hæc duo referens in sing.suis.pœna iiij.ad quam ad idem citat And.Sicu.in consi.lxiiij.incip.idcirco. in tertia colum.in j. volu.sed iudicio meo est tex.in l.capitalium.in §.famosos.
2 ff.de pœn.ac etiam & tertiò denegetur† defensio & patrocinium:vt in l.per omnes. C. de defensõ. ciuit. quem tex.

ad id inducebat Roma.in l.si verò.in §.de viro.in xlvj.fallẽ. ff.sol.mat.& Sicu.in c.quæręti.in vj.col.de offi.dele.& in d. cõsi.lxiiij.vt supra.sed vltra eos est melior tex.de iure in c.si fortè.de pœni.dist.j.& est mirabile ꝓ limitatione eorũ,quæ habetur in l.vt vim.ff.de iusti.& iure.& in cle.pastoralis. de sen.& re iud.& diximus s.in j.sing.& plus ꝙ animal brutũ
3 †punitur: ac in eo merũ Imperiũ exercetur:vt in c.mulier. xv.q.j.quẽ oẽs inducũt ad hoc:& potissimũ Sicu.in d.c.quęręti.& in d.cõsi.vt supra.& in tract.de præstã.Card.in j.parte.in ix.q.in ij.col.& in c.at si clerici.in xxxij.col.de iudic.& Ant.Corse.in d.sing.pœna:& oẽs in l.imperium.ff.de iuris. om.iud.& alij,quos breuitatis gratia pretermitto:& ita intelligũt:& ad idẽ est tex.in c.reos.xxiij.q.v.& Leui.legitur.c. xx.his verbis,qui cum iumẽto,& pecore coierit,morte moriatur:pecus quoq; occidite:mulier quæ succubuerit cuilibet iumẽto,simul interficietur cũ eo,& malè:qm̃ hoc in lege veteri nõ fuit:& re vera:& est not.intelligẽtia ꝓpter criminis atrocitatẽ in beluas,& aĩalia rõne carẽtia,alteraretur iuris dispositio:& merũ imperiũ exerceret:qm̃ illud est animaduertere in facinorosos hoĩes:& nõ in beluas rõne, & intellectu carẽtes:vt dixi.sed quia indignam facti refricabant memoriã,& ne alij talia facere auderẽt:quæ intelligẽtia fuit text.met.d.c.mulier.xv.q.j.licet nullus aduerterit: nisi do.me⁹ H.Butigella:qui ita solit⁹ est illũ tex.declarare: & dixi ego in c.cognoscẽtes.in gl.fi.de cõstit.inferendo ex hoc somnia esse oĩa,quæ ꝑ illũ tex.dicũtur:& maximè in locis superius allegatis:& nouissimè ꝑ Guid.Pap.in dec.suis. ccxxxviij.incip.si animal.quod in patria Burgũdiæ practicatur asserẽs vidisse aliàs in Cãpania dũ iret ad Ciuitatẽ Cathalani,porcũ suspẽsum in furcis:qui dicebatur,(qđ nõ est sine risu referẽdũ) puerũ occidisse:quia meli⁹ fecissent Burgũdi,si eũ comedissent. Neq; ad prædictorũ intelligẽtiã prætermittẽdũ & aliud duxi,quod supra diximus:in atrocioribus delinquẽti patrociniũ denegari adeò ea leges detestãtur:vt attestatus est etiã idẽ Sicu.hoc in cõsistorio Papæ Eugenij didicisse:corã quo tñ leges non allegãtur à quodã magno aduocato in d.tract.de præstã.Card.in d.ix.q.vt id intelligi debeat:& not.intellectus ad d.l.ꝑ oẽs.C.de defen.ciui.& ad d.c.si fortè.de pœn.di.j.& ad theori.Inn.in d.c.j.de
4 cõsti.qñ reus † cõuictus est & sic in puniẽdo:sed nõ eo casu, qñ dubiũ esset:qm̃ tũc patrociniũ nõ debet negari:& defen
5 sio ẽt in atrociorib⁹ quæ est vt supra dicebã,de iure † naturali,& nullo modo põt tolli:vt habetur in §.sed naturalia. insti.de iur.nat.& in d.l.vt vim.ff.de iusti.& iu.& in d.cle.pastoral.de re iud.& per plura nititur comprobare Hippo.de Marsil.& bene,in practica sua criminali:in §.diligenter.in xxxiiij.& seq.col.& ita his dieb⁹ obtinui in cã Frãcisci Cõforto,de villa Tribani:imputãti qđ interficere fecisset Ioãnẽ Nicolaũ Fabrũ:vt vxorẽ suã despõsaret:& data copia indiciorũ,quã tñ prius curia denegabat,defendimus taliter, vt fuerit absolutus:non tamen sine tortura,fortè plusquã liceret:quæ omnia tenete menti:quia sunt annotatu digna.

XVI.

1 *Falsi crimen inter atrocia connumerari,adeò vt statutum de carceratis relaxandis non porrigatur ad carceratos ob crimẽ falsi,nisi expressè dictum sit.*
2 *Quæstio falsi facit cætera iudicia silere.*
3 *Delicti acerbitas,& maleficij puniendi plerunque bene atque cautè viuendi disciplina est.*
4 *Pœna,ne quis de saxo præcipitetur,ideò est abolita,quia eius loco aliæ non minus graues suffectæ sunt.*

SVccurrit post scripta proximè suprà mirabile aliud verbũ,nullo modo prætereundũ dicere:quare est,si atrocitate delicti alterat iuris dispositio:vt in dictis locis nuperrimè allegatis cõtinet,ꝙ Modesti.Iurisc.in l.si diutino.in fi. ff.de pœn.sanxerit neminẽ posse sic dãnari:vt de saxo præcipitetur:quod tñ non vetuit lex xij.tabu.in testib⁹ falsum testimonium dicentibus:sed concessit potiùs vt conuicti saxo Tarpeio deiicerentur,his verbis.

Qui falsum testimonium dixisse conuictus erit,è saxo graues tarpeio deijcitor.

1 Et nõ ab re:qa † falsi crimen solet inter atrocia,& enormia delicta cõnumerari:ita vt dixerit Bar.in l.Lucius.in fi.ff.ad Senatusc.Turp.ꝙ statutũ de carceratis relaxãdis,nõ porrigitur ad carceratos ob crimẽ falsi:seu de aliquib⁹ rebãniẽdis:vt ad exbãnitos de crimine falsi nõ extẽdat,nisi spãliter dictũ sit vel sanxerint statuẽtes.Et alibi Sicu.ꝑ d.l. Luci⁹.in trac.de præstã.Card.in prælleg.q.ix.j.part.in ij.col.ꝙ licet aliàs delinquẽs si obuiauerit Cardinali,& ipse ei galerum suũ capiti imposuerit,liberat:vt dicit Bal.& Sali.in l.Addictos.in fi.C.de app.& post eos Cæpo.in caut.suis.ij.in prin. & Marti.Laud.in trac.de Card.in xlviij.cõclusione.de quo tñ posset dubitari:vt dubitat Corse.in sing.Cardi.in princ. nõ tñ liberatur,posito ꝙ verũ sit:si fuerit condẽnatus ꝓ crimine falsi.quod est no.Ex quo infero ego ꝓcedere etiam in aliis atrociorib⁹:vt in simili dicit idẽ Sicu.in cõsi.prælleg. lxiiij.in j.vol.& in eo minimè locũ habere cõsuetudinẽ similem Hispaniæ,quæ est,vt audiui (memoratu digna) vt si meretrix ꝓstituta obuiauerit delinquẽti,qui ad suppliciũ ducatur:& eũ in maritũ petierit,liberet:eadẽ rõne qa atrox: & in atrociorib⁹ exorbitãt leges & consuetudines ab aliis
2 criminib⁹.Et ꝓpterea non mirũ etiã est,si quæstio † falsi facit cætera iudicia silere:vt dicit Bal.in l.iudicati:ꝑ illũ text. C.si ex fal.instr.in prin.& ꝑ tex.in l.maritus.ff.de vsu. Nõne ad ꝓpositũ redeũdo,videmus ob id,vt diximus,hoĩem etiã mortuũ puniri:qđ nefas aľs existimari solet:cũ nihil aliud sit,quã cũ laruis,vt aiũt,luctari:eundẽq; bestiis tradi vorãdũ:& aliis pœnis grauib⁹ affici:vt in l.capitaliũ.in §.grassa
3 tores.& in §.famosos.ff.de pœ.acerbitas ẽm delicti † & maleficij puniẽdi,plerũq; bñ atq; cautè viuẽdi disciplina est:& pœna vni⁹ multis ꝑsonis grassantib⁹ exẽplo:dicit tex.ĩ l.aut facta.in §.fi.ff.e.qua cõqueritRiuallius in ij.histor.iuris ciuilis:ꝙ illa eadẽ abolita fuerit,& bene.Et ob eã rẽ non pigebit prudẽtissimũ Maximiliani Impera.respõsum hoc loco annectere,relatu dignũ,quẽ Barbaros,ipsemet Barbar⁹ natiõe,& patria,nõ tñ morib⁹,odio maximo habẽs,cũ ꝓ qui busdã qui rotæ supplicio affici debebãt,supplicatũ fuisset, vt mitiori pœna plecterẽtur,respõdisse ferũt,ꝑ Deũ ego nolo:qm̃ isti barbari nõ timẽt mortẽ,sed genus mortis.Et ita eo tormenti genere,quod oẽ aliud acerbitate doloris vincit,& superat,pœnas luerũt.Breuiter dic,vt tãdẽ eo reuer-
4 tamur,vnde defluxit oratio:qđ id est,quia ei⁹ † pœnæ loco aliæ nõmin⁹ graues,suffectæ sunt ea abolita:sicut & alię quã plures,quas lector curiosus in eisdẽ legib.xij.tab.poterit videre:quæ tñ exoleuerunt,aut ꝑ aľs leges ex cã mutatæ sunt penitùs,& abolitæ:qđ reprehẽsibile nõ est:vt dicit tex.in c. nõ debet.de cõsan.& affi.& põt videri in c.statutũ.de rescri.in vj.iũcto c.nõnulli.eo.ti.& li.in c.qđ scripsi.xxv.q.iiij. & simi.Et cogitãdũ insup lapsu tẽporis vrbes ruere,regna trãsferri,variari habit⁹,& leges innouari dicebat in familia.F.P.& alibi Aeneas Silui.Spartanos,Atheniẽses,& Romanos in dies contrarias edidisse leges:ita vt minimè mirũ quoq; nobis videri debeat,si Modestinus ꝓhibuerit,qđ leg.xij.tab.permittebatur.Dicat alius si melius sentiat,qm̃ meum persolui pensum,& fessus lampada trado.

XVII.

1 *Cautela,vt non probans nisi per vnum testem,cedat actiones alicui pro quo postea testificabitur,nec vera,nec necessaria est.*
2 *Cedens non debet admitti in testem,in causa actionis cessæ.*
3 *Dolus & fraus nemini debent patrocinari.*
4 *Iurisdictionis de totali fundamento quando opponitur,is cõtra quem opponitur,non cognoscit an sua sit iurisdictio.*
5 *Iuramentum in supplementum probationis potest deferri vnũ tantùm testem habenti.*

EGo nõ põterã aliquid ꝓbare,nisi ꝑ vnũ testẽ:nũquid sit dare modũ,quod ego obtineã.Spe.in ti.de ꝓcu.in §.fi. ad fi.& post eũ Ro.in cõsi.ccclxxxij.incip.Quoad primũ.in ver.Secũdò quidã.dicũt cautelã esse notabilẽ,vt cedã actiones meas alicui:qm̃ ille cessionarius posteà ꝓbabit ꝑ me:&
1 illũ testẽ quẽ prius habebã.Quæ cautela † & si prima facie vtilis esse videaẽ,& pulchra,nõ est tamẽ aľs visa mihi vera,
2 neq; necessaria:nõ vera:quia † cedẽs nõ debet posse testificari in cã actionis cessæ:tũ quia cessio dolosè,& in fraudẽ fa-
3 cta esse videt:dolus † autẽ & fraus nemini patrocinari debẽt:dicit tex.in l.in fundo.ff.de rei vẽ.& in c.sedes apľica.de rescri.& in c.si vir.de cogn.spi.tũ quia affectionẽ habere videt ad cãm,& affectionis habẽda est rõ:vt dicit in terminis Bal.per illũ tex.in l.oĩb⁹.in j.col.C.de testib.& in l.cùm quidã.in j.col.C.de iur.dot.& in l.& hæredi.§.nos autẽ.in ij.ff. de pact.ergo,&c.Et ea rõne in simili arguẽdo de teste ad iu

dicem:

dicem:tametsi non semper procedat arg.vt no.in c.cũ R.
canonicus.de offi.deleg.videmus,ꝙ cùm de totali funda
4 mẽto iurisdictionis opponit̃:puta ꝙ†quis non sit Episco
pus,potestas,& simile: non potest ipse cognoscere an sua
sit iurisdictio:qm̃ iudicaret in causa propria:qđ nõ est vs-
quequaque admittendũ,vt in l.j.C.ne quis in sua cau.& in
c.cũ venissent.de iudi.& dixi ego in c.super literis. de re-
scrip. Nõ necessaria:quia esto ꝙ ego vnũ testẽ tãtũ habeã,
5 nõ est propterea quod succũbere debeam:quia põt†mihi
iuramentũ in supplementũ ꝓbationis deferri:vt est casus
in l.bonæ fidei.C.de reb.credi.& in l.admonẽdi.& ibi no.
Bart.in pe.col.ff.de iureiur.& ita debet seruari,& cautela
in cæteris adhiberi:quę tamẽ sustinere,& sustineri possit.

XVIII.

1 *Beneficia pluribus modis vacant.*
2 *Papa in dubio non videtur velle præiudicium inferre ordinario.*
3 *Rescripta maximè ad beneficia strictè interpretanda.*
4 *Clausula,vel quouis alio modo,vis & effectus.*

1 IN beneficialibus†plures sunt modi vacationũ:quãdoq;
eñ morte,qñque renũtiatione,interdũ depositione,ple
runq; trãslatiõe,& similibus beneficia vacare dicũt:vt ha
bet̃ in c.si propter.& in c.susceptũ.de rescrip.in vj.ita vt ꝑ
expressionẽ vnius,alius nõ includat̃: vt põt videri in d.c.
susceptũ.& rõne ꝓbari:quia in dubio Papa esto, ꝙ in his
plenissimã habeat libertatẽ:vt in c.ij.de præbẽ.in vj.& in
2 clemẽ.j.in fi.vt lit.pẽd.nõ tamẽ videtur † velle pręiudiciũ
inferre ordinario:& est arg.ĩ c.super eo.de offi.dele.& in l.
ij.in §.meritò.& in §.si quis à principe.ff.ne quid in loco
pub.ita vt si quocũq; casu verificat̃,seu verificari põt reg.
l.cõmodissimè.ff.de lib.& posth.& l.si ex̃neus.ff.de cond.
ob cau.& l.si cũ dotẽ.ff solu.matr.qđ casus omissus debet
haberi pro omisso,& dispositioni iuris cõis relinqui:põt
3 verificari ĩ isto:ex quo rescripta,maximè†ad beneficia,cũ
sint ambitiosa:vt in c.quãuis.de rescrip.in vj.& in c.quia
in tantũ.& in c.de multa.e.ti.debent strictè interpretari:
vt in d.c.quãuis.& in c.cui de nõ sacerdotali.& in c.si mo
tu proprio.e.tit.& lib. & in l.nõ aliter.ff.de leg.iij.per quẽ
tex.ita etiã arguebãt do.de Rota in decis.suis.ccclxxxiij.
inci.si Papa.in j.col.in nouis.& magis quã statuta, qđ est
not.pro ampliatiõe & differẽtia eorũ,quæ not.in c.in no-
stra.de iniu.& in l.quicquid adstringẽdæ.ff.de ver.obl.& ĩ
l.iij.§.hęc verba.ff.de neg.gest.vt declarabat Abb.ĩ c.cau
samq;.in fin.de rescrip.& potissimũ:quia vt plurimũ hoc
fit,vt aliquid addat:& est lex municipalis:vt in c.ius ciui-
le.j.dist.illa autẽ nõ.Volo tamẽ te vnũ docere,semper me
moriæ cõmẽdandũ in impetratiõe beneficij: vt ex expres
4 sione vniꝰ casus,& modi,alius oĩmodò includat̃: vt in†ea
clausulã poni facias:vel quouis alio modo:quæ est,& esse
dicit̃ talis,& tãtæ virtutis:vt siue per cessum, siue ꝑ deces-
sum,siue depositiõe,siue trãslatiõe,siue alio quocũq; mõ
vacauerit:impetrans illud adipisci possit:qđ & ego quoq;
didici ab Anch.in d.c.susceptũ.in j.col.de rescrip. in vj.li-
cet Lap.vt ipse refert,cõtrariũ cõsuluerit:& malè:qm̃ clau
sula prædicta esset sine effectu alicuius operatiõis: cõtra
l.si qñ.ff.de leg.j.& c.si papa.de priui.in vj.& no.per Bald.
in rub.C.de cõtrah.emp.in ix.q.& dixi in simili.s̃.in xiiij.
not.& de materia vnũ verbũ in d.c.sup literis.de rescrip.

XIX

1 *Modica non curantur:fallit si sint multiplicata.nu.6.item in cri*
mine hæresis.7.& in alijs:vt nu.9.10.& 11.
2 *Sermone generali veniunt futura:vbi de modico tractatur.*
3 *Mater gerẽs negotia filij de modicis nõ tenetur reddere rationẽ.*
4 *Beneficij collatio si est exiguum,probatur per testes:aliàs secus.*
5 *Pars non citanda vbi eius modicum vertitur præiudicium.*
8 *Hæresi nullum peccatum grauius.*

1 SOlet vulgò dici,ꝙ modica † nõ curãt̃:vt in l.scio.ff.de
in integ.restit.& in l.quãuis.ff.de cõdi.& demonst.& in
l.cui dẽs.ff.de ædil.edict.& ad saturitatẽ Hyppo.Marsi.in
sing.cclxxvij.inci.Parũ.ꝑ totũ,& in §.quia.in ij.col.in pra
ctica sua crĩali:& plusquã alibi Corsetus,in tract.de mini
2 mis:ita vt dicamꝰ ob id,ꝙ in†gñali sermone,vbi de modi
co tractat̃,veniũt etiã futura, quæ aliàs nõ venirẽt:vt sen
sit Rom.in l.dãni.in §.si is qui.in j.col.ff.de dã.infe.ꝑ tex.ĩ
l.fi.C.quæ res pig.obli.pos.& ante eum Bal.in l.itẽ & ad li
3 tẽ.in j.lect.in prin. ff.de procur.Item ꝙ mater†gerens ne
gotia filij,de modicis nõ tenet̃ reddere rõnẽ, vbi als̃ tene
ret̃:quia nõ habet vsumfructũ in bonis filij:vt habet̃ in l.fi
liæ.ff.de sol.& in l.qui aliena.in §.quãquã.ff.de neg.ges.qđ
intellige tñ,nisi trãsiret ad secũdas nuptias:qm̃ tunc tene
ret̃:& essemus in casu,ꝙ modica curarentur: vt declarat
& bene Bal.in l.cũ oportet.in §.sed cũ tacitas. ad fi.C.de
bo.quælib.primũ tñ intelligẽdo,vt intelligit idẽ Bal.& est
not.declaratio ad l.filiæ.prælleg.de sol.& l.si quis prio-
ris.§.in illo.C.de sec.nup.& in l.fœminas.ff.de ꝓcu. Item
4 ꝙ collatio†bñficij,si exiguũ est,põt ꝑ testes ꝓbari:als̃ se-
cus:vt est ar.in auth.maximis.C.de nup.& ĩ l.Deo nobis.
C.de epis.& cle.ꝑ quæ iura ita distinguẽdo dicebat And.
de Pisis,& post eũ Bal.in rubr.de rescri.in prin.Itẽ & silr ꝙ
qñ in impetratiõe gratiæ ad aliqđ ius obtinẽdũ modicũ
5 vertit̃†pręiudicium:pars nõ est citãda:vt dicebat Iac. de
Are.in l.nã ita diuus.ff.de adop.quẽ refert,& sequit̃ Bal. ĩ
d.rub.de rescri.in ij.col.& est ẽt tex.in terminis in l.quo-
ties.C.de preci.Impe.offe.& not.limitatio ad ea,quæ ha
bẽtur in rub.de excep.& in cle.pastoral.de re iudi.& in l.
ij.in §.meritò.& in §.si quis à principe.ff.ne quid in lo.pu
bli.& in c.sup eo.de rescrip.& ꝑ d.tex.l.quoties.dixi ego
multa,quæ aliqñ videbunt̃ in c.quę in ecclesiarũ.de cõsti.
& in c.translato.eo.titu.& bene.Sed tu aduerte, quia põt
6 hoc vulgi dictũ limitari in casu,qñ modica†essent multi-
plicata:qm̃ tũc necessariò deberẽt curari: vt ex pluribus
paruis simul iũctis diceret̃ fieri vnũ magnũ:vt dicit tex.in
l.nomẽ filiarũ.in §.j.& ibi gl.ff.de leg.iij.& in l.oẽs. ĩ §.Lu
cius.ff.quæ in frau.cre.& ꝑ iura prędicta Bal.in l.fraus.in
prin.in j.lec.ff.de legi.quãobrẽ,& bene,dicebã ego als̃ in
c.ecclesia sanctæ Mariæ.de cõsti.ꝙ lex pctĩ nutritiua,ne-
dũ mortalis:qđ est expeditũ:vt ibi no.& in c.fi.de præscr.
sed ẽt venialis,nõ valet:qm̃ multiplicata possent fieri mor
talia,& curarent̃,vt in c.vnũ.in §.ea demũ.xxv.dist.& ĩ c.
si vir.de adul.& in l.iij.C.de epis.aud.& silibꝰ,& est decla-
ratio ad c.oĩs vtriusq; sexꝰ.de pœ.& remis.itẽ ꝙ ille, qui rẽ
vilẽ furat̃, in sili,suspẽdi nõ debet: sed si multiplicauerit,
sic,scđm Bal. in c.j.in §.iniuria.in iij.col.de pa.iur. fir.in
vsi.feu.& in l.apud antiquos.in fi.C.de fur.& Ias.ĩ §.ex ma
lefic.in ij.col.inst.de act.& bonũ ar.in l.ij.in §.ætas.ff. de
exc.tu.& in l.nemo.p̃ alle.ad fi.q̃ est l.iij.C.de epis.aud.& ĩ
l.capitaliũ.in §.grassatores.ff.de pœ.ita vt nõ inscitè Plu-
tarch.illud Hesiodi ꝓbauerit, ẽt pauxilla adiectiõe, si sit
fortè frequẽter:ingẽtẽ sæpiꝰ aceruũ cõflasse.Scđò ĩ crimĩe
7 hæresis:vt qs dicat̃ hęreticꝰ ẽt,si ex nihilo,seu leui argumẽ
to à fide catholica deuiet:vt in l.ij.C.de hæret.& declarat
Bal.in l.q cõtra.in ij.col.C.de ince.nup.& Archi.ĩ c.hære
8 ticꝰ.xxiiij.q.iij.& nõ immeritò:qm̃†hæresi nullũ pctm̃ gra
uiꝰ est;dicit tex.ĩ c.qđ in oĩbꝰ.xxxij.q.vij.& in c.qd aũt.34.
q.iij.& ĩ c.primũ.xxij.q.ij.& ĩ c.sanè.& ꝑ tot.xxiiij.q.ij.Ter
9 tiò in casu,qñ†vinũ extra districtũ portari nõ posset: qm̃
tũc nõ posset ẽt portari modicũ gustꝰ gratia,qn portãs in
pœnã ĩcideret:casus est,& ibi in spẽ not.Bal.in l.j.C.q̃ res
10 expor.nõ debẽt.Quartò,qñ†ageret̃ de inqlino expellẽdo
ꝓ nũmo ẽt minimo nõ soluto: & reputaret̃ honor dñi in
illo:vt in feudo,& emphyteusi nostri tpis,& similib. si quæ
possunt excogitari:qm̃ tunc curaretur:vt dicit Bald.in l.
ædẽ.in iij.col.C.loc.& in l.qui rẽ.in ij.col.C.de sacrosanc.
11 eccl.Quintò & vltimo,qñ†eadem ratio in minimo esset,
quæ est in magno,cõsiderabilis:vt in c.de appellationi-
bus.extrà,de app.& declarant Moder.in no.q.in c.cum
causa.in iij.col.de emp.& vẽ.quæ oĩa si in locis suprà alle.
minimè reperiũtur,quod nescio,hîc ordinatiùs legãtur:
sin autẽ illis addãtur,& memoriæ semper cõmendentur.

XX.

1 *Prætor quos potest sua iurisdictione compescere,non debet permit*
tere ad arma venire.2.3.4.& 6.
5 *Compositio inter episcopum & clericum valet propter bonum pa*
cis,quæ aliàs non valeret.
3 *Sententiam transire in suum effectum quid.*

1 CVr etẽm†ad arma,& ad rixã ꝓcedere patitur prętor,
quos põt sua iurisdictiõe cõpescere:inquit tex.no.in
l.æquissimũ.ff.de vsufr.qui ad oẽs magistratꝰ gerẽtes põt
extẽdi,& applicari,& ei cõsimilis est in l.cõgruit.& in l.il
licitas.in §.ne potẽtiores.ff.de off.pręsi.& in l.fi.ff.de off.

procu. Cæsa. in tñ vt p̄ p̄dicta dixerit Bal. in q. inci. accu sat⁹ de vi turbatiua. in ij. col. ꝙ ad officiũ iudicis maleficio
2 rũ spectat, & ptinet, nõ solũ † maleficia iã facta punire, sed ẽt ꝓhibere ne fiãt. & in procœmio, Rex pacific⁹, in iij. col. ꝙ cũ quilibet verus rex, exẽplo Christi debeat esse pacific⁹. i. ꝓcurator, & author pacis. s. hoĩb⁹ bonæ volũtatis: & pax
3 † nihil aliud sit, quã animi trãquilitas naturã seruãs, & tẽperãtiã nõ relinquẽs, discordãtes põt cogi ad pacẽ. & maximè si sine dãno, & scãdalo alicuius partis fieri põt: & sit ante factũ. & est ar. in l. in re cõi. ff. de ser. vr. præd. & clari⁹ idẽ Bal. ibidẽ dicit, & declarat in iiij. col. in fi. & Fel. ĩ rub. de tre. & pac. in prin. & alibi in l. null⁹. in prin. C. de sum.
4 tri. & fi. cat. idẽ Bal. ꝙ si inter duos de possessiõe † cõtẽdat, & sit timor armorũ: iudex põt ꝓhibere, ne accedãt ad possessionẽ, donec sit discussum de iure: & alibi Ias. in auth. si verò. in ij. col. C. de iud. & post eũ Mat. de afflic. ĩ deci. suis 149. inci. in cã. in iij. col. ꝙ licet als iudex nõ possit cõpellere partes ad cõpromissum, vt in l. furti. in § q. iussu. not. ff. de his qui no. ĩfa. & in § quia verò. vbi est fin. tex. ĩ auth. vt liti. iu. & p Bal. in l. ex stipulatiõe. C. de sen. poterit tñ si diutius litigatũ fuisset iter magnates, & timor esset, ne venirẽt ad arma, & turbaretur quies publica, ꝓ iura suprà allegata, & p tex. no. in c. placuit. xc. di. p quẽ ẽt Bar. Bellen. in trac. de chari. subsidi. in xlvij. q. ĩci. an valeat. in ij. col. dicebat, ꝙ licet als cõpositio inter † ẽpm & clerũ nõ valeat sup modo p̄statiõis, & quãtitatis charitatiui subsidij, valebit tñ ꝓpter bonũ pacis: ad euitãdas discordias, & rãcores inter ẽpm & clerũ suũ. & p tex. in c. vbi nõ est consensus. de despõ. impu. & in c. nisi essent. de præbẽ. & in simili in q. lij. inci. si ecclesia. in vlt. col. & alibi Abb. vt nihil intactũ omittam⁹, qđ ad hãc notabilẽ. l. exornãdã faciat, nõ clarè alibi vt hĩc cõgestũ. in c. cũ venissent. in pen. col. de
6 in inte. resti. ꝙ si inter duos cõtẽtio † sit iuris eligẽdi, scandalũq; subesset, iudex põt ꝓhibere vtriq; parti, ne eligãt. Itẽ alibi ob id Anch. ĩ repe. c. canonũ statuta. in cvij. col. de cõsti. ꝙ reipublicæ interest supbarũ familiarum audaciã refrenari, ꝓ bono pacis, & ne quies publica turbet̃. & Io. And. in c. j. in prin. post Host. de offi. dele. in vj. ꝙ ad offi
7 ciũ Papæ spectat † occurrere litigiis, & violentiis, & quẽlibet ĩ sua iusta possessiõe tueri: & maximè psonas miserabiles. & Bal. in l. j. in j. col. in fi. C. si de momẽ. poss. fue. app. ad illud de quo ibi, ꝙ snĩa lata in possessorio, ẽt appellatione interposita, statim sortitur effectũ, ꝙ snĩam trãsire
8 in suũ effectũ, nõ est aliud, q̃ † trãsire in rẽ iudicatã, ne partes veniãt ad rixas, & ad arma, ad qđ facilè ꝓrũpitur, dũ de possessione litigat̃. Quãobrẽ etiã statutũ est, vt executio statim fieret ipsi⁹ sentẽtiæ. in d. l. j. C. si de momẽ. poss. & c. & in l. ĩ emphyteuticariis. in ix. col. in prĩ. C. de iur. emphy. ꝙ priuatũ ipso iure hac rõne de qua suprà ne det̃ occasio rumores, & rixas cõmittẽdi, nõ licet Ep̃o de possessione expellere, nisi priuatio fiat p snĩam. & p tex. in c. licet. secũdo, de præb. in vj. & ob id fortè, quod est memoratu dignũ, soleo ego dicere Romanos hoĩes olim Irenarchas habuisse magistrat⁹, qui corrigẽdis morib⁹ præfecti erãt: & maximè discordiarũ sedãdarũ, & pacis ac cõcordiæ authores: dicti quasi iram arcẽtẽs: vt habet̃ in l. fi. in §. Irenarchæ. ff. de mune. & hono. & in l. j. C. de Irenarch. li. xj. & declarat gl. in rub. eo. ti. que oĩa tene mẽti: qa nõ ita, vt dixi, alibi accumulata, & ordinata vt hĩc reperies.

XXI.

1 *Princeps legibus solutus, legibus viuere debet. 9.*
2 *Testamẽtum in quo Imperator hæres instituitur, ita querelatur, sicuti si alius priuatus institueretur.*
3 *Imperatoris hæredes reiiciuntur à legato ipsi facto, si moriatur, ante quàm dies legati cedat.*
6 *Principi non præsumitur aliquid placere, quod non sit iustum.*
7 *Verbum, domina, præeminentiam quandam notat.*
11 *Princeps legibus licet sit solutus, non tamen à dictamine rationis, nec etiam si lex sit fundata in ratione naturali. & nu. 12.*
15 *Intellectus l princeps ff. de legib. nu. 17.*
18 *Princeps lex animata in terris.*

1 PRinceps † solutus legib. est: attamẽ dicimus, ꝙ ꝓfitetur se velle viuere legib⁹: vt in l. princeps. ff. de legib. & in l. digna vox. C. eo. & in §. fi. Insti. qui. mo. test. infir. & nõ immeritò, quia nihil tam ꝓpriũ imperij est, quàm id facere, quod oẽs faciũt: vt dicit tex. in l. ex impfecto. C. de test. & nihil quod tãtæ maiestati deceat, q̃ eas seruare leges, quibus ipse, lege regia, vt in §. sed & qđ prĩcipi placuit. Insti. de iur. na. & in l. j. ff. de cõsti. prin. solut⁹ esse videt̃: vt legit̃ in l. ex impfecto. ff. de leg. iij. vñ videmus ob id ita querela
2 ri testm̃ si in eo † sit Imperator institutus: sicuti si alius priuatus: vt in l. Papinianus. in §. si Imperator. ff. de inoffi. test. nec ipm hęreditatẽ possevẽdicare si iuris solẽnitatib. deficiẽtib⁹ in impfecto testõ instituatur hæres: sicuti nec quiuis alius: vt in d. l. ex impfecto. C. de testa. & ita à lega
3 to sibi facto hæredes reiici, ac excludi, si ipse † moriat̃ anteq̃ dies legati cedat: vt & alij oẽs dignitatẽ nõ habẽtes: vt in l. qđ principi. & in l. si Augustæ. ff. de leg. iij. & breuiter ipm ac Augustã in testamẽti factione, siue actiua, siue passiua vti nõ alio iure, q̃ cõi: sicut & oẽs vtũtur: vt in l. cũ he-
4 redes. C. qui test. fac. pos. sicuti † eñ Christus nõ venit soluere legẽ, sed adimplere: & exẽplũ nobis dedit: vt sicuti ipse faciebat, & fecit, ita & nos facere deberem⁹: queadmodũ in euãgelio legit̃: ita etiã principẽ decet facere, vt dixim⁹, qui Christi vicarius esse dicit̃: vt S. Tho. astruit in opuscu. ij. c. xvj. & habet̃ in c. inter corporalia. de trãsla. epis. Imò Christus ipse, & Deus in terris: dicit Bal. in l. si quis maior. in ij. col. C. de trãsact. qm̃ si Imperio maximus est exẽplo
5 erit maior: & facere rectè ciues suos princeps † optim⁹ faciẽdo docebit. De Augusto eñ legim⁹, qđ animi moderationi adscribẽdũ est, æquũ duxisse, quãquã legib. præesset, non minus se, q̃ alios legib. parere: & legẽ prĩceps, de qua suprà, velut assentatricẽ habuisse. Quod tum de Cæsare nõ dicemus: tametsi neminẽ natura ꝓduxisse videat̃, omni virtute, omniũ numero p̄statiorẽ, perfectiorẽ, absolutũq; magis: qui vt in cõmentariis enarratur: dicere solebat: cõditiones dare solere, nõ aũt accipere: q̃uis illæ etiã scđm leges fuissent, neq; de Antonino Caracalla Romano Imperatore, si Aelio Spartiano grauissimo authori credimus, cũ nouercã ipsi⁹ pulcherrimã noĩe Iuliã, quasi negligẽtia quadã, seu potius, vt arbitror, malitia muliebri maxima corporis parte nudatã cõspexisset, dixissetq; libidine exæstuãs, facerẽ, si liceret: & cõfestim illa respõderit, si liber, licet, an nescis te Imperatorẽ, & leges dare nõ autẽ accipere: qui hoc audito, furore incõdito ad effectũ criminis roborat⁹ est: nuptiasq; eas celebrauit: quasi sciret se leges dare: cũ verè solus ꝓhibere debuisset: qđ ẽt retulit Bal. in c. j. in vlt. col. de cõsti. tãto huic seculo labe hui⁹ sceleris fœdato, detestabilior, quãto August⁹ celebratior: & qui legib. viuere ꝓfitebat̃. Et ideo ad ꝓpositũ redeundo,
6 hinc est, ꝙ dicimus, nõ præsumẽdũ † esse aliquid placere principi, quod à iusto & vero deuiare videat̃: ita vt clausula, de veritate, semp eius respõsioni insita sit, & si iustitiã partis excedat: scđm quã tñ, & à qua poli & fori vult regulari oẽs actus suos: excessus sit in modico, qđ curari non solet: vt diximus suprà in xix. sing. & ad rẽ nostrã habetur in l. quoties. C. de preci. Impe. offer. & in l. fi. C. si cõtra ius vel vti. pub. redde singula singulis. & per Bal. in d. l. j. in ij. col. ff. de cõsti. prin. Itẽ ꝙ idẽ, quod dicimus in priuato, si vxorẽ suã dominã & vsufructuariã reliquerit, alio institu
7 to hærede, vt verbũ, domina, ad † præeminẽtiã trahatur, quam habebat ante mortẽ viri, & ad alimẽta tantùm, & non aliter intelligatur: & de iure & de consuetudine habeat etiã locũ in Prĩcipe: vt declarãt repetẽtes in l. Titia. in §. Titia ff. de lega. ij. Itẽ qđ licet de plenitudine p̄tãtis possit dotare filias suas spurias, & ex incestuoso ac nefario coitu natas: non tñ ea ratione, quia debet legib⁹ viuere: & hoc profiteri poterit: vt ille idẽ Bald. dicit in d. c. j. in vlti. col. prælleg. de cõsti. Item ꝙ Papa & Princeps debẽt seruare iuris ordinẽ, & vt cæteri seruãt: & rigorẽ, ac æquitatem, vt nulli parcant cõtra iustitiã: dicebat Abb. in c.
8 in causis. in ij. col. in prin. de sen. & re iudi. Itẽ ꝙ † dispensatio ætatis non præsumitur, neque probatur, nisi ætatis fiat mentio: vel dicatur ex certa scientia dispensari. secũdum Oldr. de Ponte in consi. cccxxviij. incip. ad idem. in prin. Item quòd licet aliàs possit testes repetere post dicta testificata: vt tenet Inno. Host. Io. And. & Ant. de Butri. in c. ad petitionẽ. de accusa. & post eos Maria. Socin. in repetitio. c. fraternitatis. in penul. col. in prin. in versi. xlvj. fallit. de testib. non debet tamen posse: quia legibus viuere

9 viuere † debet,& profiteri: licet ipsis solutus sit: sed regulariter
id fieri non potest: vt no. in auth. at qui semel. C. de probationi.
& in d.c. fraternitatis. ergo,&c. Item quòd Papa nunquã con-
10 sueuit cum † vero bigamo ad ordines suscipiendos dispensare
vt dicunt & concludunt post Hugo. & Archi. Dom. de Rota in
decisi. suis 447. incip. quoddã factum. in ij. col. in nouis. & alia
multa, quæ consulto prætermittenda sunt, vt finiamus, sed ta-
men nõ sunt prætermittẽdæ duę vel tres notabiles declaratio
nes: quæ possunt dari ad d.l. princeps. & cõcordantes. ff. de legi
bus quarũ prima est, vt solutus lege esse intelligat princeps: nisi
11 lex sit fundata † in ratione naturali: quoniã tunc ea omnino li-
gabitur: & nedũ, quia principẽ deceat secundum legẽ viuere, vt
diximus: sed etiam necessitate præcisa: nõ in vi legis: sed ratio
12 nis, à cuius † dictamine solutus esse nõ dicit. secundũ Bal. in l. ij.
in vj. col. C. de ser. & aqua. quem retulit Deci. vbi & nos multa
diximus. in c.j. in prin. de proba. & maximè quià à ratione lex
13 solet denominari. & dici, quod est quicquid in ratiõe † cõsistit.
vt in c. cõsuetudo. j. dist. & in c. secundò requiris. in fi. de appel.
& in l. scire oportet. in §. sufficit. ff. de excus. tu. & per Abb. in c.
ratio. in prin. de præben. & ratio est anima, ac spiritus ipsius le
gis. dicit Bal. in l. fi. in xv. q. C. de hære. instit. quẽ refert & sequit
Ias. vbi multa in l. quod dictũ. in prin. ff. de pact. ita vt videam'
14 inde ꝙ correcta ratione † legis, lex ipsa etiam correcta dicit. se
cundum gl. in ver. prouidentia. in l.j. ff. de legiti. tut. & per Feli.
in c.j. vbi etiá ego multa. de cõsti. & in c.j. in vlt. col. de resc. Se-
15 cunda est, vt procedat, & † verũ sit, quantũ ad legẽ humanã, sed
non quantũ ad diuinã prohibentẽ peccatũ. quoniá vsq; ad ani
mam, & sanguinẽ Papa & Princeps eã debet seruare. vt est tex.
not. & sing. in c. sunt quidã. xxv. q.j. per quẽ ita etiã dixit glo. in
c. à nobis. in verb. exẽptus. de deci. & Abb. in c. nõ est. in ij. col.
de voto. & Ioan. de Sylua. in tract. de benefi. in iiij. part. prin. in
viij. q. in vij. co. in prin. & Anch. in consi. ccclxxviij. inci. reuoca
tur. in j. ij. & iij. col. & alij, quos nõ refero. & prædicta, quia esto,
ꝙ De' dederit sibi omnimodũ potestatẽ. vt in c. ꝑ principalẽ. &
in c. cũcta ꝑ mundũ. ix. q. iij. & in c. ꝓposuit de cõcess. præb. & in
l. bene à Zenone. C. de quad. pscri. & in l. de pcatio. ff. ad l. Rho.
16 de iact. tamẽ nõ dedit † ei potestatẽ peccandi: vt in c. i. xl. dist. &
dixi ego latè in cõsilio, qđ feci ꝓ serenissi. & inuictiss. Rege An
17 glię. inci. nolebã. Tertia & vltima, ꝙ cũ impossibile † soleat re-
putari, ꝙ ab honesto est alienũ. dicit text. in l. si filius. ff. de cõd.
inst. quẽ inducit ad hoc. Sic in ru. de of. dele. in pe. co. neq; hone
18 stum sit principẽ legib' nõ viuere: quandoquidẽ etiã ipse † dicat
lex animata in terris. vt in §. pe. in auth. de cõsul. nõ põt practi
cari. d.l. princeps. nisi ex eo capite qđ legibus viuat: quibus etiã
(vt dixi) solutus est: & hæc pro dictæ legis materia sufficiant.

XXII.

1 *Faber habens domum aut officinam penes auditorum scholasticorũ, malleãs potest expelli.*
2 *Reipublicæ interest homines literis operam dare, & fieri eruditos, & ciuitates repleri peritis. & nu. 10.*
3 *Studium dilationem non patitur sicut nec alimenta. ita ut sententia super his lata non recipiat appellationem. & nu. 11.*
4 *Alimentorum causa dicitur pia.*
5 *Appellare non potest a sententia lata ad pias causas.*
6 *Defensio est de iure naturali.*
7 *Causa expulsionis fabri potest agitari diebus feriatis. & nu. 9.*
8 *Dies festi a cognitionibus debent esse alieni.*

TRita est sententia & peruulgata: quòd faber habens domũ
1 & † officinã penes auditoria scholasticorũ, malleans, põt
ꝑ Doctorẽ, aut scolasticos inde expelli: de qua ꝑ gl. in l.j. ff. sol.
ma. & in l. vni. in fi. C. de stu. li. vrb. Ro. li. x. & nõ ab re vt arbi-
tror quoniã publica est vtilitas, & interesse maximũ ac summũ
2 homines literis † operam nauare, & fieri eruditos: per quos vni
uersus mund' regitur, & illuminatur: dicit text. in authen. habi
ta. C. ne filius pro patre & habet in §. fi. in procem. Insti. & à scri
bẽ. in d.l.j. prope. fi. ff. sol. mat. in tantũ (quod admirabile est)
vt à sentẽtia lata super tali expulsione, nõ possit appellari: secũ
dũ Bald. in l.j. in pen. col. C. si de momẽ. possessio. fuer. appel-
3 la. ea scilicèt ratione: quia studium † dilationẽ non patitur: vt
in simili in alimentis dicimus: in quibus si sententia lata sit, ea-
dem appellationem non recipit: ne dilatione eorũ ille, qui ali-
mentis indiget, pereat, & moriatur: vt in l. fin. ff. de appella. reci
pi. & in l. Mela. in fi. prin. & ibi Bar. ff. de alimen. leg. & in l. solẽt
4 in vltim. col. ff. eo. quòd etiã est alia suadere soleo: quoniã † ali-
mentorum causa dicitur pia: secundũ glo. & Barto. in l. alio. ff.
eo. per quã ita dixit etiàm Aret. in consi. 93. incip. consideratis.
in ij. col. & Ias. in l.j. in §. sed excipiuntur. in ij. col. ff. de ferijs. Ve
5 rum à sentẽtia lata † ad pias causas nõ potest appellari: vt in lo
cis præalleg. not. & postremo loco per Bald. in l.j. in 12. col. C. de
sacrosanct. eccle. in repe. ergo. & maximè ad propositũ redeun
do, quia Bal. in d.l.j. C. si de momen. possessi. loquitur in senten-
tia lata ꝓ scholastico contra alium. & sic inter pares priuilegia
tos: ergo fortiùs in casu, quãdo faber expellit ad instantiã Do-
ctoris, vel scholaris. l. quãtò magis. ff. de iureiu. c. cũ in cunctis.
de electio. cũ simil. Admiratióque est in hoc, quoniam appella
6 tio est defensio: vt in c. suggestum de appella. defensio † autem
est de iure naturali: vt in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. negãda nemi
ni: vt ibi: & in l.j. §. cũ arietes. ff. si quadru. pau. fe. dica. & in cle.
pastoralis. de re iudi. ergo. Et propterea ad hoc videnda sunt, q̃
ego dico in c.j. de rescrip. & in rub. de excep. extrà. & nõ habẽt
7 dicta hæc dubiũ. Verũ quæritur an causa hæc † expulsionis fa-
bri (ꝙ mihi in facto accidit) possit agitari diebus feriatis etiã
in honorem Dei? videretur dicendum quod non: quoniã dicit
8 text. in l. dies festos. C. de ferijs, quod dies festus † debet esse à co
gnitionibus alienus. & vox præconis horrida eo die silere, à
cõtrouersijs etiã litigantes respirare, & habere fœdera interual
lum, nisi necessitas vrgeat: quæ ingens telum est, (vt dicitur) &
nulli legi subiecta: vt in l.j. ff. de offi. consul. seu pietas suadeat:
dicit text. in c.j. & in c. fi. extrà de ferijs. Quamobrẽ Christus Ie-
sus dominus noster hydropicũ: vt & necessitatis, & pietatis si-
gnum ostenderet, sabbato cum in domũ cuiusdã principis pha
riseorum intrasset mãducare panem, apprehensum sanauit. &
dimisit: ad illos dicens, vt narrat Luc 14. cuius vestrum asinus,
aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illũ die sab
bati? Eóque ipso die mulierem habentem spiritum infirmitatis
annis decem & octo, Archisynagogo indignãti. quia sabbatis
curasset? respõdens. Hyppocrite, vnusquisque vestrum sabbato
soluit bouẽ suum, aut asinũ à præsepio: & ducit adaquare? Hãc
autem filiam Abrahæ: quã alligauit Sathanas, ecce decẽ & octo
annis: nõ oportuit solui à vĩculo isto die sabbati? vt ille idẽ Luc.
13. testatus est: non ergo ad propositum nostrũ licebit alijs casi-
bus, & nulla necessitate seu pietate imminente. Attamen cõtra
9 rium est † verius: vt dicit Bal. in d.l.j. ff. sol. matr. post Dyn. & Cy.
in iiij. col. in fi. & Specula. in titu. de ferijs. in §. sequit. in ij. col.
& Hosti. eo tit. in §. fi. in ij. col. & Ias. in l.j. in §. sed excipiuntur.
in ij. col. pręalleg. ff. de ferijs: & in d.l.j. in xij. col. in fi. & prin. seq.
ff. solut. matr. Et potest (vt dicit Ias. vbi suprà) dici id ea ratio-
10 ne factũ, quoniã respu. interesse † videt peritis hominibus ciui
tates repleri: quæ tunc beata esse dicit: infelix verò illis carere:
tametsi mihi non placeat: quoniã multi sunt casus, in quib' ver
titur vtilitas publica, & fauor: q tamẽ diebus fœriatis in hono
rem Dei minimè expediri possunt: de quibus in d.l. dies festos.
C. de ferijs. & in d.c. fi. eo. tit. extrà. & vtrobique not. ita vt dica
mus potiùs eam esse rationẽ, quã suprà etiam retulimus: quo-
11 niam † studium dilationẽ non patitur: sicut nec etiam alimen
ta, & ob id videmus eorundẽ causam quoque & similiter die-
bus feriatis agitari posse: vt dicit Bar. in d.l. Mela. & in l. solent.
ff. de alimen. & ciba. lega. & Ias. in dict. §. sed excipiuntur: & præ
sertim si de futuro sint, & officio iudicis debeantur: vt in locis
superius allega. & in l. alimentis. de transact. & in his optimè li
cèt non in alijs verificari, potest dictũ illud psalmi. Beati qui fa
ciunt iudiciũ & iustitiam omni die: & ea ratione iura superius
in contrarium alleg. regulariter procedentia limitabunt hoc
casu: nec immeritò, quoniã sicuti scholastici quã pluribus & a-
lijs gaudẽt priuilegijs exhorbitantibus à regulis, & dispositione
iuris communis: de quibus in authent. habita: & ibi not. C. ne
fil. pro patre gaudere quoque debent & isto: & ita tene.

XXIII.

1 *Cautela ut fiscus non conqueratur, quando bannito fuit delata hæreditas, quam repudiauit.*
2 *Facilius præiudicatur superioribus in acquirendis, quam in acquisitis.*
3 *Renuntiatio facta in manibus alterius, quam superioris non ualet.*
4 *Causa beneficialis ubi agitur de beneficio collato, dicitur liberalis.*
5 *Prælatus in acquirendis facit cõditionẽ ecclesiæ deteriorẽ: secus in acquisitis.*
6 *Prælatus pinguius ius habet in bonis ecclesiæ, quam tutor in bonis pupilli.*

1 BAnnito fuit † delata hæreditas, an sit dare casum seu caute
lam, vt si eam repudiauerit, fiscus nihil habeat de quo cõ-
q̃ratur? Breuiter dicas ꝙ sic: vt repudiet in cõcordia cũ eo, cui

eo repudiante, hæreditas deuolui debebat: nec immerito: quo niam non de acquisitis: sed acquirẽdis agebatur: quo casu faci
2 liùs† potuit superioribus præiudicari: quã in acquisitis: vt est ar gu. in l. fi. C. de codicil. & in l. sancimus. in §. legitima. C. de iur. de lib. & in l. qui autẽ. in prin. ff. quæ in frau. cred. & in terminis notauit Nellus de sancto Gemi. in j. parte. ij. tẽpo. in xxx. q. in prin. & potest adduci simile, quoniam videmus quòd renuntia
3 tio† facta in manu alterius quã superioris: nõ valet. ca. quod in dubijs. c. admonet. de renũtia. si fiat de beneficio iã acquisito. & in quo renuntiãs habeat ius in re: quod secus si ius habeat tã tùm in eo ad rem: vt not. in c. fi. de concessio. præben. in vj. & in c. pen. de præbẽ. eo lib. & est limitatio ad d. ca. quod in dubijs. vbi diximus: & p Cardi. Zab. in cle. gratiæ. in j. col. in fi. & princ. seq. extrà de rescript. Item quia ad idem videmus, quòd longè melius est, & tollerabilius ea ratione: q̃ à principio marito ad ministratio rei, & fundi dotalis interdicatur: quã à iã cõcessa ar ceatur: vt in solu. eiusdem contrarij dicebat, & optimè quidem Io. Crot. in repet. l. si constante. in 24. col. ff. sol. mat. per bo. tex. in l. si sponsus. in §. si maritus. ff. de do. inter. vir. & vxo. & in d. l. qui autem. ff. quæ in frau. credi. & ad idem Bald. in l. iusta. in fi.
4 C. de libera. caus. adeò acq̃sita ab acquirẽdis differre, vt† cau sa beneficialis, vbi de collato agitur beneficio, dicat̃ liberalis: non autẽ si de conferendo: quod multùm refert: quoniã cũ li beralis est: procedi potest etiam lite cõtestata: vt ibi dicitur. & not. & est mirabile dictũ ob id: cùm litis cõtestatio dicatur fun damentum & exordium totius iudicij: vt in §. fin. inst. de pœna temere litig. & lapis angularis ipsius dicebat Bal. in ca. j. de lit. cõtesta. & post eum Ias. in rubr. C. de in ius vocand. in j. col. ac
5 cedat ad idem, quia videmus, quòd in simili prælatus† potest cõ ditionẽ ecclesiæ deteriorem facere in acquirendis: & tamẽ in acquisitis nõ: secundũ gl. de qua in c. si. xvj. q. 6. vt puta nõ agno scendo legatum, vel hæreditatẽ sibi delatam: & habetur in ca. tua nos. de his quæ fi. à præla. & in c. j. de dol. & contu. & vtrobi que Abb. & in c. j. in specie in iiij. col. in prin. & ibi diximus hijs diebus de in integ. restit. & est declaratio ad illũ tex. ex qua e
9 tiã posset ad tutorẽ inferri: licèt aliàs dicamus, quod† pinguius ius habeat in rebus ecclesiæ, quã tutor in bonis pupilli: vt not. Abb. in c. edoceri. in ij. & iiij. col. de rescript. & in c. licèt Hely. in ij. col. de simo. & in c. cùm olim. ij. in pe. col. de priuil. quæ o mnia notanda sunt ad regulam. d. l. qui autem. ff. quæ in frau. credi. vltra multa quæ ego alibi aliàs congessi.

XXIIII.

1 *Exceptio propter æquitatem casus superuenientis in iudiciis, datur ei, qui generaliter renuntiauit omnibus exceptionibus.*
2 *Renuntiãs omni iuris beneficio, an intelligatur renuntiasse beneficio statuti.*
3 *Verbum iuris restringitur ad ius commune tantum: sicut & uerbum obligationis ad efficacem.*
4 *Statutum ius esse dicitur.*
5 *Tale quid non dicitur, quod non est simpliciter tale.*
6 *Voluntas coacta uoluntas est.*

1 NVllus sanè dubitat, quòd, propter† æquitatem superuenien tis casus in iudicijs datur exceptio, etiã ei, qui generaliter renuntiauit omnibus exceptionibus: non si specialiter, & exp̃s sè: quoniã de hoc est tex. in l. sed & si quis. in §. quæsitũ. ff. si quis
2 cautio. Sed quæritur, & erit no. dictum. quid si† quis renũtiasset omni iuris beneficio, an intelligatur renuntiatũ beneficio sta tuti. Bald. in loco præalleg. hãc quæstio. visus est tetigisse in vlt. col. & conclusisse quòd non: nulla alia ratione motus, nisi quia
3 verbum, † seu nomen iuris, restringitur ad ius cõmune tãtùm, nõ etiam ad municipale: vt est casus in §. quoties. Instit. de iur. natu. & in simili vltra eum in l. j. in §. q̃ in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphy. peta. & in l. j. in §. biduum. ff. quand. appel. sit. & ita de verbo obligationis, & de verbo debiti. dicebat idem Bal. in l. ait prætor in §. pupillus. in j. col. ff. de neg. gest. p tex. in l. si is cui. in §. Flauius. ff. de solu. & in l. vel obligat. ff. de lib. cau. & ad efficacem seu efficax restringatur: & malè ad propositum
4 nostrum redeundo, quoniam & statutum† quoque ius esse dici tur: vt in l. oẽs populi. ff. de iusti. & iur. & in c. ius ciuile. j. dist. & hinc est, quòd dicimus, quòd quælibet prouincia abundat in sensu suo: vt in c. certificari. de sepul. & in l. saccularij. in §. sunt quædam. ff. de extraordi. crimi. & declarat Anch. in c. canonũ statuta. in repe. in 22. col. de constitut. ita vt cùm à lege, populo concessum sit, sibi ipsi legem facere, inferri posse videatur, con firmationẽ superioris minimè necessariam esse: vt in l. quæ sub conditione. in §. fin. ff. de condi. instit. per quẽ text. ita dicebat

Petr. de Anch. in d. c. j. in 83. col. de constitut. Itẽ legitimã filio debitam iure naturæ, similiter eo tolli posse. & sensit Dyn. in c. indultum. de reg. iur. in vj. & post eum Fed. de Sen. in consi. 227. incip. factũ. in j. col. habens breuiter se localiter, sicut se habet ius cõmune generaliter. secundum Nellum de sanct. Gemi. in tract. bannitorũ in j. part. ij. tẽporis, in iiij. q. incipi. statuto, &c. in ij. col. Sed dic verum esse, quòd est ius, non tamẽ simpliciter: ita vt in eo verificetur, & verificari possit renuntiatio: queãd modum deduximus, sed secundum quid: cùm municipale dica
5 tur: quo casu succedit regula, id† non esse tale, quod non est sim pliciter tale, sed secundum quid. de qua in l. hoc legatum. ff. de leg. iij. vbi si testator legauerit, quæ parata sunt vxoris causa. nõ veniunt quæ parata sunt causa vxoris, & viri. & in c. statutũ. & in c. licèt canõ. de elect. in vj. & habet locum, ac p̃cedit in ma teria quãtuncunquè fauorabili: vt declarãt scribent. in l. ij. in prin. ff. de ver b. oblig. & post eos Socin. in cõsil. j. in ij. col. in iij.
6 volu. & hinc est, q̃ dicimus, quòd licèt † voluntas coacta vo luntas sit, & dicatur: vt in l. si patre cogente. ff. de rit. nupt. & in l. si mulier. in §. fin. ff. quod met. cau. & in c. meritò. 15. q. j. nõ ta men est voluntas propriè: vt est casus in c. maiores. in §. itẽ quæ ritur. de baptis. & in l. si priuatus. in princip. ff. qui & à quibus. p quæ iura etiam & bene ita dicebat Deci. in reg. velle. in j. col. in fin. ff. de reg. iur. & ad hoc multa possent congeri, quæ breui tatis causa prætermito. & propterea non potest non dici, nisi vt primitùs dicebatur, nomen iuris à iure communi tantùm, non autem municipale restringi debere.

XXV.

1 *Statutum, quòd euntes in exercitu habeant biennium ad soluendum suis creditoribus, extenditur etiam ad eos qui iam cœperant conueniri ante conditum statutum. & nu. 3.*
2 *Priuilegium non uidetur posse concedi pendente lite, & iudicio iam cœpto.*
4 *Conclusum esse in causa, & sententiam esse latam, sunt paria.*

1 STatutum cõditũ est quòd omnes† homines in exercitu eun tes, habeãt dilationẽ biennij ad soluendũ suis creditoribus: quæritur an hoc statutum ita priuilegiatiuũ prosit etiã eis, qui iam cœperãt in iudicio cõueniri. viderentur dicendũ quòd nõ:
2 quoniã pendente† lite, & iudicio iam cœpto priuilegiũ cõcedi minimè posse videt̃: vt in l. Domitianus. ff. ad Turpil. & in l. tu tor petitus. ff. de excu. tut. ergo ad eos tantùm, qui nondum cõ ueniri cœperunt, non etiam ad eos, q̃ iam conuenti sunt statu
3 tum quoque huiusmodi extendetur. Sed contrariũ est † verius: & est dictum semper memoriæ cõmendandum. secundũ Bald. in l. si quis ad mediũ. ff. si quis cautio. nec ab re, quoniã esto q̃ id de quo suprà in priuilegijs secundũ canonistas locũ habeat, nõ tamẽ p̃cedit in statutis. & sic nõ semper argumentũ de sta tuto ad priuilegiũ militat: ex quo nõ ad obligationẽ, sed ad ex ceptionẽ pertinere videtur: quo casu omninò ad litẽ pendentẽ referri potest: vt in l. nõ potest videri. ff. de iudi. & in auth. vt cũ de app. cogno. in prin. & hoc nisi, vt ipsemet Bald. dicit, & decla rat vbi suprà esset in causa cõclusum: quoniã tunc ad illã refer ri nõ posset: nulla alia ratione (vt arbitror) nisi ea, quoniã cõclu
4 sũ in causa† sententiã esse latã sunt paria: vt declarat Bal. in l. de niq; in §. si quis. ff. de mino. & Bar. in l. si mater. in §. eãdẽ. in fi. ff. de excep. rei iud. vel lis p̃deret, nõ p viã primæ causæ, sed appel latiõis: vt no. in d. auth. vt cũ de ap. cogn. in prin. & p Cõpostel in c. j. de consti. & alios de q̃bus Bal. vbi suprà & ita tenẽdũ est.

XXVI.

1 *Dominus non infamatur ex processu procuratoris, & sententia condemnatoria lata in personã ipsius intelligitur in ciuilibus, nõ in criminalibus. nu. 4.*
2 *Condemnatio ficta non infamat.*
3 *Infamia non fundatur in personam procuratoris.*

1 EX persona † procuratoris, vt notum est, & ex processu ipsius seu sententia condemnatoria lata in personam suam, & p curatorio nomine, dominus non infamat̃. ea scilicet ratione, quia dominus non est cõdemnatus verè, sed fictè, & interpreta
2 tiuè: ficta, † autẽ condemnatio non infamat, vt statim proba bitur: ergo vel quia oportet, quòd obligatio descendat à procu ratore in dominum, & primò fundetur in personam procura toris: vt in l. quæcũquè gerimus. ff. de actio. & obliga. sed infamiæ
3 non † fundatur in personam procuratoris: ergo non potest per
4 mediam personam ipsius trãsire in dominũ: quod intelligi, † in ciuili, non etiam in criminali debet: quoniam sentẽtia non in personã procuratoris, sed homini formanda est: quo casu bene dominus tunc infamatur: vt in l. fin. C. de iniur. & latè habetur de materia

de materia in l.pe.in §.ad crimé.ff.de public.iudic.Sed quæro, quid si dominus personaliter fuit in toto processu, & videat se succumbere, an sit dare consilium & cautelam, vt non condé- netur:& sic vitabit infamiã. Bald. egregiè (& dicit mirabile cõ silium esse) post Bart. tamen in l.furti. in §.si quis. in j.col.ad fi. ff.de his qui no.infa. tenuit quòd sic: vt cõstituat procuratoré ad audiendam sententiã, & iste procurator, vt procurator cõ- pareat: quoniam tunc ex eo casu saluberrimo hoc cõsilio, infa miam euitabit: tametsi contrarium probari posse videatur p tex. in l. quamuis. C.de adulter. sed vt ipsemet Bald. dicit in d. §.si quis. nihil facit, vt per eum.

XXVII.

1 *Animæ de fauore ubi agitur, multa conceduntur, quæ regulariter non concederentur.*

2 *Mulier in iudicio postulare, uel procuratrix esse non potest. fallit tamen quã do agitur de salute animæ. & nu.3. Et quando non disputatur de apicibus iuris: sed de æquitate. nu 4.*

1 DIcimus sepè, quòd vbi† de fauore animæ agitur, multa cõ- ceduntur, quæ regulariter non cõcederentur: vt in c.lator. & in c.consãguinei. de sen. & re iud. & per Abb. in c.cũ M.Fer. in gl.ij. de cõstitu. & dixi ego in c.j.de probat. & in c.si. de præ script. adde (quod mirabile esse videtur) benefacere, quia licèt
2 aliàs dicamus mulieré† ꝓhibitã esse, ne possit postulare, vel ꝓ curatricé esse: vt dicit in l.neq; fœminæ. ff. de procu. & in l.alie- nã. C.eo.ti. & meliùs, quã alibi in l. j. in §. sexum. ff. de postul. ꝙ edictũ à Caia quadã Affrania, vxore Licinij. cuiusdã bructio- nis, de qua Vale. Maxi. meminit. lib. viij. c. iij. originé habuit, & nõ à Calphurnia, vt corruptè ibidé legitur: poterit tamen esse
3 eo† casu, quo de salute animæ ageretur: quoniã tunc de apici- bus iuris non est disputandũ: vt dicit Arch. in c.scriptũ. vj.q.iij. & post eũ Ant. de Alex. in d.l. alienã. & in illis casibus, in quibus
4 de apicibus† iuris nõ disputat̃, sed de æquitate: tũc jus nõ repu- gnat quominùs admittatur: vt declarat & limitat Dec. & bene in l. fœminæ. in iij. col. in prin. ff. de reg. iur. si nõ sit negotia, quę per se geri debeãt: quia tũc scias, velim, eã nõ prohiberi: vt in l. quia absente. C. de procu. & est no. declaratio ad d. §. sexum. & alia iura superiùs allega. vel etiã pro alio, & ex iudiciũ, quoniã nec isto casu iura videtur resistere. quominùs admittat̃: vt ille idé Dec. declarat post Bar. vbi suprà, & Ang. in l. alienã. præal- leg. & Abb. in c.cùm dilecta. de cõfirmat. vtil. vel inutil. Nec ab re: quia est tex. in l.iij. in §. j. ff. de negot. gest. & in l. j. in §. parui refert. ff. de instito. actio. & in l. idémque. in §. si cui mãdauero. ff. mandat. Quamobré inde videmus, quòd si ex forma statuti nõ potest mulier se obligare, poterit tamen negotia, & officiũ procuratoris ad illa suscipere: vt no. Angel. in l. quis ff. de in ius voc. quem refert, & sequitur Dec. in d.l. fœminę. in d. iij. colum. in prin. ff. de reg. iur.

XXVIII.

4 *Argumenta de contractibus ad delicta ualet & tenet, intellige quò ad formã, non quò ad pœnam. nu.4.*

1 *Contrahens cum aliquo debet se de illius conditione informare, sicut & qui in alium delinquit.*

3 *Pater sicut non obligatur ex delicto filij commisso extra territorium, sic nec ex contractibus, extra territorium factis.*

1 NEminem latet argumen. de contractibus † ad delicta valere & tenere, quoniam est casus in l.omnem. ff. de iudi. & in ca- pitul. final. de foro competent. intantùm vt vltra multa de qui bus per scriben. in locis argumentorum: hoc loco dixerit Nel lus de sancto Gemi. in tracta. bannitorũ, in prima parte secun di temporis: in viij. q. quòd sicuti qui cum alio contrahit, debet
2 se de conditione illius † informare: vt in l. qui cum alio. ff. de re gu. iur. ita qui in alium delinquit: in pulcherrima. q. an stãte sta tuto, quòd bãnitus, & registratus in certo ꝉibro possit impunè offendi: si aliquis interfecerit bannitum dum registraretur, ve- niat puniendus. Et alibi in feudis Curtius Iunior in v. parte, cui applicetur feudũ amissum in versicu. sextus principalis. in fin. quod in illis casibus, in quibus pater contrahendo potest filio præiudicium parere: in illis etiam potest delinquendo. per d. re gulam & Aret. in consi. 91. incip. visa consulatione. in ij. colũ.
3 quòd sicuti pater non obligatur ex delicto † filij. commisso ex- trà territorium: stante statuto quòd si pater fecerit filium nego tiari, filio non reperto soluendo, conueniatur ipse: ita nõ obli- gatur nisi pro contractibus factis intra territorium. & est plus- quã verum. Sed dubitatur an regula ista procedat indistinctè. Bald. in l. in actionibus. in fin. ff. de his qui not. infa. dicit quòd
4 nõ: & exclamat menti tenendũ: verũ † procedere duntaxat quò ad forũ, nõ quò ad pœnã: quia cùm hoc casu differat in mate- ria cõtractus & delicta, differũt etiã quò ad dispositioné legalé: inferens eo ampliùs, clausulã illã, pactus videtur, de qua ibi: ap positã in delictis, repetitã in contractibus minimè intelligi de- bere: ꝓpter dissimilitudiné: ita vt de vno nõ inferatur ad aliud, & est vltra eũ bo. argu. in l. naturaliter. in §. nihil cõmune. ff. de acqui. pos. & in l. Papinianus exuli. ff. de mino. cum vulga.

XXIX.

1 *Opem & auxilium quis prestare dicatur. & nu. 2. & 3.*

1 NOtissimum est apud omnes, qui legum peritiam habent, quòd ille opem† & auxilium præstare dicitur, qui stat cum alio armatus, & consensu cooperationis delinquere: iuxta glo. de qua in c.j. extrà de offic. deleg. vbi aliàs: vt vbi not. Alij cõsen su cõsilij, seu authoritatis, & defensionis: vel negligétię peccãt, & delinquunt: ita vt aliud probare expediat minimè: quod in- telligas verũ, quando stetit proximus, non autem á remotis. & lõgè: quoniã tunc secus esset: vt declarat Inno. in c. continẽtia extrà de cler. percus. & non habet dubium. Verum quero, quid
2 si probatum esset, quod illud quis † non ex proposito, sed casu se cõtulisset, an opem præstare dicatur: ita vt puniendus veniat Bal. remissiuè hanc q. tetigit in l. ob hæc verba. in iij. col. ff. de his, qui not. infa. & sensit quod non: per no. per glo. in clemen. j. de pœn. & Inno. in c. petitio. de homici. & bene, quia de hoc est text. in l. iij. in §. homines. ff. vi bo. rapt. per quẽ ita dicebat Pe- trus de Ancha. in consi. 216. incip. nos Bart, in fi. & post eum Fe lyn. in c. sicut dignum. in iij. col. de homi. Quam ob rem etiam in simili Bald. (quod non est vllo modo prætermittẽdum) in l. data opera. in pen. col. C. qui accusa. non pos. pulcherrimã. q. decidit: quod si titius rixabatur cum Seio, & superuenerit fra- ter Seij, ac Titium interfecerit, propter illam rixam: ipse Seius
3 non † debebit puniri, nec de morte, nec de auxilio, nec etia tan quã astans maleficio: quod dictum pro singulari refert & sequi tur Hyppo. de Marsi. magnus practicus in consi. 34. incip. nõ vi deo. in ij. col. & in consi. 69. incip. non video. in ij. col. & in con si. 81. incip. ex tenore. in v. col. & est in practica semper memo- riæ commendandum

XXX.

1 *Debitor monasterij ut non soluat, & tamen à debito liberetur, debet ingredi ipsum monasterium.*

2 *Negatiua præposita uerbo potest, priuat potentiam, & inducit necessitatem præcisam. nu.3.*

ALiquis est debitor Monasterij cuiusdã de magna quantita te, seu summa pecuniarum: quo casu dubium nõ est, quòd
1 illam soluere tenetur. Quæritur an sit† dare modum, quo sibi prospiciatur, ne soluat, & liberet ab huiusmodi debito. Bal. in l. ij. per illum text. ff. de capit. dimi. dicebat, quod sic: vt scilicèt monasteriũ ipsum ingrederetur (quod mirabile esse videtur) quonia statim debitũ extinguitur: nec vllo modo poterit cõue niri: quod ex verbis illis in præalleg. l. positis deprehẽdi potest.

Cæterum siue amissione ciuitatis, siue libertatis con- tingat capitis diminutio: cessabit hoc editum: neque pos- sunt hi penitùs conueniri.

2 Quę sunt satis clara: & maximè cũ negatiua† dictio præposita sit etiam verbo, potest: cuius virtus quã maxima sit latet nemi nem: ex quo dici solet, quod illa eadem priuat potentiam, & in ducit necessitatem præcisam: secundum gl. de qua in capit. j. de regu. iur. in vj. & in l. nemo potest. ff. de legat. j. & in l. non po- test. ff. de furt. in tantùm vt dixerit alibi Bar. in l. cũ lex. in pen. colum. ff. de fideiuss. si statutum dictauerit: quod minor, sed mu
3 lier nõ possit cõtrahere † sine cõsensu ꝓpinquorũ suorũ, ꝙ im- pedit ort⁹ naturalis obligationis: qm̃ dicẽdo non potest, vide- tur auferre facultatem, & potentiã cõtrahendi: & in l. fi. ff. de fe rijs. & in l. j. C. de dilat. ꝙ si iudex concedat secundã dilationem alicui, concessio est ipso iure nulla: ex quo text. inibi dicit, plus quã semel tribui non posse: & non habet dubium: quãuis Bald. in l. j. ff. de iniust. rup. irri. test. dixerit prędicta ineptè loqui: & ꝙ dici non debet hoc necesse, sed impossibile: quæ sunt ad inuicé contradictoria: vt per eum. quòd nunc discuti non debet, & ꝑ sertim cũ verbis prædictis, etiam aliud quod est penitùs, adij- ciatur, verbum omninò significatiuum: nullo modo conueniri posse. vt in simili dicitur in c. quoniam. extrà de fil. presbi. & in l. j. C. de glan. tol. libr. xj. & in cap. j. & ibi not. Archi. de supp. le. negli. prela. in vj. & ita tenendum arbitror.

XXXI.

1 *Paupertatis priuilegia multa sunt.*
2 *Afflictio non addenda afflicto.*
3 *Malè meriti egestate ut laborent, æquum est.*
4 *Paupertas idem operatur, quod morbus circa dilationem legalem. quoad effectum excusationis appellantis à sententia diffinitiua, & non prosequentis appellationem intra tempora præfixa. intellige tamen quando paupertas non est causata sua culpa. & num. 5.*

1 PAupertas (quod nullus ignorat) habet† multa priuilegia. nã
inter cætera facit vt cum aliquo possit dispensari super mul
cta pecuniaria: secundũ Bald. in l. certa ratione: post Specula.
tamen in fi. C. quãdo prou. non est necess. qui ad hoc alleg. tex.
optimum in l. illicitas. in §. ei. ff. de offi. præsid. cum quo aliàs
dispensatio admissa non esset. Item vt prætextu illius collecta à
iudice necessariò remittatur: secundũ Bald. in tract. de carceri.
in vij. col. & est text. in l. omnes. C. de mu. & ori. lib. x. qui regula
riter etiam remitti nõ deberet. Et à patronis salarium: ne cum
2 sit afflictio† quædã, illa eadem addatur afflicto: dicebat Bald.
in l. si furiosi. in ij. col. in fin. C. de nupt. vltra multa de quibus Fir
mi. in versi. paupertas. per totũ. & Archi. in cap. pauper. xj. q. iij.
quòd tamen intelligo, & est necessaria intelligẽtia, quãdo pau
pertas pauperi sua culpa non obuenisset: quoniam tunc idem
nõ prodesset, vt declarat Bald. in c. sedes apostolica. de rescrip.
& in cap. ex parte de consue. per text. in l. penul. ff. de iur. dot. &
3 non ab re, quoniam† æquum est, vt malè meriti egestate labo
rent: dicit text. in l. bona fides. ff. deposi. licèt non inhumanũ es
se videatur subuenire his, q deliquerũt: dicit alibi tex. in c. si res
aliena. 14. q. ij. & glo. in capitu. sacrorum. 11. q. ij. quã sequuntur
Imol. & Alex. in l. quamuis. ff. solut. mat. sed dic verũ esse, quã
do culpa ad casum paupertatis minimè est ordinata: vt dixi
ego aliàs in l. si cõstante. ff. solu. mat. & in capit. cùm sit Roma
na. extrà de appel. Verùm quærit (& est not. dictũ) an circa dila
4 tionem legalem illa eadem prosit, & idem operetur, quod† ope
ratur morbus, quò ad effectum excusationis apellantis à sen
tentia diffinitiua, & appellationem minimè prosequentis infrà
tẽpora præfixa, & determinata à lege. Inno. in cap. de appella
tionibus. extrà de appel. dicebat q sic: & post eum Gulielm. de
Cun. in l. eos. C. de appel. quem refert, & sequitur Bald. in l. non
exigimus. in §. si quis in iudicio. in fi. ff. si quis cautio. & testatur
ampliùs se euasisse semel pauperem quemdam à furcis, quia ap
pellauerat, & propter paupertatem appellationẽ non erat pro
sequutus: de quo memini etiam in d. c. cùm sit Romana: de ap
5 pellatio. Sed intelligo† quando paupertas sua culpa nõ est cau
sata: vt suprà dixi: & est in practica semp memoriæ cõmẽdãdũ.

XXXII.

1 *Actus non potest per alium explicari, quando est electa personæ industria: fallit tamen si explicaretur per filium. & n. 2. intellige tamen ut. n. 5.*
3 *Doctor conductus ad legendum an & quando possit per substitutũ legere 4.*
4 *Illustris potest per substitutum seruire.*
6 *Patri concessum est ut filiam in adulterio inuentam interficiat: quod tamen alteri nisi filio demandare non potest.*

SIngulare verbum est Ro. in sing. suis. cccccclxiij. incip. ille cu
1 ius q licèt dicamus, quod quãdo† electa est industria perso
næ, actus nõ põt p aliũ explicari: vt est casus in l. inter artifices.
ff. de solu. & in l. j. in §. ne aũt. C. de cad. tol. & in c. fi. cum mate
2 ria de offi. deleg. Attamẽ fallit quãdo † explicaret p filiũ, vt est
text. in l. filius. & in l. sciendũ. in §. legati. ff. de legatio. ita vt di
ci possit vltra eum, q licèt aliàs ea ratione, Doctor cõductus
3 ad legendũ, nõ possit legere† p substitutũ: vt no. Bar. in l. nemo
est q nesciat. ff. de duob. re. & Abb. in c. j. in iiij. col. de sum. trin.
& fid. cathol. (intellige nisi esset cõsuetudo: vt in l. vel vniuerso
rũ. ff. de pigno. actio. & in l. q pignore. in §. fin. ff. eod. & plenè p
Ias. in l. certi cõditio. in §. si nummos. in iij. not. ff. si cert. pet. &
in l. vt liberis. in iij. col. C. de collatio. Vel nisi legisset p viginti
4 annos: quoniã tunc diceretur illustris & illustris potest per† sub
stitutum seruire, & indistinctè quidẽ per quẽcunquè, etiã quòd
non sit filius: vt in l. quisquis. C. de episc. & cleric.) quod vltimũ
tamen non probo, quia repugnãt, quòd sit electa industria per
sonæ, & quòd legat per substitutũ: vt dixi ego in l. j. in iij. gradu
magistratuũ. ff. de offic. eius cui manda, est iurisdict. poterit ta
men legere per filium. d. l. filius. d. l. sciendũ. §. legati. ff. de lega
5 tio. & est notabilis declaratio, quã veram intelligo, si † filius sit
talis, sciat legere, & sit idoneus ad legendum, aliàs non. Et hinc
est, vt inibi similiter dicebã, q licet aliàs dicamus patri in spe
ciale priuilegium à l. concessum esse, vt possit filiam in adul-
6 terio† inuẽtam interficere. l. patri. ff. ad leg. Iul. de adul. & id al
teri non possit demãdare, poterit tamẽ demãdare filio. casus
est in l. Graccus. C. ad leg. Iul. de adulte. per quem tex. ita dixit
Barto. in l. non solùm. in §. si mãdato meo. in ij. col. ff. de iniur.
de cuius intellectu tamẽ dixi ego multa in dict. l. j. quæ hîc nõ
trãscribo. in primo not. circa illud: an causæ meri imperij pos
sint delegari. dic vt ibi. & tene menti.

XXXIII.

1 *Dictionis etiam, natura & effectus.*
2 *Præcedentia magis influunt in sequentia, quam contra.*

1 SOlemus sepissimè dicere, quod dictio† etiã, est implicatiua:
vt in l. etiã. ff. solu. matri. cum vulga. de quibus per Alber: in
dictio. suo. in verb. etiam. Item quòd natura eius est implicare
casum minus dubitabilẽ, exprimendo eum, q maiorẽ habeat
dubitationẽ: vt est gloss. in cle. ij. in verb. etiam de hær. & in l. il
lud. ff. ad leg. Aquil. & per Abb. in c. j. in ij. not. de commo. & scri
ben. plenè in l. q se patris. C. vnde liber. seu minora expressis: vt
in l. final. in §. cui dulcia. ff. de vin. tric. oleòq. lega. Quod dictũ
tamen notabiliter declara verum esse regulariter, sed fallere, &
limitari in casu, quãdo genus præcederet, & subsequeretur enu
meratio specierum: quoniã tunc non inconuenit, vt casus etiã
magis dubitabilis implicet, & maior expressis. tex. est not. in l.
quæsitum. in §. fin. ff. de fund. instruct. & instru. lega. & maximè
quando gratia declarationis maioris fit, & dubitationis tollẽ
dæ. Et hoc ne sit contra tex. in l. cùm de lanionis. in §. fi. ff. eo. tit.
vbi genus præcedit, & sequitur enumeratio specierum, & tamẽ
restringitur. & non habet locum regula de l. quæsitũ. Sed dic il
lud aliter esse, quoniã nõ declarationis, & dubitationis tollẽdæ
gratia fiebat, sed limitatoriè ad dictũ genus. vt declarat Bart.
in d. l. quæsitum. & bene in d. §. fin. in prin. ff. eod. Et non ab re,
2 ad propositum redeundo, quia † præcedẽtia magis influunt in
sequentia, quàm ecõ trà: vt dicit glo. in l. quisquis. ff. de leg. iij. &
Bart. in l. in repetendis. ff. eo. & in l. filium. ff. quan. dies leg. ced.
& latiùs ego post alios in l. j. in v. col. ff. de iurisdict. omn. iudi. p
illum tex. vbi regula, & genus præcedit, quòd officiũ iudicis la
tissimum est, & sequitur enumeratio specierum mixti imperij,
& tamen implicantur ea, quæ sunt meri magis dubitabilia, &
maiora expressis. Quod nota & tene menti.

XXXIIII.

1 *pupilli & uiduæ dicuntur miserabiles personæ, duntamẽ sint pauperes. & n. 3.*
2 *Aequiparata ubi sunt plura per uiam regulæ dispositum in uno intelligitur dispositum in alio.*
4 *Iudicis officium latissimum.*
5 *Ablatiui absoluti non semper resoluuntur in conditionem.*
6 *Valerius Publicola pupillos fecit ab omni onere immunes.*

1 PVpilli† miserabiles personæ esse dicuntur: vt est text. in l. j. &
ibi no. C. quãdo. Imper. int. pup vid. vel mis. pers. ita vt quẽa
modum in multis miserabilibus personis fauent leges, ita etiã
eis fauere videãtur: vt videri potest inter cętera, quia licet dica
mus officium iudici: non esse impartiendũ, nisi ipse requirat:
vt in l. iiij. §. hoc autẽ. ff. de damn. infect. impartitur tamen pu
pillis etiã non petẽtibus, si tutoribus indiguerint: vt no. Alex.
in l. j. ff. de iurisdict. om. iudi. quod non est regulariter: vt dixi in
2 alijs. Nec ab re, quia quando† plura ęquiparantur per viã regu
lę, dispositũ in vno intelligitur etiã dispositum in alio. l. si quis
seruo. C. de fur. sed pupilli dictis miserabilib⁹ psonis sunt ęqui
parati, imò tales etiã esse dicuntur: ergo nõ minus eis fauendũ
est, quã alijs. Sed aduerte, & est singulare dictũ, quod nõ simpli
3 citer verũ erit, nisi in casu, si† pupilli fuerint pauperes, quemad
modum etiã de vidua dicimus: vt sensit in ea l. j. Dec. post Car
di. & Imo. in c. significantibus. de offi. dele. & eundẽ Alex. in l. j.
in iij. col. ff. so. ma. & in consi. cxxj. in c. Viso processu. in fi. in j.
vol. & maximè cùm regulam habeamus. in d. §. hoc aũt. & tex.
in d. l. j. ff. de iurisdi. om. iud. æquiparantẽ ea quatuor, de quib.
ibi. Dare bonorũ possessionem, mittere in possessionẽ. Dare
tutorẽ pupillis, & iudicẽ delegare, quæ non nisi petentibus con
cedi videntur. & in l. ij. C. de offi. eius qui vi. alte. iu. gef. & in l. j.
in §. magistratib⁹. ff. de magist. conue. quod non probaui ego
aliàs ibidem, quia hęc distinctio adhibita non est in d. rub. C.
quan. Imper. &c. nec alibi in locis, in quibus de pupillis fit men
tio. Nec obstat regula. §. hoc aũt. quia sicuti in alijs casib. limi
tat, ita limitabitur & in isto. Non obst. tex. in d. l. j. quia nõ in
cõuenit, quod diuerso iure id in pupillis esse dicat, & maximè
quia comparatio est quo ad id, quia oĩa ea iudicis officio pos-

4 sunt expediri quod† latissimum est.Non obst.tex.in d.l.ij.& in d.§.magistratibus.quia nō propterea excludit quominus & nō petētibus iudex officium suū impartiatur. Et si diceretur sunt ablatiui absoluti qui resoluuntur in conditionē.l.à testatore.ff.
5 de condi.& demonst.dico† non semper esse verū:vt no.Bald.in l.j.in iiij.oppo.C.quand.nō pet.patt.& dixi latiùs in d.l.j.ff.de iurisdi.omn.iud.pupillis igitur faueamus,quia maledictus est, qui peruertit iudicium illis:dicit tex.Deutero.c.27.Scimus illis misericordes velut patres,& pro viro matri illarum,& erimus nos velut filij altissimi obediētes,& miserebitur nostri. dicitur Ecclesiast.c.iiij.quibus tantum etiam fauit Valer.Publicola,vt
6 eos† ab omni onere fecerit immunes:quemadmodum in eius vita legimus.Et hæc sint satis.Cogito.

XXXV.

1 *Sententia de mittendo aliquem in possessionem uno respectu interlocutoria, & alio diffinitiua,& de intellectu ad glo.in l.i.de iurisdict.omn. iudic.& in l.præsenti.C.de his qui ad eccle.uel confug.*

COmperi hoc mane quas gl.ad inuicē cōtrarias: quarū vna est in l.j.in verb.mittere.ff.de iurisdi.om. iud.alia est in l. pſenti.in §.j.magna.ad fi.C.de his qui ad eccle.confu. cui alia cōsocia est in l.Fulcinius.in §.quid si autē latitare.in ver.annis
1 ff.quib.ex cau.in pos.eat.dicētes sententiā de mittēdo † aliquē in possessionem,esse diffinitiuā,& interloquutoriā:quod quidē esse non potest,quoniā aut interlocutoria, aut diffinitiua dici debet,& propterea cōcordandæ sunt. vt gl.in d.l.j.quæ dicit, ꝙ diffinitiua est,intelligatur habito respectu ad eā,quæ fit ex secūdo decreto:nā finem imponit negotio,& non ab re diffinitiuā, vt arbitror,appellauit.gl.verò in d.l.præsenti. & in d.§.quid sit autē habito respectu ad eam,quæ fit ex primo decreto:quia est inter principium & finē causæ:vt declarat gl.no.& sing.in cle.j. de sequest.pos.& fruct.in versic.diffinitiua.Et si diceretur:vt dicit Dec.in d.l.j.quòd gl.in d.l.præsenti. loquitur de pronuntiatione ex secundo decreto:& tamen eam appellat interloquutoriam:dico verum esse,sed ratione de qua suprà, etiā meruisse, seu mereri reprehensionē,quoniā dicere, vt dicit posteà Bald. in d.l.j.quem idē Deci.refert,& etiam sequutus est,quòd interloquutoria quoque potest appellari diffinitiua,ex quo diffinit capitulū,de quo dubitabatur:vt in l.generaliter.C.de reb.cre. à ratione alienū penitùs esse videtur, ex quo nō tollitur, quod inter principium causæ & finē non sit, aut ergo loquitur in pronuntiatione ex secundo,aut ex primo: si ex secūdo diffinitiua debuit dicere,nō interloquutoria: vt gloss.in d.l.j.si ex primo, interloquutoria.& est verum.

XXXVI.

1 *Mißio in possessionem quando actualiter, & re ipsa fit,non potest delegari, secus si de mittendo pronuntietur.*
2 *Mißio actualis in possessionem potest per nuntium fieri.*
3 *Nuntius nudum tantum ministerium præstat.*

1 MIssio† in possessionem est mixti imperij, & consequenter sequitur,quòd ex hoc nō possit delegari:vt in l.j.ff.de offi. eius.sed aduerte,quia debet intelligi,ne fit cōtra tex.in l.cognitio.in §.j.ff.eo esse verū,quando actualiter,& re ipsa fit:non autem si de mittendo pronuntietur, quia istud potest delegari, ꝙ minꝰ est:quàm illud:vt in d.l.cognitio.no.& in d.l.j.de qua meminimus.suprà proxi.de iurisd.om.iud.esto quòd mirū videatur,cū actualis missio nullā ampliùs cognitionē requirat:,pnūtiatio autē de mittendo sic.Sed est difficultas resoluēda:vt per Doct.in l.iubere cauere.ff.eod.de iurisdi.om.iud.interim verū est,quod diximus,& commune omnium dictum.Sed pro singulari verbo addēdū est, ꝙ esto,quòd missio actualis,& re ipsa,vt
2 diximus,non possit† delegari:potest tamē per nuntium fieri:vt in l.is cui.in §.missus.ff.vt in poss.lega.quoniam est ac si mandans faceret:imò ipse facit:dixit tex.in l.pater ex,puincia.ff.de
3 manu.vindi.& in c.mulieres.de sent.excō.Nec ab re:quia† nūtius nudum ministerium dicitur tantùm præstare: vt est casus in l. qui autem,in §.fi.& l.seq.ff.de consti.pecu.quem tex. in d. l.j.ff.de iurisdi.omni.iudi.adduxit Barto.& ita dixi aliàs ibidē debere regulam intelligi:de qua in l.ita autem.in §.gessisse.ff. de admi.tuto.quòd qui per aliū facit,per seipsum facere videtur:ita vt verbum videtur,stet propriè:prout diximus etiam in l.j.§.de offic.eius.vbi aliàs impropriam habet significationē. l.j.ff.de ieicisse autem videtur. ff.de vi & vi arma.siue id facti sit, quod per nuntiū explicatur:siue iuris: prout probant allegatæ leges.quicquid dixerit Bal. in l.j.in iij.colū. C.de ser.fugi.& ex his elicere licet quantùm subrogatus, substitutus, vicegerens, & similes à nuntio & nudo ipsius ministerio differant: de quo aliàs Alex.plenè in rub.ff.de offi.eius cui manda.est iurisdi.

XXXVII.

1 *Mutata persona status rei mutatur.*
2 *Laicus habens ius patronatus, si illud det ecclesiæ, ecclesia habebit semestre tempus ad præsentendum.*
3 *Subrogatum non semper sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

MIrabile verbum reperi hoc mane,hoc loco exscribēdum omninò:quod non priuilegiatus soluendi decimas,si aliquo spiritu ductus,fundū pro quo illas soluebat,donauerit clerico habenti priuilegium non soluendi:clericus non tenebitur
1 soluere:nec ab re:quia† mutata persona statum quoque rei cōuenit mutari:dicit tex.in c.j.de iur.patro.in vj.vbi laicus habēs ius patronatus,& tempus duntaxat quadrimestre ad præsentā
2 dum sibi cōcessum à lege,si illud ecclesiæ cōtulerit:ecclesia † habebit semestre: per quem tex.ad illud de quo suprà ibidē inferebat Gemi.& bene:& per tex.in l.cū quis sibi.in prin.ff.de solu.& in l.si pupillus.ff.de acquirē.hæredi.& in l.j.in §.quibus.& sequen.ff.de successo.edic. & sic nō semper est verum:quòd sub
3 rogatum,† sapiat naturā eius, in cuius locum subrogatur:pro limitatione regulæ,de qua in l.si eum. in §.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.quod ex eo est,vt arbitror : quia diuersa qualitas in subrogato reperietur:& quid plus: & à se ipso quidem quam esset in eo,in cuius locum subrogabatur:vt in simili dicit Bar. in l.si quis nec causam.ff.si cer.pet.& Alex.in l.si grege.in fi.ff. de leg.j.& Soci.in l.j.in x.col.si.quis & à quo.

XXXVIII.

1 *Officium iudicis semper est unum, si consideretur prout nō cohæret personæ.*
2 *Personæ sunt accidentia & qualitates, quæ possunt abesse præter subiecti corruptionem.*

1 OFficium† iudicis semper est vnum.& omni quidem tempore si in abstractu consideretur:prout nō cohæret personæ: licet personæ mutentur:ex sententia Barto.in l.j.in iij.co. in fi. ff.de iur.om.iu.& bene:quia hoc videtur dixisse tex.in l.proponebatur.ff.de iudi.& in c.si gratiose. de rescrip.in vj. quæ iura etiam ipsemet Barto.ibidem allegat.Sed tu dicas non mirum
2 esse:quoniam personæ sunt† accidentia,& qualitates,quæ possunt abesse præter subiecti corruptionem,vt in simili dicit.idē Bar.in l.j.in iij. co.ff.de acqui.pos.& melius,quàm alibi in tracta.de alueo.in §.quid si.in j.& ij.col.aliàs aūt secus: quo modo intelligitur regula,de qua in l.j.ff.de vsufru.lega.quod not.

XXXIX.

1 *Lex quo ad legislatorem non habet dubitationem: sicut quo ad nos.*
2 *Artis principia, quando traduntur, item diffinitio, & regula, &c. non est opus ratione dubitandi.*

SCitis,& nullus ignorat, ꝙ quelibet lex debet esse de casu dubitabili:iuxta.l.Labeo.ff. de Carb.edict. tametsi dicat alibi tex.in l.iij.ff.de nata.resti.non habere,neq; vnquā habuisse dubitationem:& in l.si seruus.in §.ita scriptum.in versi. si ei.ff. de lega.j.& in l.id quod seruo.ff.de pec. leg. & in l. vbicunq;. ff.de interro.actio.& ad idē mille leges certi iuris est,indubitati iuris,explorati,& simile quippiam; quibus omnibus respōdetur
1 verum esse† quo ad ipsum legislatorem:non quò ad nos,itē in abstracto procedere prout est lex:si illa eadem,eodemq; modo consideretur:non autem in concreto, prout applicatur ad hominum intelligentias,& intellige de dubio iuris : dicunt Doct. in rub.ff.de rebus dubijs.pro quibus est optimus text.in l.cùm quidam.in §.suum.ff.de acquir.hered.& in l.si pater.ff.de solu. & dixi ego aliquando in c.quoniam.Abb.in xvij.col.extra de officio delega.& in tantum (ad propositū redeundo) vt necesse nobis sit in casus figuratione,& dubitandi, pariter & decidendi rationem assignare,ita vt vitio quàm maximo:vel potiùs inscitiæ ascribatur, si hoc factum non fuerit:& prætermittatur. & potest videri in d.l.ꝙ Labeo. Aduerte tamē (& singulare ver-
2 bum) ꝙ hoc nō semper procedit,quādo † traduntur artis principia:vt in l.imperiū.ff.de iurisdictio.omni.iudic. Item diffinitio:vt in l.j.in §.dolum.ff.de dolo.Nec non & regula:vt in l.j.ff. de iurisdictio.omnium iudicum,& similibus.quoniam tunc casus semper figurandus est, prout litera iacet: ita dicebat post Cyn.tamen,& Bar.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.& in pleniori lectura.Ioan.Bapt.de sancto Seuerino:vbi & ego quoque in d.l.imperium.in prin.ff.de iurisdi.omn.iudi.

XL.

1 *Meri imperij gradus.*
2 *Merum imperium quid.*
3 *Pœna perpetui carceris iure ciuili solùm seruis imponitur.*

1 MEri† imperii (vt sciunt omnes, etiam mediocris literaturæ) gradus sunt sex, maximum, maius, magnũ, paruum, minus, & minimum: quemadmodum no. Doct. & præsertim Bartol. in l. imperium. in iij. col. ff. de iurisdictione omnium iu
2 dicum. Item & secundò, quòd merum † imperium est habere gladii potestatẽ ad animaduertendum in homines facinorosos: vt ibidẽ habetur: & intelligo gladii, scilicet materialis, nõ autem ciuilis, & intellectualis: vt inibi aliâs interpretatus est Angel. & malè, ac contra text. apertum in l. illicitas. in §. qui vniuersas. ff. de officio præsidis. & in l. nemo. ff. de regul. iur. & meliùs quàm alibi in l. aut damnũ. in §. j. ff. de pœn. qui exercetur officio iudicis nobili ad vtilitatẽ publicam principaliter, nulli actioni deseruienti: & sic in pœnam delinquentium, & malè agentium: & hoc est ex pluribus eiusdem meri imperij exemplum potissimum, prout in loco præallegato latiùs aliquãdo declaraui. Nunc modò ego fui interrogatus à quodam Theologo, his stantibus, in quo gradu meri imperij damnati reperirentur in inferno, in quo nulla est redemptio: cùm quadam die, nescio quo modo in sermones istos incideremus: & cùm ex tempore nihil aliud occurrisset (scitis enim memoriam hominis labilem esse: vt dicit text. in l. peregrè. ff. de acquirenda possessione, & omnia memoriæ tenere, diuinitatis potiùs (iuxta illud) esse, quàm humanitatis,) dixi quòd fortè erãt, & reperiebantur in gradu illo, in quo est damnatus ad perpetuos carceres: quæ pœna tamẽ, esto quòd iure canonico impo
3 natur, & à iudicibus quidem spiritualibus, iure tamen † ciuili imponi non solet, nisi seruis: vt in l. aut damnũ. in §. solet. ff. de pœn. & in l. incredibile. C. eo. qui gradus ad propositũ est gradus maior, & inter cæteros secundus: in quo eos ponit Bar. per iura præallegata, vt suprà. & ita in terminis ibidẽ reperi Lance. Deci. dicentem, & gauisus sum multum.

XLI.

1 *Causa iniusta non excusat à pœna. & ibi de intellectu gloss. in l. j. §. fina. ff. si quis ius dicent. non obtemp. & l. ij. ff. si quis in ius uocat. non ier.*

DIcit text. in l. ij. quem nunc interpretor, ff. si quis in ius vo-
1 cat. non ier. quòd in ius vocatus siquidem † iustã causam non comparendi habuerit, & non comparuerit, punietur, & mulctabitur. Quamobrem Doct. maximè Ias. reprehendebãt gloss. communiter approbatam in l. j. in §. fina. ff. si quis ius dicen. non obtempe. dicentem, quòd imò quælibet causa, etiam iniusta, excusat: cui alia etiam similis secundum alios concordat in l. ex consensu. in §. final. ff. de appellationibus. & in l. j. in fin. ff. de abige. de quibus etiam meminit Anto. Corse. in sing. suis, pœna. primò. Ad quæ omnia puto aduertẽdum, quia si ita intelligatur text. in d. l. ij. si quis in ius vocat. non ier. erit alius contrarius directò in l. contumacia. in §. pœnam. ff. de re iudi. vbi iusta causa, puta aduersa valetudo, vel maioris causæ iustæ, scilicet occupatio, quem à pœna contumaciæ excusat. Ideò dicas quòd gloss. præalleg. in dicta l. j. si quis ius dicen. nõ obtempe. & in dicta l. j. ff. de abige. malè loquitur ex alio: quoniam requiritur causa iusta ad hoc, vt excuset: non autem iniusta sufficit: nec secus dicit gloss. in dicta l. ex cõsensu. in §. fina. de appella. si bene percurratur: & ita probat, vt dixi, text. in dicto §. pœnam. Nec obst. text. in dicta l. ij. quia causa non erat iusta ibi: ex quo dubiũ erat an esset de iurisdictione citantis: vt ibi declarãt gloss. Bartol. & omnes: & ratione ipsius dubitationis, causa non potest dici iusta, sed iniusta. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. argumen. in l. si familia. ff. de iurisdict. omni. iudi. & ita tenete.

XLII.

1 *Conciliatio & intellectus l. fi. ff. de iurisdict. omni. iud. & l. si quis ex aliena. ff. de iudic.*

1 ALiam † contrarietatem reperi hoc mane: nam dicit text. in l. fi. ff. de iurisdict. om. iud. quòd extra territorium ius dicẽti impunè non paretur: & est casus secundus ex tribus, quando quis comparere non tenetur: & si non cõparuerit, nõ mulctatur tanquã contumax: de quibus in d. l. ij. vbi glo. Bar. & omnes (vt proximè dixi.) ff. si quis in ius voca. non ier. & tamen secus videtur directò dixisse alius text. in l. si quis ex aliena. ff. de iud. vbi citatus quis ex aliena iurisdictione tenetur cõparere, & nõ comparens punitur. Solue, & est verum, quòd loquitur eo casu, quãdo citatio eum comprehendit in territorio citantis: nã tunc efficitur quod erat clarum, dubiũ, & ratione ipsius dubietatis tenetur comparere. & hoc modo cõcordabit cum d. l. ij. ff. si quis in ius vocat. non ier. vbi lex extra territoriũ loquitur. quando citatus est extra territorium, & est certum, citatum non esse de iurisdictione citantis, quod nota.

XLIII.

1 *Dubitationis ratione multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur.*
2 *Laicus iudex comprehendens clericum, si dubitetur an sit clericus necne, tunc non potest cognoscere.*

1 NVllus est, qui nesciat, quòd ratione † dubitationis multa conceduntur, quæ aliàs & regulariter non concederẽtur: vt est casus in l. de iure. in ij. responso. ff. ad municip. inducendo prout inducit glo. ibi, & clariùs Bar. in fi. & in l. ordinata. ff. de libe. causa. & in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtili. pub. & in l. ij. C. si aduer. rem iudi. quæ omnia adducit ad idẽ gl. in l. ij. in ver. si sciatur. in iiij. parte. ff. si quis in ius voc. non ier. & tamẽ hoc minùs rectè dictũ esse videtur per tex. in c. si iudex laicus. ex-
2 trà de sent. excom. in vj. vbi iudex laicus † comprehendens clericum, & dubitetur an sit clericus necne, non potest ratione istius dubitationis cognoscere: sed debet eũ remittere ad iudicẽ suum statim. Solue, quòd id est, quia ipse laicus erat penitùs incapax etiam in casu dubij. c. lator. qui fil. sint legi. c. tuã. de ordi. cogni. c. decernimus. de iudi. & not. Bart. in l. ij. ff. de iur. om. iud. & in l. ij. ff. si quis in ius voc. nõ ie. & in l. Titia. ad fi. ff. solu. mat. & est limitatio ad l. quoties. C. de iud. & quidẽ not.

XLIIII.

1 *Simile quid dicatur. & nu. 2.*
2 *Intellectus l. si quis ex aliena. ff. de iudic.*

1 MAximè mirum esse videtur, quòd cùm † simile illud apud nos esse dicatur, cuius qualitas vna est cũ eo, quod eo cõprobamus: vt not. in l. nõ possunt. ff. de legi. & declarat Bald. in l. j. in j. col. in fi. C. quæ sit longa consuetu. Idem verò, quod habet eandem substantiã: vt ipsemet Bald. ibidem dicit: & bene, Iurisconsultus tam grauiter errauerit in l. si quis ex aliena. ff. de iud. probando id quod erat magis dubitabile in primo casu per simile in secundo, quod minorem habebat dubitationẽ: vt ibi Lancelo. Deci. astruit: sic deducẽdo: nam magis dubium erat, an quis teneretur cõparere corã eo iudice, qui erat penitùs incõpetens, si ab eo esset citatus vt ibi, in principio, & primo casu, quã eo casu, vbi quis citatus à iudice, qui erat cõpetens, sed eius iurisdictio poterat declinari: vt ibi in ver. Nã & legati. Sed salua, prout ego aliàs dicebã, & bene in l. ij. in xvij. col. ff. si quis in
2 ius voca. non ier. quod imò simile † est optimũ & eiusdẽ qualitatis: ex quo si bene aduertatur, vterque ius reuocandi domũ habebat: & vterque intra territoriũ citãtis apprehẽsus, & citatus ille, quia fortè casu aliquo venerat illùc: iste autẽ legationis causa: vnde ratione dubitationis, vt suprà diximus, in Apophthegmate 42. tenetur vterque in casu suo comparere. Cogita.

XLV.

1 *Citatus qui non est de territorio citantis an teneatur comparere.*
2 *Intellectus l. extra territorium. ff. de iurisdi. om. iudi.*

IAson in d. l. ij. in vij. col. in prin. ff. si quis in ius voc. nõ ie. multũ laborat, & multa adducit ad id, quod ibi dicit Bar. quod quã-
1 do aliquis est † citatus, & nõ est de territorio citãtis, & certũ est, nõ tenetur credere, nec cõparere: & si nõ cõparuerit, nõ mulctabitur: vt aliàs in casu d. l. ij. ff. e. & in casus. l. j. ff. si quis iusdi. nõ ob. ille qui erat dubius an esset de iurisdi. citãtis, vel certus,
2 quod erat: & est † no. declaratio ad l. extra territoriũ. de iurisdi. om. iudi. & c. vt animarũ. de cõst. in vj. & maximè ex causis, propter quibus regulariter citari nõ põt: vel etiã inspecta persona ad cuius instãtiã citatur, seu loco in quo citatur, vel tẽpore, quis aliquãdo citari possit: & regula in aliquibus fallat: vt ibi per Bart. ad id in propositũ tendẽtia tantũ: quia satis est quod habeat regulam pro se: esto quòd aliquæ fallentiæ sint in contrarium. ad quod Bar. ipse allegabat tex. in l. ab ea parte. ff. de proba. Tu aduerte, quia per hoc reiectis oĩbus, videtur mihi quod sit tex. certè sing. in l. Seio. in §. medico. ff. de annu. lega. vbi legatũ factũ medico hoc pacto, medico Sempronio quæ viuus præstabã, dari volo: dubitatur quænã dari eidem debeant, & relicta videãtur: dicit tex. ea quæ certã formã erogationis annuæ, nõ incertã liberalitatis volũ-

tatē habuerunt:& bene: quia quæ quādoq; præstantur, nō tamē vt plurimū præstātur, nō sunt in cōsideratione: dicit Bal. p illū tex. in l. reos. in iij. col. C. de accusa. ergo idem dicemus in casu nostro deducēdo vt supra, secūdū tex. in l. pretia rerum. in §. fi. ff. ad l. Falci. vbi pretia rerum, quæ variantur ex loco, & tempore, considerantur vel ex continua copia, vel ex continua caritate & penuria: non autem quia aliquando & momento tēporis caritas, seu sterilitas, & fructus fœcundi fuerint ea ratione, vt supra: ergo idē in casu nostro dicemus. Tertiò & vltimò tex. in l. quoties. ff. si quis cautio. vbi seruus siue promittat, siue stipuletur de iudicio sisti, non committitur stipulatio, nec fide iussores tenentur: quia nec conuenire, nec conueniri potest: & tamen habemus: vt ibi dicit gloss. quòd aliquando cōuenitur, & aliquando conuenit: sed id non est in consideratione: quæ omnia notabis: quia multum probant Bar. opi.

XLVI.

1 *Citandus quis non est diebus feriatis, nisi citatio conferatur in tempus non feriatum.*

2 *Dies omnes aut festi, aut profesti: & qui festi, & qui profesti dicantur.*

1 Diebus† feriatis regulariter quis non est citandus. l. j. & ij. ff. de ferijs. c. fi. eo. ti. quod tamen intellige, nisi citatio conferatur in tempus non feriatum: vt in l. in tēpus. ff. de hære. institu. & dixi aliquando in l. j. in §. nuntiatio. vbi est locus suus. ff. de no. ope. nun. & procedit siue feriæ sint solēnes, vel ad honorem Dei, vel hominum. vt in d. l. j. & ij. ff. de ferijs. siue repentinæ, & solennes quidem ob victoriam Principis, vel alia simili causa. de quibus in l. à nullo. C eo. & per glo. in d. c. fi. de ferijs. Et hoc est clarum: & maximè etiam quomodo hodie indicentur: verū dubiū est quomodo lege xij. tab. publicarentur, & quibus verbis. ideò scias velim his verbis in eisdem indici solere, quod nō ab re hoc loco adnotasse censuimus ne rerū inscitia velut torpentes, arguamur, si curiosus quispiam id à nobis quæsiisset.

Ferijs iurgia amouento, easque in famulis (operibus patratis) habento.

Scias item velim & aliud teste Macrob. in Saturnali. (grauissimus enim author est) Numā Pompilium, virum alioquin religionis amantissimū, non solùm annum in menses distribuisse, sed etiam dies omnes aut festos, aut profestos appellasse, fe-
2 stos, Dijs† dicatos, & hæ sunt feriæ, quas nos solennes appellamus, ad honorem Dei optimi maximique. Profestos autē hominibus, & hæ sunt quæ similiter solemnes dicimus, sed hominum ratione inuentas, de quibus in iuribus superius allegatis quæ cùm memoratu digna sint, tum etiam quia necessaria esse videntur, memoria etiam tenenda sunt.

XLVII.

1 *Verba in contractibus apposita etiam minima debent aliquid operari: ita ut amplientur & restringantur per dictiones, & copulas.*

2 *Intellectus l. fi. ff. de contrahen. empt. & nu. 3.*

3 *Obligatio personalis personam sequitur, non fundum.*

1 Verba, vt notum est, & sciunt omnes, etiam mediocriter eruditi, in contractibus† apposita, debent semper aliquid operari: vt in alijs quibuscunque actibus: quemadmodum dicitur in l. si quando. ff. de leg. j. & in §. quibus. in j. constitu. C. & in c. si Papa. de priuile. in vj. ne frustrà adiecta esse videantur, quod maximè abhorret lex, & natura: vt in l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. & in d. §. quibus. & in l. hæc stipulatio. in §. diuus. vt leg. nomi. caueat. etiam si fuerint minima: vt inquit Bald. in rubr. C. de contrahē. emp. in ix. q. per tex. in l. hanc legē. ff. e. ti. & in l. si stipulatus. ff. de vsu. ita vt per dictiones & copulas amplietur, ampliatiuas tamen, illique ijdem per restrictiuas, restringātur: vt in l. ea tamen adiectio. ff. de leg. iij. & in l. qui fundum. in §. qui agrum. ff. de cōtra. emp. & in. l. si cùm fundum. ff. de verbo. sig. Volo tamen tibi dare casum sing. in quo prima facie subsisteres, & fortè diceres contrarium, vbi verba viderentur debe-
2 re operari, & tamen nihil operantur. in l. fi. in† §. j. ff. de cōtrahend. empt. vbi casus talis est, Lucius Titius promisit de fundo suo centum millia modiorum frumenti annua prestare prædijs Seij Caij, posteà vendidit idem Lucius Titius fundum, additis verbis his,

Quo iure, quaque conditione ea prædia Lucij Titij hodie sunt, ita veneunt, itaque habebuntur.

Dubitat tex. an emptor sit obnoxius ad præstationem frumenti: & respondet, quòd non: ergo verba illa frustrà adiecta esse videntur: & nihil operantur.

Quo iure quaque, &c.

Dicas breuiter quòd ideò nihil operantur, quia expressa erāt eo modo, quo inerāt: vt in simili dicitur in l. hæc verba. ff. de le.
3 j. & in l. nō rectè. C. de fideiuss. ex quo† obligatio erat personalis, quæ sequitur personā, & non fundum: & promissio facta rei ratione personæ, non autem personæ gratia rei: quoniam tūc esset secus: vt in l. si sub vna. in §. fi. ff. de verb. obli. ita vt restringātur ad ius reale, non autem personale: & propterea ob id nō tenetur emptor, sed vēditor, & hoc est quod dicimus insuper per l. illā, s. q annui redditus ex re immobili, immobiles sunt, & operantur vt eos percipiēs euitet satisdationem de iudicio sisti: velut ille qui bona immobilia possidet: prout habetur in l. sciendū. ff. qui satisda. cogā. quā. l. nunc interpretamur: ex obligatione autem personali, non quia illa eādem personā & nō fundū sequitur (vt diximus) & no. ibidem Barto. in ij. col. ad medium: & est no. declaratio ad tex. illum. In reliquis an regula d. l. si quando. & similium, semper procedat, & quomodo, dic vt latè per Soci. in reg. ccccxl. incip. verba. per totum.

XLVIII.

1 *Arbiter si urgeatur à prætore ad sententiam, iurare potest sibi non liquere de causa. & quid sit iurare &c. nu. 3.*

2 *Triplex genus pronuntiandi olim.*

Scitis quòd tex. in l. si de meis. aliàs incipit, idem Pomponius
1 scribit. in §. fi. ff. de recep. arb. dicit arbitrum si fortè† vrgeatur à prætore ad sentētiam, iurare posse sibi de causa nō liquere, & ad eam ferendam non cogi. Et tamen vnde id ortum habuerit ignoratis: quandoquidem liquere semper de causa videatur: vt inibi dicit glo. quoniam aut probatum est, aut nō. si est probatū, reus cōdemnabitur: sin autem absoluetur: vt in §. cōmodū. Insti. de interdi. Ideò dicite, quòd olim & antiquitus
2 erat triplex† genus pronuntiandi: primum vt dies diffundere tur. Secundò vt comperendinatio fieret. Tertiò & vltimò vt iuraretur, cùm de causa nō liquebat. Diffundere diem, erat iudicium in posterum diem reijcere: quā ob rem dicit alibi tex. in l. ij. in §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. quòd quando iudex vel alteruter ex litigatorib. morbo sontico impeditur, lex xij. tab. iubet diē iudicij esse diffusum. Cōperēdinari aūt, inter
3 tium diem differre. Iurare† verò, quòd de causa nō liquet, cùm re vera neque absoluere reum à petitione actoris, neque damnare commodè possumus: hæc ex Gellio, noct. atti. lib. xiij. c. j. habemus: & clariùs ex Budæo in annotat suis. d. l. ij. ff. si quis cautio. & ibi ego multa etiam superaddidi: quæ aliquando in lucē edentur, & videbitis.

XLIX.

1 *Bona possidens immobilia, aut annuos reditus ex re immobili percipiēs, non tenetur satisdare de iudicio sisti. & suprà apophth. 47. in fin.*

2 *Iura quæ non sunt neque mobilia, neque immobilia, si ad annuos reditus referantur, immobilia efficiuntur.*

Habemus text. in l. sciendum. ff. qui satisda. cogan. dicentē,
1 eum.† qui bona possidet immobilia, non teneri præstare satisdationem de iudicio sisti. Dubitatur, quid si conuentus possideat annuos reditus, an gaudeat beneficio illius l. Barto. ibidē dixit, quòd sic: si ex re immobili percipiātur: aliàs secus: quod xlvij. sing. seu Apoph. suprà etiā testati fumus: & tamē bona mobilia esse dicūtur: nec ab re, quia eo casu idē iudicamus de rebus mobilibus, ex re tamen immobili percipiēdis, quod de immobilibus: casus est in l. iubemus nulli. C. de sac. san. ecc. & ita tenui in d. l. sciēdū. inferēs eo ampliùs vnum, quod certè est singulare, de quo idem Bal. meminisse videtur in d. l. iube-
2 mus nulli. in prin. quòd iura† quæ nō sunt neque mobilia, neque immobilia, sed tertia quædā species, si ad annuos reditus cōpetāt: immobilia efficiuntur: ea (vt arbitror) ratione: quia vnumquodque verbum relatum ad plura, & diuersa indiuidua, regulatur secundū naturā illorū indiuiduorū: vt dicit tex. in c. olim. de rescrip. & in c. cùm dilectus. de consuetu. vbi verbum electio, relatum ad ecclesiam inferiorem capitur pro præsentatione, ad superiorem pro confirmatione.

L.

1 *Exceptio, dolo facis, quia petis quod es restituturus, non potest obijci, quando dies obligationi adiecta est: secus si sit adiecta exactioni.*

1 *Intellectus l. fi. ff. ut legat. nom. cauea. & l. si donatarius. §. fi. ff. de condict. ob caus.*

REgulam habemus: quòd dolo facit, qui petit, quod statim restituturus est: in l. dolo facis. ff. de excep. dol. & in l. in condemnatione. in §. dolo. ff. de reg. iur. & in reg. dolo. eo. tit. in vj. patiẽtem plures declarationes: quas breuitatis causa omitto: & maximè, quia dixi plenè in multis locis: sed nolo prætermittere vnã, quæ est certè cæteris notabilior, & præstãtior: vt eadẽ
1 nunquam obijci possit: cùm dies† obligationi adiecta est: sicuti nec etiam eo casu obijci potest compensatio: vt in l. si cum militi. in §. fi. & in l. quod in diem. ff. de compen. & in l. fi. ff. vt lega. no. caue. ꝙ secus, si dies adiecta sit exactioni: quia tunc vtrũq; obijci poterit: vt in d. l. si cũ militi. in prin. ff. e. & in l. si donaturus. in §. fi. ff. de cõdi. ob causam. Et ratio diuersitatis est: q a primo casu actio ante diẽ nõ est nata: secũdo aũt casu sic: vt declarat Bar. in l. ita stipulatus. in xvj. col. ff. de verb. obli. & in l. si donaturus. prælleg. in §. fi. ff. de condi. ob causam. & clariùs quã alibi in l. iurisgentium. in §. quinimò. in gl. post diuortium. ff. de pac. & ibi latè dixi: sed quoniã casus d. l. fi. vt leg. no. cauea. & d. l. si donaturus. §. fi. ff. de cõdi. ob causam. sunt inductionis difficillimæ, aduertendum est eos ita probare: dicit tex. in d. l. fi. quòd mater quædam patrem suum instituerat hæredem, eundẽmque rogauerat, vt cùm†
2 moreretur, restitueret hæreditatẽ filio suo: & sic respectu instituti & grauati, nepoti: & ei satisdationem remisit legatorum, seu fideicommissorum conseruandorum causa, prout est natura illius tituli: pater iste dissipabat bona maritus testatricis idémque pater filij fideicommissarij volebat, vt præstaret satisdationem, ne fideicommissum redderetur inane: dubitabatur quid iuris: an satisdare compelleretur: dicit tex. quòd non: quia ei fuit satisdatio remissa: & huc vsque nihil probat: verùm subdit postea: cùm dicta testatrix deposuisset quasdam res apud maritum suum: quòd illæ debent patri petenti restitui hæredi, vt suprà, grauato restituere filio cùm moreretur: nec eidem potest obijci exceptio dolo facis: quia petis, quod restituturus es: quia non debet restituere statim, sed ex interuallo: cùm morietur: & sic dies erat obligationi: non autem exactioni adiecta: eo igitur casu, dicit text. in d. l. si donaturus. in d. §. fi. quòd ego credebam me debere cẽtum mulieri, quæ iussu suo sponso eiusdem promisi, sponsus petit nuptiis sequutis: dubitat tex. an ei obstet exceptio doli? & respondet quòd non: sed quòd bene obstabit eo tunc si diuortium sequutum fuisset: quoniam peteret quod ex interuallo annua, bima, trima die: in l. vnica. in §. exactio. C. de rei vxo. act. esset restiturus: & sic dies exactioni erat adiecta. tene menti.

LI.

1 *Arbiter & moderator suæ rei est quilibet. fallit in hospite, ante cuius ianuã pendet signum, qui potest compelli ad me recipiendum.*

REgulam habemus, & tritam quidem, vnumquemque arbi-
1 trum, moderatorem† esse rerum suarum: in l. in re mandata. C. mand. etiam in abutendo: vt in l. sed & si lege. in §. consuluit. ff. de petit. hæred. qua decidi posse videtur quæstio, prout mihi etiam his diebus euenit dum essem Venetijs. Nam pone quòd tu hospitem adieris, & ipse noluerit te recipere, vtrum possit compelli: videretur dicendum quòd non, per prædicta: & est tex. ad literam in l. j. in fi. prin. ff. nau. cau. stab. & ibi gl. clariùs: & in auth. omnes peregrini. C. com. de succes. Cuius cõtrarium dicerem ego audacter: quoniam videtur hoc cum republica cõuenisse: ex quo posuit signum hospitij ante ianuam: & est tex. in l. j. in fi. ff. fur. aduer. nau. & est not. limitatio ad reg. d. l. in re mandata. & in l. nec emere. C. de iur. de libe. & l. inuitũ. C. de contrahen. empt. & hac ratione idem in quibuscunque artificibus publicis dici posset. l. regula. §. & licèt. & ibi Bar. ff. de iur. & fac. igno. & reperi quòd ita in terminis etiam decidit Portius in §. præterea. in fi. Insti. quibus mod. re contrahi. obli. Nec ob. text. in l. j. ff. nau. cau. sta. q a fortè id verũ est, ex quo nõ dum signum ante ianuam apposuerat: quæ solu. diuinatiua est & reijcienda. iuxta. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. ideò dicas tu id esse, quia non tam ratione personarum loquitur: prout tex. in d. l. j. furt. aduer. nau. quàm rerum: quo casu nõ est mirum, si in eorum arbitrio residet, ne quem recipiant: vt inde etiam ad rerum suarum custodiam minimè teneantur: quod non est in d. l. j. fur. aduer. nau. cogita.

LII.

1 *Impensæ utiles & necessariæ factæ per prædonem, in re mala fide possessa, debentur iudicis officio.*

2 *Iudicis officium triplex: & quo ad dicatur aduersarium officium.*

3 *Offic um iudicis datur loco exceptionis, non tamen est exceptio: sicut nec iuramentum quod habet uim transactionis, est transactio, &c.*

IN l. planè. ff. de petit. hæred. talis recitatur casus. Prædo in re mala fide possessa fecit impensas vtiles, & necessarias, quo casu cõtra agentẽ petitio. hæred. obijci non põt, nec excipi, vt deducantur, quia prædo, quæsitum fuit an saltem officio iudicis,
1 debeantur? Respondetur ibidẽ† quòd sic: ex eo, quia iudex semper supplet ex officio suo, perinde ac si exceptio opposita à parte fuisset: ne actor cum aliena locupletetur iactura. l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. c. locupletari. de reg. iur. in vj. vbi illa eadem exceptio actioni seu obligationi non inest: secũdum Bar. in l. si vnus. in §. pactus. in pe. col. ad fi. ff. de pact. & est not. limitatio ad reg. l. iiij. §. hoc autẽ iudicium. ff. de damn. infect. Adde tu, vt ibi dicebam, & est no. dictum, quòd ex triplici officio iudicis, nobili: mercenario, & aduersario: de quibus per Bar. in l. j. ff. de iurisdi. omn. iud. hoc aduersarium esse dicetur:
2 quandoquidem† in locum deficientis exceptionis detur, & competat: & ob id ab exceptionibus exclusus, non erit exclusus ab officio iudicis: vt tex. ille probat, & latiùs deduxi in d. §.
3 pactus. & potest inferri, quòd licet aliàs officium† iudicis detur loco exceptionis, non tamen est exceptio: vt in simili dicimus, quòd doli mali exceptio datur loco appellationis: & tamen non est appellatio. secundum glo. in l. non distinguemus. in §. cùm quidam. ff. de arbit. Item quòd iuramentum habet vim transactionis, & tamen non est transactio. l. ij. ff. de iureiu. l. quidam de peculio. ff. eod. Item ꝙ donatio facta filio per patrem, de cuius hæreditate agitur, habet vim relicti: & tamẽ non est relictum: vt inquit Bald. in auth. ex testamento. in ij. col. de colla. & sic non semper subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. vt in l. si eum. in §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & in §. fuerat. Insti. de actio. & in l. j. ff. quarum rerum actio non detur. cum similib. Quæ omnia nota: quia sunt menti tenenda.

LIII.

1 *Facta pro infectis non haberi.*

2 *Stipulatio stipulatione tollitur, pactum autem pacto non: sed per replicationem. & nu. 3.*

4 *Iuramentum interuenisse ubi non interuenit, non est in potestate hominis.*

1 VVlgò dici solet, facta † pro infectis haberi impossibile esse: l. in bello. §. factæ. ff. de capti. & postli. reuer. §. j. in authent. de æquali. dot. c. cùm in iure peritus. de offi. deleg. & hinc est ꝙ in l. si vnus. in §. pactus ne peteret. ff. de pac. dicitur, stipulatio-
2 nem stipulatione† tolli posse: pactum autem pacto non: quoniam in illis ius, in istis autem factum versatur: & his proximũ est quod in Aulula. inquit Plautus,

Isthuc facinus, quod tuum solicitat animum,
Id ego feci, & fateor.
Deus mihi impulsor fuit.
Is me ad hoc illexit.
Factum est illud.

Fieri infectum non potest. Etiam apud Deum: vt inquit glo. in l. j. C. de rapto. virgi. & tex. in c. si Paulus. xxxij. q. v. & scrib. latè in l. j. in §. si vir. ff. de acquir. poss. vbi gloriatur Soci. se defendisse quẽdam Hebræum, contra quem fuerat formata inquisitio, quòd dixerat Deum certum quid facere non posse: vt per eum ibi: & latiùs in consi. cij. incip. in præsenti. in versi. cùm itaque circa prin. in j. vol. de quo etiam meminit Alex. in consi. xv. incip. Viso processu in prin. iij. vol. Aduerte pro singulari dicto quòd sunt hæc omnia vera, verè & realiter, nõ autem fictè, quando quidẽ factũ facto tolli posse per quandã fictionẽ possibile sit: ita Barto. in d. l. si vnus. de quo suprà proximè meminimus: in §. pactus. in pen. col. per illum tex. ff. de pact. & hoc erit
3 † per replicationem, quæ fictio legis est: vt ibi continetur: vbi si ego mutuaui tibi decem, posteà faciam pactum de non petendo, quo sublata est obligatio naturalis, ciuilis autem elisa: & posteà fiat aliud pactum de petendo: anterius nõ tollitur ipso iure, & verè, sed per replicationem, & sic fictè: ita vt si ego agã, & excipias, replicabo, & sic exceptio primi pacti replicatione secundi elidetur. & notãdum est maximè quod dixi fictionem legis esse: quoniam eam homo non inducit: vt est casus in l. si quis in fundi vocab. ff. de leg. j. & in l. si fortè. ff. de castrẽ. pecu.
4 per quæ iura dixit alibi Areti. quòd fingere† iuramentum in-

teruenisse,vbi non interuenit,non est in potestate hominis: in consil. xvij.incip. Considera.in iiij.col.post Barto.tamen in l. si is qui pro emptore.ff.de vsucapio. Et si diceretur quomodo hoc esse possit:cum sit quod fictio non cadat super impossibili:vt in l.confessionibus.in §.j.ff.de interro.actio.vltra multos adductos per Barto.in d.l.si is qui pro emptore.ff.de vsuca.Respondendum esse sciatis sic: verum esse si non aliud suadeat æquitas: vt idem Barto.astruit in d.l si is qui pro emptore. in xj. col.ad fi. ff.eo.verùm æquitas suadet maximè in casu.d.§. pactus.ergo.& est arg.in l.diuus.ff.de in inte.resti.tene menti.

LIIII.

1 *Querela inofficiosi testamenti non datur nisi sine causa fuerit exhæredatus aut præteritus,fallit.nu.2.*

3 *Causa in qualibet dispositione intelligitur semper excepta.*

1 COmmuniter querela † inofficiosi testamenti non solet dari filio, nisi fuerit exhæredatus,& sine causa quidem:& sic immerenter à patre:aut præteritus à matre, q̃ quidē illius præteritio loco exhæredationis habita sit: dicit text.in §.fin.Institu. de exhęreda.libero.& in l.iij.in §.illud.ff.de bono.poss.contra tabu.Nec ab re,quoniā aliàs si institutus fuerit,nulla ratio est: qua patrē inofficioso egisse dicatur: repugnántque hæc, quòd eum instituerit,& inofficiosus fuerit:præterquam in casu,& est singulare dictum:quando filius maximè emancipatus, ex asse
2 fuisset†institutus:eique datus substitutus vulgariter: & totum patrimonium testantis esset in seruis:quibus libertas quoque exinde donata reperiretur:nam tunc esto quòd institutus sit, non autem exhæredatus: aut præteritus:vt suprà cōsilium fuit prudens Vlpiani in l. Papinianus. in §. quarta autem. ff. de inoffi.test. vt hereditas omitteretur,donec in substitutum trāslata esset, quo facto querelā inofficiosi institueret: ita est text. ibi: & sic in consequentiam & per obliquum consequeretur, quod directò & principaliter consequi non poterat. vt in l.j.ff. de aut.tut.& in l. Ari.ff.quæ res pig. obl. non pos.Sed tu dicas non mirum esse: quoniam institutio ita erat grauata, vt loco exhæredationis haberetur: & sic ex causa id concedi videtur:
3 quæ in†qualibet dispositione semper excepta esse intelligitur, vt l.si hominem,ff.mand.& ad propositū de quo suprà facit regula.l.si eum.§.qui iniuriarum.cum vulgaribus.ff.si quis cautio.& in terminis in l.qui volebat.ff de hered.institu.Et ex his posset inferri,paria esse, vel quòd quis fuerit exhæredatus nominatim,vel effectualiter quoad istum finem:& bene dixi,quò ad istum finem:quoniam aliàs secus esset:vt legitur Insti. de exhære.li.in prin.& in l.j.ff.de lib.& post.& sentit Bar.in d.§.iiij. in.fi.& tenebitis menti.

LV.

1 *Filius aut seruus lege 12.tab.quicquid acquirunt, patri quæritur:fallit in castrensibus,aut quasi.2.Item cum expresse actum est ut non patri,sed filio quæratur.3.Item & cum turpiter & iniustè quæreretur.nu.4.*

HAbetis l.placet.ff.de acqui.hær.dicentem,filium ex lege 12. tab. seu†seruum, quicquid acquirit, acquirere patri,seu
1 domino:ita vt nec momento etiam acquisitum penes eos remaneat. & ita per illum text.Bar.in l.j.in j.col.C.qui admit.& alij,quos non refero.& locum habet etiam si pater esset furiosus:vt est casus in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alien. iur.Tu autem aduerte id non esse generaliter verum:quoniam
2 in†castrensibus,vel quasi,secùs est:vt gl.not.in d.l.placet.& in l.j.in §.j.ff.si quis à parent.fuer.manumiss.nec mirum: quia in
3 eis pro patrefamil.solet reputari.Secundò cùm † actum est, vt non patri,sed filio quæreretur: casus est not.in l.si vsusfructus. in §.si ita.ff.quando dies leg.ced.sed caue ne id intelligat,cùm sui iuris effectus est:vt ibi sensisse videtur Barto.Tertiò & vlti-
4 mò cum † iniustè & turpiter aliquid quæritur:vt in l.quod seruus. ff. de acquirend. possessio. quæ omnia ad limitationem. d.l. placet. addas vltra multa, quæ ego adduxi in dicta l. prima.C.qui admit.

LVI.

1 *Bonorum possessio est de iure prætorio,non de iure ciuili.& nu.2.*

2 *Dictionis ex,natura est importare non semper causam proximam,sed quandoque mediatam & remotam.*

COntendisse admodum videntur aliàs Docto.nunquid verè bonorū possessio sit semper de iure prætorio, an verò etiā & plerumque reperiatur fuisse de iure ciuili.Communis opi.se habet,potissimum per text.in l.j.ff.vt ex l.& S.C.bo. possessio. quòd sic.maximè ponderando inibi dictionem ex, quæ de sui natura importat causam proximam,& immediatam. l.j.§. ex
1 incendio.ff.de incen.rui.nau.cum vulg. Ego † autem aliàs dicebam,& bene dictum est, quòd non erat vera: quia text.non possunt cauillari dicentes contrarium. Institu.de bono.pos.in prin.& in §.quos autem.& in l.ius autem.in fi.ff.de iusti. & iur.
2 & quòd non semper dictio † ex, (& erit not. intellectus ad d.l. j.) importat causam immediatam,& proximam, sed mediatā quandoque,& remotam gratia euitandæ contrarietatis,& absoni intellectus.secundum Barto.in l.cùm filius. in §. hæres. in fi.ff.de leg.ij.& ita tenete, & dicite in reliquis vt dixi in rub. C. qui admit.in vlt.col.

LVII.

1 *Voluntas fingitur à lege,ubi non est uel etiam repugnat: ut in iure accrescendi,ne hæreditas pro parte adeatur,& pro parte repudietur.& nu.2.*

1 EGo volo † vobis dicere vnum, quod certè mirabile est, q̄ voluntas fingatur à lege,vbi nō est,imò vbi repugnat: nam scitis, quòd ius accrescendi introductū fuit immediatè à lege ex tacita testatoris volūtate: secundum magis cōmunem opi. de qua in l.j.C.quand.non petent.part.& est tex.in l. si Titio & Męuio.in §.Iulianus.ff.de leg.iij.& tamē nos habemus, quòd inter succedentes per bono.poss.contra.tab. qui veniunt contra voluntatē testantis,locum habet:vt in l.si duobus.ff.de bono.possessio.contra tab.& not.Barto. in l. mulieri & Titio. ff. de condi.& demonstration.& hoc nulla alia ratione, nisi ista,
2 quia lex fingit voluntatem, vbi non † est, ne hæreditas quæ est quid indiuiduum.l.j.ff.de acqui.hær.& dixi ego in l.j.C.qui admi.pro parte adeatur,& pro parte repudietur:vt in l.j.in §. his ita.C. de cad.toll.& pro hoc do vobis tex.no.in l.patre furioso. ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.vbi furiosus qui voluntatem non habet,fingitur habere à lege:vt sic filium in potestate retineat:cùm nec furor sit de modis,quibus illa eadem dissolui solet:& ad idem multa inducit Bald.in l. precibus.in xv. co.ad fi.C.de impub.& ali.substi.est verum,quòd aliàs dubitaui in l.j.in vij.col.& seq.C. quando non peten. par. sed quia hæc est veritas, ita quoque tenendum est.

LVIII.

1 *Inducta in fauorem vnius non debet in eius odium retorqueri:nisi odium ueniret in consequentiam fauoris.item fallit.nu.3.4.& 5.*

2 *Connexorum idem iudicium.*

1 DIcit l.quod fauore.C.de legib.quòd inducta†in fauorem vnius non debent in eius odium retorqueri. quam regulā hîc limitat Bal.in vij.oppo.& dicit non habere locum,quando odium venit in consequentiam fauoris. per tex. in l.cùm ex oratione.in §. fi.ff.de excus.tut.& est verum:quia hæc connexa
2 reputantur,& de† connexis idem est iudicium.l. quæcunque. ff.de rei vendi.c.translato.extrà de cōsti.Sed volo vobis dare
3 tria pulchra,& notanda similia ad hoc.Primum est in †filio emancipato:cuius fauore lex prætoria introduxit, vt possit succedere:esto q̄ lege xij.tab. esset incognitus. §.emācipati.Insti. de hæredi.quę ab intesta.defe.& tamen in odium retorquetur, quòd ius accrescēdi habeat locum inter eos: quod tamen ac-
4 crescit inuitis.l.j.§.his ita.C.de cad.tollē.Secundū est in†filio similiter,qui de iure ciuili est suus hæres,& necessarius habet beneficium perpetuū adeūdi,& tamē ad eius odium retorquetur vt hoc ius concludatur spatio annorum triginta:vt not.in l.li-
5 cet.C.de iur.delibe. Tertiū †& vltimum in muliere, quę similiter agit etiam matrimonio constante:dū tamen maritus vergat ad inopiam.l. si constante.ff.solu.matri.& tamen ad eius odium etiā introductum est, vt infrà tempus hoc fiat à lege determinatum:vt in l.in rebus.in §.fi.C.de iur.delibe.& hæc omnia nulla alia ratiōe.nisi vt suprà.quę tenebitis mēti perpetuò: & videbitis aliquando per me dicta, & latiùs in l. j. C. quando non peten.par.

LIX.

1 *Ius accrescendi quare introductum.*

2 *Intellectus.l.cum hæreditate.ff.de acquir.hæred.*

1 DOmini mei, scitis q̄ ius† accrescendi non alia de causa fuit introductū, nisi ista, quia absurdū aliquo modo videbatur,quòd hereditas quæ est quid vnum,& indiuiduum.l.j.ff. de acqui.hære.pro parte adiretur,& pro parte repudiaretur.l. j.§.his ita.C.de cad.tol.Aduerte,quia contra hoc videtur esse

casus in l. cùm hæreditate. ff. de acqui. hære. vbi ex† duobus hæredibus vno adeunte, & altero repudiante, esse potest, quòd ille qui adit, obliget se pro portione sua creditoribus hæreditariis, & non cogatur aut totam hæreditatem relinquere, aut aliam partem adire: sed ipsum esse contentum portione sua: ergo est ibi casus, quod pro parte hæreditas erit adita, & pro parte repudiata. Solue, quòd imò pars repudiata cedet ad commodum dicti cohæredis adeuntis: & erit per ius accrescendi, & est rationabile: quia erat obligatus etiam satisfacere creditoribus hæreditariis: vt est argumétum in l. eum qui. ff. de iureiurando. quod notatur.

LX.

1 *Hæreditas semel adita amplius non potest repudiari: intellige per se & simpliciter, sed per extraneam personam, & de equitate fic.*

1 HAereditas semel †adita (solet dici) nõ potest amplùs repudiari. l. sicut. C. de repu. hære. Aduerte, quia hoc est verũ per se, & simpliciter: sed per aliam personam, & ex æquitate secùs: casum habetis sing. in l. cùm hæreditate. ff. de acqui. hær. vbi hæres suus & necessarius abstinuit se ab hæreditate: intellige de iure prætorio: per tex. in l. nam nec emancipati. ff. de leg. j. & in l. eum qui. ff. de acqui. hære. & cohæres extraneus. adiuit: dicit tex. quòd licet iste non possit portionem suam repudiare per se, & simpliciter: compelletur tamen instantia creditorum aut totam adire: aut totam repudiare: nec ab re dicas: quoniã ex æquitate multa conceduntur, quę non concederentur regulariter: vt dixi ego in dictionario meo Auct. in versi. æquitas. sed interim adducatur notat. text. in l. diuus. ff. de in integr. restit. & de dicta. l. cùm hæreditate. memini suprà proximè. ad illud tamen.

LXI.

1 *Mente quod venit, an propriè & directo venire dicatur. & nu. 2.*

2 *Plura determinabilia non pariformiter determinantur, quãdo non est eadem ratio determinandi utrunque.*

SOlet allegari tex. in l. nominis & rei. in §. verbum ex legibus. ff. de verb. & rer. sig. quòd id, quod† venit ex mẽte, dicitur propriè & directo venire. Tu aduerte, quia hoc mihi nunquam probauit: quando quidem esse possit, quòd mente impropriè, & verbis propriè venire dicatur. iuxta no. in l. ij. ff. de offi. procon. & est rationabile: & sensit gl. in l. actio negotiorũ gestoũ

2 ff. de neg. gest. & erimus in casu, vt plura† determinabilia nõ pariformiter determinentur: quia non eãdem ratio est determinandi vtrumque. quomodo solet limitari reg. l. iam hoc iure ff. de vulg. & pup. substi. Et ideò probat hoc mihi alius tex. certè notab. & sing. in l. sed si lege. in §. de eo. ff. de pet. hære. vbi S. C. de quo ibi, quod non erat loquutũ de prædone, qui ex post facto sciuit se mala fide rem possidere: sed duntaxat de eo, quia principio non ignorauit, ea mente etiam fuisse perhibetur, ita vt ille omninò, vel qui à principio, vel qui ex post facto sciuit, ad fructuum restitutionem teneatur. Nisi respondeatur vt suprà & fortassis erit verum: & licebit insuper ab eorum sententia recedere, qui ita tenuerunt: quia potest esse, quòd ex mente veniat, & impropriè venire dicatur: quoniam propriè aliàs voluisse quis videtur id solùm, quod loquutus est: vt in l. vnica. in §. sin autem. in ver. sin vero. & ibi Bal. C. de cad. tol. quẽ refert & sequitur Ias. in l. iij. in j. col. C. de lib. pręt. Cogita.

LXII.

Testamenta iure gentium introducta & inuenta: modo uero iure ciuili. numero 6

2 *Successio actus legitimus & de iure ciuili.*

3 *Simile ut generet sibi simile regulare, fallit. nu. 4.*

4 *Actio est effectus obligationis, & de iure ciuili: obligatio uero de iure gentium: nisi dicamus actionem iurisgentium esse inuẽtione.*

5 *Actus à conformato non à confirmante denominatur.*

1 EX pluribus suaderi posse videtur, testamentum † iuris ciuilis esse: & ex eo maximè: quia hoc dicere videtur text. in l. ij. C. de bono. posses. secun. tab. ibi, hoc enim iure ciuili conditum esse dicuntur, & in l. xij. tab. ff. de verbo. signi. vbi lex xij. tabu. potestatem legandi, & faciendi testamentum dedisse videtur: ergo de iure ciuili. & Bar. in l. ex hoc iure. in ij. col. ff. de iusti. &

2 iu. Item quia successio† actus est legitimus & de iure ciuili: vt not. in l. actus legitimi. ff. de reg. iur. ergo & testamentũ, quod est causa successionis: quia qualitas effectus producti demonstrat qualitatem causę producentis: quandoquidem regulare

3 etiam sit, vt † simile generet sibi simile: dicit tex. in l. quod si nolit in §. qui mancipia. ff. de ædi. edic. Aduerte tamen, quia con

4 tra hoc facere videtur: nam † actio est effectus obligationis, & est de iure ciuili. l. ij. §. deinde. de orig. iur. & tamen obligatio est de iure gentium. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Sed potest responderi quod imò & actio est de iure gentium inu[...]tione: vt probatur in d. §. deinde licèt modus agẽdi sit de iur[...] ciuili: vt statim subijciemus: vel quod id procedit à communiter accidentibus: & est regulare: licet fallat in aliquibus. Et tamen ad propositum redeundo gl. in l. quoties. ff. de hære. insti. imò tex. in l. lege obuenire. ff. de verb. sig videtur dicere contrarium: quod sit de iure gentium: quoniam si lex. xij. tab. testamentarias successiones confirmauit: absque dubio erant prius: quia quod nõ est: nõ potest confirmari. l. nãsi sub conditione. ff. iniu. rup. irritoque testa. & est arg. in l. decẽ. ff. de verb. ob. de & in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. & pondera quod à con

5 firmato, non autem à confirmante† actus debet denominari: quoniam erat priùs validus: vt no. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in l. j. in §. omnia. C. de vete. iu. enu. & in l. adoptio. nõ iure facta. ff. de adoptio. sed vnico verbo dicas, & omnia con

6 cordabuntur: quod hoc† verum est inuentione: illud autem de quo suprà quò ad solennitatem, & modum testandi: & est simile in domino, quod est de iure gentium: & tamen modus potest esse de iure ciuili per vsucapionem: vt in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. & insti. de vsucap. in prin. & ita dicit Bal. in l. j. in fi. C. de iur. aure. annulo. Item in seruitute, nam seruitus est de iure gentium. §. seruitus. insti. de iure perso. & tamen modus ponendi se in seruitutem, potest esse de iure ciuili. §. fi. e. tit. nec non & matrimonio, quod de iure gentiũ est: imò naturali inuentione: & tamen quò ad solennitatem, & modum est de iure ciuili: vt not. institu. de iure natu. in §. j. quæ omnia nota, & tene menti.

LXIII.

1 *Septem testes requiruntur ad probandam uoluntatem defuncti. & quare. quod tamen fallit. nu. 2. & 3*

1 HAbemus tex. in l. fi. C. de fideicõ. dicẽtẽ aliàs, quòd ad probandã† voluñtatẽ defuncti requirunt septẽ testes: nec immeritò: vt falsitas euitetur, & vt per ampliores homines perfectissima veritas reueletur: de solennitate non loquor: quia duo sufficiunt vt dixi aliàs in l. ij. C. de bo. pos. secun. tabu. Modò

2 scias velim posse limitari hoc in tribus casibus. Primò †quando scriptura testamenti incendio, seu ruina, aut naufragio esset deperdita: quoniam tunc per duos testes probari posset: casus est sing. quẽ ibi no. Bal. in l. testiũ. in fi. C. de testib. q tamẽ intellige. vt per eum inibi: quãdo sunt duo ex illis, q fuerũt præsentes testamento: quæ restrictio esset magna ad hoc dic

3 tum. & ad illum tex. Secundò quando† testator legata quæ reliquit Titio, ab hærede Titio dari esset stipulatus: & posteà hæres negaret: tunc probaretur duobus testibus. & sufficerent: q dictum fuit Ias. in d. l. ij. in iij. col. C. de bo. posses. secun. tab. non tamen tutum ex pluribus de quibus per me ibi: licèt & ea possint posteà resolui. Tertiò & vltimò quando reliquisset centum filiæ: & non appareret in testamento quo iure: vt iure institutionis reliquisse dicatur, & verum sit probari posse per duos testes: quod dictum similiter fuit Baldus. in dicta. l. ii. sed hoc solennitatem potiùs quàm voluntatem respicit: & ideò cogitandum est.

LXIIII.

1 *Actuum pluralitas non præsumitur: fallit ratione uitandæ contrarietatis. numero. 3.*

2 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*

4 *Cautela ad [...] uitandam.*

1 VOlo vobis d[...]ere vnum, certè semper memoriæ cõmendãdum. Nam sciatis, quòd pluralitas† actuum regulariter præsumi non solet. c. in præsentia. de probatio. l. omnium. C. de testa. l. Pomponius scribit si frumentum. in fi. ff. de rei vendi.

2 nec ab re quia quæ sunt facti, non† præsumuntur. nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postli. reuer. c. cùm in iure peritus. de offic. deleg. Aduertite tamen, quia hoc inter cætera

3 fallit, & limitatur gratia euitandæ contrarietatis: † vt dicunt omnes post Bar. in d. l. ij. C. de secun. tab. & in c. cùm Ioãnes. de fid. instru. & est exẽplum in d. c. cùm Ioannes. nam ex duobus colliti-

collitigantibus vnus producebat instrumentum, in quo de vē
ditione domus simpliciter, & purè facta erat mentio: alius au
tem ex aduerso probata, quod erat facta sub conditione: di
cit tex. quòd nisi partes dixissent, quòd vnica tantùm fuit ven
ditio, plures præsumerentur ibidem gratia contrarietatis e-
uitandæ: quia vnicum cantabit instrumentum, & aliud dice-
bat testes: & ob id Abb. ibidem in iij. col. docet practicam ad
4 pluralitatem euitandam: vt partes † super vnitate interrogen
tur: vel vt dicit Bar. in d. l. ij. ad fi. quando hæres petit ab aliquo
ex his, qui debebant ab intestato succedere, hæreditatem, seu
legatarius legatum, si confiteatur testamentum factum fuisse,
sed hęreditatem, aut legatum non deberi: quia erat minùs so-
lenne, quo casu potest probari solennitas, vt proximè dixi, per
duos testes: & est communis opi. in d. l. ij. & exinde probata:
pręsumetur absque dubio plura testamenta facta fuisse gratia
istius contrarietatis euitandæ, inter testes de solennitate de-
ponentes: & hæreditatem negantem. Vnde practica est, vt ibi
declarat Bar. vt articuletur taliter: vt non nisi testamentum fa
ctum esse dicatur: vt per eum ibidem quod not. quia est aliquā
tulum obscurus.

LXV.

1 *Ratio quare prætor prouidit præteritis, & institutis, non autem exhæreda-*
tis. per tot.
2 *Faciendo magis delinquitur, quam omittendo.*

SOlet dubitari aliàs in l. ij. C. de bono. pos. contratabul. pro-
pter quid est: ꝙ non obstante, quòd filius præteritus haberet
1 remedium † iuris ciuilis, dicendi testamentum nullum: & simi
liter institutus cōsequendi hæreditatē testatoris, tamē eisdem
etiam pretor de alio prouidit remedio bonorum possessionis
contra tab. scilicet & secundum tab. exhæredatos autem ne-
glexit: quandoquidem solo remedio querelę vti possint. Multę
hincinde rationes adducūtur inter cæteras, quòd id fortè fuit:
quia magis delinquere videtur, qui pręterijt, quàm qui exhære
dat: & ideò non ab re est, si opus etiam fuit maiori prouisione:
& est arg. in l. j. in §. sed & si quis. ff. de carb. edi. & in c. vbi peri-
2 culum. de elect. in vj. quæ ratio falsa est: quoniam † magis delin
quitur faciendo, quā omittendo: vt dicit gl. in l. si mora ff. sol.
ma. & est tex. in terminis in l. maximum vitium. C. de lib. præ
te. vbi iniuriosior est exhæredatio, quàm præteritio: & tenuit
Alex. in consil. 145. incip. circa. in iij. col. in ij. volu. & pōt videri
etiam, quia rupto testamento legata non debentur quasi à de
mēte relicta: in præteritione autem secùs: vt in l. j. & in l. Titia.
ff. de inof. testa. est verum posse dici, quod genere pœnæ plus
sit pręterire, quàm exhæredare: quoniam testamentum eo casu
ipso iure est nullum: isto autem non. Sed respondetur id esse:
quia in testamēto deficit forma: quandoquidem sit necessariū,
quòd filius aut instituatur, aut exhæredetur: vt insti. de exhære.
lib. in prin. & in l. iij. ff. de iniu. rup. irrit. test. & in l. inter cętera.
C. de posth. here. insti. & simili. posset dici etiam quod respectu
legis plus peccat quis prætereundo, quam exhæredando. sed
respondebo Pretorem, qui habet æquitatem ante oculos, non
ita tueri solennitatē legis. quemadmodum ius naturæ, & cog-
nationis considerat: quibus casibus omnimodò dicendum est
rationem supra dictam non procedere. Vnde alia adducitur:
illud ideò esse: quia æquum putaui pretor eidem non prouide-
re, querelam habenti: ex quo etiam querela nunquam dat ha-
bēti: aliud remediū: ita Bart. in l. Papinianus. per illū tex. ff. de
inof. test. vel & aliter: vt dixi latiùs in d. l. ij.

LXVI.

1 *Bonorum possessio contratabu. quandoque conuertitur in secundum tabulas,*
& contrà.
2 *Actio directa iuris artificio in utilem conuertitur.*

BOnorum † possessio contratab. quandoque conuertitur in
1 secundum tab. vt potest videri in casu, quando aliquis est
institutus, puta Titius, & Seius frater pręteritus: nam certum est
quòd interim bon. posses. secund. tab. non habet. l. ij. §. expe-
ctandi. ff. de secund. tab. vnde lex voluit, quòd beneficio ipsius
pręteriti haberet contratab. l. si post mortem. §. fi. l. illud. §. fi.
l. iij. §. si quis ex literis. ff. de contratab. & hoc ad effectum trās-
missionis, vel. vt maiorem partē cōsequatur, si res ad causam
intestati reducatur, quam fuisset habiturus ex institutione, vel
respectu legatorum præstandorum: vt dixi aliàs in l. post hu-
mo. in gl. 5. C. de contratab. & est mirabile: quia si præteritus
posteà contratabulauerit testamentum, bene erit: quoniam se
cundum tab. instituti stat. in pendenti: contra reg. l. fi. ff. com-
mu. præd. sed non ab re: vt dicit Bar. in l. vsusfructus. ff. de stip.
seruo. in j. col. quoniam hoc ex ipsius dispositionis natura pro-
uenit, res ad propositum reducetur ad causam intestati: & vnus
quisque consequetur portionem suam: sin autem bonorum
posses. contra tab. intentata per. institutum conuertetur in se-
cundum tab. casus est sing. in l. nonnunquam. & seq. ff. de leg.
pręstam. & illa vtique attenditur. & est simile in l. neque enim.
in. §. fi. & ibi Bar. in prin. ff. de mili. testa. deducendo vt dedu-
xi in l. precibus. C. de impu. & al. subst. & meliùs quam alibi in
2 l. j. C. de actio. & oblig. vbi actio. † directa iuris artificio in vti
lem conuertit: Ex qua soleo inferre clariùs posse verificari con
clusio, quā in l. cū in fundo. in §. si fundus. ff. de iur. do. quod quā
do vna dispositio transfunditur in alteram. dispositionem, at
tenditur illa inquam fit trāsfusio: non autem illa quę transfun
ditur: de qua tamen multa aliàs dixi So. in l. cum filiofa. in xv.
c. ff. de le. j. quod semper no.

LXVII.

1 *Ex hæredato datur bonorum possessio contratabulas, quando exhæredatio*
non est solenniter facta: quia tunc non est exhæredatio, sed præteritio.
fallit. nu. 2.

LIcèt aliàs exhæredato † non detur bonorum possessio con
1 tratab. quæ proprium est remedium præteriti: cum & ipse
querelam habeat: vt in l. j. ff. de bono. possessio. contratab. at-
tamen si exhæredatio ritè: inest solenniter facta non fuerit, ha
bebit: vt in l. non putauit. in §. non quæuis. ff. de contratab. &
in l. iij. in §. purè. ff. de lib. & posthu. nec ab re: quia cum non est
facta solenniter, non est exhęredatio, sed pręteritio. verum prę
teritus habet contratab. ergo. Verum scias velim (& est nota-
2 bile dictum) id non † procedere: quando alio respectu nulla
est: vt puta in casu. l. fi. ff. de libe. & pesthu. de quo aliàs multa di
xi in dict. l. posthumo. quam suprà proximè adduxi. C. de con-
tratab. in glo. nominatim & sic licet edictum aperiatur institu
to præteritione alterius: vt suprà proximè etiā dixi: non tamen
aperitur exhæredato: vt in l. nō putauit. in prin. & in l. si post
mortem. in §. exhęredati. ff. de contratabu.

LXVIII.

1 *Testamentum non habet conferri in alienum, arbitrium & quare.*
2 *Intellectus l. illa institutio ff. de hæredib. instit. & l. filio præterito. ff. de in-*
iust. rupt. & earum concordia.

DIcit. l. illa institutio. ff. de hæred. insti. quod † testamentum
1 & vltima voluntas non debet conferri in arbitriū alterius
nec immeritò: quia vt dicit ibi gloss. in alienum arbitrium
conferre id, quod vix permittebatur in suo, satis irrationabile
legi omnimodò visum est: quandoquidē de rebus eorū in casu
quæ suæ futuræ non sunt, statuat atque disponat, & sunt con
cordātes in gl. ibidem. verùm tu aduerte pro notabili declara
2 tione illius l. quòd hoc † videtur contra casum. l. filio prærerito
ff. de iniust. rupt. irritòque testa. & ea quę latiùs not. in l. posthu
mo. in gloss. petita. C. de bono. possessio. contra tab. vbi filius
in potestate potest expresse vel tacitè consentire præteritioni
de se factę: ita vt testamētum aliàs quod nullum fuisset, valeat:
quo casu testatoris voluntas omni modò in alienum arbitri-
um conferri videtur. Sed solutio facilis est: vt à regula non dis
cedamus, & id non esse verum dicamus: quia non ipse testator
est, qui hoc facit, sed lex: & fuit respōsio Bar. in d. l. filio pręteri
to. pro quo est etiam tex. in l. nō putauit. in §. si quis sua manu
ff. de bono. posseff. contratab. & satis supérque dixi ego in d. l.
posthumo. C. de bo. pos. contratab. in gloss. præalleg. suprà &
est not. limitatio ad l. institutio.

LXIX.

1 *Legis ratione correcta, corrigitur & ipsa lex. & ibi Bald. & Curt. re-*
prehensio, dicentium id procedere si ratio est propter legem, nō lex pro
pter rationem.

QVis est qui non sciat gro. in l. j. in verb. prouidentia. ff. de le
1 giti. tuto. dicentem, quòd correcta ratione † legis corrigi
tur & lex: quoniam ibi dicebateur, lege. 12. tab. inductum fuis
se, vt tutela non, nisi agnatis, & cognatis legitimis & naturali
bus deferri deberet: neć ab re: quoniam rationi etiā naturali
maximè conuenire videbatur, dicit text. vt qui eam successio
nem sperarent: ijdem etiam tuerentur bona, ne dilapidaren-

tur? quæ ratio hodie correcta est:quoniam hæreditas agnatio
ne non inspecta proximis defertur:ergo & lex:vt idem sit in tu
tutela. Sed tu aduerte pro notabili intelligētia ipsius, quòd ita
2 demùm vera est, & procedit:si ratio † estpropter legem, non
lex ptopter rationem, id est, si ratio disponit de lege, non autē,
lex de ratione: ita Bald. in c.j.in §.& quia vidimus.in ante pe
nul. col.de his qui feu.dare possunt.& ita post eum dicit Cur.
concurrens meus, & pater, in l.post humo.in viij.col.C.de con-
tratab. de qua meminimus etiam suprà & malē: vt ibi dixi-
mus:quoniam nec ratione probari posse videtur, nec lege per
Bald.allegata, non ratione:quia cum ratio sit anima legis, &
non sit lex, nisi per rationem.l. quod dictū.ff.de pact.non po-
test dici: nisi quòd ratio de lege disponat, non autem ecōtra.
non lege:quia tex.allega.per eū in l.prospexit.ff.qui & à quibus
non habet rationem: & cessat ob id, non quia sit correcta;
quo casu non potest dici legem disponere de ea, quę in lege esse
non reperitur: nec potest imaginari: vt est argumentum in l.
decem. ff. de verbo. obliga. & in l. eius qui in prouincia. ff. si
cer. pet. cogita.

LXX.

1 *Facta multa tenent, quæ tamen à principio fieri impediuntur. intellectus l.pa tre furioso ff.de his qui sunt sui uel alien.iur. & per tot.*
2 *Prætor à principio an possit facere ne hæreditas adeatur: cum non sit su pra ius.3.*

MVlta impediuntur † fieri à principio, quę tamen ex postfa
1 cta tenent.l.patre furioso. ff.de his qui sunt sui vel alie.
iur.per quam regulam aliàs dici solet, quòd licet Prætor per
2 bonorum possessionem contra tabu.non possit facere † quòd
quis, cū semel est hæres, adiuitque hæreditatem, desinat esse hæ
res: attamē potestfacere, ne à principio adeatur:quia (vt dixi)
multa facta tenent, quæ tamen a principio fieri impediuntur:
& male:& hoc perpetuò notandum est: vt dicūt Doct. in l.post
humo.vbi ego multa in gl. fi.in j. contrario. C.de bono.posses
sio.contratab. quia esto quòd regula. d.l.patre furioso.proce
dat in casu suo, & alijs, de quibus ibidem latissimè Ias. non ta
3 men procedit in casu isto, ex quo prætor † non est suprà ius ci
uile: ita vt possit facere quod hæreditas quæ est de iure ciuili, si
ne hæres, vel adita hæreditate, vel antequam adeatur, desinat
esse hæres:& sensit Barto.in l.cùm in secundo.in fi.ff. de iniust.
rupt. irritoque testament.& in l.illud.in fi.princip.ff. de bono.
posses.contra tab.& scriben.in l.vt liberis.in glos.petita.C.de
collatio: & hæc addenda censui ad d. l. patre. ne quandoque
nobis hoc idem obiiciatur:& nesciamus soluere.quod perpe-
tuò menti tenebis.

LXXI.

1 *Aditio hæreditatis, & bonorum possessio contra tabulas concurrunt:non ta men bono. possessio secūdum tabulas, & contra tabulas: & quare fallit & infrà Apophtheg.73.*

ESt vnus text. in l.is qui in potestate. in §.sed si scriptus.ff.de
1 lega.præstan. qui dicit, quòd bonorum † possessio contra-
tab. & aditio hæreditaiis concurrunt: quod tamen non est in
bonorum possessione secundum: tab.& contratab.vt dicit gl.
in l. post humo.suprà proximè alleg. C.de bono.posses.contra
tab.& maximè mirum videtur: quia qui potest succedere de iu
re ciuili, potest etiam succedere de iure prætorio:vt in §.j.insti.
de bono.possess. Sed id nō ab re est:quia aditio hæreditatis est
de iure ciuili. & bonorum possessio de iure prætorio: & sic ius
omninò diuersum:qđ nō est in bo. pos. secūdū tab.& cōtrata.
quæ ab eodem iure prætorio procedunt: ita dicitur in d.l.post
humo. per Doct. in glo.fi.præalleg. C.de bono. posses. contra
tab. quod tamen an sit verum, cùm non sit sine difficultate,
ibi discutio.

LXXII.

1 *Intellectus l.is qui in potestate.§.si scriptus.ff.de lega.præstand.& Iasonis hallucinatio in intellectu illius.§.*

AD aliud text.proximo sing.& Apoph. alleg. in d.l. is qui in
Potestate.in §.sed si scriptus.ff.de lega.præstand.mirabilis
1 esse videtur:vt inquit † Ias.in d.l.post humo.in xij.col.in princi.
C.de bono.pos.contratab.in illis verbis: & hac ratione prętor
scriptum teneatur:quia ex liberis est:quòd filius emancipatus
eo tunc per bo.pos.contratab.minime impedire posse dicatur
aditionem hęreditatis de iure ciuil:si hęres institutus sit de libe
ris:quoniam aliàs si esset extraneus: dicendum videret contra
rium. Quod dictū suū semper arbitratus erroneū: imò falsum:
& contra tex.in l.filium ff.eo.de lega.præstan.Nec obst.text.in
d.§.sed si:scriptus.quia intelligitur in illis verbis verum quòad
præstationem legatorum, non quò ad alia:ita vt sensus sit, Præ
torem eum tueri, qui ex liberis est, ne legata omnibus præstare
teneatur:sed non vt hæreditas adiri in alijs.quāuis esset extra 2
nei, impediatur:& ita Ias.hallucinatus est absque dubio.

LXXIII.

1 *Bonorum possessio contratabulas, & secundum tabulas regulariter non con currunt. fallit nu.3.& infrà apophth.74.*
2 *Contraria duo simul stare non possunt.*

1 HAbemus quòd bo.poss.secundum † tab.& contratab.regu
lariter concurrere non possunt. l. ij.præalleg. C. de bono.
pos.contratab.nec ab re, quia sunt remedia contrària:vt de se
1 patet, & notum est. duo autem contraria † simul stare non pos
sunt:& maximè si sint prçcisè contraria:vt dixi, suprà & est tex.
in l.vbi repugnantia.ff.de reg. iur. Tu aduerte, quòd hoc fallit
3 † in duobus casibus: Primò in patrono præterito. Secundò in
patre, si testamentum liberti, & filij contratabulauerint.vt in l.
j.C.de bo.pos.contratab. liber. & in l.Pantonius. ff. si à paren.
quis fue.manu.. & hoc, quia testamentum in totum non rescin
ditur:sed pro parte:esto aliàs quod natura bo.pos. contratab.
si totum rescindere: sed id est: cùm datur & competit filijs ad
differentiam, querelæ:vt not. Aret.in l.posthumus.in fi.prin:ff.
de libe.& posthu.non autē patrono & patri:& est verum & no.
semper:quoniam his casibus contrarietas cessat, & repugnan-
tia:quo casu cessabit etiam dipositio prohibitiua concursus.
iuxta regulam.l. adigere. §. quamuis, ff. de iure patr. &c. cùm
cessante, de appel.

LXXIIII.

1 *Pater præteritus exemplo patroni contratabulat testamentum filij: ita ut testamentum pro parte rescindatur, contra naturam bonorum possessio nis contra tabulas.2.*
3 *Pater præteritus insolidum contratabulat testamentum filij in quo per sona turpis reper tur instituta: simile de fratre.4.*
5 *Casus in quo non est libera testandi facultas.*

1 SVprà proximè diximus, patrem † præteritum posse contra
tabulare testamentum filij, exemplo Patroni:quoniam eadē
æquitas concurrit:vt dicit tex.in l. j. ff.si à paren.quis fue.ma-
nu.& glo.in d.l.Pantonius.eo tit.ita vt testamentum pro par
2 te, non in totum rescindatur:& sic bonorum † possessio contra
tabu.naturam mutat:quæ est, v. sit indiuidua:ex eo quia pater
vel patronus de viribus testamenti non disputat: vt not. in l. j.
C.de bo.pos.contra tab.liber.& sentit Deci.in d.l.ij.in xiij.col.
in prin.in j.lect.C.de bono.pos.contratabu. Quæro quid si in
3 testamento † filij.persona turpis patre præterito, instituta repe
riatur, an bonorū possessio detur eidem insolidum? dic breui
ter quòd sic:casus est in d.l.Pantonius.in prin.& simile adduci
4 potest de fratre, qui cum alias: & regulariter † non admitta-
tur ad quærelam inofficiosi testamenti, & ad rescindendum te
stamentum fratris, admittitur tamen si in eo turpis persona in
stituta reperiebatur:text.est in l.fratres. C. de inofficio. testa-
men. nec ab re, quoniam ignominiosum satis esse videtur, ac
contra omnem rationem naturalem, turpem personam ad-
mittere:patrem verò, aut fratrē penitùs excludere:& sic nolue-
5 runt leges hoc casu liberam vnicuique testandi, seu † alienādi
facultatem esse: vt dicitur in l.j. C. de sacrosanct. eccle.& in l.
non vsqueadeò.ff.si a paren.quis fue. manu. & in l.in re man-
data.C.man.cùm tamen hoc modo rebus suis homines abutā
tur:idque à lege permissum sit:& potest videri alibi in l.sed & si
lege.in §. consuluit.ff.de petitio. hære. sed eo casu intelligitur,
vbi non pater aut frater in rerum natura esse reperiatur, vt su-
prà quod not.pro limitatione suprà dictarum legum.

LXXV.

1 *Beneficium abstinendi ab hæreditate sibi delata est de iure prætorio. & est perpetuum: cùm tendat ad inducendam exceptionem filio.*
2 *Qualitas naturalis regulariter attendenda non accidentalis, nisi & sit po tentior.*

BEneficium abstinendi † ab hæreditate sibi delegata:licèt ali
1 qui secùs tenuerint, est de iure prætorio: & secundum opi-
nio.

nio, magis communem: vt testatus est Alex. in l. qui se patris.
C. vnde libe. & in l. necessarijs. ff. de acquir. hære. & Ias. in l. vnic.
C. quand. non peten. partes & nõ habet dubium. Sed aduerte,
quia hoc stante, videretur dicendũ, quòd esset etiam temporale,
& non perpetuum, ad differentiam eorum, quæ sunt de iure ci-
uili: vt no. instit. de perpet. & tempo. actio. in princ. & in l. j. in §.
largiùs. ff. de successo. edict. & tamen hoc est falsum: vt no. in d.
5 l. qui se patris. C. vnde lib. nec ab re: quoniam tendit † ad inducẽ
dam exceptionem filio, quo casu succedit regula: quòd ea, quę
temporalia sunt ad agendum, dicuntur esse perpetua ad exci-
piendũ: dicit text. in l. purè in §. fi. ff. de dol. excep. & in l. licet. C.
de excep. & sic cõsideratio effectu ipsius abstentionis, nõ aũt qđ
sit de iure prætorio, qđ videt mirabile: ex quo verificari posse vi
detur id, quòd aliàs dici solet, quòd iura nihil aliud considerãt:
nisi effectum vniuscuiusque rei: vt in l. nomen filiarum. in § fi-
nal. ff. de verb. signific. & in l. quod vulgò. ff. de con. pos. contra
tabu. & in l. fin. C. de dona. Item limitatio ad regulam. l. qui ha
6 bet. ff. de tutel. quòd † qualitas naturalis attenditur, & non ac-
cidentalis: vt id regulariter sit verum: pręterquàm in casu, quã-
do accidentalis esset potentior: vt in casu isto: & in simili dici-
tur in l. prima. in §. bestias. ff. de postuland. quod notat. &
tene menti.

LXXVI.

1 *Posthumus propriè quis: & quis impropriè. & nu. 3.*
2 *Dictionis, duntaxat, natura.*

ALtercatio maxima est inter scribẽtes in ru. de lib. & posth.
An posthumus, qui nascitur post testamentum patris, in vi
ta tamẽ ipsius, dicatur posthumus. Et resolutio communis est,
1 quòd sic: sed impropriè † & largo sumpto vocabulo: quoniam
propriè & strictè ille dicitur posthumus duntaxat, qui nasci-
tur post mortem testatoris: quasi post humum patris natus: vt
in d. rubri. continetur: & in rub. C. de posthu. hæred. insti. vbi
glo. magistralis. & in l. Gallus. in glo. si quis posthumos. ff. de
lib. & posthum, & in l. posthumo. C. de bono. possess. contratab.
Et est tex. in l. iij. in prin. ff. de iniust. rup. irritoque test. ad literã,
quem ego aliàs in d. l. posthumo ponderabam in dictione illa
2 taxatiua, † duntaxat, quæ si in oratione (vt ibi) esse reperiatur,
continet orationem negatiuam: perinde ac si expressè posita
esset: secundum Bart. in l. j. in prin. ff. si quis ius dicẽt non ob-
tempera. & Areti. post eum in l. iij. in §. ex pluribus, in ij. not.
ff. de aquir. possess. & est exemplum, Petrus duntaxat currit,
ergo nullus alius quam ipse. Item ex vna duntaxat causa possi
demus: ergo ex pluribus non debemus posse: ita vt ad proposi
3 tum sit sensus: posthumos † eos duntaxat dici, qui post mortem
parentis nascuntur: vt ibi: ergo nullus alius propriè dicitur
posthumus. quod est notandum.

LXXVII.

1 *Pater propter necessitatem famis potest uendere filium, non æquè filius pa-
trem. nu. 4. 5. 6. 7.*
2 *Necessitas adeò ingens est telum, ut non sit legi subiecta. & propter eam
furtum permitti uidetur. 3.*
3 *Pater & filius sunt duo correlatiua. non tamen semper id est uerum. nu
mero. 7.*

VOlo vobis dicere bonum verbum: scitis quòd pater pro-
1 pter necessitatem † famis potest vẽdere filium: casus est in
2 l. ij. C. de patribus, qui fil. distraxe. nec ab re: quia † necessitas in
gens est telum, & nulli legi subiecta. l. ait Prætor. §. si debitorẽ.
ff. quæ in frau. credi. vnde bene Christus respondens Phariseis
Lucæ 14. in prin. dixit, Cuius vestrum asinus, aut bos in puteũ
cadet: & non continuò extrahet illũ die sabbati? c. conquestus.
de ferijs: & maximè famis: vt dicit Bart. in l. j. C. de naufra. li. x.
3 ita † vt furtum permitti ob id videatur. in c. si quis extrà de fur.
& ea ratione furtum turpe quid non dicitur: quoniam necessi
tas aliàs non excusat, si turpe quid committatur: vt est tex. in l.
palam. in §. non est. de rit. nupt. & probat alius text. in c. cum
infirmitas in fi. de pœni. & remissio. Sed ad propositum quæro:
4 an d. l. ij. habeat locum econtrà † in filio? videretur. prima facie
dicendum quod sic: per regulam. l. nam. & si parentibus. ff. de
5 inofficio testamento, & maximè quia pater † & filius videntur
esse duo correlatiua: quamobrẽ dispositum in vno ex duobus
correlatiuis, in alio dispositum etiam intelligitur: vt in l. finali.
C. de indi. vidui. tollend. & ideò videmus inde etiam quòd
sicuti filio datur bonorum possessione contratabulas ita da-
tur & patri: vt in l. j. ff. de bonor. possessio. contratabul. & in
l. j. & in l. Pantonius. ff. si à paren. quis fue. manu. Item quia eadẽ
necessitas, quæ est in patre vendente: est etiã in filio. ergo idem
ius quoque esse debet. l. à Titio. ff. de ver. oblig. l. illud. ff. ad leg.
6 aquil. cum vulga. tamen † contrarium est verius: vt dixit Cyn.
in l. isti quidẽ: in fi. ff. quod met. caus. & bene: quoniam id proue
nit ratione patriæ potestatis: licèt Cyn. non viderim: quod be-
neficium eo respectu cum fuerit patri concessum: non æquè ad
7 filium debet extẽdi: esto quod quòad quædam † correlatiuum
patris esse dicatur: quemadmodum est illud: vt non minus piè
parentibus debeatur hæreditas filiorum: quam parentum filijs
quo casu loquitur d. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. vt
1 vni detur bono. possessio: sicut & alteri: vt dixi: licèt filio detur
vt filio: patri autem vt manumissori: vt in d. l. j. & l. Pantonius.
not. prꝫalleg. ff. si à paren. quis fue. manu. Nec ob. quod eadẽ
necessitas militat in filio: quæ est in patre: quia verum est: sed
non proptereà sequitur, quòd eadem necessitas faciat: vt idem
possit filius: quod potest ipse pater: quoniã sequeretur aliàs:
quòd cum eadem necessitas sit in seruo, eadem necessitate
posset & ipse dominum vendere: quod quam absurdum sit: latet
neminem. Et ista non congessit Hyppolitus. de Marsil. in singu
la. suis. ciuitati. in antiquis, quæ memoriæ commendabis.

LXXVIII.

1 *Mitius agitur cum lege quam cum homine, fallit si agatur de annulatione
actus. numero. 3.*
2 *Suspensus ab homine non potest eligere, secus si à lege.*

AVdi: dicit text. alibi: & solet quotidiè ad hoc allegari: quòd
1 mitius † agitur cum lege, quàm cum homine. in l. Celsus.
ff. de arbitr. quam plenè interpretatus est Bar. in l. amplius non
peti. ff. rem ratam habe. quamobrem ob id alibi dixit gloss. in
c. cùm dilectus. in versi. à suspensis. extrà de consuetu. quod sus
2 pensus ab homine † non potest eligere, vel alia facere quæ iuris
dictionis sunt: secùs si à lege: & alibi Bald. in l. vniuersa. in j. col.
in fi. C. de precibus. Impera. offeren. quòd habens dilationem à
lege, non tenetur satisdare: si autem ab homine, secus. & alibi
glo. in l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habe. quòd lex faciliùs
moderat, seu ampliat suam dispositionem, quàm dispositio-
nem hominis, quam commendat Alex. in consi. v. incip. Atten
tis. in vlti. col. in vij. vol. Sed quæro an hoc indistinctè sit verũ?
text. in l. si libertus. in princip. & singularis quidem. ff. de iure
patron. quam ibi etiam in specie not. Bartol. videtur dicere
3 quòd non: & est verum: quando scilicet agitur † de annulatione
actus: & per hoc inferri posse arbitrabar aliàs, quòd sicut in bo
norum possessione contratabu. vbi agitur de annulatione fien
da ab homine, est locus successorio edicto: multò magis esset
in iure dicendi nullum: quod est annullatio legis: de quo tamen
videnda sunt quæ dixi in l. qui se patris. C. vnde lib. & ad pro-
positum redeundo erit limitatio ad d. l. Celsus. cuius etiam me
minit Bald. l. j. in j. oppo. C. si in fraud. patro. & Ias. in l. vbi pa-
ctum. in prin. C. de transactio. & ratio est: quia lex faciliùs po-
test annullare, quàm homo: cùm maioris sit etiam potẽtię. l. nõ
dubium: cum vulgaribus. C. de legib. & hoc modo propriè lo-
quitur. d. l. si libertus minorem. & declarat Ias. in §. itẽ si quis
in fraudem. in ij. colum. in fin. institut. de actione & est no-
tandum.

LXXIX.

1 *Bonorum possessio contratabulas sicut datur præteritis, ita querela exhære-
datis: nisi & præteritio & exhæredatio sine causa factæ sint: quo ca-
su præteritis datur querela, exhæredatis autem contratabulas. & nu
2. & 3.*

SCiunt omnes etiam qui prima elementa ediscunt, quòd sicu
1 ti † bonorum possessio contratab. datur præteritis ad euer-
tendum testamentum patris: vt in l. j. ff. de bono. possess. contra
tabu. & toto titi. ita datur exhæredatis querela inofficiosi testa
menti: prout similiter toto titu. continetur. ff. de inoffic. testa.
2 nisi † exhæredatio sine causa facta esse reperiatur: quoniam
tunc querela non daretur: vt in l. non putauit. in §. non quæ-
uis ff. de bono. possess. contratabu. & in l. & si pepercerit. in §.
filius. ff. de lib. & posthumis. & dixi ego aliàs rationem amplius
assignando in l. posthumo. C. de bono. possessio. contratabu.
Sed nec eos nunc vnum volo ignorare omnimodò necessa-
3 rium & vtilè, quòd imò quandoque etiam † querela datur

præterito: & eo quoque casu, cùm sine causa facta esse reperitur: videlicet quando præteritus potuit præteriri: ex quo ab alio præterito præcedebatur: nam hæc præteritio habetur pro tacite exhæredatione, & querela, esto etiam quòd sine causa facta sit, & reperiatur erit omnimodò necessaria: & sic vbicunque transit ad aliquem ex successorio edicto: casus est singularis secundum verum intellectum in l. pater filium. ff. de inoffi. testat. & in l. si is qui. ff. eo. titu. quæ iura ita declarat Bald. in l. posthumorum. in fin. ff. de iniusto rupt. irritóque testa. quod notabis.

LXXX.

1 *Posthumus præteritus si nascatur, & moriatur viuo testatore, testamentum quod eius præteritione erat ruptum, reconualescit de iure prætorio quo ad hæredis institutionē, et legata in eo relicta: quod nō est, si decedat post mortem testatoris. rationem uide nu. 2.*

1 HOc anno diximus inter legēdum sæpius, quòd posthumus præteritus † si nascatur, & moriatur etiam viuo testatore, testamentum, quod eius præteritione erat ruptum, de iure prętorio reconualescit, quò ad institutionem hæredis, & legata in eo relicta: quod non est, si post mortem decedat: casus est in l. posthumus. ff. de iniusto rupt. irri. que testa. Nunc scias velim, vt ibi declarat Bald. in fi. prin. quòd id nulla alia ratione esse
2 dicitur, nisi ista, quia † actus qui ad confirmationem ordinatur, faciliùs confirmat, si reperit causam efficientem in esse, quàm si reperit eā defecisse: sed si moriatur viuo testatore causam efficientē in esse reperit, id est ipsum testatorem: si aūt post, deficientem. ergo non mirum si primo casu faciliùs effectus reconciliatur: secundo autem non: & hoc est etiam quod sensit Deci. per text. in l. qui vxorem. ff. de iniusto rupt. irri. que testa. in l. posthumo. in ij. not. C. de bono. pos. contra tabu. & colligitur ex text. l. certum. ff. commu. prædio.

LXXXI.

1 *Filius si sub conditione potestatiua hæres instituatur quæ ultimo uitæ spiritu impleri non possit, tunc eo mortuo nepotes substituti admittentur: qui si substituti non essent, filius etiam hæreditate non adita transmitteret hæreditatem ad quoscunque hæredes. & quare. 2.*

1 TRitum est apud omnes, si filius sub conditione † potestatiua instituatur, quę vltimo vitæ spiritu impleri non possit: puta si Alexandriam proficiscatur: quòd tunc eo mortuo nepotes substituti admittentur. casus est in l. si. ff. de condi. insti. de quo meminerunt scribentes in l. qui se patris. post gloss. ibidem in verb. negat. C. vnde libe. modò scias velim, quòd si ne-
2 potes, † & est singulare dictum, substituti non essent, dictus filius etiam hæreditate non adita, legitimus, imò suus, quia in gradu primus est, efficeretur, & singularitas est in hoc: quia trāsmitteret hæreditatem ad quoscunque hæredes: quod non est in aliis legitimis: ita Imol. in dicta l. fina. ff. de conditio. institu. & est addendum ad ea, quæ habentur in l. prima. C. de his qui ante apertas tabul. & in l. prima. in §. in nouissimo. C. de cad. tollend.

LXXXII.

1 *Trebellianica non detrahitur de fideicommisso debito in testamento militis. & quare. nu. 4. fallit tamen secundum communem. nu. 2.*
3 *Detractio falcidiæ aut trebellianicæ inuenta fauore testatoris.*

1 ALibi dicit gloss. quòd de fideicommisso † debito in testamento militis non detrahitur quarta trebellianica in l. precibus. in versi. peti possunt. C. de impub. & aliis substit. imò tex. in l. j. in §. denique. ff. ad trebellia. & in l. in testamento. C. ad leg. falcid. & in l. in testamento. ij. C. de milit. testa. considerando maximè ius fforum: quoniam communis opin. esse vide-
2 tur † hodie detrahi, per text. in §. penult. in authen. de hæredi. & falci. vt dicitur in d. l. precibus. & in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. Sed aduerte, quia mirum etiam id videbatur iure fforū:
3 quando quidem † detractio ipsa inuenta sit testatoris fauore: quoniam pro nullo, aut minimo lucro facilè scriptus hæres hęreditatem recusaret, & recusat: vt legitur. Instit. de leg. falci. in princ. nisi dicatur, & est singulare verbum: quòd esto quòd in
4 † testamento militis hereditas non adeatur, nihil est: quoniam substitutio fideicommissaria eo tunc in directam cōuertitur, vt est casus not. in l. neque enim. in §. fin. ff. de milit. testa. & hoc inter cætera priuilegia militaria præcipuum est, vt sentit ibidē Bart. in prin. & bene. & est simile, licet de fauore militis non agatur: in l. nonnunquam, & seq. ff. de lega. præstan. vbi bonorū possessio contra tab. competens instituto agenti beneficio prę teriti, quandoque in secundum tabulas conuertitur. & dixi supra in 66. apophtheg.

LXXXIII.

1 *AEquitate & benignitate iuris interpretatione aliqua recipiuntur, quæ de stricto iure non reciperentur: eo tamen casu lex non extenditur ad alium casum. nu. 3.*
2 *Hæreditas in codicillis neque dari, neque adimi potest de stricto iuris rigore.*

1 SCitis, quòd plærunque leges dicunt, aliqua † æquitate, & benigna iuris interpretationem recepta esse, quæ de stricto iuris rigore minimè admitterentur, aut procederent: vt videri potest in l. Scæuola. ff. ad trebel. vbi si instituo filium meum, & ei substituo in codicillis, benigna interpretatiōe receptum est, hæreditatem substituto restitui mortuo instituto: tametsi de
2 stricto iuris rigore † in codicillis hæreditas neque dari, neque adimi potest: vt ille idem text. dicit, & in l. ij. C. de codicil. & in §. penul. Institu. eo. & ad idem breuiter his verbis, & hoc modo loquendi vtitur tex. in l. qui negotia. in prin. ff. manda. & in l. si tibi. in fi. ff. si certum petatur, sed quis sit effectus dictorum ver-
3 borum ignoratis: & propterea dicite: quòd cùm lex † eo modo loquitur, ad alium casum nunquam extenditur: ita Ioan. And. in capitu. ij. in princip. vt lit. pendend. in vj. per tex. in capitu. susceptum. de rescript. & in capitu. constitutionem. de regul. iuris, eod. libr. & in l. commodissimè. ff. de libe. & posthum. & ita tenendo, ego, quòd compendiosa facta à pagano verbis directis post pubertatem non valet, nec iure directò, nec fideicommissi, respondebam ad tex. qui in contrarium inter cætera adducebatur, dict. l. Scæuola. ff. ad Trebellian. in l. præcibus in xxix. col. C. de impub. & aliis substi.

LXXXIIII.

1 *Conciliatio l. si filius. §. fi. ff. quod cum eo. & l. is qui in potestate. ff. de lega. præstand. & per tot.*
2 *Conditio implenda in forma specifica. & infrà apophth. 81. & 121.*

REperio duo fortissima cōtraria in iure, quorum vnum est,
1 quia si alibi dicit tex. quòd conditio de dando hæredi, non erit impleta, si detur fideicommissario, quandoquidem hæres non sit: licet loco hæredis habeatur. l. si filius. §. fin. ff. quod cum eo. & est text. quem omnes dicunt sing. in l. qui hæredi. in §. j. ff. de condit. & demonst. & huius dicti ea est ratio, quia conditio
2 † debet impleri in forma specifica. dict. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. eod. aliud verò in l. is qui in potestate. in §. fi. ff. de lega. præstand. vbi conditio de dando hæredi impletur, si detur bonorum possessori: & tamen bonorum possessor non est hæres. l. ij. ff. de bono. possess. Ideò dicebam aliàs in l. precibus. ego vltra omnes. C. de impub. & aliis substit. id non ab re esse: quoniā testamentum erat ruptum per bonorum possess. contra tab. & res reducta ad causam intestati. quo casu perinde erat, ac si extraneus hæres scriptus non fuisset, & maximè: vt tex. met. dicit quia inconueniens esse videretur, quòd filius legatum restitueret legatario, & sic onus sentiret: alius verò emolumentum hæreditatis: pro quo est tex. etiam no. in l. vnica. in §. pro secundo in versi. neque enim. C. de caduc. tollend. quod non est considerabile in casu dict. l. qui hæredi dict. §. j. ff. de conditionib. & demonstrationibus tene menti.

LXXXV.

1 *Conditio de dando seruo, non impletur dando domino, & quæ sit ratio: & an conditio semper implenda sit in forma specifica. & suprà apophth. 84. & infrà apophth. 121.*

VT suprà proximè dicebam, & solet ita communiter allegari, inquit tex. in l. qui hæredi. ff. de conditionibus & demō-
1 stra. quòd conditio † de dando seruo, non impletur dando domino: ex quo dicunt scribentes passim & vbique quòd est ibi text. quòd conditio impleri debet in forma specifica. Tu aduerte, quia nusquam id probabit, ex quo non potest conditio impleri in persona domini, quæ veniebat implenda in persona serui: quia effectu differunt: & non est ex alio, nisi ex eo, quia seruus potuisset liber effici, & consequi commodum dicti imple-

implementi: casus est in §. libertas quoque Institu. de singu. reb. per fideicommis. relict. vlterius, si id ibi esset ea ratione, non posset impleri in persona domini consentiente seruo: quia hoc est implere non specificè, sed per æquipolens. & tamen potest, vt ibi. Præterea conditio de dando pupillo, seu furioso: impletur dando tutori, vel curatori. l. si fundus. ff. eo. ergo. Ad idē dicit text. in l. si mulier. in §. si quis hæreditarium seruum. ff. de condit. insti. quòd conditio de seruo manumittendo, quæ de iure impleri debebat, potest impleri de facto: ergo nusquam tuta regula illa. ideò cogita: ne ex his infinitæ decisiones corruāt: & fuit subtilis indagatio Decij in rubric. de probatio. in ij. columm. vbi ego multa dixi: & aliquid etiam in dicta. l. precibus. C. de impube. & alijs substitut. & infrà.

LXXXVI.

1 *Confirmatio superioris operatur ualiditatem actus inualidi.*
2 *Actus à quo denominandus, à confirmato, uel à confirmante.*
3 *Actus factus intelligitur ex eo quod est uerisimilius, quando ex duplica capite fieri potest.*

1 SOlet dici, quòd confirmatio superioris † operatur validitatem actus inualidi. l. adoptio non iure facta. ff. de adoptio. per quem text. ita etiam dixerunt Doct. maximè Moder. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. intantùm vt hinc posteà oriatur difficultas, an † actus ita confirmatus, à confirmante debeat denominari, vel à cōfirmato: vt ibidem, & in locis per me copiosissimè allegatis in aureo meo Alphabetico. in ver. confirmans. Sed pro singulari dicto nūc ad vnum velim aduertas: quoniam id fortè non haberet locum, quando essemus in concursu actus validi: & inualidi, quoniam tunc, & eo casu, confirmatio † facta per principem, refertur potiùs ad actum validū, quàm inualidum. ita Ioan. And. in c. dudum. in fi. extrà de deci. quem refert & sequitur Hyppol. de Marsil. in consi. 75. incip. clementissimi. in vlt. col. & in figul. 96. inc. Cōfirmatio. Quod tamen vsquequaque tutum non videtur, quia actus si de se validus est, non eget confirmatione, quod non est, cùm actus est inualidus: quo casu potius videretur dicendum contrarium eius, quod idem Ioan. Andr. dicebat, & Hyppol. Marsil. post eū: tamen authoritas eiusdem est magna, & maximè in terminis, in quibus loquitur. ideò dic vt suprà, & per eum latiùs in d. c. dudum. & posset etiam exinde probari ratione: quoniam actus quoties ex duplici capite fieri potest, semper factus esse intelligitur ex eo, quod est verisimilius: vt est no. casus in l. tutor. in §. j. ff. de excus. tut. & in l. fi. C. de dot. promis. & in c. requisisti. de testa. sed verisimiliùs est actum validum confirmari, qui cōfirmationem etiam desiderat, vt not. in d. l. omnes populi. ex quo tollitur, quod suprà contra eundem Ioan. And. dicebam. ff. de iustit. & iur. quàm inualidum. ergo & ita tenete.

LXXXVII.

1 *Verba generalia à quacunque prolata debent intelligi secundum iuris dispositionem, & ex hoc infertur ad quæstionem de locāte domum, & promittente nunquam expellere conducentem, quod persona loquentis semper excepta intelligitur.*

1 SOlet dici, quòd verba † generalia à quocunque prolata fuerint, & in quacunque dispositione, debent semper intelligi secundum iuris dispositionem: vt ecce in casu l. si prior. ff. solut. matri. maritus promisit dotem restituere, intelligitur in quantùm facere poterit. Item & similiter, retento sibi lucro eiusdē dotis, quod sibi pro parte competebat: vt declarat Bald. post Cy. in l. fi. C. ad leg. Fal. Vel & aliter, quando generaliter damnum & interesse promissum est, vt id totum non veniat: sed vsque ad dupli quantitatem: vt in l. vnic. & ibi no. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. & est notabilis limitatio ad tex. & regulā de qua in l. j. in §. generaliter. ff. de leg. præst. & in l. de pretio. cum vulg. ff. de publicia. Sed quæritur, pone quòd ego promiserim domum meam conducenti, eum nunquam † expellere: an intelligatur etiam si vellem pro vsu meo proprio. Ang. in l. æde. C. loca. quem refert & sequitur Dec. in d. l. vnic. in 11. col. in vlt. lectura dicebat, quòd sic: quoniam aliàs verba generalia nihil operarentur. quod dictum mihi non placet: vt dixi in d. l. vnic. in 36. col. quoniam in generali sermone semper persona loquētis excepta intelligitur: vt in c. petitio. de iureiur. & est simile in c. veniētes. eo. ti. & in l. Imperatores. ff. ad municip. Nec obst. quòd verba aliàs generalia nihil operarentur quia satis est, quòd operetur respectu aliorum, vt in dictis iuribus continetur. Et est tenendum menti.

LXXXVIII.

1 *Obligatio ad interesse succedit in promissionibus facti fallit. nu. 23. & 4. intellige ut infra apoth. 90.*

1 REgulam habemus, quā nullus ignorat, quòd in promissionibus † facti succedit obligatio ad interesse: vt in l. si quis ab alio. in fi. ff. de re iudi. & in l. quoties quis. ff. de verb. oblig. & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. eo. ita vt tex. isti nullo modo possint cauillari. Sed scias velim pro singularibus verbis, duo vt dicebam heri in l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest. quòd hoc debet intelligi præterquam in casu,
2 quando † obligatio inducta partium conuentione, successisset in locum obligationis legalis, vt in casu. l. stipulatio. §. siue autem. in fi. ff. de no. ope. nun. quoniam tunc præcisè ad factum ageretur: cùm eo casu etiam agatur: vt in l. si cum exceptione. in §. sed & si quis. ff. quòd met. cau. ex quo subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. l. j. §. hæc actio. ff. si quis testamen. lib. esse ius. fue. cum vulga. & sic isto casu, quod notandum est pro limitatione. l. Celsus. ff. de arbi. mitiùs agetur cum homine, quàm
3 cum lege. Item † & secundò in casu l. sed & hæ. in §. fi. ff. de procur. quando factum in iudicio explicandum est, propter ipsius rigorem, ne prætor illudatur: vt declarat Bald. in l. si traditio. in princip. C. de actio. empt. & in l. nec libertus. in fin. C. de oper. liber. & sentit Barto. in d. l. stipulationes non diuiduntur.
4 in xvj. colum. ff. de verbor. obligat. Addas item † & tertiò, vbi causa publicæ vtilitatis ageretur: vt in scriptore: vt ille idem Bald vbi suprà vtrobique no. & scriben. in dict. l. stipulatio. ff. de noui operis nuntiatione. & ob id inferri posset glo. malè loqui in dicta. l. vnic. vt ibi dixi in versic. in alijs. quæ absolutè præsupponebat, & affirmabat per iura prædicta ad factum præcisè agi posse.

LXXXIX.

1 *In obligationibus dandi res præcisè dari debet, nisi sit perempta: quo casu promissor tenebitur post moram ad æstimationem. intellige vt nu. 2.*

1 IBidem similiter dicitur. quòd in † obligationibus dandi res præcisè dari debet, nec succedit obligatio ad interesse, ad differentiam præcedentis casus. & latius in d. l. stipulationes non diuiduntur. & est tex. in l. vbi autem non apparet. in fin. ff. de verbor. obligat. Quod tamen intellige, si non sit perempta: quoniam tenebitur promissor post moram ad æstimationem: vt in l. si seruum. in §. fin. ff. de verbo. obliga. quod dictum non est absolutè sequendum, & tenebis hoc semper mēti: quoniam
2 debet intelligi † verum quò ad obligationem extinctiuam obligationis: vt non succedat obligatio ad interesse, prout est in factis: sed non quò ad obligationem augmentatiuam obligationis dandi pretium data perceptione fructuum ex parte emptoris, quoniam tunc poterit agi ad vsuras vtroque iure loco interesse succedentes: vt in l. secunda. C. de vsur. & in l. fructus. & in l. curabit. C. de actioni. empt. per quæ iura ita declarabat Roma. in consilio ccccxvij. incip. in casu. in iij. colum. tene menti.

XC.

1 *Obligatio ad interesse, quòd succedat in obligationibus facti, quo modo intelligendum.*

DIxi proximè suprà, quòd regulariter in obligationibus faciendi succedit obligatio ad interesse, idque tribus modis posse limitari. & bene: vt ibi. Nunc velim aliud notetis, certè annotatione dignum, quod id verum est. & † proce-
1
dit, vbi factum est merum, aliudque non interuenit, sed quādo iussus iudicis, & sententia interuenisset, satis æquè dici posse vi detur, quem præcisè ad factum teneri, ita vt soluēdo interesse non liberetur. gl. est sing. & no. in l. qui restituere. in ver. condēnandum. circa fi. ff. de rei vēdi. quam cōmendant Doct. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de ver. obli. & Iaso. post eos in l. in actionibus. in v. col. ff. de in lit. iur. imò vltra eos tex. si rectè intueatur, in d. l. stipulatio. in §. siue aūt. ff. de no. ope. nun. licet dixerimus suprà id esse, eò quia obligatio conuentione partiū inducta, successerat in locum obligationis legalis. vel & aliter, vt dixi nouiter in d. l. vnic. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. &

id sit propter contemptam maiestatem Prętoris, vt est bonus text. in l. si familia. ff. de iurisdi. om. iudic. quod vtcunque sit, intellige tamen nisi actor maluerit potiùs sibi eo casu interesse solui, quàm factum impleri: vt iusserat iudex, quoniam tunc essemus in casu d. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iu. & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig. & l. quoties quis. cum vulgaribus. ff. eod. cogita.

XCI.

1 *Consiliatio l. ij. ff. de in lit. iur. & l. si. quando. C. unde ui. cum l. argentarius. §. cum autem. ff. de edend. & nu. 2. & 3.*

VOlo vobis dicere magnum contrarium: nam scitis, quòd
1 † cōtra dolosum interesse probatur per solum iuramentū: vt in l. ij. ff. de in lit. iur. & in l. si quando. C. vnde vi. & in cap. fin. extrà quod met. caus. & est regulare adeò lex eum odio habet, quandoquidem delictum esse dicatur. l. j. §. nūc tractemus. versi. planè. ff. de excus. tut. & no. Bar. in l. j. in fi. prin. ff. de fideius. tut. & tamen text. habemus dicentem contrarium. in l. argentarius. in §. cùm autem. ff. de edend. vbi contra argentarium dolo non edentem rationes, agitur ad interesse, idq; testibus, & alijs probationibus, nō autem iuramento doceri debet. Solue
2 breuiter, & fuit solutio † Bar. & Imo. in l. si priùs. in ij. q. ff. de no. oper. nun. vt Ias. refert in d. §. cùm autem. post Ang. tamen Paul. de Castr. & Modern. quod contrarium procedit in casu, vbi iure actionis, quis experitur. tex. verò in §. cùm autem. præalle. loquitur in eo, qui originaliter solum officio iudicis tenebatur: & sic minùs erat obligatus. & est vltra eos argumen. in l. qui per collusionem. ff. de actio. empt. & ita deberet teneri. Sed considera, quòd si lex iuramentum vult deferri contra dolo-
3 sum † odio ipsius, hoc erit considerabile, siue iure actionis, siue officio iudicis quis contra eum experiatur. & ideò dicendum est id casuale, quod dicitur in d. §. cùm autē. quoniam probādo, quòd si habuisset testes, vel instrumenta quæ nūc habet, procul dubiò vicisset: videtur etiam probare in consequentiam interesse & est not. intellectus, & quidē verus ad illum text. Sed adhuc instatur, & dicitur ibi, ꝙ contra furē interesse probatur per testes, quod est contra iura supradicta, & non minus vrget quam aliud. Bald. post multa, & ibi Ias. dicebāt posse responderi, cōtraria loqui in casu. vbi de dolo, & cōsequenter de delicto constabat. text. autem in d. §. cùm autem. vbi non constabat. nec ab re, quoniam vulgò dicimus, hæc paria, non esse, & non apparere: vt in l. in lege. ff. de contrahen. empt. & est arg. in l. contumacia. vbi glo. ff. de re iudica. & in c. ij. de dolo & contum. quæ solu. etiam mihi non placet. quia si non constabat, non debet quoque posse agi ad interesse. l. sancimus. C. de pœn. ideò dicas vt suprà ad aliud contrarium. & de melioribus solu. cogita.

XCII.

Actore non probante reus absoluendus. fallit nu. 2.

1 REus, vti regulare est, non † potest condemnari, nisi contra eum probetur, id quod petitur deberi: dicit tex. in l. qui accusare. C. de eden. & in capitu. j. vt eccle. benefi. si dimi. confe. & in capitu. cùm ecclesia Sutrina. in fi. de causa posses. & proprie. & hinc est quòd dici solet iudicem nō posse iudicare, nisi secundum allegata & probata, vt in l. illicitas. in §. de offic. prę-
2 sid. & tamen ego dabo tibi † casum, in quo absque probatiōe id facere poteris: quod dictum mirabile est, quando scilicet essemus in iudicio, & interesse singulare probatum non esset: nam iudex tunc, & eo casu potest ex officio suo se informare, & ad condemnationem procedere: casus est in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & in l. terminato. in fin. C. de fructu. & lit. expen. & in l. semper. in §. hoc interdicto. ff. quòd vi aut clàm. per quæ iura ita etiam dicit Barto. in d. l. vnica. in fi. & in l. si quod ex Pamphila. ff. de leg. ij. & in not. limitatio ad dict. regu. l. qui accusare. vltra alias de quibus ibidem. & in dict. capitu. j. vt ecclesi. benefic. sed dubito in dict. l. vnica. quòd non sit vera: quod videbitis posteà.

XCIII.

1 *Libellus obscurus non semper est nullus, sed quandoque procedit etiam parte opponente. & nu. 2.*

1 PRocuratores nostri communiter errant, cùm actor producit libellum obscurum: quoniam nomine rei petunt, vt de-
1 claretur, & malè: quia debent simpliciter † opponere, quòd libellus non procedit, ex quo malè conceptus est: vt inquit Specul. in tit. de lib. concep. in §. fin. in versic. cautis tamen sis. quē sequitur Anto. de But. in ca. fin. de lib. obla. & Pau. in l. edita. C. de eden. & Alexand. in l. j. in prin. in j. col. in fin. ff. de edend. & Ias. in l. si per errorē. in fi. ff. de iurisdi. omn. iudic. Quod intelligite in ciuilibus: quandoquidem valeat si pars non opponat: vt est tex. qui ita debet intelligi in l. fin. vbi glo. & Docto. C. de anna. excep. & in c. Abbate. sanè. de verbo. signi. & declarat etiam Iason. in l. si auia. in ij. colum. in fin. & princ. sequent. C. de succes. edict. non autem in criminalibus: quia etiam parte non opponente est ipso iure nullus: secundum Bald. in l. vnica. in xij. colum. C. de confes. & in l. edita. in x. C. de eden. quem refert. & sequutus est Ias. in l. j. in j. column. ff. eo. & alijs casibus etiam de quibus ibidem per eum. Velim tamen pro singulari
2 dicto vnum obseruetis: quòd imò quandoque libellus † obscurus procedit, neque est nullus, etiam si opponatur à parte: vel necessarium est, vt petatur declarari iuxta procuratorum errorem, quando obscuritas procedit, & nascitur ex partium conuentione. Casus est quem ibi in specie not. Ang. in l. ij. in §. fin. ff. de eo quod cert. loc. Nec ab re, vt arbitror, quoniam contractus legem accipiunt ex partium conuentione: vt in l. prima. in §. si conueniat. ff. depo. & erit notabilis limitatio ad supradicta: & maximè ad text. in d. l. fin. C. de anna. except.

XCIIII.

1 *Mandatum habens ad unum, censetur etiam habere ad illius accessoria: fallit num. 2.*

1 QVi habet mandatum ad agendum, absque dubio præsumitur habere ad ea, quæ sunt etiam necessaria ad ipsum mandatum, & sine quibus difficulter illud explicari posset: vt dicitur in l. ad rem mobilem. & in l. ad legatum. ff. de procu. & in l. illud. ff. de acqui. hæred. & meliùs quàm alibi in l. cuicumque. in §. si ei apud quem. ff. de Instit. actio. Sed volo pro singulari dicto vos vnum notare, & sic limitabitur reg. supradicta, quòd
2 istud † verum est, & procedit in quolibet accessorio, præterquā in eo, in quo facilè procurator in periurium incideret: vt puta in iuramento in litem, quod quidem accessorium dici potest: & tamen ne anceps in periurium incidat, non videtur habere mandatum ad illud. Casus est not. in l. videamus. quem in specie no. ibid. Iason. in princip. ff. de in lit. iurand. inferens amplius pro prædictæ limitationis ratione, non ab re esse: quia sicuti idem procurator nunquam censetur habere mandatum, vt faciat dominum delinquere. l. si procurator. in princi. & ibi not. Barto. ff. de condi. in d. l. si pater. ff. quæ in fraud. credi. ita non censetur habere mandatum, vt ipse delinquat, & est argu. in l. meritò. ff. pro soc. vt sic contrariorum eadem sit disciplina: maximè quia diuersitatis ratio non potest assignari: vt legitur in rubri. ff. de acquiren. possess. & est text. in l. j. cum vulg. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. ita vt inferri posse videatur à contrario, quod argumentum frequens est & probabile: vt dicitur in l. j. in §. huius quoque rei fortissimúm est argumentum ff. de offi. eius quòd vbicunque daretur casus, vt anceps in periurium non incideret, quòd tunc præsumeretur etiam illud ad istud accessorium habere: quod no.

XCV.

1 *In contractibus bonæ fidei multa permittuntur, quæ minimè permissa esse intelliguntur in contractibus stricti iuris. & per totum.*

2 *Legis uerba cui conueniunt, eidem quoque conuenit dispositio illius.*

HOc mane dicebam inter legēdum ad certum propositum: quia Barto. inter contractus stricti iuris, & contractus bonæ fidei, certam similiter tradebat distinctionem: quòd multa planè in contractibus bonæ fidei permittunt leges, quæ in con-
1 tractibus stricti † iuris minimè permissa esse videntur: & maximè cùm de moræ purgatione agitur, vt eadem admittatur in contractibus bonæ fidei, vbi in ꝓmissione dies & pœna certa expressa est: licèt in contractibus stricti iuris regula sit in cōtrarium. ita Bald. signanter in l. cùm allegas. in vj. opposi. C. de vsur. & Moder. in l. si insulam. ff. de verbo. obliga. per text. sing. in l. Lucius. in versicul. neque hæres à contrario sensu. ff. de actionibus empt. Intantum, & certè verbum est singu. vt cùm verum sit dicere, contractus initos cū principe esse bonę fidei: dici etiam possit in eis hoc sibi locum vendicare: quoniam, cui con-

1 †cui conueniunt verba legis, eidem etiam debet cõuenire dispositio.l.iiij.§.toties.ff.de dam.infect.& est vtile in practica da ciarijs, qui si promisissent tali die soluere principi certũ quid sub certa pœna, vt admittatur moræ purgatio:ea ratione, singulare dictum est, Bald.in titu.de pace constan.in §.si quis verò.per illum tex.in vsib.feu.quem refert Iason. & sequitur in l. & si post tres.in vltim.colum.ff.si quis cautio.non habita considerationepriuati cum eo contrahentis: quoniam magis dignum trahit ad se minus: taliter vt sola sit consideratio inspecta persona principis: vt in cap.quod in dubijs, de consecra. eccles.vel alta.& idem fortè de æquitate canonica, quæ omnes contractus debent, & solent reputari bonæ fidei: secundum eundem Baldum.in cap. primo.in vltim.colum. de mutu. petit. Sed quia dubitari potest: vt idem Iason.vbi suprà sensit, aliter non refero.

XCVI.

1 *Executio in scholarium liberis non debet fieri, nisi expensum esset in informitate, aut funere alicuius.*

2 *Glo.in l.nepos Proculo.ff.de ver.signifi.quatenus de scholaribus loquitur, debet intelligi de scholaribus uiuentibus, & actu studentibus.*

3 *Milites habent priuilegium ne executio in eorum armis fiat.*

1 SCholares habent† priuilegium, vt in eorum libris executio fieri non possit: glo est in singula. in l. nepos Proculo. ff. de vera.sign. quã commendat Bald. in rubr.C. qui bo.ceder. pos. & tamen volo dicere verbum not. quòd imò est dare casum, in quo fieri possit, non obstante priuilegio prædicto: vt puta cùm aliquis in infirmitate, & funere alicuius expendisset: nam eo casu possent retineri libri donec, & quousque sibi de credito satisfactum esset: ita Bal.in l.in restituenda.C.de petitio. heredit.& est argu.in l.fi.§.in computatione.C.de iure delibe.& in l.Papinianus.in §.quarta.ff.de inoffi.testa.& in l.pen.& fi.ff.de religio.& sumptib.fun.& sic ius poterit sibi dicere in facto proprio: vt in simili etiam inquit glo.in l.si non sortem.in §.si centum.ff. de condi. indeb.& erit not. limitatio ad reg.de qua in rubric.& l.j.C.ne quis in sua causa. Sed aduertendum est, quia d.glo. in prælleg. l. nepos Proculo. debet intelligi, vt dixi ego
2 aliàs in c.j.in vj.de in integ.resti.in scholaribus† viuentibus, & actu studentibus: & hoc non ab re, ne ab ipso studio auocarẽ
3 tur: prout in militibus, qui simile habent priuilegiũ, vt in †eorum armis, executio non detur: eadem ratione ne à militia auocentur, & respublica indefensa maneat: nõ in mortuis & nõ studentibus, aut militibus etiam nomine, & minimè militantibus: quia neque scholares neque milites hoc casu esse dicentur nisi abusiuè: vt dicitur, in arg.tamen in l.ij.ff.quemad.testa. aperi.& in l.Paulus ff.de verb.sig.& patet ad sensum: quia etiam cessante causa, cessat effectus.l.adigere.vulga.§.quamuis.ff.de iure patrona.cap.cùm cessante.de appella.

XCVII.

1 *Nemini licet uenire contra factum suum. fallit nu.2.*

1 COntra factum† proprium regulare est, vt quis non veniat, & si venerit, non admittatur: casus est in l.per fundum.ff.de serui.rusti.prædi.& in l.creditorib.C.de ser.pig.da.manu.& in l.post mortem.ff.de adoptio.nec ab re, quoniã quę initio sunt voluntatis, ex postfacto necessitatis esse dicũtur: vt in l.sicut.C. de actio.& obli. & in l. in commodato.in §. sicut.ff. commod. ita vt ius alteri quæsitum, ex tunc ab eo, eo inuito auferri non possit.dicit tex.in l.fi.ff.de pact.& in l.id quod nostrum.ff.de re. iur.& maximè quia sequeretur hoc casu, quòd quis admitteretur etiam ad turpitudinem suam allegandam.contra tex.in l. j.C.de fur.quod tamen intelligi debet agendo, non excipiendo: vt declarat Bald.in l.j.ij.col.C.de condi.inser.& est tex.in l. mercalem.eod.titu. & in l. cùm profitearis. de reuoc. dona.& in alijs casibus: vt dixi ego in d.l.j.C.de fur. Item, quòd quem de euictione tenet actio, eundem agentem non repelleret exceptio, adhuc contra text.in l.vendicantem.ff.de euict. Attamen volo tibi dare tex.sing.dicentem contrarium, in c.si quis pres-
2 byterorum.extrà de reb.eccle. non alie. vbi†prælatus met qui malè alienauit bona ecclesiæ, potest contra factum suum venire, & alienationem ipsam repetere, ita vt non videatur quoque turpitudinem suam allegare, nec non & fructus consequi ex re ipsa alienata perceptos: quem tex.exclamat And.Sicu.in cons.40.inc.Pręclarè.in ix.col.in j.vol.& si nihil habuerit, pretium non dabit, quod videtur mirabile: vt in l. si mancipium C.de rei vendi.secundum glo.in præaleg.c.si quis presbyterorum.Nec mirum, quia hoc fauore ecclesiæ à lege introductum esse videtur, cuius grat.exhorbitant regulæ, & dispositiones iuris cõmunis: vt in l.sunt personæ.ff.de relig.& sump.fune.quod totum tamen ego interpretor verum in alienatione facta de facto, quãdoquidem ipso iure sit nulla, non in ea quæ esset facta de iure, interuenientibus, solẽnitatib.de quibus in auth.hoc ius porrectum.C.de sacrosanct.eccle. & in c.sine exceptione.xij.q. ij. vt sic quæ de facto processerunt, de facto etiam reuocentur. vt dicit gl.sing.in l.minor.ff.de euict.& ita loquitur d. c.si quis presbyterorum. vt & ibi etiam glos.sensit in verb. alienata. & Bald.in l.iubemus. in §.sanè.in j.col.C.de sacrosanct.eccle. & Abb.in c.j.in vlt.col.in prin.extrà de procu.& Dom. de Rot.in decissione xj.de iudi.in c.Monachus.in prin.in nouis. & bene. Et hæc sint satis.

XCVIII.

1 *Intellectus l.uniuersi.C.ubi caus.fisc.& l.si quis à Barbaris.C.de re.milit. lib.xij.& reprehensus Corset.nu.2.*

1 ANto. Corset. in sing. suis in versicu. pœna v. quod est sing. 241.incip.aliqui diuidentes. quęrendo rationem, & peruestigando, propter†quid est, quòd in casu l.vniuersi.C.vbi caus. fisc.& in l.si quis à Barbaris.C.de re mil.lib.xij.dicitur, quòd si familiares principis se ab iniurijs prouincialibus inferendis nõ abstinuerint, publicè viui comburi debeant: & idem si quis scelerata factione Barbaris facultatem deprædationis in Romanos dederit: tenuisse videtur, id esse fortè, quia crimine morte extinguuntur: vt in l.j. C.si reus vel accus. mor. fue. & in c. quorundam, 23.distinct.quod regulariter tamen in interpretare, quoniam fallit plerunque in casibus, de quibus per glo.in d.l.j.& in §.per contrarium.Insti.de hær. quæ ab intest. defe. & dic intelligentiam hanc secundum eum singularem, non esse veram, neque eam rationem motiuam seu finalem legum prædictarũ fuisse.qđ ex eo põt demonstrari, quia si regula vera est, prout est vera, ꝙ crimina morte extinguantur, nõ erat necessa-
2 rium id lege exprimere. Quamobrẽ dicas†potius, & est verũ, id esse propter criminis atrocitatem, quę quidem facit, vt iura etiam transcendantur. secundum Inno.in c. j. de consti. vbi ego ad saturitatem multa dixi.& est argu.optimum in l.ij. vbi glo.not.ff.arbo.fur.cæsa.& in c.tanta.de simo. & in c. mulier. 15.q.j.de cuius intellectu no. vbi etiam ego in l. imperium .ff. de iurisdict.omniũ iudi. & per Andr.Sicul.in consil.94. incip. scribitur, in iij.col.in j.volu.

XCIX.

1 *Iurisdictio in uniuerso si competat alicui, & posteà certe species demandentur, non propterea tollitur iurisdictio generalis. fallit nu.3.*

2 *Promiscuis actibus rerum officia non debent turbari.*

1 HOc mane†quidã interrogauit me, an si actus competat alicui generaliter, & in vniuerso, & certæ species postea alteri conferantur, collatio ista veniat accumulatiuè, vel priuatiuè, ita vt species generi deroget. Prima facie erã dubius nam fortè deroget, per reg. generi per speciem.de regu.iur.in vj.in l. si seruo manumisso.ff.de pecu.lega.& in l.vxorem.in §.codicil-
2 lis.ff. de leg. iij. demum quia † promiscuis actibus rerum officia turbari non debent, dicit tex. in l. consulta diualia. C. de testa.& in c.cum singula.de præben. in vj. sed posteà mihi diligenter consideranti, contrarium regulariter visum est verius & hoc per text.quem ibi in specie not.Bar.in l.j. C.de offic.præfect. vrb. & exclamat menti tenendum, vbi in ciuitate si fiat vnus officialis specialiter super damnis datis, vel super abundantia, non propterea tollitur iurisdictio generalis, quam habet potestas.Item per tex.in l.quoniam augerio.C.de conuenien. fisci debitor. vbi si constituitur procurator generalis, & posteà alius ad certam speciem, non propterea videtur sublata potestas procuratori generali.Item postremò & vltimo per tex. in c.per hoc. vbi videtur not. casus. de hæretic. in vj. quòd per officium inquisitoris hæreticæ prauitatis non videtur, neque sublata dicitur potestas Episcopo loci habenti iurisdictionem vniuersalem in sua diœcesi per quæ iura ita etiam comperi tenuisse in simili casu, & in terminis quidem And.Sicul.in consil. 58.incip.à Ioue principium.in iij.col. in iij. volu.& suadebam ratione, quoniam voluntas si non pobetur mutata, durare pręsumitur, vt in lege fidei commissa.in §.si rem.ff.de legat.iij. & in l.cùm tacitum.ff.de probatio.& in l.cùm hic status. post princ.& ibi Bar.ff.de dona. int. vir.& vxor. Sed pro singulari.

dicto etiam no. quòd non ab re dixi, regulariter verum, quo-
3 niam fallit † in casu, quando fuisset apposita dictio, solus, ex quo eo tunc manifestè appareret, conferentem voluisse omnimodò generi derogare: vt inquit Ange. & bene, in l. j. C. vbi & apud quem. Nec ob id propterea, & ad propositum redeundo, videtur derogatũ generi, vel officia promiscuis actibus hominum turbari, quoniam in casibus suis procedunt, & intelligun tur, non hic. vt ille idem Sicul. declarat vbi suprà, in penul. col. & est verum.

C.

1 *De consuetudine Paduana super bigamis.*

1 EXtat hic Paduæ consuetudo †, antiquissima, & diu, ac longo tempore à maioribus nostris obseruata, quòd quandocumque quis ad secunda vota transiuerit, matrimoniúmque contraxerit cum vidua, possit per vicinos in loco vbi vir habitat, vt arbitror, in vtriusque contumeliam capi, & fieri, vt asinum conscendat, manuque caudam teneat, & tota die ducatur per vrbem, ita vt ab omnibus exibilando, & clamando derideatur. Et hoc, quia signum incontinentiæ est: vt in c. proposuisti. lxxxij. dist. & not. Abb. in rub. extrà de big. in prin. vnde non ab re asinum, non equum vetustas delegit: quippe quia genitale magnum habet, & coit multum. Et ob eam rem arbitrati sunt Archades, vt author est columella, hortos præsentia denudatorum ossium asini Archadici fœcundari posse, ita vt fabella etiam satis lepida de asino legatur. Equus enim animal satis generosum, & velox, cùm ad brauium currendũ iret, obuiarétque asino, dixit, asine quid facis, quid moraris, mecũ venias, quia diuites erimus, iuit confestim asinus secum, sed cum montem altissimum ascenderent, vt natura etiam est tardus, stolidusque, cœpit tristari ascensum, & dicere, & quomodo diuites erimus, quò pergimus frater, dic quæso, at equus, Corinthum, ne te amplius morer longo silentio, ad brauium currendum, heu me miserum, inquit asinus, qui hodie tantum itineris confeci, harum diuitiarum spe delusus, credebam enim ad coeundum, quantum esset satis me ipsum duceres, non ad currendum, & equo dimisso, eò reuersus est, vnde discesserat, qua fabella creditum est asinum non ad aliud natura genitum, nisi ad coitum, & ad stoliditatem, quò fit, vt multum coeuntes, etiam communi vsu loquendi, asini appellentur, & stolidi sint, dicaturque, ille plus coit, quàm asinus. hinc etiã proditum est, corona pudicitiæ ornari olim apud Romanos homines solere quę vnico viro cõtenta dignosceretur, neque poterat tam honesto præmio fraudari. Leges item ob hoc turpe putantes, vetant bigamum eligi posse in Episcopum: vt toto ti. extrà de biga. Sed ad propositum redeundo, & eo vnde digressi sumus, eadem consuetudine, infamia hæc & dedecus non paruum, prandio, seu cœna, prout tamen qualitas viri patitur, & vicinorum petentiũ numerus exposcit, redimi potest. Modò euenit, & singularis dubitatio est, quòd dum quidam his diebus ad secũda transiuisset vota, & viduam satis pulchram duxisset in vxorem, vicini volebant vt asinum conscenderet, aut quòd ignominiã redimeret, essentque in hac contentione, vxor prædicta eiusdẽ moritur, qua mortua tuebatur se non teneri, neque esse obligatum asinum ascendere, & minimè infamiam hãc redimere, quærebatur quid iuris, & sui super hoc consultus, partibus sic adinuicem consentientibus, quibus breuiter dixi, non esse ambigendum ipsum teneri, & obligatum esse, vel illud facere, vel soluere quod vicinia tota ridens exposcebat, quoniam esto ꝗ vxor mortua esset, non propterea obligatio dicebatur extincta, ex quo fuit incontinens, & eam traduxit ad domum, copula carnali etiã sequuta, vsque adeò vt potuerit, cùm ratio tam militaret ea mortua, quam viuente, etiam cõdemnari. Et ideo bonus iste vir cùm rationem audiuisset, homoque esset satis rationabilis, & si sentiret se asino comparari, votis omnium obtemperauit, & prandium fecit satis opiparum, ac sumptuosum omnibus vicinis, nec sine risu, & maximè cum fabella recitaretur, quam ei de equo & asino prædixeram, ita vt tota domus risu obstreperet.

CI.

1 *Sententia in contradictorio iudicio lata, facit ius quo ad alios.*

HOmines campi sancti Petri, districtus Paduani, tanto tempore, cuius initij memoria hominum non extat in contrarium fuerũt semper immunes, & exempti ab omnibus impositionibus, grauedinibus, & muneribus, tam realibus quam personalibus: & hoc ex priuilegio aliàs ipsis concesso per quondam illustrem D. Franciscum de Cartaria, quia perditum est: sed ex quadam sententia, & determinatione Rectorum tunc temporis existentium, quibus causa ad petitionẽ dictorum hominum extiterat delegata per illustrissimum D. nostrum, & declarantium exinde auditis partibus in cõtradictorio iudicio, ipsos debere conseruari in prædicta sua immunitate, & alijs in processu deductis: quæsitum fuit à me, cùm huic altercationi essem præsens: quoniã territoriũ prętendebat aliàs ipsos solationi salarij Prouisoris noui fluminis quod ad pręsens sit, cõtribuere omnimodo debere, ex quo priuilegiũ non ostendebant: quid iuris an tenerentur? & breuiter dicebã quòd non: quoniã
1 † perinde erat, ac si ipsi priuilegiũ ostendissent, cum in sentẽtia sua rectores ante dicti dixerint, ipsos debere dicto priuilegio immunitatis gaudere: quò fit, vt illa eadem dispositionem inducat, & ipsos in: priuilegio ponat: tex. est quẽ ibi ad hoc in specie not. Bald. in l. testamento. in versic. decreuit. ff. de hæredib. insti: & ita etiam fuit obtentum.

CII.

1 *Hereditatem delatam infanti, qui tutorem non habet, si moriatur ea non adita, non transmittit. fallit tamen nu. 2.*

3 *Infans & furiosus in omnibus non æquiparantur.*

CErtissimum est, nec potest negari, si infanti † hæreditas de-
1 lata sit, isque tutorem minimè habeat, & moriatur, ipsum hęreditatem non aditam de iure ciuili nõ transmittere. l. iij. l. quoniam sororem. C. de iur. delibe. l. vnic. §. in nouissimo. & ibi no. C. de cadu. tollen: l. j. cum simil. C. de his qui ante aper.
2 tab. nihilominus tamẽ dari remedium † optimum potest, quo hæreditas & ipsi infanti acquiratur, & si moriatur, acquisitam trãsmittat: vt bonorum possessio petatur de iure pretorio: quicunque etiam fuerit petens: quoniam tũc & eo casu statim acquiretur eidem etiam nulla expectata ratihabitione: tex. est in l. penu. ff. de bon. po. tit. generali. quem dicit not. Alex. in l. iij. in prin. C. qui admi. & est limitatio ad id, quod de ratihabitione dicitur in l. j. C. eo. & in l. j. ff. quis ordo in bo. possess. serue.
3 Et not. quia secus est in furioso, quãuis infans & furiosus † aliàs æquiparentur: vt in l. ij. C. de cura. furioso. quoniam plus iuris habet tutor in personam infantis, quã curator furiosi: vt declarat not. Barto. in l. j. in fi. ff. de bo. poss. infan. & furio. & remissiuè Alexand. in d. l. iij. & est menti tenendum.

CIII.

1 *Potentia actui propinqua actus est. fallit nu. 2. & quæ sit ratio. numero 3. 4. & 5.*

2 *Verbum accessit, denotat actum perfectum, & consummatũ à termino à quo ad terminum ad quem.*

6 *Excommunicatione nulla est maior pœna.*

SOlet vulgaris regula allegari, quòd potentia † actui propin-
1 qua, actus est, vt in l. pen. ff. de milit. testamen. vbi pro cincto habetur, qui de proximo est cingendus: & pro perdito, quod statim est pendendum: & pro dato, quòd paratum est ad dandum: vt ex legibus ibidem allegatis etiam colligi potest: intantùm vt de bonis proprijs perdat quis administrationem, & potestatem disponendi hac ratione, si de proximo subest spes deuolutionis in alium: & pro mortuo habeatur, qui de proximo est moriturus: vt in l. sed si maritus. ad fi. ff. qui & à quibus. & in l. post contractum. ff. de dona. & ibi not. Bart. & in l. huic scripturæ. ff. ad leg. aqui. & consuluit Petr. de Ancha. in consi. 430. inci. fuisset. in fi. & in not. q. Bald. in l. dos data. in prin. C. de donat. ante nupt. & idem etiam probatur in l. abesse. & in l. qui mittuntur. ff. ex quib. caus. maio. quæ duo iura, inducit Ias. in l. j. in pen. col. ff. solut. matrim. & ad idem melior textus de iure in l. qui pœnę in §. diuus. ff. de manu. quem pro singulari allegat idem Ias. in l. diuortio. in §. interdũ: in vlti. col. ff. sol. mat. Sed aduertendum est, quia mirum videtur, & regulam non esse
2 generaliter veram, ex † quo statutum dicit, si quis accesserit ad ecclesiam armata manu, puniatur pœna capitis, & tamen nõ compręhenditur qui est in potentia eundi. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufru. Rursus mandauit testator in domibus suis ecclesiam construi: dicit alibi Bald. quòd non propterea ecclesia appellabitur, neque priuilegio aliquo gaudebit: in l. si nondum in prin. C. de furt. per not. in cle. literas. de rescript. Et pari modo, ac vltimo loco, si episcopꝰ excõmunicaret omnes doctores

non

nō disputātes, quoniā licentiati non includerentur: vt idē Bal. dicit in d.l.j. in pe. col. ff. solut. mat. & ideò ad primum respondeas, id non ab re esse: quia verbum accessit, denotat† actū per
3 fectum à termino à quò ad terminum ad quem, & cōsummatum: quod non est in eo, qui est in via eundi, & potentia ad actum. & fuit declaratio eiusdem in l. cùm in te. ad fi. C. de dona. ante nupt. Tum & maximè addas tu, oppositum in statuto, in quo regulare est, vt verba strictè intelligantur: vt in l. quicquid astringendę. ff. de verb. oblig. & in l. iij. in §. hæc verba. ff. de nego. gest. & in c. in nostra de iniu. vel & aliter, vt infrà. Ad se
4 cundum verò, id esse respectu † denominationis: quoniam regulare est eam fieri ab eo, quod est de præsenti, non ab eo, quod erit in futurum: vt idem Bal. dicit in d.l. si nondum. per illum text. C. de furt. ea fortassis ratione quoniam multa euenire
5 possent, ne fieret. Ad tertium verò, quia † pœnale, & odiosum est, & regula in odiosis locū non habet: vt ibidem ipsemet Bal. dicit, & bene: quoniam eo casu sermones sunt strictè interpretandi: & clarius in dict. l. si nondum: vbi qui interfecit electum, non propterea punitur, ac si Episcopum interfecisset, stante e-
6 tiam eo, quòd nulla pœna † maior est in ecclesia Dei ipsa excommunicatione: vt in exemplo de quo suprà, & probatur in l. hi qui sanctam fidem. C. de aposta. & in c. corripiantur. 24. q. iij. quæ omnia tene menti.

CIIII.

1 *Bonorum possessio est iuris & non facti.*
2 *Verba in diffinitionibus stant propriè.*
3 *Modus acquirendi licet sit facti, non tamen ipsa acquisitio.*
4 *Copula sui natura inter diuersa ponitur.*
5 *Subauditiones ea ratione permissæ uidentur, ut euitemus contrarietatem, & absurditatem.*

1 Hoc anno habuistis in glo. rubric. C. qui admi. & etiam in l. j. per Bart. eo. tit. quòd bonorum† possessio est iuris, & non facti: vt apertè probatur in l. iij. in §. bonorū. ff. de bonor. pos-
2 sess. considerando maximè quòd in† diffinitionibus verba stāt propriè, & non impropriè: vt in l. quis sit fugitiuus. in §. erronem. ff. de ædil. edict. & in l. non aliter. in §. j. ff. de leg. iij. Item quòd præscribitur, vt ius adeundi: vt in l. licèt. C. de iur. delibe. ea autem quæ sunt facti non: vt not. declarat Bar. in l. j. in iij. col. ff. de condi. ex leg. sed maximè mirum videtur quomodò hoc esse possit, cum in ea requiratur animus, & animus sit quid facti. l. bonæ fidei. ff. de acqui. rer. domi. ita vt in cæteris præscriptionibus, præterquam feudi probādis, necesse sit eiusdem mentionem facere: quoniam aliàs non præsumeretur: vt in l. in bello. in §. factæ. ff. de capti. & postli. reuer. & in c. cum in iure peritus. de offi. deleg. Et non ab re in pręscriptione feudi, necesse non esse dixi, quoniam mala etiam præscribi potest: secundum Bald. in c. j. in §. si quis per triginta. in ij. col. si de feu. fue. controuer. inter domin. & agnat. in vsib. feu. & est not. verbum, cui difficultati ad propositum respondebat idem Bald. in d. rub.
3 qui admi. & est vera responsio, quòd licèt modus † acquirendi sit facti, ipsa tamen acquisitio est iuris: vt in dominio, quod per modum facti acquiritur, & tamen iuris est. vt Insti. de reb. corpo. & incorp. in prin. & argu. optimum in l. consilio. in fi. ff. de cura. furio. sed cogita etiam, quòd contra d.l. bonæ fidei. videtur & de directo facere text. in l. pro hęrede. in prin. ff. de acquir. hære. quòd imò animus sit iuris: vbi pro hærede gerere inquit text. non tam facti, quam animi est: ergo animus & factū differunt. & ad idem in l. j. in §. Sceuola. ff. si quis testa. liber esse
4 iuss. fue. ibi, quæ facti est, & animi ergo diuersa: quoniam† ea est natura copulæ, vt inter diuersa ponatur: secundum gl. in rub. ff. de iur. & fact. igno. & in c. querelam. de simo. Salua breuiter, & dic primum intelligi, vt in d. rub. declarabam in ij. lectu. non tam facti alterius, quam animi, & fuit declaratio Bar. in l. possessio. in §. j. ff. de acquir. posse. & in l. si is qui pro emptore. in vij. col. ff. de vsuca. & in d.l. pro hærede. in prin. & non sine
5 ratione, vt euitemus † legum contrarietatem, & ne in absurditatem incidamus: quibus respectibus suppletiones, & subauditiones permisse esse videntur: vt in simili dicitur in l. j. ff. de testa. & in l. nemo potest. & vtrobiq; gl. ff. de leg. j. & in c. Abbate. de verbo. sign. ex quibus tollitur etiam & aliud: quoniam non semper vera est regula de copula, si aliud, maximè materia sub iecta, dictat, vt in simili in l. si vno. ff. loca. & in l. si stipulatus. de vsur. ita vt animus & factum pro eodem, & non vt diuersa ponantur: sicuti quando ponitur inter genus & speciem: vt de seruitutibus & aqua l. j. C. eo. & not. Bart. in l. quæsitum. in §. pen. ff. de fun. instr. instrumentóque leg. & in l. in fraudē. in §. neq;. ff. de iure fisci. & Abb. in c. sedes apostolica. in pe. col. de rescrip. & est arg. in prin. ff. ad leg. corn. de fica. per quem text. in simili ita etiam declarat Roma. in consi. 104. incip. pater reuerende. in ij. col. & alibi Bar. in l. Titio vsum fructum. ff. de vsu fru. leg. & post eum Areti. in consi. 95. incip. in præsenti. in j. col. & non habet dubium.

CV.

1 *Recuperata ab hostibus gratis dominis sunt restituenda.*
2 *Verba quantuncunque uniuersalia, non semper habent uirtutē uniuersaliter operandi: sed interdum restringuntur ad id quod rationis est.*

Hostili tempore, olim cùm Maximilianus patruus Caroli V. nunc imperatoris Inuictissimi, validissimo exercitu, & maximis diuersarum gentium copijs patriam hanc nostram Patauinam obsideret, animalia multa, cùm ciuium, tum etiā aliorum ab inimicis militibus capta fuerunt, & postea à nostris recuperata, quæ dum à Dominis, velut propria peterentur, illa eadem restituere gratis recusabant. Quęsitum fuit eo tunc à me quid iuris, quando quidem lis etiam coram prouisoribus verteretur: & breuiter dixi, (quod semper notandum
1 est) eos teneri ad restitutionē† dictorum animaliū gratis, quoniam, id quod fecerunt, ex debito fecisse exstimandi sunt. & allegabam decisionem Bal. in terminis in l. cùm non redēptum. per illum text. & in l. sicut liberis. & in l. ab hostibus. C. de capti. & postlim. reuer. imò plus, ad id tenerentur etiam, si dicta animalia eisdem gratis restituta fuissent: quod secus si non gratis reddita fuissent: vt in l. ij. C. eo. & est rationabile, ne dominus cum iactura militum locupletetur, quod esset contra naturalem æquitatem. l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. & c. locupletari. de reg. iur. in vj. Vnde & ad propositum, si statutum diceret, Quicunque cœperit bannitum, habeat centum: & Potestas capiat, centum non habebit, ex quo cœpit ex debito: vt idem Bal. dicit post Bart. tñ in d.l. ab hostibus. in fi. & est scitu di
2 gnū, ꝙ aliàs verba quātuncunq;† vniuersalia nō semper habeāt virtutem vniuersaliter operandi, sed restringuntur ad id, quod rationis est: vt in l. quamuis. ff. de in ius voc. per quem text. ita etiam dicit Bald. in auth. ingressi. in j. col C. de sacr. sanct. eccl. & est argu. in l. vt gradatim. in §. & si lege. ff. de mune. & hono. licet dici possit quemcunque admittendum esse ad capiēdum: & hoc casu vniuersaliter operabitur, neque ad habiles restringetur, quoniam de publica agitur vtilitate: vt inquit Bart. in l. si quis in graui. in §. vtrum. in fin. ff. ad Sillania. sed non vt quicunque cœperit, præmiū cōsequatur: vt suprà, quod notabitis

CVI.

1 *Heres grauatus à testatore aliquid facere, illud debet implere in forma specifica, & non per æquipollens. & nu. 3.*
2 *Aliud pro alio solui inuito creditore non potest.*
4 *Promissio sine causa ualet: quoniam liberalitas loco causæ habetur.*

Avus meus maternus me ipsum grauauit, & breuiter omnes suos hæredes in infinitum, onere soluendi certum quid, & manutenendi sacerdotem, qui quotidie celebret missam in ecclesia quadam: dubium faciebat, nunquid possemus eidem assignare certum fundum, ex quo tantundem perciperet, nec ipse posset recusare: ac prima facie videbatur dicendum, nos
1 †primum id facere non posse, quoniam hoc modo non esset satisfactum voluntati ipsius defuncti, qui onus hæredibus imposuit quotannis soluendi semper, & non semel, per dicti fundi consignationem, tanto magis quia dixisset vtique, si voluisset: vt arguitur in simili in l. vnic. in §. sin autem. in vers. sin verò. C. de cad. tol. non dixit, ergo nec nos dicemus: inquit alibi text. in l. si seruum. in §. non dixit prætor. ff. de acqui. hære. & est arg. in l. de pretio. ff. de publicia. & in l. j. in §. generaliter. ff. de leg. præst. Demum id sacerdotem recusare posse de iure, quoniam
2 regula est, †pro alio inuito creditore solui non posse. in l. ij. in §. mutui datio. ff. si cer. pe. & in l. eum. cum simil. C. de solu. nihilominùs tamen Bal. contrarium tenuisse videtur in l. si quis argentum. per illum text. in prin. in iij. col. vbi in specie tangit istā. q. C. de dona. à quo rationibus suprà dictis absque dubio
3 dissentio. & ampliùs quia sacerdos † quoque eo casu legatum consequitur sine vlla impensa, quod non esset, si ei consignaretur fundus. & est arg. in l. minoribus. 25. an. ff. de mino. Nec ob.

tex.in d.l.si quis argentum.quia id speciale est fauore liberalitatem exercentis:vt quidam senserunt ibidem: quos etiam retulit idem Bal.& bene, ergo regulariter & in cæteris dicemus ius commune esse in contrarium: vt in l.ius singulare. & in l. quód vero cōtra.ff.de legi. & in c. præsenti.in.§. loca. de præbē.in vj. & ad propositum, ꝙ id regulare nō sit, probatur in l. cùm aurū.& ī l. cùm certū. & in l.j.in §.fi.ff. de au.& arg. leg. & de liberalitate bonꝰ tex.in l.si quis duos.ff.de solutio.de quo meminit Bar.in l. singularia.in vlti.col.in prin.ff.si cer,pet.vnde ea ratione etiam dicimus donationem præsumi in casu.l. si verò non remunerandi.in §.item Papinianus.in fin.ff.mād.& tamen nō est regulare:vt ī l.cùm de indebito.in prin.ff.de probat.& in l. si cùm aurum.ff..de solut.& in c.super hoc.de renū. dicimus item promissionem sine causa valere,quoniā libera-
4 litas † loco causæ dicitur.in.l. hoc iure.in prin.ff. de dona. & in l. Campanus.ff. de oper.liber.& tamen aliàs non valet: vt in l.ij. in §. circa.ff. de except. doli.& dixi in cōsil.pro domi. Camillo Pannolino latè. quod videat is,& non habet dubiun.

CVII.

1 *Conciliatio l.mulieri & Titio. ff.de condi. & demon. & l.in fraudem.§. fin.ff.de milit.testa. per totum.*
2 *Lex generaliter loquens an includat casus speciales.*

NVnc ego perpendi vnam magnam contrarietatem prima
1 facie duorum tex.videlicet † l.mulieri & Titio.ff.de condi. & dem.& l.in fraudē.§.fi.ff.de mili.testa. quoniam ibi dicitur, quòd lex generaliter loquens,non includit casus speciales,hoc modo, mulieri & Titio vsus fructus erat relictus sub conditione,si mulier non nupsisset,quæ tamen nupsit,& legatum consequitur speciali iure,quoniam conditio viduitatem inducebat: quæritur an ius accrescendi in ea locum habeat, si Titius repudiet legatum. dicit text.quod non. quia lex, de iure accre-
2 scendi, esto quod generaliter locatur, non includit eum, qui ad legatum admittitur de iure speciali: quem omnes ad idem inducunt in rubr.C.quando non pet. part. & in l.re coniuncti. ff.de leg.iij.& ad istud propositū in not.q.Ias.in l.ij. C.de bon. pos.sec.tab.quæ est,quòd lex generaliter loquens de bonorum possessione secundum tabulas,quæ datur hæredi scripto in testamento solenni, non includit casum specialem, vt detur etiam in minus solenni, puta inter liberos,vel in quo essent instituti venientes ab intestato. quæ opi. fuit originaliter Bald. per alia tamen iura & rationes in l.fi.in vlti:col. C.vnde legiti. in l.in fraudem.verò dicitur contrarium,quod imò lex generaliter loquens,includit etiam casus speciales,& personas priuilegiatas, quam ibi in specie, & ad idem quoque not.Bal.& est casus,quòd si quis bonorum possessionem non petierit intra tempus præfixum à lege,anni:vt in l.j.in §.largiùs.ff. de suc cesf.edict.vel centum dierum vtilium: vt in l.ij.C.qui admi.illicò & incontinenti,eo tempore elapso esset exclusus:& hoc etiā si esset miles,& ideò licet specificè dotis fiat mentio, in l.pactū ꝙ dotali.C.de pact.attamē per hāc reg.vt vbi no. haberet locū etiam dispositio illius alio casu, & quando dotis mentio facta non fuisset.& dixi ego aliâs in l.j.in iij. no.late.C.de eden.& nō habet dubium.Sed dicas,& est verum, nullum esse cōtrarium. & Ias. malè allegasse ad id illum text. quoniam hæc est reg.& non illa.& sic affirmatiua. Nec ob.text. in l.mulieri & Titio. quia illud est,ne cōtra voluntatē testatoris,à quo ius ipsum accrescendi prouenit,si non expressè,saltem tacitè,vt diximus in d.rubr. C.quan. non pet. part.illa mulier admitteretur, cui sub conditione ne nuberet dictus vsus fructus relictus erat. Et ita tene.

CVIII.

1 *Exempla non restringunt regulam: fallit quando eadem essent repetita.nu.2.*

SOlet dici.quòd exempla † non restringunt regulam,sed de-
1 clarāt.l.damni infecti stipulatio pertinet. in prin. ff.de dan. infect.§.hactenus.Instit.de grandi. Attamen addas tu,& obserues fortè fallere in casu, quando eadem essent † repetita:
2 quoniam fortè tunc restringerent, ex quo legislator præsumitur magis deliberatè id fecisse, vt ad alium casum non extenderetur.vt in simili est gl.in cle.j.in vers.diœcesanos.de iur.patro.quam aliâs commendat Gemi.in c. duobus. in.v.col.in gl. præsentauerit.de rescri. in vj.& arg. optimum in l. Balista.ff.ad trebel.& in l.cùm scimus.C. de agri.& censi.lib.xj.in c. si quis iratus ij.q.iij. & ideò per prædicta attentando opin. Bald.in l. fin.C.vnde legit. contra communem dicebam aliàs in l.ij.in j. no.C.de bono.possef.secun.tabu. quòd cùm ibidem fuisset id de testamento, in quo septem adessent testes, repetitum: vt eo tunc daretur bonorū possessio secundum tabulas, inferri poterat alio casu non dari, quando scilicet essemus in testamento minùs solenni,puta facto inter liberos coram duobus testibus.vt in auth.hoc inter liberos.C.de testam. vel quando in eo essent instituti venientes ab intestato:vt ibidem in §.si quis autem.Et non habet dubium.

CIX.

1 *Fundans se super negatiua,eam debet probare.fallit nu.2.*

REgula est,& non potest negari,in l.ij.vbi gloss.communiter approbata.ff.de probat.& latius in l. in illa stipulatione.ff.
1 de verbo.oblig.quòd fundans † se ex negatiua, siue agendo, siue excipiendo,siue sit negatiua iuris, siue facti, illam probare tenetur;& non ab re,quoniam si agit,id ex regula omnimodò facere debet.l.qui accusare.C.de eden.& cap.j.cum simil. vt ecclef.bene.& idem similiter si excipit,quoniam in exceptionib. reus actor est.l.in exceptionibus.ff.de probat.l.j.& ij.ff. de exceptio.& ideò dixerunt aliqui in rub.C. qui admi. in princip. quòd agnoscens bonorum possessionem præsumitur cōgruo tempore agnouisse, ita vt præsumptionem etiā pro se habeat, nec teneatur illud probare, sed aduersarius negans,quoniam illa est fundamentum intentionis ipsius.& hanc opinionē ibidem tutatus sum,& credo veram, sed tamen aduerte nouiter, quia regula prædicta confundi videtur per tex. iunctis his quæ ibidem not.per glo.Barto.& omnes in l.ij.C.de bono.possef.secund.tabu.& in l.fi.in prin. C.de fideicom. & in §.fi. Institu.de fideicom.hæred.vbi hæres confitebatur testatorem fideicom-
2 missum, † seu legatum alteri reliquisse: non tamen solenniter & sic negatiuè:quo casu,nec aliter dici posse videtur,eadem est fundamentum ipsius excipientis, ne legatum soluat, quod de manu heredis capitur.l.j.ff.quorum lega.aut fideicommissum restituat,quemadmodum eum grauauerat testator antedictus & nihilominus probationis onus, quòd septē testes adsuerint, est ipsius petentis bonorum possessionem,quod videtur mirabile: vt text. ad literam probat in d. l.ij. & inde posteà orta est quæstio an probatio prædicta fieri similiter debeat per septem testes,an vero duo,vel tres sufficiant, quod ibidem ego in ij.lectura examino latius.cogita.

CX.

1 *Testamentorum pluralitas an præsumenda.*
2 *Facta non præsumuntur.*

IN d.l.ij.dum Barto.ad fi.dicit aduertendum esse, si hæres cōfiteatur testatorem sic fecisse,sed non solenniter:aduersarius verò bonorum possessionem petens, probet septem testes adfuisse:quòd probatio erit dubia:& quòd ratione contrarieta-
1 tis euitandæ,plura † præsumuntur testamenta: ex quo esse posset,quòd alio tempore septem testes adfuerint: & est limitatio ad regulam,quòd pluralitas non præsumitur:vt in l. omnium. C.de testa.& in l.fin.C.de reb.credi.& in cap.in præsentia.vbi ego multa:de probatio.& non ab re:quoniam facta non præsumuntur,nisi probentur.l.in bello.§.factæ.ff. de capti.& post li.reu.c.cum in iure peritus.de offi.dele.& hoc est quod idē tex. in præal.c.in presentia dicit.

Cum constet quòd idem M.bis monasterio.&c.

Ergo si non constitisset,non fuisset præsumptio ibi ingressus iterati:& declarat egregiè Aret.in consi.xxxvj.incip.casus.in ij.colum.& probat idem Barto.ad propositū per tex.in cap. cum Ioannes.de fid.instrumen.vbi plures similiter venditiones præsumuntur:quia vnus ex collitigantibus dicebat factam Purè, alius verò sub conditione: vt sic concordentur:& limitatio etiam ad reg.d.§.factæ.& d.ca.cùm in iure peritus. concludūt omnes,& ipsemet Barto.ibidem, dictum testium & partis confessionem necessariò concludere debere testamentum factum fuisse tali tempore,& eo tunc septem testes adfuisse. Quod tamen mihi nunquam placuit:& si in lectura nihil dixerim:quoniam contrarietas hoc casu,vt in d.cap.cùm Ioannes non videtur posse considerari ad hoc, vt pluralitatem præsumamus: ex quo si hæres confiteatur testatum fuisse, seu testatorem eo modo disposuisse, minùs tamen solenniter; probetur verò ex

aduerso,

ex aduerso, testes septem adfuisse: intelligemus tempore conditi testamenti. & quando in hoc esset contrarietas, hac subauditione saluaremus: ne pluralitas testamentorum præsumatur, contra regulam: & sic arg. & decisio retorquebitur: & ne etiam in absurditatem incidamus, facta presumi: quod esset contra tex. in d. §. factæ. & in d. cap. cùm in iure peritus. & ita credo tenendum.

CXI.

Probatio solennitatis testamentariæ ad effectum, ut detur bonorum possessio secundum tabulas, utilis, an fieri debeat septem testib⁹ an uerò duo uel tres sufficiant.

AD vnum animaduerto in d. l. ij. adhuc, & dubito, ne tanta Doctorũ nostrorum altercatio, quæstio sit (vt dici solet) de lana caprina: videlicèt an probatio solennitatis testamen-
1 tariæ† ad effectum, vt detur bonorum possessio secundũ tab. vtilis, seu secundum nuncupationem, fieri debeat septem testibus: an verò duo, vel tres sufficiant: quod nos quoque latè ibidem disputauimus, & propediem videbitis: & hoc quoniam potest id planè fieri per ostensionem ipsius testamenti à notario rogato conscripti: cui plena adhibebitur fides, si maximè (vt præsupponimus) de ipsius testantis voluntate per confessionem hæredis cõstitisset: & omnis cessabit difficultas, & inde est vt dicebã ibi, quòd licèt notariùs rogetur, & voluntas testatoris ab eo publicetur corã testibus, non est propterea quòd testamentum in scriptis factum dicatur ad differentiam præcedentis casus lõgè plura requirentis vt ibi: quoniam à nuncupatione, & non à scriptura denominatur, quæ tunc fit, vt in eo cõtenta faciliùs probentur. l. cum te. C. de transact. l. pactũ q̃ bona fide. C. de pact. l. contrahitur. ff. de pig. ergo & solennitas: aliàs à testamento in scriptis condito non differet, quod non est dicendum. Nisi saluemus, & est verissimum, & obseruandum, & sic questio non vana, intelligi debere, quando notarius inde à testatore rogatus non fuisset: quomodò & exemplo etiam intelligi debet.

CXII.

1 *Hæreditas ab aliquo adeunda debet ei deferri uel ex testamento, uel ab intestato. fallit nu. 2. rationem uide nu. 3.*

1 REgulare est, si hęreditas† ab aliquo adiri debet, vt ei vel ex testamento, vel ab intestata delate sit: aliàs non. & in argu. adduci posse videtur regula, l. decem. ff. de verb. oblig. & l. Titio vsus fructus. vbi melior tex. de iure. ff. de condi. & demon. & c. ad dissoluendum. de desponsi. impu. & nihilominùs volo vo-
2 bis dare casum, in quo aditur, quamuis †qui adit, nullo modo sit hæres: in l. fi. in §. simili que modo. C. de bonis quæ libe. vbi pater filio hæreditatem adire recusante, quę ei ex castrensibus occasionibus obuenerat, adit, & pleno iure consequitus: & tamen nec ex testamento, quia ipse institutus non fuerat, sed filius: nec ab intestato, quia extraneus, id facit, & consequi vide-
3 tur, Solue breuiter dic illud ideò esse, quia† cum iuris interpretatione filius & pater sint vna eademque persona. l. fi. C. de impub. & ali. substi. l. in suis. ff. de liber. & post. c. contradicimus. xxxiij. q. ij. adeũdo pater perinde est ac si adiret filius: & erit no. ampliatio ad d. l. fi. quæ tamen declaratio non haberet locum in filio emancipato: quoniam extraneus est, vt in §. emancipatos. Insti. de hœre. quæ ab intesta. defe. ita vt possit esse etiam testis in negotio patris: secundum Bal. in l. qui testamento. in §. quæcunque. post prin. ff. de testa. vt dixi ego in c. cùm M. Ferrar. in iiij. no. de cõst. & in l. j. in ij. lectur. C. qui adm. ad bo. pos. possunt. ad propositum de quo suprà no. Odof. in d. §. similique modo. & bene.

CXIII.

1 *Vnico actu quis non dicitur abigeus, erro, aut plagiarius: & quæ sit ratio, cum uerbalia in delictum sonantia ex uno actu uerificantur.*

1 IN l. j. & in l. fi. ff. de abige. dicitur, quòd† ex solo actu quis non est abigeus, & idem de errone, in l. quis sit fugitiuus. in §. erronẽ. ff. de ædil. edict. & plagiario, in l. si abducta. iuncta gloss. C. de furt. & malè, quoniam nomina verbalia in delictum sonantia ex vno actu etiam verificantur: vt in l. athletas. in §. calumniator. ff. de his qui not. infa. sed illa sunt huiusmodi, ergo. solue, & dic hoc regulariter verum esse: sed fallere in dictis casibus: vt not. declarat Bart. in procem. ff. orum in iij. col. quæ solu. mihi non placet: quia nullam video rationem specialitatis assignari posse: vt in simili not. in l. filium quem habentem. C. fami. ercisc. & ideò meliùs est dicere, vt idem met. Bar. posteà sentit ibidem, hoc vulgi opinioni committendum esse, in quo certa doctrina dari non potest: quandoquidem videamus etiam eum artificem appellari, non qui artem sæpe, vel semel exercuerit: sed quem artificem vulgus appellat: vt in l. sciendum. in §. illud. ff. de ædil. edict. & ad propositum probatur in l. librorum. in. §. quod tamen Cassius. ff. de leg. iij. & est mirabile, quoniam aliàs vulgus curari non solet. vt in c. Osius episcopus, de elect. & in l. decurionum. C. de pœn. & in l. si priuatus. ff. qui & à quibus. vnde rectè Euripid. dicebat, sed vt populum doceret, non vt à populo diceret, fabulas componere solere. Et ad propositum, voluit alibi Bal. vt ad vulgarem loquutionem, pro solenni verborum interpretatione recurreremus: in c. in præsentia. in vj. col. de proba. & ad eam potiùs, quam ad meram iuris interpretationem, maximè illiteratorum & idiotarum, qui differẽtias & intellectum non capiunt: vt ille idem Bal. declarat in l. quod si nepotes. ff. de test. tut. & hoc est quod Poeta inquit.

Multa renascentur quæ nunc cecidere, cadentquæ
Quæ nunc sunt in honore, vocabula, si volet vsus.

Quod tamen declarandum est verum, nisi in statuto diceretur verbum intelligi debere nullo extrinsecus addito vel diminuto: quoniã tunc & necessariò, quia vulgi opinio est quid extrinsecum, secundum Ro. in sing. 422. incip. cõmunis doctrina. intelligeretur secundum iuris interpretationem. quod semper not. & tene menti.

CXIIII.

1 *Argumentum de lege ad rescriptum non ualere.*

HOdie in curia episcopali, cùm dubitatum fuisset, nunquid argumentum de lege ad rescriptum valeret: aliqui dicebãt quod sic ex quo eãdem causam productiuam habebant, & à voluntate, consensùque causab antur. ego verò ex pluribus con-
1 trarium: tum vel maximè, †quia leges fiunt cum maxima deliberatione. l. humanum. C. de legib. per quem tex. ita etiã dicebat Bal. in l. j. in j. col. ff. eo. & hac ratione claræ esse debent: vt aperta veritate disceptationi terminus fiat: dicit alibi text. in l. cum seruum. C. de ser. fugi. & in l. clari. C. de fidei. nec iniustæ dici poterunt, tanto magis, quia hæc ipsarum legum est natura, & requisitum necessarium: vt in c. erit autem lex iiij. distin. & ad propositum declarat Io. And. in c. licèt in iij. col. de appe. in vj. rescripta autem ex quadam importunitate, & in deliberatè conceduntur: vt in l. j. C. de peti. bonor. subla. li. x. & in c. cum nostris. de conces. præben. & in c. fi. de rescrip. in vj. vlteriùs quia leges sunt semper perpetuæ. l. gesta. C. de re iud. c. à nobis. & ibi no. de sent. excõ. & per Fed. de senis in consi. xvij. inci. Capitulum. in iij. col. in prin. rescripta autem plerunque ad tempus: vt no. in l. falso. C. de diuer. rescri. Vltimò quia leges diuinitùs per ora principum promulgantur, qui habent potestatem à Deo: iuxta illud in passione domini, nullam in me potestatem haberes, nisi tibi datum esset desuper. & probatur in §. j. in auth. quomo. opor. epis. & in l. fin. C. de præscri. lon. temp. & in c. si. xvj. q. iij. vnde sanctiones sanctæ dicunt, iubentes honesta, & prohibentes contraria, quibus omnes homines decet obedire: vt in l. j. & ij. ff. de legi. quam ob rem ob id bene Plato in lib. de legib. dicebat hominum generali viuere non potenti necessariam congregationem mutuam, & congregationi leges, procul à legibus subitò perituræ, legibus autem diuina authoritas, ne vel negligentia exolescant, vel fraude, & violentia confringantur, populo autem est rescriptum concedi, quod in aliquo legi Dei repugnet: vt sentit Bar. in procœ. ff. orũ. in prin. in iiij. col. vbi hæc differentia collegitur & ex suprà dictis probatur, quia si vt plurimùm per importunitatem conceduntur, & in deliberatè, aliter esse non potest. & hoc idem etiã & in specie Bald. in l. j. in iij. col. in fi. C. qui bon. ced. pos. Et nõ habet dubium.

CXV.

1 *Dicto unius testis non est credendum. fallit in casu l. Theopompus. ff. de dot. præleg. nu. 3. Item in Doctore cõsuetudinem asserente. numer. 5. Item doctrinam sui scholaris attestante. Item in libro argentarii. nume. 7. & c. & infra apopht. 396.*
2 *Verbum sancimus, noui iuris est promulgatorium.*
3 *Verba in quacunque causa, sunt generalia.*

4 *Dotis fauore exorbitant leges à iure communi.*
6 *Viro excellenti in arte sua credendum.*

1 DIcto† vnius testis non est credendum.l.iurisiurandi.C.de te
2 sti.& pondera,quod dicit,sancimus, quod verbum est† no
tui iuris promulgatorium : vt no.in c.generali.de elect.in vj.&
per Abb.in cons.lvij.inc. in quæstione in pe.col.in ij.vol.Item
in quacunque causa,que verba sunt generalia , & nullam cau
sam excipere videntur: vt in simili dicitur in l.ait diuus. ff.de
iur.fis.& in l.j.ff.de boleor. qui sibi ipsis mort. consci.& tetigi
ego in l.transigere.C.de trans.Item plus etiam si præclare cu-
riæ honore prefulgeat, intantum vt nullo mō,& in nulla causa
ex his eliciatur,vnico testi, qualiscunque sit, credendum esse.
Quod tamen tutum non videtur,quia est casus in quo creditur
3 absque† dubio dictæ legis decisione non obstante, in l.Theo-
pompus.ff.de dot.præle.& non ab re,quia testator ita manda
uerat ibi pro exequutione suæ voluntatis,vt Polliano credere-
tur,qui in re sua est moderator & arbiter: vt in l.in re manda-
ta.C.mā.etiam in abutendo,dicit tex.in l.sed & si lege.in §.cō-
suluit.ff.de peti.hær.& ita etiam intellexit Bal.in l.fi.in fi.C.de
cōdi.& siquidem potest homo,multò fortius poterit lex, dici-
tur alibi idem Bald.in l.cunctos populos. in ix.col in prin.C.
de sum.tri.& fid.catho.& adde quod alius etiam fauor concur
4 rebat,dotis scilicet constituendæ , cuius gratia † exorbitant
leges,& multa,conceduntur,que aliâs non cōcederentur vt no.
in l.j.in prin.ff.sol.mat.in tantum , vt ibidem Pau.de Cast.te-
nuerit sufficere, si dicatur speciale eo casu , etiáquòd specia-
litatis ratio non assignetur:vt in mutuo, aliquando nos quo-
que à simili disputauimus in l. singularia.ff. si cer.pe. itē & ad
5 propositum redeundo.est etiam & alius† in Doctore cōsuetu-
dinem asserēte,vt ei credatur. & est exemplum in l.dos à patre.
C.sol.mat.& in auth qualitas.C.de pact. conuen. & nimirum,
6 quoniam cuicunque viro † excellenti standum est in arte sua:
vt in l.septimo mense.ff. de sta.ho.& in l. antiqui.ff. si pars hær.
pet.& in l.j.ff.de vent.inspi.maximè,quia officium doctoratus
publica authoritate rigoroso decernitur(licèt non hodie)exa
7 mine:& hac rōne libro † quoq; argentarij,quia eius officium
ex publico est,absque dubio creditur:vt in l.quedam.in §.num
mularios.& ibi not.ff.de eden. & ita his rōnibus tenuisse vide-
tur,& bene Bar.in l.de quibus.in xij.col.ff.de legi. & idem cre-
8 derem,† quando peritiam scholaris attestaretur:vt in l.nemi-
nem.C.de aduoc. diuer.iu. & idem Bar. no. in l.non aliter.eo.
tit.differt ergo simplicis testis dictum, à doctore,cuius officiū,
vt in tabellione,(vt dicimus)& simili considerabile est,& ideò
licèt in d.l.iurisiurandi.dicatur,sancimus, non est propterea,
quod voluerit derogare casibus specialem rationem habenti-
bus,si verum est, quod sit noui iuris promulgatorium.sed glo.
exponit ibidem,id est sanciuimus iam dudum, & tempus præ-
sens ponit pro præterito, sicut & alibi etiam in l.ait prætor.in
prin.iunct.l. iij.§.hæc verba.ff.de neg.gest.& in l.nulli.in §.fin-
autē.& simil.C.de epis.& cle.Nec ob.quòd in quacunque cau-
sa etiam locum habeat,quia eodem modo pariter respondeo,
exceptis casibus specialem rationem habentibus: vt in simili
dicitur in l.qui autem.in §.fi.ff.de consti. pec.& in §.in hac.in
fi.Insti de vera.obl.& in l.vt gradatim. in §.& si lege.ff. de mu-
nerib.& honor.& minus quod dixerit , etiam si præclare curiæ
honore prefulgeat. quoniam intelligi debet,nisi officium de-
ponentis & attestantis,sit aliter,quam in simplici teste conside
rabile:vt suprà. & in c.nobilissimus.lxxxxvij.distinct.& in c.cū
olim.de priui.& ita tene.

CXVI.

1 *Argumentum de causis ciuilibus ad criminales ualet in procedendo, & non aliter. fallit tamen septem modis.nu.3.usque ad fin.*
3 *Lex in criminalibus idem operatur quod actio in ciuilibus.*
4 *Fama in inquisitione procedit loco accusatoris.*

1 OMnes dicunt,& est magis communis sententia , argumen-
tum de causis† ciuilibus,ad criminales valere,& contrà,vt
in l.absentem.ff.de pœn.& in l.omnē.ff.de iudi.& in l.eos.in §.
super his iunct.l.causas.& l.à proconsulibus. C.de appellat.q
tamen intelligi debet verum in procedēdo,& non aliter:vt de-
clarat Bal.in l.cunctos populos.in vlti.col.C. de sum. tri.& fi.
cath.quomodo etiam arguit Iurisc. alibi vltra supradicta in l.
j.in §.fi.ff.de questio.ibi,sed preses,puinciæ cum quem damna
uit,restituere non potest , cum nec pecuniariam sententiam
suam reuocare possit.& est no.limitatio ad reg. l.iudex postea-
quam.ff.de re iudi.&c. significantibus. de of.dele. & alibi in l.si
vnus in §.pactus.in vers.sed si pactum,iunct.l.seq.ff.de pact. vbi
de pacto facto ad tollendam obligationem in criminalibus,
posteà ad contractus transit. & arguit alibi Bal. in l. cum mu-
lier.in xiiij.col.ff.sol.mat.q sicut in ciuilibus non minùs pon-
deratur genus actionis,quam causæ:vt in l.non debet.ff.de do-
lo.ita in criminalibus non minùs debet ponderari lex,& natu
ra legis, quam natura causæ: quia lex † in criminalibus idem
operatur, quod actio in ciuilibus:vt in l.senatus.ff.de accus.ni
hilominùs tñ,vt possis plerúque dare instātiā,volo te docere ca
sus nō alibi ita cōgestos,in quib⁹ regula hæc nō semp ,pcedit:&
3 primū† in libello,qa in criminalib⁹ incertus & gñalis nō admit
tit,etiā si pars nō opponat.secundū Bar.in l.libellorū.in §.qd si
libelli.ff.de accus.& Bald.in l. vnic.in xij. colum. C. de confess.
& dixi ego in l. edita. C. de eden. in ciuilibus autem sic, si non
opponatur.l.j.in fi.C.de annal. excep. Item & secundò,quia in
criminalibus de calumnia non iuratur: vt declarat.no. Barto
in l.j.in ij.colum.C. de iur.cal.& tamen in ciuilibus secus:vt in
l.prolatam.C.de senten.& inter om.iud.& in d.l.j.latiùs. Item
& tertiò, quia in criminalibus reus non condemnatur in ex-
pensis.& fuit verbum Bald.in l.generaliter.in penul. colum.C.
de episco.& cle.in ciuilibus verò sic.l.sancimus.l.properandū.
§. sin autem alterutra.C.de iudi.Item & quartò, quia in crimi
nalibus proceditur officio iudicis nobili, siue iudex ipse inqui
rat,siue procedat per modum accusationis,quoniam etiam in
4 inquisitione fama † succedit loco accusatoris:vt in cap. quali
ter & quādo.de accusa. & dixi ego in rub. extrà de iudi. latè,&
prope diem videbitis. in ciuilibus autem mercenario actioni
petentis deseruienti: vt in l.iiij.in §.hoc autem iudicium. ff. de
dam. infect.& not. Bartol. in l.imperium. in ij. columna.ff.de
iurisdict.om.iud.imò videtur mihi,quòd sit & quinto loco tex.
in terminis de hoc.Insti.de publ.iu.in prin.ibi,magna est inter
ea diuersitas , tam in eisdem instituendis, quam exercendis.
Item quintò, quia in ciuilibus præstatur satisdatio , si reus de-
fendatur,de iudicato soluendo:vt toto tit.ff.iu.sol. in crimina
libus verò aut non admittitur, aut si admittitur, nulla præsta-
tur fideiussio:vt in l.seruum quoque.in §.publicè.& ibi not. ff.
de procur.& in l.penul.in §.ad crimen.ff.de pub.iu.Item sextò
quia in ciuilibus licet appellans nomine alieno possit id face-
re,etiam si sua non intersit,& non habeat mandatum, dūmo-
dò ratificetur infrà tempus appellandi : vt in l.j.ff. de appellat.
reci. in criminalibus tamen nulla ratificatio necessaria est, cū
cognatio naturalis velit quem posse defendi etiam inuitum:
vt in l.vt vim.ff.de iusti.& iu.& in l.nō tantū.ff.de ap.& in l.ij.&
iij.ff.de liber.caus.& not.Bald. in cap.cùm inter.in ij. colum.
de elect.Item septimò in ciuilibus,in casibus permissa est actio
nis mutatio:vt in d.l.edita. C. de eden. & tamen in criminali-
bus,minimè.quoniam agens statim incideret in senatuscon-
sult.Turpilianum, vt in l.prima. & per totum. ff. ad Turpilia-
num, & not. Barto. in d. l. edita. in v. colum. quæ omnia me-
moriæ commenda.

CXVII.

1 *Lex ob iustum dolorem permittit adulterum occidi, non uindictæ causa. & numero 3.*
2 *Adulterium graue crimen est,crimini læsæ maiestatis comparatum.*
3 *Adulterium uariè puniri.*

1 NOn credat quis , quòd lex † permittens adulterum occidi,
& quidem impunè,adhibita tamen distinctione,de qua in
l.Gracchus.C.ad l.Iul.de adul.& in l. marito. & in l. si adulte-
rium cum incestu.in §. Imperatores.& in l. quòd ait lex.ff.eo.
id fortè faciat vindictæ causa:vt plerique etiam dicunt,putan-
tes ab eiusmodi hominibus amicitiam corrumpi, quæ est in-
ter virum & vxorem : & auctor est Xenophon , de Tyrannide,
quia ex interuallo etiam ea ratione liceret,& tamen non licet
post diem inquit text. in d.l. quod ait lex.in §.fi. Sed alio iure,
2 quia † adulterium graue crimen est , crimini læsæ maiestatis
comparatum:vt in l.j.C.de quæstio.vt nec seruus eo accusatus
rectè manumittatur,dicit tex.in l.his verbis.in §.interdum.ff.
de hæred.inst.quod ex eo etiam ostendi potest , quia lege Mo-
sayca lapidibus obrui solebant, qui hoc crimine fuissent irre-
titi : apud Arabes morte:vt scilicet vtriusque corpus securi cō
sideretur: apud Aegyptios verò virgis plagarum mille adulte-
ræ naso exsecato.Parthi autem eruditione oculorū eos punie
bant.

bant,& alij alijs modis,quos nō refero,& malè, quoniam alia sunt longè magis grauia, quorum odio tamen impunitas hæc non est hominibus permissa, quæ velut nota similiter transeo.

5 Dicas igitur esse,& homicidium ex † eo excusari,quia verè difficile est tam iustum dolorem temperare.vt tex.met dicit in d. l.Gracchus.& in d.§.Imperatores. clarius intantum vt hac ratione,etiam si quis clericum interficiat, non incidat in canonem, si quis suadente.xvij.q.iiij.vt no.in cap.si verò.de senten. excom.& ob id solenne verbum dicebat alibi Ab.in cap.olim in ij.colum.in fi.de resci.quòd falsificans literas iniustas iudicis,& si veniat puniendus,pœna debet aliquantulum temperari.quemadmodum etiam si quis prius lacessitus iniuria, prorupsisset in verbera contra iniuriantem : quia tunc iustus dolor eum excusaret:vt idem Abb.declarat in loco,de quo suprà & non habet dubium:& potest mulieris cuiuspiam nobilis exēplo comprobari,quę iusto dolore mota,matrem,interfecerat: quia ipsa quoque nepotes, & interficientis filiæ natos veneno necauerat.qua de re factum est,& si adulterium non fuerit, vt iudicium eius indiscussum relinqueretur,nec à M.Popil. Lenate,vt Val.recitat,mulier damnata fuerit:non etiam absoluta.Simili mō alia Smirnea, cùm filium & maritum simul, eo modo,veneno scilicet necasset, quia ipsi quoque aliū eius filiū, ex alio susceptum viro optimè indolis iuuenem, occiderant: effecit,vt cum animo fluctuaret grauitate causæ,P. Dolobella,tunc proconsulari imperio Asiam detinens:quia duabus cædibus contaminatam liberare non audebat, neque eam punire iusto dolore impulsam : causa ipsa Athenis ad Areopagitas delegaretur,qui adhibita causæ cognitione, & accusatorē & reā ad se post centum annos venire,vt idem est author,iusserunt.Quibus aliud etiam addamus alterius Romanæ fœminæ nobilissime:quod Leo Are.de bello Gotto.scribens,refert longè præclarius:quæ vrbe ipsa à Gottis capta,quod statuas Theodorici Regis confringi,delerique fecisset accusata:ob Boëtij,& mariti,& Symachi patris vindictam, quos Rex necari fecerat: quia iustus dolor eam excusabat,à Totila Rege Gottorum nihilominus crudelissimo,ob id absoluta est. Facit igitur deus optimus maximúsque. vt Ioannes Taurilia præsentatus, qui adulterum & adulteram vxorem in ipso crimine inuentos interemit, iusto dolore motus,hodie quoq; excuset,vt speramus.

CXVIII.

1 *Mora quando periculum est, allatiua efficit ut à dispositione iuris communis recedamus.quod exemplifica septem modis. usque ad fi.*

2 *L.plerique.ff.de in ius voc.intelligi debet in casu dubio.ut procedat, quando quis extraheretur ex causa odiosa,non si ex causa fauorabili.*

1 HAbemus tex.in l.j.ff.de dā.infec.q † mora, si periculum est allatura,efficit,vt à dispositione iuris communis interdū recedamus.quod regulariter tamen fieri non debet:vt in l.ab ea parte.ff.de proba.& in l.omnis diffinitio.ff.de reg. iur.& in l.ij.& ibi Bar.in ij.col.ff.si quis in ius voc.nō ie.& in l.hac lege. C.de sen.ex breuicul.reci.Intantum vt ea ratione,quem etiam inuitum de domo propria extrahamus, vim quoque inferendo si minaretur ruinam. gl.est no.in c. ipsa pietas. per illum tex.xxxiij.q.iiij.quam refert, & sequitur Fel.in c.contingit.in ij.col.de sen.excom.& post eum singu.limitationem esse exclamat ad l. plerique.ff. de in ius vo. Hyppo.marsi.in singul.suis. clxxxix.incip.tu audiuisti. Quæ limitatio mihi semper visa est

2 inepta,ex quo l.præalleg. plериq; intelligi debet† in casu dubio, si ex causa odiosa extrahatur,non autem fauorabili:vt in exēplo proposito:quoniam eo tunc nulla esset dubitatio.l.nō tantum.ff.de app.l.vt vim.ff.de iusti.& iu.l.seruus ea lege. ff.de ser. expor. ita vt si quis in causa sanguinis appellauerit pro alio, quod etiam inuito eo facere potest:vt in d.l. non tantum ratificatio non requiratur:quemadmodum in ciuili:vt in l.j. de appel.recip.& hoc quoniam cognatio naturalis suadet, & vult quem etiam inuitum posse defendi:vt no. declarat Bal.in c.cū inter.in ij. col.de elect. ergo malè,& contra tex.in l.quod Labeo.ff.de Carb.edict. & est regulare : quia quandoque etiā lex est de indubitabili.vt in l.iij. ff. de natali.resti.& generaliter in legibus C.cum non per modum tradendæ doctrinæ,sed secundum contingentiam factorum imperator procedat:quemadmodum alibi dixi:& fuit doctri.Ful.in rub.C.de ser.fugi.& Odof.in l.edita.in iij.col. C.de eden. & ideò dicas tu esse potiùs ad reg.l.inuito.ff.de regu.iur.vt & alijs casibus quos no.Archi. in c.vides.in prin.xxiij.q.vj.& Alex.in l.quamuis. in iij.col.ff. solu.mat. Et aliter hanc regulam comproba ac exorna : quia videmus ob id,quòd si mora interpellandi iudicem est periculum allatura,per viam facti resisti potest:& pari ratione etiam ac secundò statutum,quod tamē aliàs iuris particula dicitur: vt in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu. contemni.l.ait prætor.§.si debitorem.ff.quo in frau. credi.l.de pupillo. §.præterea.de no. oper.nunt. c.si.de iud.c. licet.de ferijs : & no.Petr.de anch.in consi.ccccxxxix.incip.ex prædicta. in vj.col.in prin.& in consi.cxcij. inci.in auxilium. in j.col.Item & tertiò, quòd causæ mixti imperij non possunt delegari. l.j.ff.de offi.eius.& de iurisdi.om.iudi.& tamen hac de causa delegantur : vt in d.l.j.de dā.infec.& in locis præallega. latiùs.Item & quartò q nuntiatio sperni non debet. l.j.§.nuntiatio.ff.de no. oper.nuntia.& tamen hac de causa spernitur, & proceditur ad vlteriora : vt in l.de pupillo.in §.si quis riuos.ff.eo.Item & quintò quòd impeditus,qui certa die sistere debebat,si non stetit, exceptione iuuatur,si impedimentum fuerit iustum, nec tenetur mittere procuratorem,l.ij.§.si quis in iudicio.ff.si quis cautio. & tamen secus si causa desideret celeritatem, & mora sit periculum allatura:vt ibidem no.& in l.ij.ff.de ferijs.Et hac ratione etiam dici solet,& sextò,electionem episcopi in suspenso stare non posse:vt declarat Bal.in l.Cassius.in iij.col. ff.de sena. Item & septimò minimè impediri posse pēdente dubio an quis sit excōmunicatus,nec ne, quò minus tumuletur:vt consuluit Pet.de anch.in consil.clxxxix.incip.tribus de causis.in prin.& est arg. in c.ex parte.primo,de sepultu.quę omnia notanda sunt:& vltra hæc aliqua etiam per Archi.in c.j.in prin. xciij. distinct.

CXIX.

1 *Sententia & executio quando subito ferenda. & nu.4.*

2 *Iudicis præcipitata uoluntas nouerca est iustitiæ.*

3 *Silentium in nocte prouerbium.*

1 PRoximè tibi dixi,sententiam subitò † ferri debere in causis celeritatem desiderantibus:& hac ratione esse speciale in l. j.& simil.ff.de dā.infec.quoniam aliàs regula est in contrariū: vt in l.hac lege.C.de sent.ex breuicul.reci.& in l. properādum. in §.fin autem reus.C.de iudi.& in c.iudicantem.xxx.q.v.vnde bene Cardi.in clemen.pastoralis. in §.verum. de re iudi.non

2 ab re dicebat, quòd pcipitata iudicis † voluntas nouerca est iustitiæ : & repentinæ responsionis in simili pœnitentia comes. Quod Periclis exemplo comprobari etiam potest, qui pictorem nescio quem cùm eidem tabulam pictam aspicieti, & blādienti pariter diceret,si celeritatem qua pinxi,scires,prolixius laudares,scommate pulcherrimo castigauit : quandoquidem responderit statim,noui equidem te quoque tacente,non tam celeriter,quàm præcipitanter pictam fuisse:& hoc exemplo sanè istiusmodi multas pingere poteris.vnde etiam, & ad idem

3 prouerbium fluxit, in † nocte silentium.quo sapienter admonemur,authore Erasmo, consilium non esse præcipitandum: neque statim ad primos animi impetus quippiam agendum: ne nobis posteà inauspicatum sit,& aliud simile eiusdem,canis festinans cæcos parit catulos:quod ad Aristophanis paræmiā allusit in pace. Et si plura etiam cupias Democritum audi, apud Liuium dicentem,homini nullam rem tam inimicam esse,quàm celeritatem,quàm pœnitentia tandem sera,atque inutilis sequitur:neque reuocari, aut in integrum restitui posse, quæ præcipitantur.Vel Artabanum, qui Xerxi expeditionem in Græciam paranti,bene consultare maximum esse lucrum semper comperisse pronuntiabat. Et præ oculis habeamus M. Coriolanum, qui quoniam præcipiti sententia à Senatu Patriæ hostis iudicatus fuerat, inimicus populi factus est:& nisi mater Veturia,& vxor Volumnia precibus eum auertisset,eo animo in patriam molitus aliquid mali fuisset. Sed velim ad propositum redeuntes, & eò vnde discessimus, notetis vnum, quod nullo modo prætermitti debet,eo tunc tamen condem-

4 nationem,& exequutionem pariter fieri † debere subitò,& incontinenti quidem,quando de crimine constaret per confessionē:& si simus extra casum d.l.j.vt no. declarat Bal. in c.iure gentium.in prin.de re iudi.& est arg.in l. proinde. in §.j. ff.ad leg.Aquil.& in c.nos in quenquam. ij.q.j. vel quando in flagrāti crimine quis deprehenderetur : quod tamen intellige,si sit immane & atrox: quoniam eo tunc casu licet iura & leges transgredi,maximè in puniendo, & non aliter:vt not. Inn.in c.j.de consti.& ad idē est tex.in l.si quis filio exhæredato.ff. de inin.

nup.irritoq́ue testamen.& in l. capitalium. in §. famosus. ff. de pœn. per quæ iura ita etiam dixit idem Bald. in d. capitu. iurgantium. & in dicta l. hac lege. C. de ex sententijs breuiculis recitan.

CXX.

1 *Stipulari alteri nemo potest,fallit dotis fauore,item matrimonij. nu. 2. item in persona publica. nu. 3. item quando statutum ciuitatis id permitteret. nu. 4. quæ declara ut ibi.*

6 *Statutum & consuetudo differunt ut tacitum & expressum.*

7 *Actus attribuitur illi,cuius authoritate conficitur.*

1 ALteri † neminem stipulari posse dicimus: vt in l. stipulatio ista. in §. alteri. ff. de verbo. oblig. & in §. alteri. Insti. de inu ti. stipulat. Et nimirum, vt vtrobique dicitur, quoniam inuenta est stipulatio, vt sibi quisq; acquirat, quod sua interest: quod tamen in pacto etiam locum habere dixit Bart. in l. j. in ij. col. C. de pact. pro quo est gloss. & ibi ipsemet no. in l. regula. in §. & licet. ff. de iur. & facti igno. & non habet dubium, nisi in casu,
2 vbi de dote † ageretur: quoniam tunc fauore eius secus dicendum est: vt in l. Caius. ff. solu. matri. vbi nepti vtilis actio dotis quæritur per auum. & ad idem in l. j. ff. de collat. dot. & in l. pactum. C. de pact. conuen. & refert Iason. in d. §. alteri. Item addas tu, & matrimonij: quorum gratia exorbitant regulæ iuris: vt not. in l. j. ff. solu. matrimo. & in cap. ex literis. de in integ. restitu. & in ca. j. (singula singulis reddendo) vt lit. non contesta. Quæ limitatio tamen confundi videtur per tex. in l. debitor. in §. ij. ff. ad Treb. vbi ex pacto filiæ matri actio non quæritur vtilis, vel directa: & tamen agebatur de dote etiam ibi: & sic quod dicebat Barto. in l. j. vt supra. C. de pact. loquens in pacto, ampliabitur & extendetur etiam ad dotem. Secúdò limitatur re
3 gula prædicta in sacerdote: quia † est persona publica. l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iur. sed persona publica alteri stipulatur. l. j. §. exigere. ff. de magi. conue. l. non aliter. ff. de adop. l. ij. ff. rē pupil. sal. fore. ergo verum. & hæc quoque confunditur per tex. in cap. quamquam. de vsu. in vj. in quo tamen pro limitatione ipsa omnes se fundant, & malè: quia sacerdoti non præstatur cautio de vsuris restituendis, vt vsurarius sepeliatur: nisi authoritate illius constitutionis: ergo aliàs licet persona publica sit, non habebit hanc authoritatem. Tertiò & vltimò in casu quan
4 do † statutum ciuitatis id permitteret: vt sensit Aret. in consil. xlj. incip. diligenter. in j. colum. quemadmodum de consuetudine dicitur in d. §. alteri. per text. in l. certi condictio. in §. si
5 nummos. ff. si cert. peta. quæ † non differt à statuto, nisi vt tacitum & expressum: vt in l. de quibus. in fi. ff. de legi. & hęc quoque dubia: quoniam inferior non potest tollere legem superioris: vt dicitur in l. nam magistratus. ff. de arbi. & in cap. cum inferior. de maio. & obed. in clem. ne Romani. de electi. nisi respon
6 deamus primum non obstare: quoniam vt Bald. inquit in d. l. Caius. sed fuit solu. gloss. met. in d. §. fin. etiam sine pacto neptis erat habitura actionem eo casu: in casu autem contrarij non: vel dicas id esse, quoniam filia ibi non erat in potestate matris: vt in §. fœminæ. Instit. de adopt. aliàs patria potestas, si ita vno casu, quemadmodum alio quæreretur, nihil operaretur, & malè: secundum eundem Bald. in d. l. Caius. in fin. & est verum. Vel & tertiò quod ibi nullus, erat dotis fauor, aut matrimonij: vt in d. l. Caius. & alijs, ergo non mirum si secundum reg. etiam matri actionem quærere non potuit. & sic concordabit. Nam secundum & si vrgeat, quod id esse factum dicere possumus gratia clarioris doctrinę, & vt omnis dubitatio prorsus tolleretur: vt in simili habetur in l. quæ dubitationis tollendæ, & in l. non solent. ff. de regu. iur. & in l. j. in §. quamuis. ff. de ventr. inspi. & in l. j. in prin. ff. de æsti. actio. cum simi. No. denique tertium & vltimum: quia non consideratur tanquam populi constitutio: sed tanquam lex Imperatoris: & ex quo dedit licentiam omnibus constituendi sibi statuta opportuna: & a
7 ctus attribuitur illi, cuius authoritate conficitur: vt in l. j. in §. omnia. C. de vete. iur. enuclean. & not Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in ver. Totius orbis. & Aret. in ca. inquisitionis. de accusation. cogita.

CXXI.

Conciliatio l. qui hæredi. l. Mæuius. ff. de conditionibus & demonstr. cum l. si fundus. & l. fideicommissa. §. si cui. ff. de leg. iij. & l. mulieri. §. j. ff. de condi. instit. & nu. 2.

DVo, imò tria magna cótraria prima facie volo vobis † dare hodie ad regu. l. qui hæredi. & l. Mæuius. ff. de conditio. & demon. quæ habet, quòd conditio debet semper impleri in forma specifica: contra l. si fundus. ff. eo. vbi si fundus legatus fuerit alicui, si pupillo, vel furioso pecuniam dedisset, códitionem explesse videbitur curatori, vel tutori dando: ergo non in forma specifica. & pondera quòd dicit videbitur, quod verbum improprietatem denotat: vt in l. in §. deiecisse. cum vulga. ff. de vi & vi arma. Secundò de l. fidei commissa. §. si cui ff de leg. iij. vbi quis instituit Titium, eumque rogauit, vt hæreditatem restitueret filio, si sui iuris effectus fuisset per mortem patris dubitabatur ibi, quid si eum emancipasset, an admittatur ad fidei commissum? breuiter decidit text. quòd sic: ergo non in forma specifica desideratur conditionem impleri. Tertiò & vltimo de l. mulieri. §. j. ff de condi. insti. vbi iussus manumittere seruum, & esse hæres: si de facto, & non de iure manumisisset, antequam hæreditatem adiuisset, hæres est: ergo aliter quàm in forma specifica etiam hoc casu. Nisi ad primum respódeamus
2 esse † speciale in puellis, & furiosis, quorum par, eademque ratio est: vt dicit gl. in l. ij. C. de cur. furi. & no. in l. Fulcinius. in §. adeo. ff. quib. ex cau. in pos. ea. & per Bar. in l. Imperatores. ff. de re iudi. vt præcipuum mereantur fauorem: dicit alibi tex. in l. ex pluribus. in fin. ff. de admi. tuto. quandoquidem ætas, & furor eorum quid videat ignoret. vt in l. . C. de fal. mone. Vel & secundo, quod soluendo tutori & curatori, soluitur pupillo, vel furioso: vt in l. qui fundum. in §. tutor. ff. pro empto. & in l. interdum. in §. qui tutelam. ff. de fur. vnde iuramentum in litē, quòd non solet deferri, nisi domino. l. vulgo. ff. de in lit. iuran. defertur tutori, vel curatori. l. videamus. §. curatores. ff. eo. & iniuria facta pupillo, dicitur facta tutori, vel contrà: vt in l. quid ergo. in §. si vero. & ibi Bal. no. ff. de contra. actio. tute. Vel & tertio, quia impossibile videbatur aliter impleri, stantibus superiùs adductis. quo fit, vt satis fit eo modo impleri, quo potuit: & est arg. in l. an inutilis. ff. de acceptila. Ad secundum vero, quid id est fortè quia requirebatur ad effectuum acquisitionem, & vt fieret secundú mentē testatoris: quo casu etiam nó refert quid ex æquipollentibus fieri: sicut in simili quando requiritur ad essentiam actus: vt in l. Gallus. in §. & quid si tantum. & ibi Bal. ff. de lib. & posth. Ad tertiú, & vltimú quia facta aditione hæreditatis perinde erat, ac si debitor manumisisset tēpore. Vel dicas esse, quoniam quocunque manumisisset, vel de facto, vel de iure, omni modo satisfactú erat volútati testatoris, quæ in conditionibus semper primú obtinet locú: vt in l. in códitionibus. ff. de condi. & demon. & in §. disponat. cum simi. in Authen. de nup. & dixi aliquid etiam suprà. Tene menti.

CXXII.

1 *Dispositio testatoris pro lege seruanda, nisi esset humanitati contraria, vel derisoria. nu. 2. uel repugnaret dispositioni legis. nu. 4. & in casu l. Seius. & Augerius. ff. ad leg. falcid.*

1 *Argumentum de lege ad testatorem non semper procedit.*

1 VT suprà dicebam, inquit alibi tex. disponat † testator, & erit lex. in §. disponat. in Authen. de nupt. sentiens ipsius voluntatem omnimodò seruandam: & totis viribus executioni demandandam esse: & idem in c. tua nobis. de testa. & in c. vltima voluntas. xiij. q. ij. quod verum est, etiam si dispositio redderetur elusoria: dicit alibi tex. in l. si quis à filio. in prin. ff. de leg. j. & in l. pen. ff. de iniu. rup. irri. testa. imò pium id facere, dicit alibi tex. in §. si verò expressim designauerit. in Authen. de hære. & falci. & Bal. in Auth. Ex causa. in j. col. C. de lib. præte. & laudabile, si repugnantibus cæteris fiat: quemadmodum Piso: testamentum quod paulò ante expeditionem Particam Cæsar condiderat, authore Appia. inter arma & cædes intrepidus publicauit: vt posteris seruandę fidei ijs casibus exemplum apertissimum præberet. Quod tamen non est (& hoc velim notetis) vsquequaque verum, & indistinctè, quando eius † volun
2 tas esset humanitati contraria, vel derisoria: vt est casus no. in l. quidam in suo. ff. de condi. insti. & ibi Pau. de Ca. refert fuisse quedam ex nostris ciuibus de Cortosijs, qui iusserat corpus suum tumulari tubis præuntibus, hæredibúsque ipsum insequētibus pannis rubeis, tum & maximè vxore, indutis: cuius voluntas, licèt de facto seruata fuerit, nihilominus tamen non valebat: neque erant in casu. §. disponat. & simi. & est arg. in §. sed & quid Principi placuit. Insti. de iur. na. vbi quid Principi placuit, legis vigorem habet: quòd tamen intelligitur verum, præterquā in casu (idē est) qñ in absurditatē incideremus & de lege
3 † ad testatorē argumentú erit optimú: licet non gńaliter quoniam

niam.lex loquens in præſenti,trahitur in futurũ,ex quo ſemper
loquitur,& eſt in viridi obſeruantia.l. Arriani C.de hæreti.& tñ
ſecus eſt in teſtatore.l.ſi ita.ff. de aur.& argent.leg.&nimirũ,qa
ſemel tm̃ loquitur. ita Bar. in l.j.in ij.col.ff. de cõd. ex leg.& ad
Patauini de quo ſuprà aiunt fuiſſe alium Petrum nomine tala
guaſta cognomento,ex oppido Montagnane,qui ſpecificè le-
gatum reliquerat hæredibus.quò perpetuò ante eius tumulum.
lumen accenderetur, cuius voluntas velut vana, & deriſoria,
nunquam exequutioni fuit demandata,ſed quid noſtrates re-
fero,Licurgus Philoſophus præſtantiſsimus, vt Trogus Põpe.
narrat,cùm in inſula Cretenſi voluntarium elegiſſet exilium,
nonne oſſa ſua in mari proijci iuſſerat. Nonne idem fecit So-
lom ſecundus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, qui cùm obijſſet
in inſula Cypro,anno ætatis ſuæ octuageſimo, mandauit oſſa
ſua Salàminam transferri, atque ea in cinerem diſſoluta per
omnem prouinciam diſſeminari,& eius iuſſui non eſt obtem-
4 peratum.Non etiam & ſecundò,quando† eſſet contraria,& re
pugnaret diſpoſitioni legis:vt puta, quando filium exhæreda-
ret ſine cauſa,vt in §.Aliud quoque capitulũ. in aut.vt cùm de
ap.cog.vel minori auferret beneficiũ reſtitutionis in integrũ
ſibi conceſſum à lege.& ſimi.vt in l.nemo põt.ff.de leg.j. & in l.
5 ſi quis eum.ff.de cõd,& de.& in l.ſi arrogator.ff.de adop.†Not.
deniq; tertiò & vltimò in caſu l.Seius & Augerius.ff.ad leg.Fal.
& ratio eſt,quia conditiones ibidem erant adiectæ in fraudem
legis,ne detraheretur Falcidia, quæ omnia vt pulchra fideliter
memoriæ tenebis.

CXXIII.

1 *Imperatores & Iuriſconſulti quandoque ſecundum contingentiam factorum iudicabant, quandoquè per modum tradendæ doctrinæ. & infrà apophth.204.*

DIxi aliàs,quòd reg.l.quod Labeo.ff.de Carb.edict.quòd lex
debet eſſe de dubitabili,quòd intellige regulariter,cùm e-
tiam aliquando ſit de indubitabili.l.iij.ff.de nata.reſti.non ha
1 bet locum in legibus.C.cùm Imperator† iudicet ſecundum cõ
tingentiam factorum,& pro libito voluntatis ſuæ.Iuriſcõſulti
aũt per modum tradendæ doctrinæ:vt declarat Dec.in l.illam
in prin.C.de colla.& Iaſ.in rub. C de mili.teſta.& fuit origina-
lis doctrina Fulg.in rub. C.de ſer.fug. & Odofr.in l.edita.in iij.
col.C.de edẽ.& dixi ego in l.vnic.C.quando non pet.part. Sed
tamen aduerte,quia nunc tuta non eſt mihi viſa.per tex.in l.fi.
in prin.C.de pact.ibi faciebat in eis queſtionem. Item & ad i-
dem videtur tex.in l.j.c.ti.& in l.ſicut.C.de act.& ob.& in §. his
igitur.Inſt.de iuſt.& iu.imò plus, quòd & ipſi Iuriſc.plerunque
etiam prout occurrebat factum,reſpondiſſe videntur:vt eſt ca-
ſus in l.verum.ff.de fur.ibi,& ita etiam ex facto cum occurriſ-
ſet;reſpõdi.Ideò cogita,& dic optimum eſſe,vtcunq; ſit,ratio-
nem dubitandi intelligere quoniam aliter reſponſio,& deciſio
non bene precipi põt,& hoc modò intelligitur auctoritas Ari-
ſto. dicẽtis, potẽtes dubitare facilè ſoluere, quẽ refert & ſequit
Bal.in l.ſi tutores.C.de cõpen.vbi p̃cisè alle.d.l. Quod Labeo.

CXXIIII.

1 *Expreſsio eorum quæ tacitè inſunt à lege,nihil operatur. fallit nu.2.*
3 *Teſtator ſemper fingitur uelle id,quod uult lex.*

DIctum eſt hoc anno in l.iij.ff.de leg.iij.cui concordat etiam
1 tex.in l.nõ rectè.C.de fideiuſſ. quòd expreſsio† eorum quæ
tacitè inſunt à lege,nihil operatur:nec præſtat beneficium, qui
debitum impẽdit:vt dicitur in l.proximè.ff.de ritu nuptiarum.
& in l.ſi ſeruo.ff.de hæredi.inſtitu. & in l.vnum ex familia.ff.de
leg.ij.Ita vt ſi pater arrogator inſtituerit impuberem in legiti-
ma,ipſe eam non capiat beneficio teſtatoris,ſed legis.nec & cõ
trà grauare dicetur, qui exequitur:vt in c.nouit de appellatio.
& idem ſi iudex det terminum legis condemnatis:vt in l.iiij.in
§.cõdemnatũ.ff.de re iudi.Sed tamẽ volo vobis dare caſum,in
2 quo multũ operatur: in† falcidia ſcilicet,quæ cõmuniter detra
hitur:& hoc tacitè ineſt ex legali prouidẽtia:vt no.in c.Raynu-
tius.de teſta.& in c.ſi pater.eod.titu.in vj.& in l.in quartã.ff.ad
leg.Falcid.& tamẽ ſi exprimatur à teſtatore,multũ (vt dixi) ope
ratur:caſus eſt ſingularis in l.Titia.ff.ad leg.Falcid.quod tamẽ
intelligit in fauorẽ,vt vbi,nõ in odiũ:vt in d.l.ſi arrogator.ff.de
adopt.& ibi no.Bar.in repeti.in iiij.col.aliter etiã dicit idẽ Bar.
in d.l.iiij.quòd operat hoc,vt id q̃ nõ erat volũtas,modò ſit vo
luntas:& probat per tex.in §.Sanctiſsimas.in Authen.de alie.&
empli.vbi tacitè ineſt, bona eccleſiæ alienari nõ poſſe:& tamẽ
ſi exprimatur,nec in redemptionem captiuorum alienab un-
tur:quod eſt mirabile: & fere idem.Verum mihi vlterius cogi-
tanti viſum eſt tutius primo modo reſpõdere,quoniam teſta-
3 tor ſemper† fingitur vel id,quod vult lex:etiam q̃ ſit verè cõtra
eius voluntatem.l.ſi quis eum.ff.de condi.& demon.l.ſi duo.ff.
de acquir.hæred.per quem text. ita etiam dixit Bal. in l.preci-
bus. in 15. colum.vbi etiam allegat d.l.Titia. C.de impu.& al.
ſubſti.alibi etiam dicit Bar.quòd ad d.l.iiij.intellectum eſt no
tandum:ſ in q.incip.lucanæ ciuitatis.in vij.col.in prin. verum
eſſe quod ibi dicitur: quòd expreſsio conditionis quæ tacitè
inerat, non ſuſpendit diſpoſitionem quoad tranſmiſsionem
ad hæredem: ſed falſum quò ad effectum obligationis: quia
tunc inter tacitam & expreſſam nulla penitùs eſt differentia:
& no.in l.Item quia.ff.de pac.

CXXVI.

1 *Quempiam ſcire aliquid in genere ſufficere,non procedit generaliter & indiſtinctè.*

IN multis locis, & toties quoties occurrit, obſeruauimus di
1 ci ſolere, ſatis eſſe† quempiam quid in genere ſcire: tum &
maximè per tex.in l.Qui iure militari.ff. de mili. teſta. & vltra
alios in l.debitor.in §.fi.ff.de leg.ij.in ſimili tamen vbi ſatis eſt,
q̃ aliquis habeat teſtamẽti factionẽ in genere,vt ſeruus eius ſit
capax legati:& nihilominus legimus alibi: vſque adeò vt legis
prædictę deciſio reddatur dubitabilis,quem neſcire,niſi ſciat
quia rem in ſpecie cum ſuis qualitatibus perfectè cognoſcat:
vt in l.de pupillo. in §.qui nuntiat.ff.de no.oper. nunt.Itẽ quia
ſi hoc eſſet verum,ſatis fuiſſet etiam in l.nec nos.C.de capti.&
poſtli. reuer. filios ſciuiſſe in genere matrem mortuam fuiſſe:
& pactum etiam exinde valuiſſet:de quo ibi:& tamen non va-
let: nequẽ eſt ſatis: & dixi in l.j. C.de pact.quam propediem,&
alia quamplura videbitis.Vlterius & ad idem quis potuit gerẽ
do negotia pupilli ſcire in genere ſe vt quaſi tutorem gerere:
quem in teſtamento etiam tutorem filio pater reliquerat:& ta
men dicit tex.ipſum quaſi tutorem non teneri:& põdera quòd
in d.l.qui militari.fauore teſtamenti id fortaſsis introductum
eſte videatur:non minus fauorabile etiam hoc caſu videretur
propter pupillum:vt in l.ex pluribus.in fi.ff. de admini. tuto.&
tamen (vt dixi) non ſufficit.ideò cogita.

CXXVI.

1 *Singula quæ non proſunt, multa iuuant, fallit in criminalibus. & quo nu.2.*

1 QVotidiè ſimiliter regulam allegamus,quòd† quæ nõ pro
ſunt ſingula,multa tamen iuuant:vt in l. ij. in §.ætas.ff.
de excuſa.tuto. & in l.j. vbi bonus tex.C. qui nume.tute. & ad
hoc tendit prouerbium vnde ſumpta eſt regula à ſimili. quòd
vna hirundo non facit ver. ſed multæ: neque ex vno lapide fit
domus,ſed ex multis:neque ex vna depoſitione teſtis probatur
actus,ſed plurium:ſecundum Bald.in l.ij.in ij.colum.C.de bo.
poſſeſſ.ſecundum tabu.intantum vt duæ ſemiplenę probatio-
nes faciant vnam plenam:ex his,& eſt mirabile,quòd quę ſunt
imperfecta in ſua ſpecie,cõſtituunt vnum imperfectum:quod
tamen videtur eſſe contra tex.in l.Spadonem.in §.qui iura.ff.
de excu.tuto. & hinc eſt, quòd vnum pactum nudum non ve-
ſtit alterum:vt dicit Bald.in cap.j.in §.ſacramenta. in penult.
colum.de pa.iura fir.in vſib.feud.& Aretin.in l.qui patri. in v.
colum.ad fin.de acquiren.hæred.Niſi reſpondeatur vtrumque
in caſu ſuo eſſe veriſsimum: vt in ſimili dicit gloſſ. in cap.ij.de
arbi.in vj.vnum in materia probationis fauore publico & ge-
nerali,ne illius facultas anguſtetur:qua ratione etiam hæreti-
ci admittuntur:vt in l.Quoniam.in fin.& ibi gloſſ.allegat con
cordantes.C.de hæreti. Aliud autem ne pupilli ſine tutore in-
defenſi remaneant:qui,vt proximè dicebam, præcipuum me-
rentur auxilium:vt in l.ex pluribus.in fin.ff. de excuſa. tuto.&
2 ſenſit Bald.& bene,in d.§.qui iura.quod tamen in† crimina-
libus ſublimita:vt ſenſit Ro.in conſi.cxxvij.incip.poſito. ad fi.
& hoc (vt arbitror) quia eo caſu probationes debent eſſe lu-
ce meridiana clariores:vt in l.ſciant cũcti.C.de proba.ex quo
etiam cauſa criminalis quantũcunq; minima eſt maior qua-
cunque pecuniaria:vt in l.in ſeruorum.in fin.ff. de pœn.& in l.
nec in ea.ff.ad leg.Iul.de adul. ſecundum tamen qualitatẽ per
ſonarum:vt declarat no.Bar.in l.j.in fi.ff.de pœn. & vera eſt ex
his,quando tendit ad perficiendũ vnum totũ: non aũt ſi ad per
ficiẽda plura tota,quæ ſint diuerſa:quoniã tũc ſi nõ proſunt ſin
gula,nec multa iuuãt:ſecũdũ Bart.& ibidẽ exẽplũ in l.j.in §.idẽ
Cornelio.ff.de queſtio.& dixi ego in l.ſi certis annis. C.de pac.
ita declarãdo tex.in l.j. C.de fideicõ. & multa etiã ad idẽ Alex.

in cõſi.xxj.inci.Repetito.in j.col.in iiij. vol.quẽ omnino vide.

CXXVII.

Verba in dubio ita intelligenda, ut aliquid operentur, & non ſint fruſtratoria. fallit in tutore cõficiente inuentarium, qui in fine proteſtatur, quòd ſi aliqua ponẽda non poſuerit, uult haberi pro appoſitis, & contrà. nu.2.

3 *Ignoranti nihil imputandum.*

1 IN ore omnium eſt, verba† in dubio intelligi ſemper debere, vt aliquid operentur: ne ſint fruſtatoria, & ſine aliquo effectu: vt in l.ſi quando.ff.de leg.j.& in c.ſi Papa.de priuil.in vj, tum vel maximè ex eo (vt arbitror) quia dici etiam ſolet, quòd ars & natura nihil operantur fruſtrà: vt in l.qui-bis idem.ff.de ver.ob. & in l.hæc ſtipulatio.in §.diuus.ff.vt leg. nomi. cauea.& in §. quibus.in j.conſti.C. Nihilominùs tamen volo dare vobis ca-
2 ſum, in quo nihil operantur: nam ponamus quòd tutor† conficiens inuentarium, ad quod tenetur, quoniam aliàs vt ſuſpectus remouendus eſſet: vt in l. tutor qui repertorium.ff. de admi.tut.& pœnis puniendus, de quibus in l.iij.in §. tutores.ff. de ſuſpe. tutorum & in l.finali.C. arbi.tute.in fine illius proteſtatus fuiſſet, quòd ſi aliqua ponenda non poſuerit: vult habere pro appoſitis, vel contrà: quòd ſi non ponenda appoſuerit, vult habere pro non appoſitis: verba hæc nihil operabuntur: nec primo caſu ipſum tutorem releuabunt in aliquo: imò mala fide in eo conficiendo ob id verſatus videbitur, ex quo regulare eſt ſigillatim res omnes deſcribi, ita vt ſi minima etiam defuerit, multum fidei quoque detrahatur eidem, vt in d.l.fin.& in l.eos. ff.de tute.& in l.chirographis.ff.de admi.tut.& in l.aut qui aliter.ff.quod vi aut clàm.& in l.ſi intra. C.de bo.proſcrip.& in l. iij.C.de bo.vac.li.x.minúſque ſecundo, quia pari ratione releuarent, ſi confiteretur ſe decem recepiſſe, & poſteà negaret: & tamen hoc eſt falſum: licèt id quod de re minima diximus, non ſit tutum: vt idem Bar.ſentit in l.j.in §.item ſolent.ad fi.ff.offi.præfec.vrb.per text.in l.cui deus.ff.de ædil.edic.& malè: quia quãdo lex prohibet, & non permittit, etiam minimum curatur: vt in §.Gallinarum.Inſti.de rer.diui.iuncta l.j.ff.de fur.vt in caſu noſtro: ſecus ſi prohibeat, & permittat ſimul.l.ſi oleum. in fi.cũ l.ſeq.ff.de dolo.quę omnia, & ad propoſitum redeundo, intellige tamen vera, ſi ſciret: quoniam ſi ignoraret, ſecus: vt no.declarat Bar.in d.§.item ſolent.poſt prin.& non mirum vltra eum:
3 quia ignoranti† nihil eſt quod imputari poſſit: vt in l.ſi fideiuſſor.in princi.ff.manda.& not.quòd ignorantia ſemper præſumitur, niſi probetur ſcientia: vt in l.verius.ff.de proba. quando tamen non eſſet coniunctus, quoniam tunc præſumptio ceſſaret.l.octaui.ff.vnde cogna.l.de tutela.C.de in integ.reſti.mi, & huius limitationis eſt ratio, (quod tene menti) quia ſi verba prædicta operarentur, vt regula dictat, facilè tutoribus præſtaretur occaſio delinquendi: quod totum eſſet ad pupillorum prę iudicium: & malè, ac contra tex.in l.conuenire. ff.de pact.dota.& in l.ſi.cum ſi.C.de pact.& ita ſatis.

CXXVIII.

Patri & marito leges permittunt occidere filiam & uxorem in adulterio deprehenſam: quod ampliatur etiam ſi prægnans ſit.

SVprà apophth.cxvij.dicebam certis† perſonis, vt puta marito, & patri leges ignoſcere, vt ſi vxorem, vel filiam in ipſa inueniſſent turpitudine, ipſáſque interfeciſſent, nullã paterentur pœnam: quod non repeto aliter: tum vel maximè, quia difficile eſt tam iuſtum dolorem temperare. Sed addo nouiſsimè, & eſt ad ea nõ.ampliatio ſemper memoriæ tenenda, quòd locum habent etiam ſi vxor, vel filia fuiſſet prægnans: ex quo ſolum factum attenditur, non autem iuris ordo & effectus: vt in l.Mæuius.ff.de condi.& demon.& in l.quid ergo. in §.cum factum. ff.de his qui nõ.infa.& in l.bonæ fidei. in §.pe.ff.de acqui.rer. do.& fuit dictum Bar.in l.Imperator. la ſecunda, in prin.ff.de ſta.homi.& ſic licet prægnans habeat multa priuilegia, vt ſimiliter dicebam alio loco, nihilominus tamen hoc caſu perinde erit, ac ſi prægnans non fuiſſet.

CXXIX.

Nomina rebus conſona eſſe debent: idem de cognominibus. nu.2. quod tamen plerunquè fallit, ut nu.3.

LIcèt† nomina cõſona rebus eſſe debeant: vt dicitur in §. eſt & aliud.Inſti de donatio.& in l.fi.C.de legib.& in l.à nullo C.de feriis.& in c.ſi cupis.xvj.q.j.quæ etiam fuit Philoſophi propoſitio, primo Ethico.vt refert Bald.in l.fi.in vij.col. C.de hæredi.inſtituen. dicentis, oportere rebus de quibus loquimur, ſermones cognitos, id eſt, familiares, & conſonantes eſſe: non inanes, & efficatia carentes: vt in l.ex facto. in §.fi.ff.de vulgar. & pup.ſubſtit.& in l.propter veneni.in §.neptis.ff.ad Sillania.& in l.pro hærede.in §.Papinianus.& in §.fi.ff.de acquiren. hære. ex quo non laborat intellectus in ſola ipſius nominis poſitione: vt dicitur in l.qui ſe patris.C. vnde libe.& in l.ſi ſine.in §.ſed quod Papinianus.ff.de minor.& no. idem Bald.in conſi.ſchiſma.in tit.ſi quis aliquem teſta.prohibue.in iiij.col.quod diuinum in multis locis appellat Iaſ.tum vel maximè in l.j.in prin. ff.de cõd.ob cau. & eſt arg.in l.ij. C. cõmu.de legat & in c.cõmiſſa.de elect.in vj.& exemplum in clericis, qui à cleros, quod eſt ſors, vel hæreditas appellantur: ita vt de patrimonio Ieſu Chriſti viuere debeãt, cuius obſequio deputantur: vt in c.cùm ſecundum.& ibi glo.de præben.Item in l. quæ à legendo dicta eſt: nec legi poſſit, niſi ſcribatur: in tantum vt Io. And ob.id dixerit, legem epiſcopi punientem aliquem, non valere, ſi ſcripta non fuerit.in c.nemo.in iij.col.de reg.iur.in mercurialibus: quę nos in rubr.latiùs diſputauimus extrà de conſtitu.Item & vltimò in commenſali, qui dictus eſt, quia ad eandem menſam comedit.vt declarat Anchara.in conſi.cccxcviij. incip.pręmitto in prin.inferens ampliùs eum non eſſe talem verbo, ſi à Papa recipiatur, niſi re ipſa commenſalis fuerit. Et idem de cognomi
2 nibus† dici poteſt: ne friuola, vel ridicula eſſe videantur, vt in procem.ff.orum legitur, vbi non veteres dupondios, ſed nouos Iuſtinianos ſcholares vult text. ille appellari. Et ad propoſitum (mitto ius prætorium honorarium dictum fuiſſe, ab honore Prætorum: vt in l.ius autem.ff.de iuſtit.& iure.) Ius gentium, quia eo omnes gentes vtantur: vt in l.omnes populi.ff.eo.& pari ratione ciuile: quia ciues illud ſibi conſtituerint: vt ibidẽ ius ciuile Aelianum: quia Sex. Aelius librum actionum cõpoſuit. Plebiſcitum à Plebe. Senatuſcon. à ſenatu: & alia de quibus in
3 d.l.ij.latius. Nolo tamen vos ignorare hoc plerunque† fallere, & non ſemper locum habere: quia videmus Ius ciuile Papirianum à Papirio dictum fuiſſe, & tamen in d.l.ij.nihil adiecit de ſuo.Item & Flauianum ſimiliter à Gneo Flauio: & nihilominus (vt ibidem legitur) Appius Claudius fuit, qui illud propoſuit, & ad formã redegit. Niſi dicamus ſupradicta intelligi debere fatendo cõtrarium, non neceſſariò, ſed quia id rationabiliter in nominato deſideretur: vt in ſimili not, in l.ij.in §.appellata. ff.ſi cert.pet.de pontifice, qui dictus eſt eo quod pontem faciat ad vehendos ſubditos exemplo vitæ, & verbo doctrinæ: vt probatur in c.inter cætera.de offi.ordi.ex quo multi ſunt, qui hoc non faciunt, & nihilominus pontifices appellantur. Itẽ de Imperatore, qui Auguſtus dicitur, ab imperio augendo: & tamen aliqui fuerunt, qui nec auxerunt, nec augere etiam cogitarunt, & alijs ſimilibus, vt ibi. Vel & formaliùs ad primum dicas id eſſe, quia leges, quæ antè erant ſine ordine. Papirius ipſe in vnum compilauerat, ita vt iure meritò etiam ius (vt diximus) Papirianum fuerit appellatum.& eſt arg.in l.j.in §.non inſubtiliter. C.de vete.iur.enucle. Ad ſecundum verò, quia errore populi creditum eſt illius iuris librum, ipſi donauerat, ab eo quoque editum fuiſſe: quã ob rem etiam, & ſi Appij ſcriba, libertiníque filius eſſet, (adeo munus hoc gratũ ſibi fuerat) tribunus plebis, Senator & Aedilis curulis creatus eſt: vt in d.l.ij. continetur.& ad idem ſimiliter optimè quadrabit, quod habetur in l.j. C.de teſta.& in l.Barbarius.ff.de officio præto. Vel vtilitatis publicę gratia id factum fuiſſe affirmemus, cuius prætextu multa cõtra regulas iuris conceduntur: quæ aliàs non concederentur: vt in l.ita vulneratus.ff.ad leg.Aquil.& in l.bona fides.ff.depo.& ibi no.Pau.de Caſt.in l.quoniam.melius quam alibi.C.de hæreti. & hæc ita declarata ab alijs non reperies.

CXXX.

1 *Pœnitentibus ignoſcendum, niſi pœnitentia ſit ſera.nu.4. Item & impœnitentibus quandoq; ignoſcitur.nu.3.*

2 *Filius ingratus niſi pœniteat, poteſt exhæredari.*

SCholaris quidam, cùm alteri dum inuicem loquerentur, colaphum impegiſſet, nunquã ad pacem cohortari potuit, niſi ille eidẽ ſe ſubijceret ſupplex, & ſimili afficeretur iniuria: quod cum libentiſsimè feciſſet amicorũ ſuaſu, potuiſſẽtque ipſe id facere, abſtinuit, & præter aſtantium opinionẽ ignouit, & locum veniæ dedit pœnitẽti: cuius animũ magnum, & exceſſum admiratus ego, non potui eum non inſerere his, quæ aliquãdo obſer
1 uauimus ſcitu non indigna, pœnitentibus† ignoſcendum eſſe: & vt nos

& vt nos quoque pari animi magnitudine idem facere diſcere
mus:tum vel maximè,quia lege cautum eſt,vt ſi filia in corpus
cauerit,& dote & alimentis priuetur,ſecundum Bald.in l.fi.C.
de dot.promiſ.& Specu.in titu.qui filij ſint legit.in v.colum.in
verſi.quid ſi filia tua.& tamen ſi pœniteat,ſecus:quia ignoſcen
dum eſt ei:vt in l.imperialis.C.de nupt.& no.idem Specu. in lo
co præalleg. in verſicu. quid ſi pœniteat. & Bald. in l.ſi filia per
illum text. C. de inoffi. teſta. Et ſimiliter filius ingratus patri
2 †poteſt exhæredari : vt in §. aliud quoque capitulum, in auth.
vt cùm de appel.cogno.& tamen ſi pœniteat viuo patre: vel an
te conditum teſtamentum , ſecus: vt dicebat Alexand. in l. j.
in xvj.colum.ff.ſolu.matri.quem etiam refert & ſequitur Iaſo.
in auth. non licet in j.colum. C.de libe. præte. & hoc eſt, quod
alibi aureus text.de Salonitano archiepiſcopo ſimoniaco: qui
ſine licentia Papæ fuerat conſecratus,loquens dicit, humilita
tis & pœnitentibus locū veniæ negari non debere:ſicut in con
tumacia perſiſtentibus ſæueros eſſe conuenit : in cap.quanto.
in fin.ij.q.v.Ignoſcitur etiam in caſu l.quamuis.ff. de in ius vo
can.& l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoffi.teſt.& in l. qui ea
mente.& ibi no.ff.de fur.Steſicorus Poeta nobilis, quia verſib.
Helenam inſectabatur, cæcus factus eſt : ſed quia pœnituit eū,
& palinodiā recātauit, & ſtatim viſum recepit.Pœnitenti.Mar
co Marcello luculentiſsima, M.Tullij Ciceronis oratione, Cæ
ſar ignouit,& eius gratiam promeritus eſt:quorum hiſtoria ſa
tis nota eſt:ideò aliter non refero. Similiter Maria ſoror Aarō
pro peccato lepra percuſſa eſt : poſt pœnitentiam vero reſtitu-
ta:vt in cap.ſi poſt.in §. econtra 50.diſtinct.Mitto Achab,Na-
buchodonoſor,Niniuitas, & alios,de quibus in cap.voluiſſent
de pœniten.diſtinct.j.Sed notandum vnum eſt,quòd imò quā-
3 doque † etiam impœnitenti ignoſcitur,gratia vitandi ſcanda-
li:vt in cap.ij.incip.nihil cum ſcandalo.de præſcript. & in ſpe-
cie in cap. denique. & ibi gloſſ. in verbo, venia.iiij. diſtinctio.
4 Item quò imò nec pœnitenti parcitur , quando † pœnitentia
ſera eſt:vt in l.ij.C.de iur.& facti igno.ibi,ſera prece tibi ſubue
nire deſideras.& in l.ciuitas Rhodiorum,ibi,ſero cōqueſta eſt.
C.de offi.quæſto.& in l.vxor.in §.fi.ff.ad leg.Iul.de adult. & in
l.ſi in lege.in §.colonus.ff.loc.& in l.j.ff.quando ap.ſit.& in ca.
j.de frigi.& malefic.vnde etiam illud prodiit,tarde venere bu-
bulci.vel & melius aliud de quo in familia.Cicer.ſero ſapiunt
Phriges.ita vt hac de cauſa Tiberium etiam ferant (author eſt
Tranquillus.) Ilienſium legatos irritaſſe , quod ab his longè
alienum non erit,cùm aliquanto ſeruis ad eum conſolandum
pro filij morte acceſsiſſent , & dixiſſe ſe illorum vicem dolere,
quòd egregium ciuem hectora amiſiſſent . Velim item note-
tis vltimò & aliud, quòd id facere non potuiſſet ſcholaris de
quo ſuprà ſi fuiſſet clericus. caſus eſt not. in capitu. contingit.
de ſentent.excom.

CXXXI.

1 *Stipulationis ueritas an conſideranda ſit in fictis ſtipulationibus. & per totum.*
2 *Actus duo iudiciales ad inducendam conſuetudinem ad minus requiruntur, extraiudiciales plures.*
3 *pupillorum fauore exorbitant leges.*

HOc mane debitor quidam meus ſecum duxit amicum ſuū
ad me,vt pro eo fideiuberet, qui tamen nihil loquutus eſt,
cùm crederem, ob id eum fideiuſsiſſe , ego quoque nihil aliud
dixi,recordatus me aliàs legiſſe, quòd in fideiuſsionibus huiuſ
1 modi,quæ † fictæ ſunt, non conſideratur ſtipulatione veritas,
quæ conficiuntur:vt in l.Blanditus.C. de fideiuſ. in l.fi.in §.ſa-
tis.ff.de accept.& no.in l.ſciendum.ff.de verbo.oblig.& quod
opin.hanc etiam tenuerat Dy.in l.ij.in §.voluntatem.ff.ſolut.
matri.per tex.in l.ij.ff.ad muni.& in l.honores.in §.fi.ff.de de-
curia. & tamen niſi principalis ſoluiſſet , nec ſoluere voluiſſet
fideiuſſor,me ipſum deceperam,& erraueram cum Dyn.quod
per locum à ſpeciali oſtendi poteſt,quia eo caſu, videlicet in l.
cum oſtendimus.in §.fin.ff.de fideiuſ.tuto. quia calore iudicij
fuerat veſtita:vt in l.j.not.in princip.ff.de verbo. oblig. & eſt ſi
mile,quia videmus,quòd ad cōſuetudinem inducendam duo
2 † actus iudiciales ad minus ſufficiūt , extraiudiciales plures:vt
not.in l.de quibus.in vj.colum.ff.de legi.& per Fran. Cremen.
in ſing.ſuis.cxl.incip.quanquam.& Anto.Corſe. in verſi.con-
feſsio.quartò,& Gerard.de Petra ſan.in ſing. xxxvj. quod inci
pit,in iudicialibus. Sed alia etiā eſt ſpecialitas, quia fideiuſſor
paſſus fuerat ſe in actis deſcribi, quo caſu omnia ſolenniter
acta prȩſumūtur:vt no.in d.l.ſciēdū.Item & alia,quȩ erāt pupil
3 lorū fauor,quorū † gratia exorbitāt leges:vt in l.ex pluribus.in
fi.ff.de admi.tut.& in l.ſi cōmunē.ff.quēad.ſer.amit.& in l.co-
gnitio.ff.de offi.eius.ergo ad ꝓpoſitū nō valebat hoc caſu:vt in
l.ius ſingulare.& in l.ꝙ verò cōtrà.ff. de legi.& in c.præſenti.in
§.loca.de præb.in vj.Nec ob.tex.in d.l.ij.& in d.§.fi.quia Bal.re
ſpōdebat in d.§.voluntatē.eos loqui in parte,q̄ non eſt propriè
fideiuſſor:vt in l.cū filius.in prin.ff.de verb.ob. Quæ ſol.ſatis ꝓ
bari videt in d.l.ij.ibi,quaſi fideiuſſor pro filio pater obſtrictus
eſt.& paulò infrà ibi,pater vt fideiuſſor præſtabit.ꝙ tamē in fi-
lio emācipato locū nō haberet:quo modo limitari etiā ſolet re
gula l.fi.C.de impub.& ali.ſub. vt in l.q̄ in poteſtate.ff.de teſta
mēt.& in l.lis nulla.vbi glo.ff.de iud. Sed dicerē ego aliter ꝙ te
netur, & obligatus eſt fauore reipublicæ,ita vt illius legis diſpo
ſitio ad cōſciētias trahi nō debeat:vt in c.quæ à iur.de regu.iu.
in vj.vel & tertiò,q̄a pater ibi in vno releuatus,cū filius decurio
factus eſſet, & eo quidē præſente cōtradicente.iuxta illud Salo.
in prouer.x.filius ſapiens lætificat patrem :& ipſius magna qui-
dem ac incredibilis eſt gloria:vt dicitur alibi in c.eſto. in fin.
xcv.diſt.in alio debet grauari,vt quaſi fideiuſſor (vt diximus)
obſtrictus ſit:vt in l.eum q̄.ff.de iureiu. & in l.interdū.in §.q̄ ſu
rē.ff.de fur.& in l.j.ff.ſi quis à paren.fue.manu.& ita eſt tenēdū.

CXXXII.

1 *Pupilli, maximè pauperes,præcipuum merentur fauorem:fallit.nu.2.*

PRoximè ſuprà & alijs locis etiam dictum eſt,pupillos præci
1 puum † mereri fauorem:maximè addas nunc ſi fuerint pau
peres:quia tunc miſerabiles etiam perſonæ dicentur.vt no. A-
lex.in l.j.in iij.col.ff.ſo.mat. & canoniſtæ, præcipuè Cardi. &
Imo. in c.ſignificātibus.de offic deleg.& hinc eſt quoque quòd
clericus,qui patrocinium præſtare,præterquam in cauſa pro-
pria,& ſuorum prohibetur,vt in c.fina.de poſtulan. pro pupil-
lis tamen admittitur:vt no.Abb.in c.j.in ij.col.ne cler.vel mo-
na.item quòd ea ratione ſubſtitutio pupillaris, eſt fauorabi-
lior vulgari, ita vt non ſit bona extenſio de vna ad aliam : de
quo tamen me remitto ad no.in l.j.ff.de vulg. & pup.ſub. & eſt
ad idem melior tex.de iure in l.pe.C.de ſeruo pig.da manu. &
in l. iij.in §.prætereà.ff. de ſuſpe. tut.& in l.penul. C.de noceſ.
ſer.hære.inſti.quibus etiam tantum fauit Vale. Publicola,vt
eos quoque ab omni onere, (quod regulare tamen non eſt) fe-
cerit immunes:quemadmodum in eius vita legitur : & nos e-
tiam admonet tex.Eccleſiaſt.c.iiij. dicens,pupillis eſto miſeri-
cors,vt pater:& pro viro matri illorū:quia eris tu velut filius al-
tiſsimi obediens,& miſerebitur tui:magis quàm mater. Imò
plus habent maius priuilegium,quam fiſcus :vt eſt gl.in d.l.pe.
C.de com.ſer.pig. da.manu. intantum vt contra ipſum reſti-
tuantur:vt in l.in fraudem.in §.fin.ff.de iure fiſ.verùm aduerte,
2 quia volo tibi dare caſum,in quo nullum habent † priuilegiū
cum adiuiſſent hereditatem , ex qua legata deberentur: quia
creditores poſſunt eligere poſſeſsionem bonorum pupilli , vel
hæreditariorum.caſus eſt in l.apud Iulianum:in §.fi.ff.ex qui-
bus.cau.in poſ.ea.niſi reſpōdeamus quòd imò habent,quia ſi
defendantur, deſinunt legatarij poſsidere:vt ibi. Eſt etiam &
aliud in l.ſi tutores.C.de compenſa. ſed quia alibi dictum eſt
ſuprà,nunc aliter non inſiſto.

CXXXIII.

1 *Duo quando coniunctim ſunt probanda , non eſt ſatis probare unum: quod intellige, quando plura ſunt coniuncta in onere probationis.nu.2.*

1 QUando duo † coniunctim probari debent,non eſt ſatis pro
bare vnum:imò probans deficeret in toto l.iij.§. hoc
autem.vbi.gl.no.ff.de itine.actúque priua.l. Titia.ſol.matr.v-
bi pater ad hoc,vt ad agendum admittatur pro dotis reſtitutio
ne,neceſſe habet probare patriam poteſtatem, & filiæ conſen-
ſum:& eſt argu.in l.& an eandem.ibi,quæ omnia niſi concur-
rant.ff.de excep.rei iud.& in l.cum hi.in §.ſi prætor.ff.de tranſ.
& meliùs quam alibi in l.habebat.ff.de inſtito. vbi quis tene-
tur probare id,ad quod ſe adſtrinxit: aliàs ſuccumbit.Nihilo-
minùs tamen volo vos memoriæ commendare pulchram de-
clarationem ad hoc,vt intelligatur,& verum ſit,quando plura
2 † ſunt coniuncta in onere probationis:quoniam ſecus eſt quā-
do quodlibet per ſe infert in victoriam cauſæ, vel articuli , de
quo quæritur : quando quidem ſufficiat alterum probare : e-
tiam ſi vnum intentetur.text.eſt not.in capitul. ex parte Ab-
batiſſæ de priuile.& in §.ſi plures. Inſti. de excutione tutorum
& notabilior in l.ſcio.ff.de appellatio. quem exclamat etiam

Bald. ad idem in d.l. Titia.in prin.& in l. propter litem.in §. qui se.ff. de excu.tuto. vnde etiam aduocatorum sumpta est practica,licet multi nesciant, quando dicunt non adstringens se ad omnia probanda,sed ea tantùm,quæ sufficiant ad victoriam causæ:& idem met in l.si mater.C.de contrahen.emp.& in simili in auth.non licet.in fi.C.de lib.præt.& in l.non solum.in §.qui alieno.in ij.col.ff.de procu.

CXXXIIII.

1 *Sanguinem suum unicuique licere qualitercunque redimere,qualiter intelligendum.nu.2.*

IN l.j.ff.de bo.eorum,qui ante sentent.mors.sibi consci.dici
1 tur,vnicuique licere † sanguinẽ suum qualitercunq; redimere:quod verbum generale est:& generaliter debet intelligi: vt in simili dicitur in l.j. in §. generaliter.ff. de lega.præstã.& in l.de pretio.cum vulga.ff.de publicia.& per calumniã dicebat Bar. in l.j.in ij.col.C.de iura. calũ.ita vt super criminibus etiã pœnam sanguinis ingerẽtibus hac rõne quoque transigi possit:vt in l.trãsigere.& ibi no.C de trãsa.actionésque ex maleficio descendentes,nudo pacto ipso iure tolli: & virtus est pacti inter alias,quas aliquando videbitis in euidẽtia lib. l.si vnus.§.pactus. ff.de pact.perimendi.non aliud faciendi:& ideò gl.in l.j.in fi.ff. ad leg.Iul.ambi.dicens.quòd si quis ingrederetur domum iudicis,vt ipsum subornaret, tenetur lege Iulia ambitus,reprehẽdi meruit:licet secùs & malè, aliàs fuerit aliquando obseruatũ. Dicendum igitur arbitror eam intelligi debere, & esse verã in
2 †causis ciuilibus:nõ criminalibus. & cõperi quòd Paris de Puteo ita in terminis tenuit in tractu.syndi.in versi.corrumpens. in iiij.col.&hinc est ad propositũ quòd si dixerit statutũ,omnia lauda qualitercunque lata mandari exequutioni,debet intelligi dummodo de iure subsistant.vt est text.not.in l. fideiussor. in §.& filius.& ibi Bal.ff.qui satisd.cogã. & arg.optimũ in l.diuus.ff.de mil.testa.quod tamen etiam in casu d.l.j.intelligi debet:& istud singulare verbũ,& no.semper obseruari debet,dũmodo auxilio infidelium nõ vtamur: quoniam tunc nullo modo redemptio erit licita.vt legitur ij.Paralipo.c.xix.his verbis: Impio præbes auxilium:& his qui oderunt dominum,amicitia iungeris:ita vt Rex Hierusalem per prophetam etiam reprehẽsus fuerit:quia voluit vti auxilio Regum Israël: vt refert Oldra. de pon.in consi. lxxj.inc.Nunquid.ad fin.

CXXXV.

Nemini licet seipsum interficere.& quæ sit ratio. fallit si immineat periculum castitatis.nu.2.

ET si aliquando suprà dixerim,incidenter tñ. nemini†licere seipsum interficere:non dixi tamen rationẽ,quã nunc hoc loco scribere placet.ideò scitote id esse,quia nemo dñs est mẽbrorũ suorum.l.liber.homo.ff.ad leg.Aquil.nec animæ, vt ad peccatũ possit se obligare:inquit alibi. Abb.in c.fi.in prin.de & pac.post eũ Fely.in c.cõtingit.primo,in j. col.de sent.excõ.& amplius, q̃a fit iniuria naturæ.cõmunitati,& Deo:naturæ, ex quo seipsũ diligit:& conat̃ resistere corrũpentibus,inquãtũ põt cõmunitati,quia vt in v.Ethi.dicebat Arist.quilibet hõ est pars illius.Deo autẽ,quia vita donũ diuinum est homini attributũ, & eius potestati subiectũ: q̃ solus occidit,& viuere facit: vñ talis peccat,sicut qui seruũ alterius interficit, peccat in dominũ, cuius est seruus.nõ immeritò igitur Bar.in d.l.j.in §. si aliquis. dicebat,quòd punitur,si voluerit se occidere:& facinus nõ peregisset:& alibi Archi.quòd clericus percutiẽs se ipsum , excõmunicatus est.in c.si nõ licet.j.col. xxiij.q.v.& quòd his rationibus plùs peccauit Iudas se suspendẽdo, quã tradẽdo Christũ:ꝗ est mirabile: & hinc est,quòd cum eo ꝓditore, perpetuæ dãnationis exitiũ incurrunt,qui hoc facere audent: vt ibidẽ legitur: nec est pro eis orandũ,nec cum fidelibus sepeliendũ:vt in c.placuit.ea.q.& causa.Et alibi Bal.in l.j.C.de ser.fugi. quòd si bãnitus similiter se interfecerit,punitur quia eius testamẽtum nihil valet ex quibus quãtum execrabile etiã fuerit:ꝗ Aiax ab Vlisse superatus super armis Achillis cõtendẽs,seipsum trãsuerberauerit,vel Hannibal à Scipione victus apud Prusiã veneno se necauerit. M.Iu.Brutus.Cassius.M.Ant.& alij,quos lõgũ esset referre:latet neminẽ.Sed volo vos notare etiam in casibus†licere propter periculũ castitatis:vt in c.nõ est ea.q.& causa. Itẽ vt in
2 d.c.si non licet.instinctu Spiritussancti:& si aliter se haberet cõsuetudo,vt apud Aethyopas q̃ neminẽ etiã morte dãnatũ interficiunt,sed lictor mortis signũ mittit ad eũ,quo accepto statim sibi mortem consciscit: nec licet mortem exilio commutare, quam tamen velut naturæ, communitati,& Deo repugnantem nõ probo. & hæc satis.

CXXXVI.

1 *Banniti ita odio habentur, ut sint extra iuris protectionem.pro mortuis habeantur, & sint deterioris conditionis quàm excommunicati.&c.& processus cum eis factus ipso iure est nullus, sicut & cum hæretico.nu.2.*

1 SCitis quantùm odio †habeantur banniti, & quantùm eos detestetur lex,ita vt sint extra protectionem iuris:vt not.Cy. in l.j.C.de natural.libe. & in l.reos.C.de accu. habeantur pro mortuis:vt in l.j.in §.fi.ff.de bo.pos.con.tab. deteriorísque cõditionis sint,quàm excõmunicati:quia possunt impunè interfici , etiã si esset facta pax cum eis,& interficiens est exequutor iustitiæ:quia interficere etiam publici iuris est: vt dicit Bald.in d.l.reos.in viij.col.& breuiter hostis patriæ transfuga:& talis vt nullo gaudeat priuilegio:vt in l.amissione. in §.qui deficiunt. ff.de capi.dimi.& in l.iij.in §.transfugas. ff.ad leg.Cor.de sica. adeò quòd si bannum factum sit in ciuitate, quòd quilibet eat in exercitum:non tamen ibit bannitus:vt est arg.& ibi no.Bal. in l. sed & milites.in §.scribit autem.ff.de excu.tut. item infamis saltem infamia facti,quæ eum comitatur , vt lepra leprosum:vt in l.ex ea.ff.de postu.& in l.neque.C.de digni.lib.xij. & in c.infamibus.de reg.iur. in vj. & ideò bannitus de Florentia non posset hac ratione exercere officium Bononiæ.ad ꝗ fuisset electus.vt not.declarat Nell.de S. Gemi.in tracta.banni. in iij. parte secundi temporis,in lxj.q.incip.quæro an bannitus & dubium non habent.Sed volo vobis dicere plus,& est verbum no.
2 quòd si † cum eo , cùm nec personam , nec causam legitimam agendi habeat,processus factus fuerit, ille idẽ erit nullus:& sententia etiam exinde lata ipso iure nulla,sicut in hæretico dicimus,ita quod tantum ad hoc,(& erit ampliatio ad suprà dicta omnia) hæretico comparabitur: casus est in l.cum non iusto ff.de collu.detegen.& in l.curiales.C.de hæreti.& in l.qui vniuersis.C.qui tuto.da. possunt,per quæ iura etiam ita dixit Bal. in l.cùm mulier.in vij.col.ff.sol.matri.

CXXXVII.

1 *Titul.ff.de curat.bon. dand.intelligitur, quando hæreditas est iacens:nisi in suis hæredibus,in quibus non est dare hæreditatem iacentem.nu.2.*

1 VOs habetis tit.ff. de cura.bon. dam.qui †necessario debet intelligi,vt habetur in l.j.& ij.eo.quando hæreditas est iacens,ne creditores diutiùs fraudentur suis creditis: vt ibidem. & in simili in l.j.in prin.ff.de succes.edic.& in l.si quis instituatur.ff.de hæred.insti.&not.Iaf.in l. ij.in vj.col.ff.de re iud. Sed
2 tamen volo eos non ignorare limitandum esse in suis†hæredibus:quoniam in eis non est dare hæreditatem iacentem: vt in §.sui.Insti.de hære.quali.& dif.& in l.in suis.ff.de libe.& posthu. ideò si quis sic ageret,iudicium esse frustratorium , & succumberet:ita not.dicit Bald.in l.cum hæreditas.ff.depo. sicuti etiã alio casu dicimus hac ratione in eis vsucapionem,seu præscriptionem pro hærede locum non habere:vt in l.nihil. C.de vsucap.pro hær.ita vt si pater possideat fundum alienum sine titulo longo tempore non præscribat: tamen heres extraneus habens titulum pro hærede habilem ad præscribendum: quod tamen filius facere non potest , ex quo in eo noua hæreditas non obuenit:neque,vt dixi,in eo causatur titulus talis:& sic deterioris conditionis est hoc casu,quã extraneus:nisi veniret ex capite agnatorum.vt declarat Alexan. in l.j.in vltim. col.& ibi etiam ego dixi.C.qui admi.ad bono.pos.possunt.

CXXXVIII.

1 *Eligens indignum ea uice priuatur eligendi potestate.*

IN consilio nostro hîc Patauij ordo quidam seruatur,sicut etiam & Venetijs, & alibi,vt ad electionem officialium non passim omnes admittãtur,sed hi tantùm qui ex piscide,quam vulgo pileum vocant, auream etiam pilulam casu extrahunt: quæ non sunt nisi octo inter Aeneas quam plurimas: quam ob rem euenit , cùm indignum quidam elegisset , statim eligendi potestate priuatum fuisse.quærebatur an fieri potuis-
1 set.Et ex tempore†breuiter dicebam quod sic: nec malè:quoniam præsumebatur ab hærede notum quem eligebat: casus est singul. in l. si patronus. & ibi not. Bald.ff.de confirmat. tuto.& in l.j.in §.fi.ff.fur. aduer.naut.& in c. si cõpromissarius. de elect.

de elect. in vj. ergo aliquãdo indignum, priuari debet, ne amplius eligat: vt in §. cùm in cunctis. in §. fi. eo. ti. in antiq. & sic iste erit vnus de casibus, in quibus ignorantia non presumitur: quod limitatione l. versus. ff. de proba. not. est & intellige priuari, amplius eligat ea vice: vt in d. c. cùm in cunctis. not. & ca. cũ vintoniensi eo. tit. ita vt hac ratione quod in d. cap. cùm in cũctis. obseruauimus post Abb. etiam episcopus indigno beneficium conferens, priuatur potestate conferendi illa vice: vt diximus: & simile est optimũm, sed differẽtia in hoc: quia non præsumitur habere notum eum cui confert, vt eligens dequo suprà vbi. in cap. innotuit. eo. tit.

CXXXIX.

Legatum rei quam testator non habuit, non debetur, nisi probaretur ipsum extare, vel hæres dolo desijsset possidere.

HEri fui interrogatus, si testatrix legasset alicui rem quam non† habuisset, deinde alium vniuersaliter heredem instituisset, nunquid legatum deberetur? dixi quod non, legatumque magis derisorium esse, quam vtile: casus est no. in l. si domus. in fi. prin. ff. de leg. j. præterquam in casu, quando probarẽtur ipsam extare, vel hæredem (legata enim capiũtur de manu ipsius. l. j. ff. quorum leg. cum si.) dolo desijsse possidere: vt est nõ minus no. text. in l. cum ita. in §. species. & ibi etiam Bartol. ff. de leg. ij.

CXL.

Intellectus l. Barbarius. ff. de offi. præt. & l. eos. ff. ad leg. Corn. de fica.

DVbitabam aliás, quare est, quòd acta Barbarij Philippi serui fugitiui, facta cùm Romę Prætor esset designatus, & cõmuni† opinione talis reputatus: in l. Barbarius. ff. de offi. prætor. valent, & tenent: & in simili dispositio testis in l. j. C. de testa. & nihilhominus in notario secus: quia si plura fecisset instrumenta, & omnia funditus sunt falsa, ita vt nec de iure, nec de æquitate subsistant: imò ipse etiam de falso teneatur: vt in l. iubemus. C. de proba. & in l. si quis ex argentarijs. in §. j. ff. de edẽ. Et dicebam hoc ideò esse, quia in casu d. l. Barbarius. & d. l. j. defectus erat in persona: qui dicitur defectus materię: sed in notario defectus formę. l. eos. §. qui se. ff. ad leg. Cornel. de fal. forma autem est longè dignior, & præstantior materia: vt Anima & corpus: ergo maior etiam defectus: & ita comperi postea Bar. dixisse in prælleg. l. Barbarius. in viij. col. ff. offi. Præto. & non sine dubio nouiter, quoniam contrarium videtur tenuisse Bald. in l. in exercendis. in iiij. col. C. de fid. instru. & in l. j. in prin. C. ad Macedo. & Nel. in trac. ban. in j. parte. ij. temporis. in 51. q. incip. Titius. in ij. col. quapropter dicerem ego solidiùs & veriùs, id quod habetur in d. l. eos. procedere regulariter nedum in notario, sed etiam alijs similibus, in quibus specialis considerari non posit: vt nunc dicam: sed fallere in casu d. l. Barbarius. quoniam speciale est in dignitate prætoria, vel populo Romano, vel propter publicam vtilitatem: & hac ratione. etiam illud tolleratur, quod in d. l. j. de testa. dicitur: iuxta l. vel negare. ff. quemad. testa. aperi. & sensit idem Bal. in l. non mutant. C. de lib. ca. & Populum Romanũ memini, quia ipsum Barbarium liberum facere potuisse: & si sciẏsset, fecisset secundum Bar. in l. generali. in prin. C. de tabula. lib. x cogitate.

CXLI.

L. si. ff. de iurisdic. om. iudic. & c. statutum § j. de rescript. in vj. non habent locum in iurisdictione voluntaria. & eius à contentiosa differentia.

NEmo sanè dubitat regulam l. extra territorium. †quę est fi. ff. de iurisd. om. iud. & c. statutum. §. j. de rescript. in vj. locũ non habere in iurisdictione voluntaria: & vtrobique no. & per Bal. quoque in l. si vt proponis. ij. in fi. C. quomodo & quando iud. & non ab re. quoniam in multis alijs casibus etiam, quid hac ratione permittitur, quod tamẽ in contentiosa nõ permitteretur: & potest videri, quia eo casu veritas inspicitur: ista autem probatio est necessaria: et ideo satis est quòd mater sit negligens, vt à tutela excludatur, secundum eundem Bal. in authẽ matri, et auiæ, in fi. C. quando muli. tute. offic. fun. potest. quẽ etiam refert et sequitur Soc. in l. multum interest. in iiij. col. ff. de condi. & demon. Item in voluntaria iudex supplet de facto: in contentiosa non: vt no. in l. j. C. vt quæ desunt aduo. & in l. j. et ibi idem Bald. in fi. C. qui admit. ad bo. pos. possunt. similiter ferię vno casu locum habent. alio verò non dicebat idem Bal. in l. si vt proponis. in j. col. C. quo. ei quando iud. nec voluntariæ iurisdictionis causæ possunt delegari per iudicem ordinarium. l. ab ea parte. ff. de proba. & ibi no. contentiosæ autem sic nisi sint meri, vel mixti imperij: vt in l. j. ff. de offic. eius. & in l. j. de of. consul. & in l. cum magistratu. & vtrobique idem Bald. C. quando prouoc. non est neces. & idem in fœmina dicimus, quæ à postulando regulariter arcenda est: vt in l. j. in §. sexum. ff. de postul. ne cœtibus virorũ se immisceat: quod à mulieri verecundia est penitus alienum: vt ibi. & in col. ij. de iudi. in vj. præterquam in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis: quoniã tunc admitti debebit & limitabitur decisio. d. §. sexum. & in l. j. in §. fi. C. commu. de manu. & tamen volo vobis dare casum, in, quo minimè poterit, etiam quòd esset actus non contentiosæ, quando scilicet in ciuitate aliquis notarius creatus fuisset ex forma statuti: quia tunc extra territorium illius instrumenta conficere non posset, quod tamen non voluntariæ est iurisdictionis: vt in iurib. præal. & no. ad propositum in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fid. ca. & pbatur per tex. l. cũ vnus. qui est ad hoc mirabilis, in §. fina. ff. de bon. aut. in. posid. & in l. ex hac parte. C. de proxim. sacro. scrin. libr. x. & per Barto. in l. nec ei. in §. eorum. in. fina. ff. de adoptio. quod perpetuo obseruabis.

CXLII.

1 *Potestas si facit proclama non requisitis gubernatoribus ciuitatis, an valeat.*

COmperi hoc mane dictum Bart. post Guliel. de Cun. tamen in l. j. in fin. princ. ff. de iusti. & iur. certè obseruatione dignum, quòd si potestas † facit bannum, seu proclama non requisitis gubernatoribus ciuitatis. vt puta, quòd qui cœperit talem, habeat mille libras, non valet: vt in l. vnic. C. de sala. non præst. lib. xj. & tamen expensas factas in capiendo, qui præmiũ habere debebat, à fisco repetit. per tex. no. in l. mulier. ff. de capti. & postli. reuer. per quem etiam ita dixit Bald. in c. j. in j. col. hic finitur lex Corrad. in vsib. feu. quod tamen mihi videretur dubitabile: primùm quia non probatur in d. l. j. demum quia dato, quòd non valeat, expensæ ab ipso pretore, & non à fisco, cùm eius negotium vtiliter gestum non fuerit, repeti debent. & est arg. in l. sancimus. C. de iudi. & in l. eum quem temerè. ff. eo. nec secus probatur in d. l. mulier cogita.

CXLIII.

1 *Bona in fiscum delata licèt aliàs alienari non possint, alienantur tamen ex causa remunerationis: amplia in donatione & insinuatione.*

MEminimus proximè suprà no. l. mulier. ff. de capti. & postli. reuer. ad quæstionem de qua ibi. nunc placet vobis dicere, eam notabiliorem longè magis esse ad aliud, quòd licèt aliàs bona† in fiscum delata, regulariter alienari non possint alienantur tamen ex causa remunerationis. casus est ibi. & in l. diuus. ff. de bo. dan. & in l. mulctarum. C. de mo. mulct. & non ab re: quia in simili videmus etiam, quòd donatio meticulosa non valet, & tamen si fuerit ob remunerationem secus: vt in l. metum. in §. licet. ff. quod met. cau. quid & respectu etiam insinuationis idem dicendum est, vt regulariter requiratur, sed non eo casu, cum est remuneratoria: vt in l. Atilius regulus. ff. de dõ. Et idem ne reuocetur prætextu ingratitudinis, aut per filiorum superuenientiam. in casu. l. si vnquam. C. de reuo. donat. vt ibi no. quid secus si non esset huiusmodi: vt ibi. & in l. si pater. in §. j. (redde singula singulis) ff. de don. & non habet dubium.

CXLIIII.

2 *Damnatus ad mortem testari non potest etiam ad pias causas, nec etiam de his quæ ad manus ipsius peruenerint, si casu euaserit. nu. 2.*

1 SCitis quòd damnatus † ad mortem testamentum facere nõ potest etiam ad pias causas: quod videtur mirabile, tum respectu priuationis personæ, ex quo libertatem non habet: vt in l. qui vltimo. ff. de pœn. & etiam bonorum: quia applicata sunt fisco: vt in Authen. Bona damnatorum. C. de bo. damna. tum quia simile quoque est in milite: vt in l. ex militari. & in l. neque. in §. j. ff. de mili. testa. ergo multò fortiùs in pagano. Sed quęro, 2 †quid si casu iste euasisset, an possit testari de his, quæ postea peruenissent ad manus ipsius: videretur dicẽdũ quòd sic: quia cessare etiam videntur rationes de quibus suprà. & tamen est casus in d. l. mulier. & erit tertia singularitas. ff. de capti. & postli. reuer. quòd non: quia talis casus cùm à seruitute non liberat: ita Bal. quod semper menti tenebis in l. j. in rep. in iij. col. C. de sacrosan. eccle.

CXLV.

1 *Nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipſe habeat: fallit in caſu l. item ſi uerberatum. §. j. ff. de rei uendic. ubi princeps donanti rem alterius (cum cauſa tamen) transfert dominium.*

1 REgulã habemus ſatis tritã, neminẽ† poſſe plus iuris in aliũ transferre, quã ipſe habeat: vt in l. traditio. ff. de acqui. rer. domi. & in l. nemo. ff. de reg. iur. & in c. nuper. de dona. inter vir. & vxo. quæ etiã pluribus limitatũ modis, vt in doctis iuribus. ſed volo vos notare caſum, in quo dominiũ transfertũ ex donatiõe, & tamen donãs nõ eſt dominus: caſus eſt in l. Itẽ ſi verberatũ. in §. j. ff. de rei vẽ. vbi princeps donat rẽ alterius, & tamẽ nõ eſt dominus: quòd nihilominus intellige cũ cauſa: quoniam aliàs ſine cauſa, etiã de plenitudine poteſtatis, nõ poſſet: & ſi Ange. ibidẽ ſrit cõtrariũ: dicẽs amplius, ꝙ qui ſecus tenet, mẽtiũ, & malè, ac cõtra cõmunẽ opi. vt diſputat & cõcludit Soci. in cõſil. clxiiij. incip. viſa bulla. in iiij. col. in ij. vol. & nos in c. quæ in eccleſiarũ. de conſti. nec põt dici ꝙ cõfundatũ ꝑ reg. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhodi. de iact. & l. bene à Zenone. C. de quadri. præſcrip. & c. cũcta ꝑ mũdũ. ix. q. iij. quia iura hæc ꝓcedũt, & intelligunũ vera, ratione ꝓtectionis, nõ dominij: vt declarat Bar. in ꝓœm. ffor ũ. in ij. col. & ſic (quod no.) cũ dominiũ etiã hoc caſu cõſiderabile ſit, vt in l. interdũ. in §. qui tutelã. ff. de furt. & in l. qui fundũ. ff. de vſucapi. pro empto, licèt impropriè, quo vno eodémque tempore eſſe reperientur eiuſdem rei domini inſolidùm, licèt diuerſo modo: quod non eſt regulariter verum: vt in l. ſi vt certo. in § ſi duobus vehiculum. ff. commoda.

CXLVI.

Papa ignoranter ſi promoueat quempiam criminoſum in Epiſcopum, promotio ualet & tenet, donec remoueatur ut criminoſus. fallit in apoſtata: & quare. 2.

MIrũ mihi viſum eſt aliquãdo, ſi Papa† ignorãter ꝓmouiſſet criminoſum quẽpiã in Epſcopũ, vt puta homicidã, adulterũ, vel aliũ ſimilẽ, ꝙ promotio valeat, & teneat, ita vt verè Epiſcopus ſit ipſo iure, donec remoueatũ, vt criminoſus: q̃m de ſolius cõcedẽtis iure agitũ: vt no. Inno. in c. cũ noſtris. de conceſſio. præbẽ. aliàs ſi de præiudicio tertij, ſecus: vt in l. cũ verò. in §. ſubuẽtũ. ff. de fideicõ. liber. & tamẽ† apoſtata q pari modo crimine irretitus eſt, ſi promoueatũ, nullo modo dicitũ promotus. ſolue breuiter, & dic idem eſſe: quia hoc ius in apoſtatã non cadebat, imò nec aliud qualecunque ſit: vt no. in rubr. de apoſta. & in c. quãto. de magi. & per Bar. in l. Barbarius. in repet. in ix. col. ff. de offi. Præto. & eſt ſingularis declaratio.

CXLVII.

Debiti & dotis compenſatio ideò non fit, quando maritus lègat uxori, quia eius eſt debitor uoluntarius, & ex contractu uoluntariè inito: quod ſecus eſt in patre.

RVrſus nõ minus mihi mirũ videbatũ, poſt ſuprà dicta proximè, quare eſſet, ꝙ debiti† & dotis cõpẽſatio nõ fieret, ſi maritus vxori aliqd legaſſet. l. vnica. §. ſciẽdũ. C. de rei vxo. actio. & tamẽ in patre ſecus: vt in l. ſi cũ dotẽ. ĩ §. ſi pater. ff. ſolu. mat. Sed omnis admiratio ceſſet, quãdoquidẽ in marito illud ideò fit, quia debitor eſt voluntarius ex cõtractu etiã volũtariè inito: vt Bal. dicit in d. §. ſi pater. in j. col. quò fit, vt legatũ quoque nõ videatũ factũ animo cõpẽſandi, ſed pater neceſſarius. l. fi. C. de dot. promiſ. ideò in eo cõtrariũ dici debet: q̃m in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit. l. rẽ legatã. ff. de adimẽ. lega. & ꝓbatur ad propoſitũ in l. j. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. x. vt ille idẽ Bal. dicit in l. j. in pen. col. ff. ſolu. matri. vbi etiã quæſtionẽ decidit ſimilem filij ſtudentis, cui ſi pater libros emiſſet, cum fratribus conferre tenetur: quoniam hac ratione non videbitur eos ſibi donaſſe: quod ſemper notandum eſt.

CXLVIII.

Pater quod facit non ut pater, ſed ut alius ideò improbatur: ut puta ſi datus eſſet executor teſtamenti, non poſſet eo prætextu nominare filium in pauperem: quia facilè præſumitur fraus in tam coniuncta perſona.

ID quod facit pater, nõ vt pater, ſed † vt alius, deberet eſſe tolerabile, & nõ à iure improbari, vt eſt arg. in l. ſi pater. in §. j. i. quid quaſi non hæres. ff. de acqui. hære. & ideo ſi filius in ſimili feciſſet pactum cum interfecctore patris, non propterea videretur adire, ex quo fecit tanquam filius, ad quem ſpectat vindicare ſanginem ſuum, non tanquam hæres: vt in l. pro hærede. in §. ſi ſepulchri. & in l. ſi quis non quaſi. & ibi not. ff. de acqui. hære. & tam en ſi pater eſſet exequutor teſtamenti, non poſſet eo prætextu filium in pauperem nominare, etiam quòd vſuſfructus ſibi quærendus non eſſet: ita Bal. in l. tutor. in §. j. ff. de excu. tut. & non ab re: quia facilè præſumitur fraus in tam coniuncta perſona: vt in l. nihil. in §. facilior. ff. de bo. liber. & in l. data iampridem. C. de dona. & in l. fi. C. de cura. furio. & arg. in l. videamus. in prin. ff. de in lit. iuran. & in l. fina. C. de impub. & al. ſubſti. & in l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. in tantum vt plùs ipſum, quam ſe ipſum diligat. alibi inquit text. in l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ. vitámque filij propriæ præponat: ſecundum Bal. in l. vnica. C. de his qui an. aper. tabu. & inde eſt vt in ſacris legimus literis, quod Deus optimus maximus obedientiam Abrahæ vt ſibi populum electum formaret, ex pluribus probauit: tum vel maximè ex filij immolatione.

CXLIX.

1 *Iudici regulariter non licet leges transgredi: ſed ex cauſa ſic. & opinionum Bald. & Innoc. concordia. nu. 2.*

ALlegatur quotidie theorica Inn. in capitul. j. de conſtitu.
1 quod† iudici interdum licét leges tranſgredi: quæ redargui poſſe videbatur ex alia Bal. in c. vt deditus. in ij. col. de appel dicentis ſecus, quod imò ſi eas tranſgrediatur, facit litem ſuam: ne excuſatur propter arbitrium ſibi datum, ex quo illud idem conceſſum eſt ad vtendum, non ad abutendum: vt in l. creditor. in §. Lucius. ff. manda. & in capitul. priuilegium ij. q. iij. & in capit. poſteà verò. in §. his ita. xxv. q. vlti. vbi in ſimili priuilegium meretur amittere, qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate: & ideo bene alibi dicebat gl. multos eſſe iudices, & quidem malos, quorum proteruitas auara eſt, & pertinax: in l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſ. li. x. & in l. omnes. in §. prætereà. C. de epiſc. & cleri. non ſeruantes quæ leguntur in c. quatuor. ij. q. iij. ſed contrarium: nec tres illos oculos habentes, quos recitat Ang. in l. j. C. de præſcrip. xxx. vel. xl. anno. mentis, corporis, & adminiſtrationis: ſed ſe eos potius: & Sophoclem quempiam cæcum, aut Appium claudium imitantes, qui manus non dicam, ſed oculos non habuerunt continentes: & propterea iure meritò illum Pericles collega mordaci reprehenſione, iſtum autem (vtriuſque hiſtoria nota eſt) carcer compeſcuit: niſi & ad propoſitum redeuntes dicamus, & eſt verum, ipſum
2 tranſgredi non poſſe regulariter, ſed ex cauſa ſic quæ in quacunque diſpoſitione intelligitur ſemper excepta: vt eſt not. tex. & dixi aliàs plenè ſuprà in l. ſi hominem. ff. manda. & ita concordabuntur hæ duæ opi. quæ prima facie videbantur contrariæ: vt probatur ad propoſitum in capit. quoniam frequenter. vt lit. non conteſt. & in l. ij. C. vt infrà cer. temp. per quæ iura ita etiam dicebat Ro. in conſi. ccccxxix. incip. conſidero. in ij. col. quod maximè in atrociſsimis criminibus locum habet: & intelligendum eſt in maioribus magiſtratibus, non in minoribus: & hodie in poteſtatibus terrarum: quia iurant ſeruare leges præciſè, & ſtatuta: quod tamen latiùs diſputauimus nos alibi in l. quid ergo in §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & in c. cum M. Ferrarieñ. de conſti. poſt Bal. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quibus cauſ. infa. irroga. ſed ad propoſitum nunc facit: quia ea ratione latrones inſignes non appellant: vt in l. conſtitutionibus. ff. de appel. & no. Bald. in l. j. in j. col. ff. de libe. & poſthu. & tamen regulariter ſecus: vt in l. non tantùm. ff. de appel. & in l. ſi non defendantur. ff. de pœn. & hinc eſt quod tempore eiuſdem Bal. quidam ſuſpenſus fuit, quia iuxta Papam Peruſium intrantem hominem interfecerat: vt refert Paris de Put. in tracta. ſyndica. in verſi. iudex. in v. col. in prin. & his diebus Venetijs (quod non ignoratis) Magnanimus quidam peditum ductor, & ſocij, cum in diui Marci plateis alium tranſeuntem, & inimicum fortè, trucidaſſent, ſuſpendio vitam finiêrunt, & non immeritò: quoniam multis craſſantibus locus eſt exemplo: dicit tex. in l. aut facta. in §. fi. ff. de pœn. & quia plerunquè etiam euenit, vt non mortem timeant homines: ſed (vt Ci. in Philip. dicebat) genus mortis.

CL.

1 *Contrahentibus an liceat ſe decipere. & infrà apophth. 382.*
2 *Decipere quempiam non decet uirum bonum.*
3 *Subiectum & finis iuris canonici eſt, ſaluti animarum conſulere.*

IO.de Anania in ca.in ciuitate.de vsu.refert,& multum gloriatur se Ferrariæ semel fecisse retractare quendam contractum initũ cum Episcopo:quia fecerat sibi positionẽ deceptoriam quòd erat vir bonus:& Episcopus respõderat quòd sic.ad propositum l. in causæ.§.Pomponius.ff.de mino.& l.si voluntatem. C.de rescin. vendi.& l. item si pretio. §.fi.ff.loca,quòd
1 licét contrahentibus† se ad inuicem decipere,vsque ad dimidiam iusti prætij.& sequitur omnes in dicto loco:& in ca.cum dilecti.& in c. cùm causam. de empt. & vendi.& in l.ij.C.de rescind.vendi.imò vt notabilem ibidem exclamat,& post eos Gerard.de petra sancta in suis sing.22.incip.Rogo.ad fi.nulla alia
2 ratione,nisi† quia virum bonum quempiam decipere non decet:secundum glo. in l.semper.ff.de reg. iur. quam ad idẽ not. Bal.in c.si proponente.de rescrip.& in c. quanto.in iij.colum. de iureiur.& in authen.ad hæc.C.de vsu.& alij quos non refero & tamen hoc dictum semper mihi visum est ridiculum:in primis, quia episcopus non tenebatur respondere, ex quo non interat ipsius,vt bonus præsumeretur:vt cõmuniter concludũt docto.in l.qui iurasse.in §.si pater.ff.de iureiur.ergo si responderit,responsio nihil operatur:vt simili dicitur in l.j.in prin.C. de rei vxo.actio.demum quia ex not.in d. c.in ciuitate.& in c. in causa.de test. & in d. c. cum dilecti.regula d.§. Pomponius. locum habet non solum de iure ciuili, sed etiam de iure cano
3 nico: cuius subiectum est & finis:† consulere saluti animarum, & dirigere hominem in Deum: vt per Ioan. Andr. in regu.possessor.de reg.iur.in vj.& Abb.in c.fi.in v.col.in prin.vbi & nos de consti .& facit quod legitur in c.dilecti.de iudi.ergo & viro bono licebit, & est argu. in l.Gracchus.C.ad leg.iul.de adulte. & in l. fin. ff.quod quisque iur. & in c. qui peccat.23.q.iiij.& ad idem,non tantum in priuato,verum etiam in ecclesia, & nedũ in ecclesia contra priuatum, sed & quoque contra ecclesiam intelligitur & ibi: quæ tamen cultrix est iustitiæ: vt in c.j.de aliena. feu. in vsib. feu. ergo & multò fortius in Episcopo, & alio quocũque viro bono,aliàs & vltimo loco sequeretur,quòd melioris conditionis esset vilis persona, quam honesta:& quod in peccatis posset quis priuilegiari : quorum neutrum dicendum est: vt in l.non solum. ff.de noxa.& l.si à patre. ff.de peti.hære. & in cap tua.de deci.& in c.super eo.(reddendo singula singulis) de vsu. & ideo cogitandum est,& maximè,quia d.glo.nihil boni allega.vt in c.ego solus.ix.distin.& declarat Arch. in cap. hortamur.in vlt. col.71.distinct.

CLI.

1 *Appellatio ultima non absorbet primam.contra Bart.*

BArt.in l. cùm procurator. in §.si dominus.in j.colum.ad fi. ff.de no. oper.nuntia, dicit not. verbum si verum est, quòd
1 primò,appellans viua† voce,si postea appellet secundo in scriptis, ex ista secunda appellatione non releuatur,ita vt primam persequi debeat:quoniam iam suspensum erat pronuntiatum: vt in l. j. in fi. ff. ad turpilli.& l.fi.in §.eadem.C.de fid.instru. & id quod semel suspensum est,aliter suspendi non debet:vt in simili de testamento habetur in l.nam & si sub condition.in pri. ff.de iniu.rup.irr.testa.tantò magis addas tu,quia ars & natura nihil operantur frustrà: vt in l.qui bis idem.ff.de verb.oblig. & in l. hæc stipulatio.in §.diuus.ff.vt lega: nomi.caue.& sic argum. de appellatione ad testamentum videbitur procedere, quod est mirabile,sed dubito ne falsum sit,& confundatur per text. in l. Valerianus.ff.de prætor.stipul.& in l.sed si manente. ff.de precar.quoniam nulla appellatio absorbet vltimam,etiã millesimam,dummodò fiat intra decennium,quòminus fauore ipsius appellantis, vt not. in c. bonæ. & in c. dilecta. de app. semper possitis prolixiorem diem suspendi,& sic testamentum nisi semel rescindatur. & fuit opin. Bald. & verior. in c. j. in §. sinci mus in ij.col.quo tempo.mil.in vsib.feu.disputata tamẽ aliàs & latiùs in d.§.si dominus.

CLII.

1 *Satisdare non tenetur possidens bona immobilia. fallit in casu.l. ne quid.§.à domino.ff.de incend.ruin.naufr.*

2 *Propter unum clauum de naui subtractum, tenetur quis nomine omnium rerum,quæ in ipsa reperiuntur, ita ut earum facta æstimatione condemnatio sequatur.*

1 COmmunis omnium est opi. quòd possidens† bona immobilia non grauatur onere satisdationis. & est tex.ad idem in l.sciendum.vbi ego multa.ff.qui satisd.cogant.præterquàm in casu l.ne quid.§.à domino.ff.de incen.ruin.naufr.in quo speciale est,etiam quòd reus forum actoris sequatur,& quòd instãtia infrà annũ inchoata, perficiatur biennio: vt in d.l.ne quid. in §.j.ff.eo.& in l.penul.(redde singula singulis.) C.de naufrag. lib.x.& tamen è contra acto. forum rei sequi debet: vt in l. iuris ordinem.C.de iurisdict.omnium iudi.& in cap. si clericus. de for.compet.& regulare,instantiam triennio durare: vt in l. properandum.C.de iudic.& non habet dubitationem. Sed volo vos etiam vnum aliud speciale obseruare,nullo modo præ
2 termittendum, quòd in materia ista, quis propter† vnum clauum de naui subtractum tenetur nomine omniũ rerum , quæ in ipsa esse reperiuntur, ita vt earum facta æstimatione cõdemnatio sequatur.casus est no.in l.quo naufragium.in §.j.ff.eod. & non ab re.quia potuisset ob id tota nauis perire , & sic ratio ne delicti æstimatur aliquid non tantùm secundum quod est, verùm etiam secundũ ,quod esse potuit. sicut & alibi in l.eum qui emit.in § Papinianus.ff.de furt.& in l.isti quidem.in §.si is accipiat quod met. caus. & sensit Roffre. in libel. suis in tertia parte sub rubric. simili. de actione in factum ex edicto de incendio ruina naufragio. contra illum qui dedit damnum, vel surripuit orto incendio , ruina , naufragio , naue expugnata in princip.

CLIII.

1 *Mulieris religionem professæ, & postea egressæ, bona remanere debent monasterio. fallit si professio fuisset meticulosa, & metus probaretur. numero 3.*

2 *Verba,omnes res,& pertinere,sunt generalia.*

1 MVlier professionis† velum suscepit, & postea monasteriũ egressa est,fui interrogatus hoc mane, quid faciendũ esset de bonis ipsius?Et cùm ex tempore respondissẽ,ea monasterio remanere,comperi,domum reuersus,esse casum,quem perpetuò obseruabitis in l.deo nobis.in §.huius autem. C. de episc. & cleri.per quem tex.ita etiam dixit Ioan.de Anan. in rub.C. de aposta.in j.colum.& pondera,quòd dicit omnes res.vt non solùm mobiles,verùm etiam immobiles intelligamus,tum ex
2 dictione † vniuersali omnes.l.Iulianus.ff.de leg.iij.cap.solitæ. de maio.& obedi.tum etiã ex verbo,res,& pertinere , quæ sunt generalia:vt dicitur in l.j.ff.si cert.peta.& in l.verbũm pertinere.ff.de verbo.significa.& no.Bald.in l.j.in princip.ff.de sta. ho
3 mi.præterquàm in † casu,quando professio, seu ingressus fuisset meticulosus,& metus probaretur: quoniam tunc neutrum valeret:vt ibi dicit gloss.nec ingressus seu professio, nec rerum ipsarum translatio:& bene:vt in l.ij.in §.qui habet.ff.de serui. rusti.prædio.& in cap.accessorium.de regu.iur.in vj. quod tamen intelligendum est si probetur : ex quo aliàs non præsumitur:vt in l.metum.C.quod met.cau.& in l.quoties.in §. qui dolo.ff.de probatio.& in l.in bello.in §.factæ.ff.de capti.& postli. reuertend.

CLIIII.

1 *Apostata actiuè & passiuè intestabilis est:& à testimonio repellitur, etiam si pœnituerit.*

POstquàm de Apostata loquuti sumus proximè suprà , volo vos aliud obseruare in materia,nullo modo silentio inuol-
1 uendum,quòd † actiuè,& passiuè intestabilis est, & à testimonijs repellitur,etiam si pœnituerit quod videtur mirabile: quoniam aliàs pœnitentia prodest multum : vt alio loco diximus suprà. casus est not. in l. hi qui sanctam fidem. C. de aposta. & ita etiam dicebat per illum tex.Ioan.de ana.in cap. primo. in ij.colum.eod.titu.

CLV.

1 *Parricidium detestabile crimen.*

2 *Intellectus l.diuus.ff.ad leg.Pompeiam de particid.*

1 PArricidium quàm† execrabile sit,latet neminem:quod etiã ex genere pœnæ ostendi potest : de qua in l. pœna. ff.ad leg. Pompe.de parri.ita vt conscij etiam teneantur:vt in l.vtrum.ff. eo.& si gloss.ibidem suppleuerit,etiam intelligi debere, & participes:quod disputauimus nos aliàs in cap.j.de offic.delega.& tamen mirum est, ecõtrà patrem non puniri tam acerbè lege Pompeia de parricidijs,si filium interemisset,sed deportatione in insulam:casus est in l.diuus.ff.eo.& non ab re fortè: quia ingratitudo non est considerabilis ita in patre erga filium, vt in eo erga patrem:neque filio in patrem, vt patri in filium, pote-

stas aliqua data: vt in l. in suis. ff. de libe. & posthu. & in l. si filius vbi tex. singu. C. de patria potesta. dono vitę (vt arbitror) & educationis beneficio: quibus Caius Calphur. Piso præfectus (vt auctor est Vale. Maxi.) testamentum impij filij patrem Terentium exhæredantis, non immeritò rescindit. Sed tamen ad
2 uertendum puto: & si hæc vera † esse videantur, in d. l. diuus. illud ideò factum fuisse, quia nouercam adulterauerat filius: quo casu, id quod fecit pater, occidendo ipsum in venatione, latronis magis quàm patri, iure, fecisse existimandus est: & fuit ratio met. tex. ibidem: & quia, vt etiam subijcit, aliàs patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere: quasi dicat ignoscendum esse ei, quia vt extraneum adulterium, & latronē non vt filium ea ratione interfecit: & sic ex causa ex qua etiam filio licet econtra in patrem sæuire: nec pœna antedicta legis Pompe. de parrici. punietur, vt puta, si patriæ hostis iudicatus fuisset vt in l. minimè. ff. de religio. & sumpt. fune. & alio loco diximus: ergo regulariter dictam pœnam non euitaret: vt no. in rubric. ext. de his qui fil. occide.

CLVI.

1 *Hæres semel, perpetuò est hæres: intellige nomine, non emolumento. & c nu. 2.*

1 HAEres † qui semel adiuit, non potest desinere esse hæres. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de mino. l. post aditam. C. de impub. & al. substitu. l. sicu. C. de repudi. hære. & hac ratione dicebat alibi Bart. in l. qui se patris. in ij. co. C. vnde li. quòd qui hæres est de iure pretorio, non desinit esse heres de iure ciuili. & alibi Bal. quòd licèt suus hæres sequentibus repudiet, attamē hæres erit. l. in suis. in 4. col. ff. de lib. & posth. & alibi Angel. in l. hæreditas. in prima. ff. de hære. institu. quòd si testatoris seruus instituatur vsque ad diem, puta vsque ad pascha, perpetuo erit hæres. & idem in libertate dicit text. iuncta glo. in vers. semel. in l. iiij. in §. quod ergo. ff. de fideicom. libertat. & non habet dubium. Sed tamen volo vos scire hoc esse verum † nomine, non emolumēto: quoniam potest eo casu desinere esse hæres: ita vt hereditati etiam cedatur: casus est sing. quem ibi in specie not. Bal. in l. cum hereditate. ff. de acqui. hæred. quomodo etiam intelligitur, quod idem dicebat in d. l. in suis. vt suprà. vel aliter declara, vt ibidem legitur, quòd desinere nō potest ex eius persona, sed medio alterius sic, & hoc idem ex æquitate propter creditores. qua multa contra regulas iuris concedi solent: vt in l. diuus. ff. de in integr. restitu. & in l. & si nihil. cum similibus. ff. de reg. iur. Item intelligite verum de iure ciuili: quoniam de iure prætorio secus: & vbi de successione in bonis maternis ageretur: vt in l. j. in §. si quis adita. ff. ad tertullia. Item & vltimò, quòd hæres esse non desinit directò, sed vtiliter sic, & hinc est quòd in fideicommisso hæreditas confunditur, & hæres esse desinit: vt in l. j. ff. ad trebelli. & per me latè in l. j. C. de pact. quæ omnia not. & tene menti ad dictæ regulæ declarationem.

CLVII.

Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio: adeò ut pro debito incarceratus, si reperiat ostium apertum post quam soluit, pōt propria authoritate exire

1 NVlla dubitatio est, si quis † fuisset pro debito carceratus, ipsum statim quod soluit, authoritate iudicis liberari debere: quoniam solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio vt in l. si pupillus. ff. ad leg. falcid. & Insti. quib. mo. tollitur obligatio. in prin. & ad propositum est text. in l. si stipulatus. in §. sic autē. ff. de solutio. sed quid si inuenerit ostium carceris apertum, an posit propria authoritate exire: videtur dicendum quod non: vt in l. j. C. ne quis in sua causa. tamen contrarium verius est: ita Bal. in c. sicut per illum text. in arg. tamē in ij. col. de cohabita. cleri. & muli. & erit not. limitatio ad d. l. quam semper tene menti.

CLVIII.

L. j. ne quis in sua caus. in quibus non procedat.

QVoniam suprà proximè de reg. l. j. C. ne quis in sua causa mentionem fecimus, vno modo eam limitantes: adde quòd limitat etiam alio Henricus Bouerius in sing. suis: iudex potest punire. vt locum non † habeat iniuria iudici iudicialiter facta, & notoriè: quoniam eam posset absque dubio punire. & sic editum Cyn. in d. l. j. & Inno. in ca. ex parte. de verb. sign. & Henrici Boue. in c. j. de offi. deleg. dic tu quòd est tex. in l. nullus C. de testi. & eo casu aliud speciale: vt ibi dicit glo. quòd sine accusatore damnetur: quemadmodū & in l. penul. C. de probat. & in l. qui falsa. ff. de testi. sic cōtra reg. l. qui accusare. C. de eden. & cap. j. cum vulg. vt eccle. benefi. si. dimi. confe. sed volo vos & aliud singulare memoriæ commendare, fallere etiam in dominis, qui ius sibi dicunt posidenti authoritate sua: vt puta famulis, qui possunt spoliari sine iudice, & de facto, si vestes tamē traditæ fuissent inæstimatæ: aliàs secus: vt in l. si seruus. C. quòd eo & tamen asignat Bal. in l. in his rebus. in §. seruis. in prin. ff. solut. matr. & est quotidianum.

CLIX.

1 *Argumentum à simpliciter ad secundum quid, non ualet.*
2 *Lex loquens in simplici, non habet locum in qualificato. & ibi solutio ad dua obiecta. nu. 4. & 5.*
3 *Argenti appellatione non uenit id quod ære est contaminatum.*

1 ARgu. à simpliciter † ad secundum quid, non valet: quia id non dicitur esse tale, quod non est simpliciter tale: vt in l. legatum. ff. delega. iij. & in l. j. ff. de donatio. & not. Odofre. in l. j. in iiij. co. C. qui admi. ad bon. pos. posiunt. vnde lex loquens in
2 qualificato, non habet † locum in simplici: nec è contrà: vt in clemen. vnic. de proba. & clemen. dudum. de sepult. & not. Prepo. Alex. in ca. ad id. in ij. col. de sponsa. vt puta in confesione: quia propriè confesio erit, si pura fuerit, non si qualificata: vt Euæ dicentis serpens decepit me: vel alterius cuiuslibet mulieris exceptionem lenocinij. obijcientis: quæ cōfiteri non dicetur: quoniam confesio est habens implicitam negationem: vt not. in ca. serpens. de pœniten. distin. j. & in l. siquidem. (redde singula singulis.) C. de except. per quę iura ita etiam exemplificat Bal. in l. cùm mulier. in xiij. col. ff. solu. matri. vel etiā
3 in argento: cuius † appellatione non venit id quod ære sit contaminatū: quia argentum non est propriè: vt in defentionibus meis legetis pro communi peraroli, & probatur per locum à speciali in l. Imperator. ff. de contrahen. empt. vbi si non fuisset consuetudo, non potuisset ibidem pro puro solui pecunia ære contaminata: ergo communiter secus, & alijs similibus, quæ non refero: sed aduertendum est: quia obijci posset vnum:
4 nam fingamus quod Imperator † alicui priuilegium legitimādi spurios concesserit, concesio simplex est, & tamen poterit etiam legitimare incestuosos: qui tamen sunt spurij, sed quid: vt no. in c. innotuit. de electio. Vlteriùs vasallus vasalli non est primi domini vassallus simpliciter, sed secundum quid: vt in c. j. in §. illud quoque. de prob. feu. aliena. per Fede. in vsib. feu. & tamen eum dominus pro seruitijs compellere potest: vt in l. inter debitorem. ff. de. pact. solue breuiter, & tene menti primū
5 † non obstare: quoniam id optima ratione decisum esse videtur: vt in loco præallegat. dicitur: ex quo spurius est nomen generis: quasi extrà puritatem natus: ita vt non sit ratio, qua debeamus illud restringere magis ad vnam speciem, quàm ad alteram: vt est argu. in l. j. C. de liber. præte. non secundum: quia esto quod inter dominum, & vasallum vasalli nulla sit obligatio personalis: est tamen realis, id est, in rem ipsam: cum dominus oculos habeat magis ad feudum, quam ad vasallum: ergo non mirum etiam si ea ratione astringi poterit: quoniam iurium realium quoque natura est: vt contra quemlibet posesorem agatur: vt in l vti frui. in §. vtrum. ff. si vsusfructus petatur. & in l. si vsusfructus nomine. ff. vsufruct. quemadmo. caue. & sentit Bald. in capitu. admonet. in fin. de renuntia. & non habet dubium.

CLX.

1 *De statuto Patauini de reuocāda sequestratione rei oblata cautione idonea, quod non sit superfluum, et per totum et infrà apophth. 338.*
2 *Argumentum de pacto ad statutum, ualidum.*

1 EXtat hic Patauij statutum incipiens, de cætero. sub rub. de citatio. & ordi. proced. † quod si sequestrum factum fuisset, & dominus comparuisset, citato tamen aduersario: idoneamque fideiusionem de rebus seruandis, & non baratandis præstitisset: statim eo siue præsente, siue absente, reuocari debet, & nō immeritò: addas tu, quia id regulare est, etiam si statutum non dixisset, quod intellige in casibus, in quibus sequestratio permissa est quoniam aliàs & regulariter prohibetur à iure: vt in l. j. C. de prohi. seque. pe. ita Barto. in l. ne diutius. ad fi. per illum tex. C. de agr. & censi. lib. x. vbi plus dicit, quod etiā à principio

cipio, si fideiussorem offerret, nullo modo ad sequestrationem perueniretur: intantum vt dicere possimus, statutum per dictum fuisse superfluum quoniam idem disponit quod ius commune, & sine effectu alicuius operationis: contra vulgatã reg. l. si quando. ff. de lega. primo, &c. si Papa. de priuileg. in vj. nisi respondeamus verum non esse: quoniam ex eo oritur ius agendi, & conditio ex statuto: secund. eundem Bar. in l. j. in fi. prin. ff. ad leg. falc. & in l. iij. in §. si rem. ff. de lega. iij. & in l. non solũ.
2 ff. de rei vendi. & est simile in pacto: quoniam de † eo ad statutũ valet arg. secundum glo. in rubric. C. de decre. decurio. lib. x. & in l. non impossibile. ff. de pact. in quo deduci potest id etiam, quod venit ex legis dispositione: vt in l. si donaturus in prin. ff. de condictio. ob causam. & tamen pactum non erit superfluũ: quia vltra conditionem ob causam habebit locũ etiam actio præscriptis verbis: vt in l. rebus. C. de re. permuta. & in l. si dominus. ff. de præscrip. verb. & no. in d. l. si donaturus. & est verũ, cum nostra intersit habere plures agendi formulas, & vias, quibus nobis omnimodò succursum sit l. quod in hęredem. §. eligere. ff. de tributo. actio. l. cùm filius. §. varijs. ff. de leg. ij. l. miles §. sexaginta. cum similibus. ff. ad l. e. iul. de adult.

CLXI.

1 *Impediens alium ne scopum attingat, uel equum currentem ad brauium, alibi diuertat, punitur tanquàm legis uiolator.*

QVotannis exercitij gratia (vt arbitror) senatus veneti decreto ij. qui tormentis præficiuntur, vulgò vocati Bõbardieri, certo tempore venetias proficiscuntur: & qui meliùs scopum, (locus enim ad id, quàm aptissimè deputatus est) ferit, præmium, quod omnibus propositum est, solus assequitur. Euenit quod vltimus quoquomodo ab alio impeditus fuit, ne scopum attingeret, quæ reddatur eò tunc, vt fieri solet, quoniã
1 aderam ego, & quàm plures alij professionis nostræ, an † iure probaretur impedientem puniri debere. & cùm hincinde multa dicta fuissent, Bar. doctrinam. allegaui quæ optimè idem probat in simili tamen. in l. nemo per illum tex. C. de spectaculis. libro. x. vbi si quis impedit equos currentes ad brauium, quod fere idem est, faciendo eos ire ad alium locum, punitur tanquàm legis violator, quod semper memoriæ commendabis.

CLXII

1 *Viæ publicæ, et porticus ut reficiantur expensis publicis illas, porticus uero priuatis rectè curant ædiles.*

IAcobus Cornelius prefectus huius anni optimè meritus, vias publicas, inter cætera, nec non & porticus, ferè per totam ciuitatem, quoniam vetustate penitùs inaccessibiles erant, refici curauit, impensis tamen publicis illas, vt par est. & conueniens, porticus verò priuatis, qui tamen & ad vsum publicum destinati sunt, id est eorum qui ibidem domos habebant, quęrebatur an hoc iure fieri potuerit, dicebam ego multis contra
1 dicentibus, quòd † sic & est casus singu. quem ad propositum obseruabitis perpetuò. in l. ædiles. in prin. ff. de via publi. ita vt si quis mercede domum habitaret, nec dominus id facere voluisset, ipse reficiens dispendium computare debeat in mercedem: vt ibidem in §. quicunquè legitur. & ita etiam ad propositum & fortè in terminis fortioribus etiam de via dicebat Bartolus in l. per viciniam. in prin. c. de immu. ne conceden. libr. x.

CLXIII.

1 *Practica, cùm iudex dubitat an exceptio sit admittenda, necne. etc. protestando dicit. admitto si et inquantum de iure est admittenda. etc. unde sumpta.*

INterrogaui hodie quendam magnum causarum patronum:
1 vnde sumpta esset practica, cùm iudex † dubitat, an exceptio sit admittẽda, necne, & protestando dicit, admitto, si & inquã tum de iure sit admittenda, & non aliter, vel sic, si articuli & interrogatoria fuerint, admitto saluo iure impertinentium, & non admittendorum, (dixeram ego iam multa communiter allegari, quorum originem tamen, & vnde hausta fuerint ignoramus) qui nesciuit respondere, & erubuit, dicas ergo tu, ne idem tibi eueniat, si interrogareris, sumptũ fuisse ex glos. quã ibi multum commendat Abb. in c. cùm cõtingat. in ver. nihil ominus. de offi. deleg.

CLXIIII.

1 *Citatio in quocunque actu in quo præiudicium generari potest partibus, necessaria fallit. nu. 2.*

DE vnoquoque negotio præsentibus omnibus, quos causa contingit, iudicari oportet, aliter enim iudicatum tãtum inter præsentes tenet. inquit tex. in l. de vnoquoque. ff. de re iudica. ita vt id vnum generaliter colligatur, citationem adeò
1 † necessarium in quocumque actu, cum præiudicium parari potest partibus dummodò paruum non sit: vt in l. nam ita diuus. ff. de adop. vt nullo modo directè vel indirectè auferri possit: vt in cle. pastoralis. eod. titu. sed tamen volo vobis dare ca-
2 sum vltra multos, in quo necessaria † non est, cùm scilicet quis patitur naufragium, & ibi testes examinari facit: vt aliquãdo probent coram iudice competenti. quoniam tunc non desiderabitur. tex. est in l. ij. & ibi not. Barto. in princip. C. de naufra. libro x. quem semper memoriæ commendabitis, & hinc est, ꝙ istis qui naufragium patiuntur, tanquam nimis afflictis. iura in cæteris multum fauent: vt inquit Bal. in l. sciendum. in prin. in ij. colum. ff. qui satisda. cog.

CLXV.

1 *Clausula quam notarij apponunt in fine instrumentorum, et quod superadditum est in tali linea, etc. unde sumpta.*

NOtarij quotidie in instrumentis apponunt clausulas, quas tamen non intelligunt: vt de clausula codicillari inquit Barto. in l. j. in iij. colum. ff. de iur. codicil. quem refert. & sequitur Soci. in simili loquens de clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. in consil. ccl. incip. in causa. in fin. in ij. volu. & alia pleraque faciunt de consuetudine, quæ & si intelligant, ignorant tamen vnde veniant, & hauriãtur: vt supra dicebam de protestatione iudicis exceptionem admittentis, vel si-
1 mile: vt puta cùm in † fine instrumentorum scribunt, & quòd superadditum est in tali linea, vel cancellatum, non errore, sed per me notarium super additum vel cancellatum est, ideò, scias quòd sumitur ex l. j. & ibi Barto. ff. de his quæ in testam. delen. quam ad idem dicit singul. Iason. in l. si vnus. in fi. C. de testam. vbi amplius allegat bonum text. in l. diuus. in §. idem senatus. ff. ad legem Corneliã. de falsi. & in capitu. ex literis. de fide instrument.

CLXVI.

1 *Legatus de latere non dispensat super pluralitate beneficiorum incompatibilium.*

1 HEri vnus vestrũ interrogabat me, an legatus de latere † super pluralitate beneficiorum incompatibilium dispensaret. cui ex no. in ca. de multa. & ibi Inno. de præben. sub dubio respondebam. sed comperi posteà decisio. Dom. de Rot. in terminis. 186. incip. Legatus de latere. in nouis. dicentium, quòd non, & est verum cùm solus Papa id faciat, & sit de reseruatis sedi Apostolicę, vt & alia quàm plura, & hinc est, quòd dicimus, eum ex generali potestate quàm habet posse dispensare in omnibus casibus, in quibus dispensant Episcopi, Archiepiscopi, primates, & Patriarchæ, & in omnibus alijs, præterquàm reseruatis Papæ: vt in casu isto. & no. in c. ij. de offi. dele. in vj. & ideò eam tenementi. quia ita etiã de stylo curiæ obseruatur. qui maximè attenti debet: vt in c. quàm graui. de crimi. falcid. in cap. porrecta. de confirma. vtili. vel inut. & in l. sacri affatus. C. de diuersita. rescript. & testantur dicti Domini. de Rot. in loco præallegato.

CLXVII.

1 *Supplicationem solùm, et non bullas gratiæ expeditas ostendenti non credendum, nisi in casu, etc. nu. 2.*

VOlo etiam vobis dicere aliud de stylo curiæ: quoniam his diebus fuit maxima altercatio inter venerandam fratalea capellanorum ex vna, & quendam Franciscum Foscari, ex altera, occasione cuiusdam portionis, quam erat adeptus in ec-
1 clesia sancti Laurentij, solam supplicationem † ostendentem, non tamen Bullas gratiæ expeditas, quòd eidem regulariter credi non debet. quemadmodum sensit Bald. in l. humanum. C. de legib. & Abb. in cap. in nostra. in vltim. colum. de rescrip. & est limitatio ad reg. l. contrahitur. ff. de pigno. cum simil. præ-
2 terquam in casu, (& hoc maximè notandum est) quando † ha

beret clauſulam. Et ſola ſignatura ſufficiat, & ita obſeruat ſenſerunt Dom.de Rot.in deciſ. ſuis 458. incip.circa.in j.& ij. col. & ideò quoniam dicta ſuplicatio eam continebat contradictionem non habuit.& ſenſit etiam idem Bald. in l.fina.in vlt. col.in prin. C.ſent.reſcin. non poſ.

CLXVIII.

1 *Bonorum poſſeſsio contratabulas quare detur filijs in poteſtate, cùm à prætore fuerit inuenta propter emancipatos.*

SCiunt omnes.quod bonor. poſ. contratab. à prætore fuit inuenta propter filios emãcipatos: vt ad ſucceſſionem parentum admitterentur.quia iure ciuili erant penitùs incogniti:vt legitur latiùs.Inſtit.de bon.poſ,quod remedium etiam filijs in poteſtate fuit communicatum:vt declarat Pau.de Caſt.in rub.
1 C.qui admi.& nulla alia† ratione,vt idem ibidem dicit,& poſt eum Deci.Senior in l.poſthumo,no. C. de bo. poſ. contratab. niſi iſta, quia aliàs filij in poteſtate fuiſſent deterioris conditionis,quam emancipati,& male,& eſt arg.in l. non ſolum.de noxa. & in c. tua nobis. cum ſimil. de deci. & in c.eum qui de præbend.in vj. Sed conſidero ego eam nullo modo poſſe ſubſiſtere, quoniam filius in poteſtate, ex quo ius ciuile eidem prouiderat de alio remedio reſciſorio, quod eſt ius dicendi nullũ non poteſt dici deterioris cõditionis, neque conqueri in aliquo non erat emancipato, vnde meliùs id optima ratione factum fuiſſe credamus, quia filius in poteſtate grauatus in hoc, quod emancipatus admitteretur, cùm tamen eſſet incognitus penitùs, fuit in alio ſaltem releuatus, vt & ipſi etiam dictum remedium communicaretur.iuxta reg.l.eum qui.ff.de iureiu. & l.j. cum vulga. ff. ſi quis à parent. fuer.manu. de quo tamen alias cogitabitis.

CLXIX.

1 *Poſthumo præterito nato rumpitur teſtamentum, ita ut cum nihil ex eò debeatur recurſus ad iudicem eccleſiaſticum.fallit nu.2.*

SCitis,ſi poſthumus† prætereatur,quod eo nato rumpitur teſtamentum,& non aliter:vt in l.poſthumo.C.de bo.poſ.contratabu.& in l.iij.in §.ex his .ff.de iniu.rup.irri. teſta. ita vt cũ neque legata,neque aliud ex eo debeantur,non ſolum naturaliter & ciuiliter, ſed nec etiam naturaliter tantùm, non poſsit haberi recurſus ad iudicem eccleſiaſticum. ſecundum Ang. in l.j. & ibi etiam Iaſ.no.C.de poſt. hære. præterquàm in caſu, quando† viuo teſtatore naſceretur, & moreretur pariter, quoniam eo caſu tunc recõualeſcet, vt in l. poſthumus.& in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup.irrit.teſta.ſed tamen volo vos non ignorare quoque hoc locum habere, quando teſtator ſcienter præterijſſet,& eſt not. modificatio dictarum legum, quoniam ſi ignoranter,tunc non reconualeſceret,ex quo lex fingit teſtatorem noluiſſe eo caſu teſtari. tex. eſt ſing. in l.militis.in §.mi es in ſupremis. ff. de mili. teſt. per quem ita dicit Bal.in l.ſi cũ vel in vtero. C. eo. & Alex. poſt eum in l. ſicut.in prin. eo. tit. & tetigi ego aliàs, in d. l.poſthumo. C. de bonorum poſſeſsio. contratabulas.

CLXX.

Intellectus l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bon.poſ.contratabulas.

1 OBſerua vnum,quod eſt mirabile,quomodò† eſſe poſsit in l. non putauit.in §.ſi quis emancipatum.ff.de bon.poſ.contrata.quòd exhæredatus habeat bo. poſ. contratab. quandoquidem regulare ſit, ei dare quærelam:vt in l.j.& tuto. de inoffi.teſta. & dic illud ideò eſſe quia nõ ritè erat exhæredatus: quo caſu exhęredatio tunc habet vim pręteritionis: vt in §.non quęuis ea. l.pręterito autẽ datur cõtrata.l.j.& toto.tit.ff.de bo.poſ. contratab.ergo.Obſerua item & aliud,quare eſt ibi,quod emãcipatus filius exhęredatus, ſi poſteà arrogetur,exhęredatio ſibi nocet:quoniã bo.poſ. contratab. non habet,& tamen non nocet extraneis, & dicas eſſe, quia in extraneo exhæredatio ſicut etiam emancipatio,res inepta eſt: vt in l.filio quem. pater. ff.de liber.& poſthu. & in l. quidam cum filium. in fi.prin.ff.de verbo.obliga.in filio autem proprium & naturale,& ideò nocet:quia bon.poſ.non habet:(vt diximus) Obſerua item iij.de extraneo intelligi:qui neq; de aſcẽdentibus ſit,neque de deſcendentibus: vt in d.l.quidam cum filium: quoniam aliàs ſi de eo etiam qui extraneus dicitur,intelligeremus,qui non eſt in patris poteſtate:ſecus forte dicendũ videret, & tetigi in d.l.poſth. ad aliud tamen.C.de bo. poſ.contrata.

CLXXI.

1 *Glo.& Odofred.&c.opinio reprobata in l.poſthumo. C.de bonorum poſſ. contratabulas.*

IN eadem. l. poſthumo. cuius mentionem ſuprà proximè fe-
1 cimus C.de bo.poſ.contratab.glo.Odofre.& ferè† omnes intellexerunt poſthumum preteritum hærede extraneo vniuerſaliter inſtituto in teſtamento antequam naſcatur poſthumus non poſſe intentare bo. poſ.ſecundum tab.contratab.autem ſic,ex perſona ipſius poſthumi committentis,ſeu aperientis eidem edictum: vt ibidem glo. prima etiam dicit & tex.in l. poſt mortem.in §.fi.& in l.illud.in fi.& in l.non putauit.in §.fi.ff.de bon.poſ. contratab. & tamen mihi non videtur verum: quia edictum extraneis non committitur:caſus eſt in d.l.non putauit. in §. in adoptionem.ibi,nec enim in totum extranei ſunt: iuncta gl.ff.de bo.poſ.contratabu. cogita.

CLXXII.

1 *Inſtitutus ſub conditione ea pendente poteſt intentare bono. poſſ. ſecundum tabulas.ſi autem uoluerit admitti ad contratab. beneficio præteriti non poterit niſi conditio exiſtente.fallit.nu.2.*

2 *Conciliatio l.ſi adoptionem.& l.non tantum.§.ſed ſi ſub conditione. ff.de bono.poſſ.ſecundum tab.*

INſolutam difficultatem hoc mane perlegimus, annotatu dignam:vnuſquiſque enim ſcit, quod inſtitutus (vt ſæpiſsimè
1 etiam dictum eſt) ſub† aliqua conditione, ea pendente, poteſt intentare bo.poſ.ſecun.tab.l.ſecunda. §. ſi ſub conditione.ff. de bonorũ poſſ.ſecun.tab. & tamen ſi voluerit admitti ad cõtratab.beneficio preteriti,non poterit, niſi conditione exiſtente.l.non tantum.§.ſed ſi ſub conditione. ff. eod. & hoc ratione optima:vt dixi in d.l.poſthumo.in gloſſ.j.C. eod. ſed tamen ad
2 uerte, quia contra hoc† videtur caſus ad literam in l. ſi adoptionem.ff.eod.vbi filius in adoptionem datus,ſi à patre naturali ſub conditione inſtituatur beneficio preteriti edictum cõmittentis,habet bonorum poſſeſ.contratab.& ita tenet etiam gloſſ.ibidem.reſpondendo ad tex.in d.§.ſed ſi ſub conditione, quod ibi ab alio non erat commiſſum edictum: & malè: quoniam hoc eſt indubitabile, cum inſtitutus eam non habeat regulariter: niſi alterius beneficio: vt in l.ij. in §. expectandi.ff. de bono.poſſeſſ.ſecund.tab.& ſic contra reg.l. quod Labeo.ff. de Carbo.edict.& propterea dicas tu, quod neceſſariò intelligi debet,& ipſum quoque venire:vt ibi dicitur,exiſtente conditione,& non aliter,& fuit declaratio Dy.& Alber.in dict.l.ſi in adoptionem. aliàs eſt magna cõtrarietas imò dico plus quod nec ſecundum tabul.intentari poterit:ex quo in d.§.ſi ſub conditione.eſt bono.poſſ.facti,& non iuris:quæ non habet effectũ niſi conditione exiſtente:vt ibi dicit gl.& bene, & probatur in §.ſi quis ita inſtituerit.in fi.eadem.l.cogita.

CLXXIII.

1 *Inſtitutum poſſe beneficio præteriti intentare bonorum poſſ.contratab.quo modo intelligendum.*

1 SCio me dixiſſe aliàs ſuprà inſtitutum † beneficio pręteriti, poſſe intentare bo.poſ.contratab.quoniam eo fit: vt ſi preteritus agat,bene ſit,& res reducatur ad cauſam inteſtati:ſi verò omittat contratab.conuertatur in ſecundum tab.l. nonnunquã ff.de leg.pręſt.ne occaſio pręteriti inſtitutũ lucro afficiat: vt ibi dicit tex.qđ intellige:vt à legatis preſtandis exoneret.Sed tu aduerte quoniã hoc modo, ſi agens fuiſſet in minori portione inſtitutus,quã ſibi eſſet debita,hoc modo non conſequeretur debitam,& ſic maiorem portionem,& malè contra tex.in l.non putauit.in §.fi.ff.de bo.poſſ.contratab. & ſenſit Alex. in l.poſthumo.in ij.col.dum reſpondet ad tex.in l.filio pręterito. ff. de iniuſt. rupt. irri. teſta. C.de bon.poſſ.contratab. & ideò forte oporteret dicere verum quando debitam portionem ex inſtitutione fuiſſet conſequutus: aliàs ſecus; cogita.

CLXXIIII.

1 *Intellectus l.filio præterito.ff.de iniuſt.rupt.& irrit.teſt.*

2 *Poſthumi inter cæteros quibus uerbis exhæredandi.*

POſteaquam de. l. filio præterito ſuprà proximè intentionẽ
1 fecimus.ff.de iniu.rupt.irri.teſt.non pretermittemus† vnũ, quod dicebam aliàs in d.l.poſthumo.quod fortè ibi teſtamentum reconualeſcit,quod præteritione filij tamen erat ruptum:

ſi ſe à

si se à bonis patris abstineat, propter libertates in eo relictas: quę sunt fauorabiles: ex quo satis erat legislatoris dicere: filio præterito qui erat in potestate patris legata non præstari, sub quo verbo omnia comprehensa fuissent, & libertates relictę simul: & nihilominus text. dixit: neque libertates neque legata præstari: quasi sit sensus, libertates esse sui natura fauorabiles, & tamen eo casu non præstantur: vnde (vt dixi) ea ratione fortè: testamentum reconualescet. cogita.

CLXXV

1 *Posthumi inter cæteros quibus uerbis exhæredandi.*

PErplexitas maxima est in d.l. posthumo. in gl. nominatim. in prin. C. de bono. pos. contra tab. an hodie sicut olim posthumi sint nominatim exhæredandi. Et breuiter concluditur, & est communis resolutio: olim debuisse exhæredari inter cæteros, hodie nominatim, iure autem nouissimo, nullo modo: quia in eo nulla etiam causa esse potest: iuxta tex. in l. si quis in suo. in §. legis. C. de inof. test. qua ratione etiam: vt Val. Max. refert in tit. de test. diuus Aug. Tertium, Tertij filium à patre exhæredatum, cum tamen esset infans: in bona paterna ire iussérat, & vltra ob id etiam paternum nomē abrogarat, & in hoc
1 non erat difficultas. Verum dubitabam aliàs: quo † & quibus verbis inter cæteros fieret: & breuiter gl. in §. 1. in vers. cæteros. Insti. de exhæred. libe. dicebat his verbis fieri solere: vnum ex filijs meis exhæredo, & malè: quoniam nullus ratione incertitudinis exhæredatus dicetur. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. l. j. & ij. ff. de libe. & posthu. & idem posteà in fin. sensisse videtur: ita vt necesse sit dicere aliam fuisse formam: quandoquidem aliquibus inst. dicerent.

Cæteri exhæredes sunto.

Et exhæredatio inter cæteros appellabatur, quod tene menti.

CLXXVI.

1 *Præteritio matris habetur pro exhæredatione. & filio huiusmodi præterito datur querela, & non contra tabulas. quod plerunque contingit etiam in linea paterna. nu. 2.*

3 *Successorium edictum remedium est subsidiarium.*

1 PRæteritio matris † habetur pro exhęredatione, & ea quidem ratione: quia nec suos habet hæredes, nec in ea ius patrię potestatis, & dominij continuatio est considerabilis: vt in l. illud. in §. ad testamenta fœminarum. ff. de bono. posses. contra tab. & in l. si quis in suo. in §. legis. C. de inoffi. testa. & in §. fin. Insti. de exhæ. libe. & not. in d. l. posthu. & hinc est, quod filio hoc casu pręterito datur querela, & non contra tab. nec ea ratione in successione intestati, vnde liberi: qui non datur nisi vbi cōtra tab. etiam competere potest: vt habetur in l. j. in §. rectè. ff. si tabu. test. nul. ex ta. & legitur latiùs in rubr. C. vnde libe. sed tamē
2 volo vos scire, quod & plerunque in linea paterna † etiam locum habet: ita vt querela quoque, & non contra tab. competat quod est mirabile, potest poni exemplum. Titius decessit relicto filio exhæredato, & nepote præterito. posteà filius nepos, quia filio existente in medio, in eum dominium continuari non potuit: habebitur pro exhæredato: ita Bald. in l. quis posthum. in §. si filium. in fi. ff. de liber. & posthu. quod & declarari potest: vt alio etiam casu detur: si non primo loco, saltem ex e-
3 dicto † successorio: quoniam remedium subsidiarium est: vt in §. tam autem. insti. de inoffi. test., & eo tunc omni alio remedio priuatus reperitur: vt ille idem Bald. ibidem dicit. & si ad primum dici possit, quod pari modo præteritio filij emancipati haberetur pro exhæredatione: cum in eo non continuetur dominium, ex quo non est suus, & tamen hoc falsum. & ideò cogita.

CLXXVII.

1 *Consiliatio l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffic. testa. & l. fin. §. fin. C. de liber. præterit.*

1 FOrtissimum contrarium † est l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. testa. & l. fin. §. fin. C. de lib. præte. quoniam hic dicitur, posthumum vel posthumam exhæredari debere nominatim. ibidem autem exhæredari non posse, quia crudele est eum qui non sentit, ingratum existimari. quamobrem Ias. in l. posthumo. C. de bon. pos. contra tab. dixit, concordari non posse. & satis esse, quod iure nouissimo non liceat: vt in d. §. legis. & in §. aliud quoque capitulum. & in §. causas. in authen. vt cum de ap. cogno. & malè, quia hoc est ipsum contrarium fateri: ac cōtra text. in l. j. C. de inof. doti. & in c. cum expediat. de elect. in vj. vnde Dec. in d. l. posthumo. & ante eum Fulg. & Pau. de Cast. in d. §. legis. fœdere distinctionis cōcordabant, quod id quod dicitur in §. legis. verum est, ne priuetur successione patris. quod autem dicitur in d. l. fi. est, vt obseruetur forma & solennitas testamenti, quæ concordia mihi non placet, quia est contra generalitatem illarùm legū, & rationis, & ampliùs quia legislator dixisset: vt in simili in authen. ex cau. C. e. ti. & est arg. in l. vnic. in §. sin autem. C. de cad. tol. & in l. si seruum. in §. nō dixit prętor. ff. de aqui. hęre. cum simi. & ideò dicas tu. quod licet. §. legis. sit anterior ordine, posterior tamen est compositione. l. nec enim. ff. de solutio. l. ij. §. prius. ff. de vulg. & pup. substi. & est simile in l. cum lege. C. de episc. & cler. quę est posterior. & tamen corrigitur per authen. presbyteros. eo. tit. quę est anterior, nulla alia ratione, nisi vt suprà & patet: quia. §. legis est datus. 12. Cal. Octob. l. autem fi. Cal. Septēb. neque ista placet. quia omninò iure. C. non erit necesse posthumū nominatim exhæredari. quod communiter omnes tenent. Dicas igitur aliter, quod id quod dicitur in §. legis. superaditum est, habito respectu ad ius nouissimum authenticorum. & est arg. in l. asse toto. ff. de hęre. insti. & in aut. si quis in aliquo. C. de edēd. vel & aliter. quod. l. fi. loquitur de rigore. §. autem legis. de benignitate: vt in simili dicitur in l. si tibi. si cert. pe. vbi principiū loquitur vno modo de rigore, & finis alio de benignitate. vel & aliter. quod d. §. legis. loquitur in pręteritione matris, quæ non est propriè exhęredatio. l. non distinguemus. §. cum quidā in argu. tamen. ff. de arbi. l. hoc legatum. ff. de leg. iij. l. j. cum simil. ff. de dona. quod non est in d. l. fi. vel & vltimò, quòd loquitur ille. §. in matre prætereunte filium odio patris, qui non debuit portare ipsius iniquitatem: vt text. met. dicit. d. l. si autem in exhæredatione simpliciter. & indicat text. met. ibidem. nec obst. quod alia ratio est generalior. ibi. Satis crudele enim est eum qui non sentit, (vt diximus etiam suprà,) ingratum existimari, quia potest responderi eam non esse in consideratione, ex quo venit ad exaggerandam, & aggrauandam dispositionem. d. l. fin. vt in simili inquit Abb. in cap. cùm esses. in lect. in iij. colum. de testa. & maximè quia à dicto extranea esse videtur, & remota penitùs, non autem proxima & concludens: vt in l. j. ff. de offic. procon. Cæsa. & in cap. in præsentia. de probat. tene menti.

CLXXVIII.

1 *Actus forma non seruata dicitur ipso iure nullus.*

2 *Testamentum præteritione filij dicitur ipso iure nullum.*

VNum volo vobis dicere perpetua obseruatione dignum,
1 scitis enim quòd † quotiescunque forma à lege tradita est, si illa eadem non seruetur, actus dicitur ipso iure nullus: vt in l. cum hi. in §. si prætor. ff. de transact. & in l. qui Romæ. in §. Flauius. ff. de verbo. oblig. & in l. j. ff. de lib. & posthu. quamobrem etiam hac ratione filius si præteritus fuerit, id est, non institutus, neque exhęredatus: vt dicitur. Insti. de exhæred. lib. præteri-
2 tione † ipsa testamentum erit nullum. Sed dubitatio maxima est, an nullum sit ipso iure, an verò annullandum, & vtilitas inde, quoniam primo casu, hæreditas adiri non posset, secundo autem sic, & concluditur communiter nullum esse ipso iure, quia forma non est eo tunc seruata. de qua suprà ita vt nullitas aliter peti non debeat coram iudice. casus est sing. & semper no. in l. quæ sub conditione. in §. fi. ff. de condi. insti. quem ibi celebrat Barto. & Bald. in l. quicunque. in princip. C. de ser. fugit. & si dici tamen possit allegari saltem debere, vt in simili de notorio inquit gloss. in l. si adulterium cum incestu. in §. idem Pollioni. ff. ad legem Iuliam. de adulte. & in cle. appellanti. de appellat.

CLXXIX.

1 *Appellatio auxilium commune appellatur.*

1 APpellatio (quod notetis velim) auxilium † commune appellatur in l. iij. in §. falsus. ff. rem rat. ha. sicuti & alibi negotia hominum, desideria. in l. omnia. ff. de offic. præsi. & non memini me alibi legisse: vt in simili inquit gloss. in l. j. magna circa medium. ff. de leg. ij. modestius loquuta, quàm in l. eius qui in ver. quas verò. ff. si cer. pet.

CLXXX.

1 *Filio prӕterito quare detur bono. poss. contratab. ad rumpendum testamentum, quod tamen prӕteritione erat nullum.*

LAborant valdè scribentes, & anxiè quidem, propter quid est, quod filio prӕterito detur bo.pos. contrata. ad rumpendum testamentum patris, quod tamen prӕteritione erat nullum, vtroque iure, secundum commu.opi. ciuili, scilicet & prętorio. & id quod nullum est, rumpi non potest. l. nam & si sub conditione. in prin. ff. de condi, insti. & nihil concludunt, quod verè difficultatem resoluat: vt dixi in l. posthumo. in glo. petita. C. de bon. pos. contratab. sępius allegata. suprà ideò cogitabam ego † vltra eos dici posse, id fortè esse, vt rumperetur non testamentum, sed iudicium potiùs patris: vt sentit tex. ad literam in l. j. ff. de lega. pręstan, & eo medio ad patris successionē admitteretur, quod fuit inuentum gratia emancipatorum in cognitorum à lege 12. tab. vt recognoscerentur. & no. alio respectu, communicatum postea, filijs in potestate existentibus: vt in simili de bo. pos. gratia litis agnoscendę dicimus, quӕ emancipato exhӕredato conceditur, quoniam ad querelam quӕ est de iure ciuili aliter admitti non poterat, nisi aliquod signum ostenderet: vt in l. Posthumus. in §. fin. ff. de inoffi. testament. cogita.

2 (marginal number beside "bam ego †")

CLXXXI.

1 *Instituto beneficio prӕteriti bono. pos. contratabu. accipiente, quare in secundum tabulas conuertatur.*

DIximus aliàs suprà & admirabamur plurimum, quasi legis miraculum esset, si institutus† beneficio prętereriti bo. pos. contratab. accepisset, quòd illa eadem in sec. tab. conuerteretur, & perinde esset, ac si hęreditatem adijsset: vt in nonnunquā ff. de leg. prӕstan. & in l. is qui in potestate. in §. sed si vnus. & in §. sed si solus. e. ti. nūc declaro id esse non tantum gratia ipsius instituti, & si ipse commodum quoque sentiat, quantùm legatarium: vt titu. indicat, sub quo dictӕ leges sunt situatӕ: quē admodum in simili & in materia quidem dicit Alexand. in l. iij. in §. fi. in iij. col. ff. de lib. & post. & est tex. vulg. in l. Imperatores. ff. de in diem adiect. & hoc est quod in eis dicitur occasionem prӕteriti non debere institutum lucro afficere: cum ipse prӕteritus iure suo non vtitur, quod intelligendum est, vt exoneretur à legatis, & non ab re: quoniam dici potest, perinde esse, ac si bo. pos. contratab. nunquam accepisset: quo casu teneretur: ergo etiam & isto, & non habet dubium.

CLXXXII.

Querela inofficiosi testamenti odiosior est bon. pos. contratabu.

QVerela† inoficiosi testamenti odiosior est bon. pos. contratabu. vt dicebat Bart. in l. post legatum. j. §. sunt qui putāt in prin. ff. de his quib. vt in dig. q̄d & nos aliquando ex multis cōprobauimus. in l. posthumo. C. de bo. pos. contrata. tum vel maximè (quod obseruatione dignum est,) quia bon. pos. contratab. datur, & competit tam ante aditam hӕreditatem, quam post: vt in l. is qui in potestate. in §. sed si scriptus. ff. de lega. prӕstan. & in l. vt liberis. C. de colla. querela autem non nisi secundo casu, facta hęreditatis aditione: vt in l. Papinianus in §. si cōditioni. ff. de inof. test. & ibi Bar. in prin. ff. de bo. pos. contratab. & not. in d. l. vt liberis. C. de colla.

CLXXXIII.

1 *Bono. pos. contratab. quare non impediat aditionem hӕreditatis, & tamen impedit bon. pos. sec. tab.*

VNico verbo poterant Docto. excitatam totiens difficultatem resoluere, alibi in d. l. posthumo. C. de bo. pos. contra
1 tabu. quare est, † quod bo. pos. contratab. non impediat aditionem hӕreditatis, & tamen impedit bo. pos. secun. tab. dicentes multa: quӕ non subsistunt: vt eo loco dixi latiùs, quoniam id esse videtur propter repugnantiam, quӕ si ab eodemque fonte proueniat, non admittitur à lege: vt probat text. optimus (mitto reg. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.) in l. inter stipulantem. in §. sacram. ff. de ver. ob. si verò à diuersis sic: verum bono. pos. secundum tab & contratab. proueniunt ab eodem prӕtore: & sunt contraria: ergo non concurrunt. l. j. C. de fur. c. sollicitudinem. de appel. aditio autem hӕreditatis. & bo. pos. contratab. à diuersis: quia illa à iure ciuili, hӕc autem à prӕtore. ergo simul admittentur, & si obijcere. l. sed cum patrono. ff. de bo. pos. & l. si duo. ff. de lega. prӕstan. vbi ex eodem. fonte proueniunt, & tamen concurrunt, dicam non esse contraria: quia non in totum subuertitur testamentum per contratabu. nec in totum confirmatur per secundum tabulas, quӕ sententia verissima est.

CLXXXIIII.

1 *Bono. poss. contratab. regulariter totum rescindit testamentum, querela autem non nisi pro parte, & quare.*

VEllem scire à vobis, iuniores, propter quid est, quod bo. pos.
1 contratab. totum † rescindit testamentum, regulariter loquor, quoniam aliàs refragaretur text. in l. sed cum patrono. prӕalle. proximè. ff. de bo. pos. & tamen querela non rescindit nisi pro parte. l. circa. ff. de inoffi. testa. quod quidem esse non deberet, sed totum è contra: quoniam etiam odiosior est vt similiter dicebam suprà & vt odium cum ex alijs, tum etiam ex hoc causatum videretur. Respondete breuiter, & tenete menti id esse propter defectum formӕ, (institui enim vel nominatim exhӕredari debuit. vt insti. de exhӕre. libe. in prin.) quę respicit totam dispositionem. forma autem est quid indiuiduum. & inseparabile. l. Grӕcè. §. illud. ff. de fideius. l. act⁹ legitimi. ff. de reg. iur. & non declarat Bal. in l. testamētum. C. de testa. quod non est in querela, quia etiā pro parte inofficiosum, & pro parte non, esse potest: vt in l. mater decedens. ff. de inoffi. testa.

CLXXXV.

1 *Bono. poss. contrata. & secun. tab. an concurrant.*

IN resolutione. l. si duo. ff. de leg. prӕstan. quod † bo. pos. secun
1 dum tab. & contratab. concurrunt: contra tex. in l. posthumo. C. de bo. pos. contratab. multum sudant scrib. & aliqui maximè Pet. & Cy. scopum attigisse videntur: vt in d. l. posth. latiùs quod non bo. pos. sec. tab. ibi institutus accepisset, sed per edictum de leg. pręstan. fuisset, sibi portio conseruata: sed tamen cogita tu vnico verb. dici potuisse: nec per bon. pos. cō tratab. quia eam non acceperat beneficio prӕteriti: nec per secundum: quia non dicitur in tex. nec etiam ea ratione, & non sit sub illo titu. per edictum de lega. pręstan. ex his quӕ statim dicam: sed perinde ac si contratab. accepisset, quod ex illis verbis elici potest: eum: in partem tuēdum esse. casus est in simili. in l. ij. in §. si conditiōi. ff. de. bo. pos. sec. tab. & latiùs videbitis. in d. l. posthumo. propediem.

CLXXXVI.

1 *Posthumus an sit in potestate patris antequam nascatur. & ibi cōcilia' in l. si. ff. de colla. bon. & l. si. ff. de asignan. libert. nu. 3.*

2 *Negatiua dictio prӕposita verbo, potest, priuat potentiam, & inducit necessitatem prӕcisam.*

4 *Verbum contineri, proprietatem denotat.*

1 IN l. fi. ff. de colla. bo. dicitur† esse non posse, quod posthumus fuerit in potestate patris antequam nasceretur, quod aliàs ego interpretabar nec verè, nec fictè, & si quidam contrarium
2 senserint: quoniā est ibidem negatiua† dictio prępostia verbo potest, quӕ (vt sciunt omnes) priuat potentiam, & inducit necessitatem pręcisam: ita vt sensus sit, nullo modo potuisse esse in patris potestate: quia tunc diceret suus, & tamen nō est, nisi spe & potentia. l. posthumo. C. de colla. l. j. §. toties. & §. seq. ff. de ventr. in pos. mitten. & ad propositum est tex. in l. j. ff. de ver.
3 oblig. & gl. in c. j. de reg. iur. in vj. Et† tamen videtur mihi quod sit casus de directò contrarius in l. fi. ff. de assignan. libe. vbi senatus de quo ibi, qui tantum erat loquutus de liberis in potestate, & non de posthumis: in illis etiam locum habet, & not.
4 quod loquitur per verbum, contineri, quod † proprietatem significat. iuxta theori. Bart. in l. cui eorum. in §. affinitatis. ff. de postulan. Ergo regula prӕdicta non semper vera cogita.

CLXXXVII.

1 *Omnis diffinitio in iure periculosa, plerunque difficilis: & nulla est quӕ exceptionem non patiatur.*

1 VVlgò dicitur, quòd omnis † diffinitio in iure est periculosa: vt in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & plerumquè difficilis. i. impossibilis. vt in l. mora. ff. de vsu. & plus quod nulla est quę ex aliquo non possit esse falsa, & subuertit: in l. j. ff. de reg. Cato. Quamobrem Platone hominē diffiniente, quod est ani

mal

mal bipes, sine pennis, à Diogene Cynico derisus est: qui Gallũ gallinaceum nudatum pennis, & pluma, in eius auditorium inuexit: dicens, hic est homo Platonis, & adijciẽs posteà, latis vnguibus, & est verum. Sed ego cogitabam aliàs, ne iura superiùs allegata intelligerentur, quod & gloss. quoque in d. l. omnis diffinitio: sensisse videtur, in regula: quoniam est, quæ exceptionẽ non patiatur. imò ineptum est eam non fallere: secundum Ab. in c. de cætero. in ij. col. in prin. de testib. & ex eo etiam licet elicere quia situata est sub tit. de regulis iuris, & pari modo. l. j. sub tit. de regula Catoniana ideò cogita.

CLXXXVIII.

1 *Nepotes patre eorum exhæredato, si instituatur, non propterea efficiuntur sui exhæredatio enim in filio suitatem non tollit.*

OMnes dicunt not. tex. esse in l. qui in aliena. in §. interdum. ff. de acqui. hære. quod si pater † exhæredat filium, & instituit nepotes, ipsi statim efficiuntur sui, & malè: quoniam exhęredatio in filio suitatem non tollit. l. j. §. si filius. l. Titius. ff. de suis, & legiti. §. sui. insti. de hæred. quali. & diffe. Nec secus dicitur in d. §. interdum. quoniam esto quod nepos ibi, patre exhęredato, ipsum faciat auo necessarium hæredem: ex quo etiam ipse necessarius fuisset mortuo patre. l. ij. vbi bon. argumen. C. de hæred. & principium illius legis: eo casu limitetur: non est propterea quod nepos locum patris subintret, & sit suus: quod not. & latiùs disputauimus in l. qui se patris. in quarta euiden. C. vnde. lib.

CLXXXIX.

1 *Exhæredati pro mortuis habendi.*

NOta item & aliud: nam lex exhęredatos filios despicit: arbitrata iniustum esse vocare eos ad successionem morientium, cum noluerit expresè bonorum suorum ipsos esse participes: casus est: in §. exhæredatos. in authen. de hæred. & falcid.
1 qua ratione proditum est illud: ipsos pro mortuis † habendos esse: vt ibi, & in l. j. in §. si pater. ff. de coniugem. cum emanci. libe. & tamen videmus eum admitti in d. §. interdum. vbi ex persona nepotis consequitur, quod ex sua aliàs consequi minimè potuisset: ita vt simus in casu reg. l. Aristo. ff. quæ res pign. obli. possunt. Et obserua etiam id esse fortassis: ne cum nepos esset in potestate patris, nec sibi posset acquirere, videatur testator mori sine hærede: vt dicitur in §. Quos autem. instit. de bono. pos. & in l. & quia. ff. de interroga. actio.

CXC.

1 *Emancipati de iure ciuili, & l. xij. tab. incogniti in successione ab intestato: secus in successione testati.*

1 ILlud quod habet, quod emancipati † incogniti erant de iure ciuili, & l. xij. ta. intelligitur, & intelligi debet in successione ab intestato: quoniam aliàs in successione testati secus: licet etiam eo casu. Prætor sibi remedio bono. possess. prouiderit: tex. est in l. si ex duobus. in princi. ff. de bono. possess. contra tab. per quem ita dicebat Barto. in l. illud. in fi. ff. eod. & sensit Iason. in l. j. C. de iur. deli. & propterea dicatis hac ratione pariter & obseruetis, quod tex. in l. qui se patris. C. vnde liberi. dicit, & non sine ministerio: auum intestatum decessisse: vt nepos admitteretur ad eius successionem de iure prætorio, per bono. possess. vnde libe. si paternam hæreditatem repudiasset: licet nõ de iure ciuili: quoniam aliàs si testatus, omni casu eo iure succedere potuisset, quamuis emancipatus. l. obuenire. ff. de verb. sing. & est ad eam not. ampliatio, & adde nouissimè, quod hac ratione collatio inter emancipatos succedentes ex testamento locum non habet: vt in l. j. & ibi not. C. de collat.

CXCI.

1 *Repudiationis hæreditatis an inducatur per verbum nolo adire.*

1 IN illo articulo, An per verbum nolo † adire, inducatur repudiatio hæreditatis: pro communi, quod non: nullus est tex. nulla ratio, nullum denique argument. meo quidem iudicio, quod ita stringat: vt text. in l. Titius. in princi. ff. de actio. empt. cui in l. qui se patris. aliàs multipliciter respondebam. C. vnde libe, tum vel maximè: vt ibi etiam dixit gloss. quod intelligatur noluisse legatũ, id est, non agnouisse. Sed considera nunc, quod non dixisset posteà, nec tamen hæredem à sua petitione liberasset: & dic aliter, ac secũdò, illud esse fauore libertatis, ne seruis præiudicium fieret: quominus semper libertatem consequi possent: cuius gratia exorbitant leges. l. generaliter. §. si quis tutorem. ff. de fideicommis. liber. à quocunque peteretur, vel ab ipsis, vel à legataria: quamobrem dixit, petitione sua. Vel & tertiò quod loquitur in legato, quod habet materiam penitùs separatam ab hæreditate. Vel & quartò, quod illud ideò est, quia natura legati est: vt repudiato eo, possit iterum peti. l. Titio fundus. in fi. ff. de condit. & demon. Vel & quintò, quia eidem hæredi finem non fecerat, & quietationem: vt experientia docet: aliàs vsque ad annos 30. peti posset: quo temporis spatio concluditur omnis actio: dicit tex. in l. sicut. & in l. cum notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. anno. & est regulare: quando tamen serui libertatem non sollicitarent. Vel sextò, & vltimò vt recẽtiores quidam dicunt, quòd ibi legataria dixerat, se nolle legatum ignorante hærede, qui vendendo seruos, nulla facta libertatis commemoratione, dicetur esse in mala fide. & propterea non mirum si nõ inducitur repudiatio, & malè: quoniam hoc modo tex. ille esset de indubitabili: contra l. quod Labeo. ff. de Carbo. edict. Item quia mala fides in hærede vendente præsumi non debet. l. meritò. ff. pro soc. capit. j. de scruti. faci. & si id est, intelligi debet, non quia vendens ignoraret, sed quia poterat semper Arethusa libertatem consequi: seu alijs respectibus de quibus ibi, & ideò ex superius adductis, teneatis quã vultis, & cogitetis.

CXCII.

1 *Orationis negatiua uis.*

1 NEmo sanè ignorat † negatiue orationis vim, quę est, vt semper neget, quod non est in affirmatiua, & videri potest: quia hæc in vno actu tantum verificatur. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. illa autem in infinitum. l. hoc genus. & ibi gloss. ff. de cond. & demon. Item affirmatiua non æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de leg. ij. negatiua verò sic. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi, & ibi not. ff. de pact. & probatur ad propositum in cap. cum dilectus. de consuetu. & in l. alienatum. in §. donare. ff. de verbo. signi. & in l. si Rufinus. vbi Bald. C. de testa. mili. & in. l. iij. in §. liberti. ff. de suspe. tut. & non habet dubium. Sed tñ volo vos inde etiam id vnum obseruare, vt non ab re esse dicatis, quoniam negatio trahit secum, & includit omnes species, per quas posset perueniri ad prohibitũ, & illas remouet, quod non est sic in affirmatione: vt not. in l. si quid earum. in §. interẽptum. ff. de leg. iiij. & in l. nec intentio. C. de transactio. & sentit Bald. per illum tex. in cap. j. in prin. in vlti. colum. de prohibi. feu. alie. per Fede. in vsib. feud. & ex hoc dicebã inter alias multas rationes in l. qui se patris. proximè alle. C. vnde lib. cõtra cõmunẽ. per verbũ, nolo adire, absq; dubio repudiationẽ induci.

CXCIII.

1 *Patronus coactus adire per fideicommissarium potest mutata uoluntate pœnitere, & sibi eam retinere.*

1 PAtronus † ex parte debita hęres institutus. rogatus est hæreditatem restituere, quærit quid si eam sibi suspectam dixisset, & consequenter repudiasset, fuissetque coactus adire, & restituere, si pœniteat, an possit mutata voluntate, eam partẽ hæreditatis retinere. Videretur dicendum prima fatie quod non per tex. in l. j. in §. qui semel. ff. de succes. edict. & in l. postquam liti. C. de pact. & in c. quam sit periculosum. vij. q. j. & tamẽ contrariũ est verius qđ videtur mirabile. casus est in l. ita tamen. in fi. si patronus. ff. ad Trebel. & idem in filio, ac multò magis esse dices, cui portio etiam est magis debita: vt in l. si quis filium. in §. finali. ff. ad leg. Cornel. de fal. & illum textum. neque esse alibi Imol. in l. quia poterat. in finali. ff. ad Trebel.

CXCIIII.

1 *Tutor in facto proprio an authorari possit.*

1 TVtor (vt sciunt omnes) in facto † proprio authorari non potest: vt in l prima. & ix. l. pupillus. in §. item ipse tutor. ff. de authoritate tutorum. & tamen volo vobis dare casum, in quo valet emptio, quam sibi fecit se authore, casus est, quem not. & singul. reputat Bartol. & Roma. in l. singularia. ff. si certum petatur. in l. tutor rerum. ff. de administratio. tutorum. Sed dicas, quod eum semel vendita res fuisset, & iuste quidem, non amplius pupilli esse dicatur. nec ea ratione tutor in facto proprio authorari, & casus est satis clarus. & argumentum ad idem in l. pater. in §. quindecim. ff. de leg. tertio cum simil. de quib. plene Ias. in l. si sic. in §. si quis ita. in j. co. ff. de leg. i

CXCV.

1 *Legitimi hæredes non sui hæreditatem non aditam non transmittunt ad quoscunque hæredes, legitimi autem sui sic.*
2 *Intellectus l.fi.ff.de condi.institu.*

1 LEgitimi † hæredes non sui (quòd semper tene menti) non adeuntes hæreditatem, eam non trasmittunt ad quoscunque hæredes, legitimi autem sui sic:& ideò dicebam ego aliàs in l. qui se patris.C.vnde lib. quòd de casu. l. fina. ff. de conditionibus & institutionibus si filio instituto sub conditione potestatiua, quæ non posit impleri vltimo vitæ spiritu, nepotes substituti non fuissent, ipse filius esset patri ab intestato hæredi tate non adita, ipso iure hæres legitimus, imò suus, si decederet conditione non impleta, quia primum gradum obtinebat, & erat in potestate iuxta.§.sui.institutione.de hæreditate qualitate & differentia. & not. quòd nemo ipso iure est legitimus hæres, nisi etiam sit suus, & est vtilitas, quia operatur transmissionem hæreditatis non aditæ ad quoscunque, & si existentia sui hæredis sit momentanea, quod (vt diximus) non est in alijs.& est singulare dictum ad ea quæ habentur. in l. vnica. C. de his qui ante apertas tabulas, & in l. vnica. in §. in nouissimo. & in §. pro secundo. & in §. cum autem. C. de caduc. tollend.

CXCVI.

Nepos præteritus ab auo quomodo admittatur ad eius successionem. & dicatur commune uotum parentum eo casu esse hæreditatem ad posteros decurrere.

DIebus proximè elapsis ad vnum, quod certè est singulare, ponderabam.l.qui in aliena.§.interdum. ff. de acquirenda hæreditate. suprà eodem libro nunc placet ferè simile, &
1 aliud addere, quomodo esse † posit, quòd filius seu nepos præteritus sit ab auo id est, neque institutus, neque substitutus, & tamen ad eius successionem admittatur, dicaturque commune votum parentum esse, eo quoque casu hæreditatem ad posteros decurrere: vt in l.scripto. ff. vnde liber. & in l.prima. §.sciendum.ff.de suis & legitimis.per quæ iura ita etiam dicebat Sicul.in repetitio.l. cum acutissimi. in nonagesima quinta columna.C.de fideicommis.nisi ex hoc, quia lex fingit testatorem ita voluisse, & si contra eius voluntatem venire videatur.casus est semper not.in l.si quis eum.ff.de condition.& demonstrationibus. vbi testator reliquit seruum, ne manumitteretur, quem hæres alteri legauit sub conditione manumissionis. dicit textus. quòd licet legatarius consequatur legatum, attamen manumittere non cōpellitur, ex quo legans fingitur velle, quod est secundum legem, ne manumitteretur.

CXCVII.

Intellectus ad l.qui se patris.C.unde lib.per totum.
Emancipatus iure ciuili penitus incognitus.

LEgi hoc mane nouum intellectum quorundam repetentiū ad l.qui se patris.C.vnde lib. quod cum ibi filius posset venire † duplici via, patris scilicet de iure ciuili, & propria de iure pretorio, repudiatáque hæreditate ipsius patris, consuluisset Constan. Imper. habuit vt de iure pretorio veniret, & non ex persona patris, quoniam cum illius hæreditatem repudiasset, ex eius persona venire non poterat, & malè quia sequeretur si vellet venire, quod posset, non vsquequaque admittendum, nisi aliter deducatur, vt statim dicam, quod ipsi nō præsupponūt,
2 ad propositū emācipatus est iure ciuili penitus incognitus. §. emancipatos.insti.de hære. quæ ab intest. defer. nec nouus est, sed ex ipso met tex. colligi posse videbatur à contrario sensu,& propterea cōsidera tu, ꝙ casus habebat maximam dubitationem, quamobrē non ipse nepos, sed Leo comes orientis, cui rescribitur consuluit Principem: vt in simili dicit Abb. in capitulo.primo.in fin. de constitutio. declarando text. in l. finali.C. de legibus.& in capitulo.inter alia.de sententijs excommunicationibus: qui respondit, quod cum nepos iam patris hæreditatem repudiasset, (vt sæpissimè diximus) tanquā damnosam & esset impossibile eum admittere: ea ratione, quia emancipatus de iure ciuili, quod secus, si contendisset se hæredem, quia potuisset vtique non obstante emancipatione, ex persona patris, & in consequentiam ac per obliquum, quod ex sua principaliter & directò consequi minimè poterat: vt est argumentum.in l.posthumus.cum not.ibidem in §.finali.ff.de inofficio. testament. & in l. qui in aliena. in §. interdum. ff. de acquirend.hæreditat. & in l. Aristoteles. ff. quæ res pigno.oblig. possunt. admitti non poterat aliter quam per bonorum possess.de iure pretorio.& sensit Bartol. in primis verbis illius. l.& benè, licèt non ita deducat.& no.quòd cum ad consultationē respondeatur, nec alibi cautum iure reperiretùr, fuit tunc noua constitutio: vt est tex.in capitulo ex multa.de voto.aliàs secùs: vt in capitulo. consultationibus. de temporibus ordinationum.

CXCVIII.

1 *Voluntas nostra non potest circa incognita ferri, fallit nume.2.*

1 HAbetis, quòd † voluntas nostra circa incognita fieri non potest: vt in l.non est ferendus.ff.de transactionibus.& in l. emptor.in §. Lucius.& in l.tres fratres. ff.de pactis. in tantum vt alibi dixerit Bal. quod non intelligitur animo tutoris geri, quod geritur ab ignorante.in l.finali per illum tex. ff.de eo qui pro tuto. & nihilominus volo vobis dare casum in quo fertur
2 † in l. hæreditate.in §. primo.ff.de castren pecu.vbi filiusfami. paganus fecit testamentum de peculio castrensi, & dum ignoraret se hæredem patris extitisse, decessit dicit ibi text. quod hęres scriptus vniuersa bona habebit, perinde ac si pauperrimus, facto testamēto decessisset ignorans se locupletatum per seruos alio loco agenter. ergo malè. Sed dicas fortè esse illud ideò ibi, ne pro parte testatus, & pro parte intestatus decessisse videretur, & fauore testamenti paterni conseruandi: vt in l.ne gare. ff.quemadmodum testament. apert.& sine hærede reperiretur decessisse: vt in l. & quia.ff.de interrogatione actionū. & in §.quos autem instituit de bonorum possessione: & quia etiam in eum dominium ratione suitatis erat continuatum: vt in l.in suis.ff.de libe.& posthu.quæ omnia notanda sunt, & menti tenenda.

CXCIX.

1 *Argumentum ad tollendum sufficit dare instantiam, intellige dummodo instantia sit in materia nu.8.*

1 VUlgò solemus dicere, quod † ad tollendum arg.sufficit dare instantiam.&est gl.in ꝗ. sicut vrgeri.ij.in ordin.j.q.j.& in l.manumissiones quoque in ver. tria genera.ff.de iusti.& iur.& in l.qui se patris.in ver. facultates. ibi, fallit in seruis cognatis. C. vnde lib.imo tex.in §.Pauonum.insti.de re.diui.& in l.pluribus in §.& si placeat.ff.de ver.ob.& in c.iurisgentium.j. dist. & propterea non est ex his verum, vt dicebat Sal.in l.precibus. in iij. col.in prin.C.de impu.& alijs substi.& post eum Ias. in l. creditori. in ij. ff. de no.ope.nun. quod. miseri sint canonistæ, qui cum aliud dicere nesciunt, ad instantias recurrunt, quandoquidem & iuristæ (vt diximus) hoc idem faciant. & est verum. Sed volo vos vnum hoc non ignorare, quod perpetuò ob
2 seruabis, id ita demum procedere, si † instantia sit in materna, aliàs arg.non tolleret neque corrueret, quod alijs casibus iure cautum non reperio, tum vel maximè, cum à simili argumentamur: vt not.in l. non possunt.ff.de legi.& fuit singulare verbum Abb.in c.constitutus. in iij. no. de app.

CC.

1 *Substitutio an sit secunda institutio.*
2 *Conciliatio l.quærebatur.ff.de mil.test.& l. licet Imperator. ff.de leg.j.*

LAborant multum Doctores. in rubrica. ff. de vulgari & pupillari. in solutione contrarij. l.querebatur. ff. de militari. testamento. tum & maximè Ias. & diximus nos etiam in
1 rubica.C.de impube.quia dicebatur, substitutionem esse † secundam institutionem, & tamen ibi est secunda institutio, quę non est substitutio, & dicunt, quod imò est substitutio. l. miles ita. ff. eod. ibi, nemine substituto, & benè, sed obstat, quia si esset substitutio, legata facta ab instituto, censerentur repetita à substituto.l. licet Imperator. ff. de legatis. primo. & tamen ibi contrarium dicitur. & in hoc (vt dixi) est labor. Sed dicebam ego aliàs in loco præallegato.& est notabilis solutio.responderi posse vltra eos regulam.dictę l.licet.fallere in casu dictę l. quærebatur. quoniam sicuti speciale est fauore militiæ: vt in l. prima. C. de iuris & facti ignorantia. militem posse decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, ita etiam est speciale legata facta ab instituto, in dubio nō censeri repetita à substituto.& est simile in c.j.& ibi no. Abb. in prin. de præscrip. vbi fauore fidei (quòd videt mirabile) præscri. pōt contra

contra ecclesiam, etiam in rebus immobilibus spatio triennij, & cum mala fide quoque, & sic non obstabit regula. l. prima. C. de dotis promissis. & l. cùm post. §. gener. ff. de iure dotium. quòd duo specialia non debent simul concurrere, quoniam vnum venit in consequentiam alterius. & vtrobique est casus clarus.

CCI.

1 *Vulgaris substitutio expirat aditione hæreditatis: & tamen si aduersus aditionem hæres restituatur, reuiuiscit.*

2 *Intellectus l. qui res. §. aream. ff. de solutio.*

1 Scitis quod† vulgaris substitutio expirat per aditionem hereditatis. l. post aditam. l. precibus. C. de impub. & alijs subst. & tamen si aduersus aditionem heres restituatur, reuiuiscit: vt in d. l. post aditam. not. & in l. ex contractu. ff. de re iudi. & videtur mirabilè, ac contra text. in l. qui res. in §. aream. ff. de solut. tantò magis: quia dicit Bartol. in authentica. quas actiones. in penultima. colũna. C. de sacrosanctis ecclesijs, quod in his quę ipso iure tolluntur: res non facilè reuertitur ad naturam suam & sic intelligitur regul. l. si vnus. §. Pactus ne peteret. versicul. quod in specie. ff. de pact. nisi respondeamus, & † verum: vt dixi in d. l. precibus. in secunda lectura. in secundo euidentiali id esse, ne contingat testatorem sine hærede decedere: vt in l. & quia ff. de interrogat. actio. & in §. cum autem. instituti. de bonorum possessione. & in l. prima in principio. C. de cadu. tollend. qua ratione etiam substitutiones inuentæ fuerunt: vt ibidem dicitur, & institut. de vulgari substitutione. in princip. & in l. generaliter. C. de institutione & substitutione sub conditione facta. ita vt non ab re sit regulam d. §. aream. fallere in casu isto, sicut & alijs: idque contigere ex ipsa legis dispositione: vt in interlocutaria dicimus: in l. quod iussit. ff. de re iudica. declarandum vt per Bald. in capitulo cum cessante. in fi. de appellatione. & in l. heredem. & ibi glos. in versiculo. postulatorũ. ff. de his quib. vt indig. & in l. propter veneni. in §. neptis. ff. ad sillania.

CCII.

Pupillaris substitutio dicitur facta in secũdum gradum. vulgaris in primum. & quæ sit ratio.

1 Pupillaris† substitutio: vt se habet magis communis opi. in d. l. precibus. in principio. dicitur facta in secundum casum: quia vulgaris in primum. & mirum maximè videtur: quoniam plerumquè euenit, vt filius se abstineat ab hæreditate patris: sed dicas nihil esse: non que hoc regulare non sit, & regularis rei dispositio non attendatur: iuxta text. not in l. eam quam. C. de fideicommiss. sed quia non dicitur quis decedere sine herede: si hæredem habeat, licet abstinentem: casus est multum singularis in l. cum quasi. in §. sed & si quis ff. de fideicommiss. lib. quam semper tene menti. & hac ratione fortè, quod suprà proximè diximus, non est tutum: nisi respondeamus: vt notat. in d. l. post aditam.

CCIII.

1 *Responsio debet habere tres qualitates: ut scilicet sit, pertinens. absoluta. & clara.*

1 Solet dici quòd† responsio debet habere tres qualitates: vt sit pertinens. l. si duo. §. si quis. ff. de re iudi. & not. in l. fi. in prin. ff. de condict. indeb. & in l. si fine. in §. sed quod Papinianus. ff. de inoffi. testa. Item absoluta, & clara: ne voluntatis quæstionẽ relinquamus: vt in simili docetur in l. iam hoc iure. in fi. ff. de vulg. & pupilla. substit. & hac ratione respondens Imperator alibi mulieri obscurè interroganti dixit, precibus tuis manifestiùs exprimere debueras: in l. precibus. C. de impub. & ali. substitu. licèt contra primum facere videatur text. in l. finali. C. de senten. pas. vbi proponitur quæstio de viribus testamenti. & tamen respondetur de patria potestate: sed responde nihil esse: quoniam ex ea irritatio testamenti sequitur: vt ibi Bald. declarat, & benè, & dicas ampliùs: secundum quoque verum esse: quando absolutè potest responderi: aliàs secus: tex. est not. in l. Mæuia. in §. vxore. ff. de annula. leg. & ad tertiũm quod consilium est, & legis, ac propemodum ratione supra dicta sequendum: vt in simili etiam facit in l. is qui destinauit. ff. de rei vendicatione. & in l. prima. ff. de inofficio testamento. & est quinta ipsius virtus: vt in l. legis virtus: & ibi gloss. & Doctores. ff. de legi. & dixi in dicta. l. precibus. in secunda lectuta. in primo notatu.

CCIIII.

1 *Imperatores & iurisconsulti quandoque secundum contingentiam factorum, quandoque uerò per modum tradendæ disciplinæ. & uide suprà apophth. 123.*

Dixi aliàs suprà apophthe. centesimo vigesimo tertio. quòd l. quod Labe. ff. de Car. edicto. non habet locum in legibus C. & sensit Deci. in l. illam. C. de collat. quia imperatores processerunt secundum contingentiam factorum: iurisconsulti. verò per modum tradendæ doctrinæ: post Fulg. tamen in rubrica. C. de seruis fugitiuis. & alibi vltra eum Odoffre. in l. edita. in tertia columna. C. de eden. hac ratione fortè, quod Imperator processit ad libitũ voluntatis: Iurisconsulti verò ordine artificioso: ꝙ & nouissimo loco etiam ꝓbari posse videt̃ per tex. in dicta l. precibus. C. de impuberis. & alijs substituti. ibi, nam non incerti iuris est: &c. quod tamen intelligi posset respectu ipsius legislatoris, non aliorum: vt in capitulo primo. de consti tutione. in sexto. & in l. omnium C. de testamento. & est verum: sed tamen volo: vos non ignorare, & in legibus. C. etiam ipsum id fecisse: text. est not. in l. finali. in principio. ibi, faciebat autem in eis quæstionem. C. de pact. & intellige quæstionem, id est, dubitationem: vt in l. iam hoc iure. ibi, voluntatis quæstio. ff. de vulgari & pupillari. in l. ille aut ille. in §. cum in verbis: ibi, voluntatis quæstio. ff. de legatis tertio. cogita.

CCV.

1 *Mater ex pupillari substitutione an priuetur filij luctuosa hæreditate. & an legitima.*

Maximè mirum videtur, si non haberemus tex. clarum in capitulo. si pater de testamento. in sexto. in l. Papinianus. in §. sed nec impuberis. & ibi Bart. ff. de inofficio. testamento.

1 & est communis opinio. ex pupillari † substitutione, matrem existentem in medio, nedum luctuosa filij hæreditate priuari, si in pupillari ætate moriatur: vt inquit aliàs text. in l. finali. C. de institutionibus & substitutionibus. sub conditione factis. & in l. prima. in fin. C. de his qui ante apertas. tabulas. verum etiam legitima eidem non minus debita, quam filio in bonis matris: iuxta not. in l. nam & si parentibus. ff. de inofficio. testamento. & in l. scripto. ff. vnde liberis. & nõ potest ex alio esse, quod à vobis omnimodò obseruandũ est, nisi ex hoc: quia lex consiliũ testandis prudẽs est arbitratã: vt in l. Lucius. ff. de hęreditate instituẽda & maximè patris: ne malũ cõsilium capiat pro filio: vt in simili dicitur in l. nec in eadem in fin. ff. ad legem. Iuliam. de adulteris. & in l. Aurelius. in §. Titius. ff. de liber. leg. ita vt si testamenũt faciat pupillo, pupillariter (vt diximus) substituendo: non ab re præsumatur matri substitutum prætulisse: & sic hoc ius priuandi eam per indirectum, & ex persona alterius consequutũ filium, quod ex sua consequi non potuisset: vt dicitur in dicto. capitulo. si pater. & est ad idem regula in l. Aristo. ff. quæ res pignori obligari possunt. & in l. si communem. ff. quemadmodum seruitutes amittantur. cum simili. in tantum ad propositum patris, quod si statu: um dicat mulierem non posse contrahere sine consensu duorum propinquorum etiam cum iuramento, non habeat locum in filia patri renuntiante: secundum Bald. in l. pactum in vltima columna C. de collatio ni. & ad idem alibi si adit hæreditatem delatam filio infanti. quod eum absque dubio obligat. in l. si infanti. in tertia columna. in fine. & principio sequent. C. de iure deliberan. & dixi ego in l. precibus. in secunda lectura in not. C. de impub. & alij. substitu.

CCVI.

1 *Præteritio matris habetur pro exhæredatione, & ita præterito datur querela, & non contra tabulas.*

2 *L. illud §. ad testamenta. ff. de bonorum possessione. contra tabulas limitatur per lege Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoff. fi. testamen.*

1 Præteritio matris habetur loco exhæredationis. l. illud. §. ad testamenta fœminarum. ff. de bonorum possessione contra tabulas. ita vt eidem querela, & non contra tabulas. competat ad testamentum subuertendum. Sed contra de l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inofficio testament. vbi pater

pupillariter filio substituit: quæ substitutio testamentum est filij ipsius: vt ibi, & in §. igitur. institutionum de pupillari substitutione. qua ratione videmus, quòd pubertate eueniente expirat: vt in l. quamuis. C. de impuberis. & in l. iam hoc iure. ff. de vulgari & pupillari substitutione. quia eo casu tunc potest sibi ipsi prouidere: in tantum vt prouisione paterna ampliùs non egeat: vt declarat Por. institu. de pupillari substitutione. in princi. Et tamen mater querelam non habet. Solue vt suprà proximè dixi & declara reg. d. §. ad testamen. limitari per d. l. Papinianus & tene menti.

CCVII.

1 *Testatoris voluntas quando pro lege non seruanda.*

1 VOlo vobis dare no. casum: in quo voluntas testatoris† non est lex: nec seruanda vt lex: ita vt nec etiam videatur potuisse de rebus suis ad libitum, & quomodò voluisset disponere: contra tex. in l. j. C. de sacrosanct. eccle. & in §. disponat. in authentica. de nup. & in l. in conditionibus primum locum. ff. de conditionibus & demonstrationibus. & in l. in re mandata. C. manda. & in l. sed & si lege. in §. consuluit. ff. de petitione. hęreditatis. cum simil. & tamen non est captatoria, nõ derisoria, non humanitati repugnans: aut contra leges, & constitutiones vel quia famam, & existimationem ipsius testantis lædat: vt in l. conditiones. prima, & secunda, & in l. quidam in suo. & vbique not. ff. de condit. insti. tex. est breuiter in l. paterfamil. testamento. ff. de hęred. insti. vbi paterfami. testamento iussit hæredes monumentũ facere & qui non fecisset, omnes exhæredes esse: vnus non fecit, imò nec hæreditatem adijt, & tamen non ideò minùs hæres esse desijt alius qui fecit. Quod ex alio (vt arbitror) non est: nisi ex eo quia facto vnius, alius exhæredari nõ debet, & ipsemet textus dicit, & si voluntas fuit saltem irrationabilis, & ea ratione executioni non demandanda. cogita.

CCVIII.

1 *Miles non potest pupillariter substituere filio suo, nisi eum habeat in potestate. & quæ sit ratio.*

1 MIles† & si multa habeat priuilegia, non tamen potest pupillariter substituere filio suo, nisi eum habeat in potestate. l. precibus. C. de impub. & alijs substi. l. quamuis. eod. ti. l. moribus. ff. de vulg. & pup. subst. & non ab re: vt dicit Cur. in d. l. precibus. in iij. not. quia priuilegium eius non debet trahi ad iniuriam venientium ab intestato. l. impuberi. ff. de adminis. tut. Sed tu aduerte, quia hac ratione attenta, alijs non militibus, non videretur hoc priuilegiũ concessum, & tamen est falsum, vt omnes ibi dicũt. Vlteriùs priuilegium istud in expressa pupillari non deberet trahi ad iniuriam matris: vt priuaretur legitima, & tamen trahitur: vt est commu. opi. in d. l. precibus. Ideò dicas tu id esse, quia miles non est priuilegiatus, nisi in casibus à iure expressis. l. in fraudem. §. fin. & ibi not Bald. ff. de mil. test quod tene menti.

CCIX.

1 *Emancipato substitui non potest, exhæredato autem sic. & quæ sit ratio.*

1 EMancipato† substitui non potest. d. l. moribus. ff. de vulg. & pup. exhęredato autem sic. l. j. §. fi. ff. eo. & non habet dubiũ. Sed quęro quę est ratio. Ias. in d. l. moribus. in ij. col. & Cur. in d. l. precibus. in iij. no. pręalleg. post Alberic. in rubric. eod. ti. & Ioan. Fab. insti. de pub. substi. in prin. dicebant illud ideò esse, quia substitutiones inuentæ sunt de iure ciuili, & propter patriã potestatem, quo iure emancipatus erat incognitus penitùs, & extraneus. §. emancipati. Insti. de hære. quæ ab intest. def. extraneo autem fieri non potest. §. extraneo. insti. de pupil. ergo. Vel quia pater & filius censentur vna & eadem Persona. l. fi. infrà eo. quod non habet locum in emancipato, vt ibi not. Doct. Sed considera confundi hæc omnia per tex. in l. patris & filij. ibi, iure prætorio loco vnius testamenti habetur. ff. de vulg. & pup. subst. quo emancipatus erat incognitus. §. Quos autem. insti. de bon. pos. d. §. emancipati. Vlteriùs sequeretur, quòd vulgaris hac ratione etiam fieri non posset. & tamen est falsum. d. l. moribus. Vlteriùs substitutiones inuentæ sunt potius ne filius moreret sine hærede. l. vnic. in prin. C. de cadu. tol. l. generaliter in prin. C. de insti. & subst. & insti. de vulga. in prin. quę ratio militat etiam in emancipato. ergo rationes falsæ. Et ideò dices tu illud ideò esse, quia multa requiruntur vt dicta substitutio valeat. tum et maximè vt filium sit in potestate, & in familia testantis. l. moribus. præall. l. cohæredi. §. cum filiæ (reddendo singula singulis) ff. eod. quod non est in emancipato, in exhæredato autem sic. & latius dixi in dict. l. precibus. in secunda. lectura. in iiij. not.

CCX.

1 *Mater ex substitutione pupillari, quòd possit legitima priuari iure poli, sicut & iure fori in bonis filij. & suprà apopth. 205.*

MAgna est altercatio Doctor. in capitu. si pater. de testam. in vj. & in d. l. precibus. C. de impub. & alijs substitutio. an
1 mater legitima in bonis† filij, qua potest ex substitutione pupillari expressa priuari de iure fori, priuari possit etiam de iure poli. Deci. & sequaces breuiter ibi, videlicet in dicta l. precib⁹. videntur tenuisse, quòd non, & sic conclusionem communem limitare debilibus fundamentis: vt per eos. Ego verò teneo absolutè contrarium hoc solo, quia aliàs dispositio. d. capitu. si pater redderetur elusoria, & seruiret nobis de nihilo, quoniam semper mater per denuntiationem euangelicam compelleret substitutum ad restitutionem dictæ legitimæ, & malè ac contra text. in cap. commissa. de electio. in vj. & in l. secunda. C. commu. de legat. Ad argument. facilè respondetur, vt dixi in dicta l. precibus & tantò magis etiam, quia nunquàm voluntas testatoris exequutioni demandaretur, imò circumueniretur, de quo lex multùm solet indignari: vt in l. si quis pecuniam. & ibi Bald. ff. si quis omissis causis. testamentum tene menti.

CCXI.

1 *Cautela ut quis de euictione non teneatur.*

REgulare est, quem de euictione teneri, ne cum iactura alterius locupletetur, quod esset contra naturalem æquitatem de qua aliàs in l. nam hoc natura. ff. de condictione indebiti. & in l. planè. & in l. finali. ff. de petitione hæreditatis. & in ca-
1 pitulo locupletari. de regulis iuris in sexto. Sed † cautela est no. & sing. ne teneatur: vt dimittat aliquid ex causa transactionis. tex. est quem omnes exclamant in l. si pro fundo. C. de trãsactio. de quo multa scripsi in l. si vnus. in §. pactus ne petere. ff. de pact.

CCXII.

1 *Verbum intelligitur, exponitur pro præsumitur, quando dicitur substitutionem factam in unum casum, intelligi factam in utrunque.*

1 IN l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. substitut. dicitur, quòd si substitutio† facta in vnum casum tantum, facta intelligetur in vtramque. dubitabam quomodò exponeretur verbum, intelligetur, & prima facie videbatur dicendum exponi debere. idest fungeretur: vt exponitur etiam in l. j. in prin. C. de rei vxo. actio. & sensit Lancel. Dec. in l. quamuis. C. de impuber. & nihilominùs obserua nõ esse verum, quoniam fictio est super certo: vt not. in l. j. in §. accedit. C. de rei vxor. action. quo casu probatio admitti super eo non posset. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligat. & in terminis not. Bald. in l. penultim. C. de interdict. matri, & tamen admittitur, vt in l. in testamento. C. de mili. testa. & in d. l. quamuis. & no. glo. in l. precibus. in persic. omnimodò. C. de impub. & alijs substitutio. ergo exponi debebit intelligitur. idest præsumitur, quæ præsumptio est super dubio: vt in d. §. accedit. legitur, dubia autem probari possunt ergo. ad propositum huius expositionis est text. iunct. gloss. in l. fi. & in fi. princip. ff. de iureiurand.

CCXIII.

1 *L. fi. ff. commu. prædio. multo modis limitatur.*

1 L. fina. ff. commu. prædio quòd vltima † voluntas in suspenso stare non potest, habet plures limitationes, sed vnam vltra eas quas recensui aliàs in quàm pluribus locis, velim nunc notetis, vt fallat, & limitetur in conditionibus. secundum Imo. in Mutianæ. in tertia columna, ff. de conditionibus & demonstrationibus. ita vt inferri posse videantur ad vnam communem conclusionem, quàm aliàs disputaui latissimè in l. precibus. in secunda lectura. C. de impube. & alijs substitu-

quòd

quòd tacita pupillaris in vulgari expressa inest, etiam à principio, & indistinctè, siue mater sit in medio, siue non, quoniam nihil aliud est, quam conditionalis institutio: vt in l. qui liberis. in principio. ff. de vulgari & pupillari substitutione. & in l. in ratione. in §. si filio. ff. ad legem Falcidiam. & notat Bald. in l. sub conditione. in secunda columna. ff. de hæredita. instit. & hinc est, quòd legata relicta ab instituto, censentur etiam repetita à substituto: vt in l. licet Imperator. ff. de leg. primo. & sentit Archiepiscopus. in capitu. si pater. in iiij. col. de testa. in vj.

CCXIIII.

1 *Mater an ex renuntiatione iuris sibi competentis ex tacita pupillari comprehensa in expressa vulgari, efficiat ut substitutus aliàs exclusus admittatur.*

1 Circa illam conclusionem, an † ex renuntiatione iuris sibi competentis ex tacita pupillari, comprehensa in expressa vulgari, mater efficiat, vt substitutus, qui aliàs erat exclusus, admittatur, in qua omnes ferè tenent partem affirmatiuam. multa dicunt Doct. in d. l. precibus. in solutione contrarij. l. filiusfamil. §. cum quis ff. de leg. j. quod maximè vrgebat, ex quo filij ibi excludunt substitutum, & si ipsi non succedant, ita vt pari ratione idem videretur dicendum substitutum excludi in casu prædicto, & si mater non succedat. & bene: vt per eos. Sed nouissimo loco. & nos ibidem in ij. lect. dicebamus argumentum facilè tolli posse, quoniam termini non sunt pares. nam verum est filios non esse actu, & de præsenti eo tunc hæredes, sed tamen potentia & habitu, quia poterant aliquando succedere ei, cui erat facta substitutio, ex testamento, vel ab intestato, sed non mulier, postquam renuntiauit in casu isto, & est argumentum in l. postquam liti. C. de pact. & in l. j. in §. qui semel. ff. de success. edict. & in c. quam sit periculosum. vij. q. j. ergo non mirum, si eo casu substitutus excluditur, isto autem non, & sensit gl. ibidem. & Alex. in l. ex facto. in §. si quis rogatus in iiij. col. ff. ad Trebel. quod menti tenebis.

CCXV.

1 *Miles in dubio præsumitur uelle uti dispositione iuris communis.*

1 Miles † in dubio præsumitur velle vti dispositione iuris communis. l. quanquam. C. de testa milit. & hac ratione dicunt aliqui in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. respondentes ad contrarium. l. Centurio. ff. de vulga. & pup. substi. & fuit originalis solutio Benedi. de Plumbi. quam tamen sibi ascripsit ibidem Lancel. Deci. non mirum esse. in d. l. precibus. si substitio facta filio post pubertatem obliquatur, ex quo non erat ad certam ætatem restricta, in casu autem. l. Centurio sic, & malè quoniam imò. & est no. limitatio ad d. l. quãquam. præsumitur voluisse testari iure militari, ex quo sibi etiam vtiliùs erat. & sic omni meliori modo quo potest. & expediat magis. casus est not. in l. iij. ff. de milit. testa & propterea videnda sunt quæ ego dixi in d. l. precibus.

CCXVI.

1 *Clausula codicillaris semper subintelligitur in testamento inter liberos. fallit. numero 2.*

Gloss. habetis singul. in l. cohæredi. in §. cùm filiæ. ff. de vulgari & pupillari substitutione. in ver. non valuit. quòd in te-
1 stamento † inter liberos subintelligitur semper clausula codicillaris, quæ multum operantur: vt not. Bar. in l. j. ff. de iur. codicil. & ideò alibi Ias. in l. precibus. C de impub. & al. substi. in x. col. in prin. dicebat, quòd sicuti compendiosa facta verbis directis trahitur ad fideicommissariam post tẽpora pubertatis, si in testamento clausula prædicta esse reperiat: ita trahetur in testamento conditio inter liberos: ratione prædicta: quod vsq;
2 quaque mihi tutum nunquam est visum: quoniam hoc † modo inducta in ipsorum filiorum fauorem, retorquerentur in odium, ex quo fideicommissum est onus, & grauamen. d. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. eo. ideò cogitandum est: & dicendum, vt dixi in d. l. precibus.

CCXVII.

1 *Dos materna transit ad filias ex prima uxore, non ad filium ex secunda uxore susceptum.*

Pridiè euenit mihi casus, in quo nostrum quilibet contrarium prima facie dixisset et eius quod dicam nunc: nam pa-
1 ter ex prima † vxore suscepit filios, & filias: moritur vxor, filij masculi ex forma statui Ferrariensis in dote materna, fœminis maximè dotatis, & nuptui traditis, præferuntur: moriuntur & filij: quibus succedit absque dubio pater: & postea transit ad secundas nuptias: & alium filium masculum succepit. posteà moritur & ipse: quærebatur an dos primæ vxoris, esset filiabus reseruata: an verò per aditionem patris fuisset effecta patrimonium ipsius, & filio ex secundo matrimonio deberetur: tantò magis, quia condidit testamentum, & eum hæredem instituit. Vnusquisque vestrum diceret, filio deberi & non sororibus ex parte patris, & tamen contrarium est verius: propter transitum ad secunda vota. ita Sali. in l. fœminæ in §. j. in fin. C. de secun. nupt. qui tamen legendus est: iuncta Theorica Abb. Panormita. in c. fina. eodem titu. in fin. ne aliàs text. ille videatur obstare prout re vera non obstat: vt ibi per eum. quod in practica perpetuò menti tenebis.

CCXVIII

1 *Conciliatio l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. ff. de lega. j. & l. precibus C. de impub. & alijs substit.*

2 *Voluntas non minus facto, quàm uerbis datur intelligi.*

Qvantum laborent scribentes in resolutione contrarij. l. si seruus legatus. §. si seruus alienus. ff. de legat. l. precibus.
1 C. de impub. & alijs. sub. in illa questione an † compendiosa pagani facta verbis directis post tempora pubertatis, valeat iure fiedicommissi tenendo opinio. Ioanes. Andreas. in capitulo. si pater de testamen. in vj. quia plurimum vrgere videbatur pro communi: quæ est quòd non, ex quo libertas fauorabilis est l. generaliter. §. si quis. ff. de fideicommissa. lib. l. prima. ff. de ma. testamen. cum similibus: & tamen directò data ibi non obliquatur: ergo nec compendiosa vt suprà nemo vestrum est qui nesciat. Quorum sol. non refero: sed volo vos non ignorare. d. tex. in propositum nihil facere, neque argumen. concludere: quoniam loquitur in legato: quo casu tractatur de damno vitando. l. à Titio. ff. de fur. Conclusio autem in fideicommissario tractante de lucro captando: horum autem non est par eadem que ratio. l. fin. C. de codicil. ergo. Vel & aliter: quia agitur ibi de acquirendo iure manumissori. §. qui autem. institu. de singu. reb us. per fideicommis. relic. vbi in compendiosa, & hoc casu, testatori succeditur. l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulg. & pupil. substi. Aut tertiò, & vltimò: quia constabat apertè testatorẽ voluisse nullo modo valere: ex quo legauerat ipsum alteri: cum
2 non minùs facto quàm verbis voluntas † detur intelligi. l. Paulus. ff. rem ratam habere l. reprehendenda. C. de insti. & sub. sub condi. fac. imò plus facto, quàm verbis inquit alibi tex. in l. si tamen in §. ei qui. ff. de ædil. edic. quod hîc non est considerabile: & dixi latè in d. l. precibus. in vtraque lectura: vt videri potest.

CCXIX.

1 *Iuramentum habet uim clausulæ codicillaris ut faciat ualere actum omni meliori modo &c. interdum tamen nihil operatur nu. 2.*

1 Ivramentum † habet vim clausulæ codicillaris, vt actus valeat omni meliori modo, quo potest: text, est in l. cùm pater. in §. filius matrem. ff. de. legat. secundo. per quem multa dixi in c. l. precibus. in secunda lectura. C. de impub. & alijs. substitu. Sed tamen volo vos non ignorare ipsum etiam plerumquè esse
2 ctũ † habere nihil operandi: quia consensus deficiat: exempli gratia, contractum minoris validat, non obstante defectu solennitatis: authenti. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. cap. j. §. item sacramenta. de pa. iura. fir. in vsibus feudorum. ratione supradicta: non tamen validat contractum infantis, seu furiosi, qui consensum non habent: ex quo est de substantia obligationis. l. obligationum substantia. ff. de a & a. onibus. & obligationibus. ita Roma. in consilio ccccxvij. incipiente. in casu. in sexta columna. in fine. & principio. sequenti. & est singula. declaratio ad d. authent. sacramenta puberum. semper notanda.

CCXX.

1 *Notariorum ignorantia qui ignorent uim clausularum non debẽt esse testatoribus damnosa.*

1 NOtarij† ignorant absque dubio virtute clausularũ: quas in testamentis apponunt: contra quos inuehit Bartol. in l.j. in iij. colum. ff. de iure codi. loquens de codicillari: & aliàs Bald. de ea, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum: in l. iam hoc iure in §. fina. ff. de vulga. & pupilla. substi. & in genere Odof. in l. si frater. C. de fideicom. sed considera, vt idem Bald. dicit in d. l. iam hoc iure. post Cyn. & est singulare verbũ, quòd ignorantia ista testatoribus damnosa esse non debet: ex quo faciunt, vt ij, qui bene cantant, non tamen per rationem: & quia vltra eum, licèt verè ignorent, habent tamen præsumptionem scientiæ, ratione officij: vt in c. j. de seruit. fa. & in l. meritò. ff. pro soc. & in l. j. in §. fi. ff. de vent. inspi.

CCXXI.

1 *Verbum, aliqua, uerificatur etiam in qualibet minima particula, subiecta tamen materia dictante.*

1 VErbum aliqua, subiecta† materia tamen dictante, verificatur etiam in qualibet minima particula: glosſ. est in clemẽ. j. de foro competen. & non ab re dixi subiecta materia dictante: quia si non dictaret, secus esset: vt in l. Gallus. in §. in omnibus. ff. de libe. & posthu. vbi filius aliqua ex parte hæres institui debet: & tamen in minima parte intelligi non potest: ex quo de iure fforum debebat in legitima tota intelligi, licet de iure. C. secus. l. omnimodo. C. de inoffic. testamen. & ideò dici solet, quòd qui eo modo loquitur: perfectè loquitur: quoniam est vera sermonum interpres: secundum Bald. in l. j. in vj. col. C. qui accusa. non po. & in l. data opera. in ix. C. eo. & est argu. in l. si vno. ff. loca. quia inde videmus etiam, quòd minor si aliquid damni patiatur, restituetur: vt in l. minoribus. 25. annis. ff. de mino. & tamen eo casu de minimis non curat prætor. l. scio. ff de in integ. resti. quæ lex habet locum etiam in maiore: quoniam in l. fi. C. ex quib. cau. ma. dicitur, si aliquid damni patiatur &c. & hac ratione ad propositum malè loquitur Albe. in l. cùm acutissimi. C. de fideicommi. quod l. si vnquam. C. de reuo. do. non habet locum in donatione rei particularis: ex quo vtitur supradicto hoc verbo, aliqua. Quo etiam dicebam aliàs in l. precibus. in ij. lectu. in glo. fideicommissi. C. de impub. & al. sub. si testator dixisset in testamento suo quandocunque filius meus sine liberis decesserit, volo quod hæreditas mea sine aliqua diminutione perueniat ad talem: quòd debebitur sine aliqua detractione legitimæ seu Trebellianicæ: quod semper nota.

CCXXII.

Verba generalia non includunt personam priuilegiatam in eo in quo priuilegiata est: nisi tenderent directo ad tollendum priuilegium.

VErba† generalia, seu vniuersalia non includunt personam priuilegiatam in eo, in quo priuilegiata est: vt inquit Sali in l. fi. in prin. C de iu. do. vbi si statutum dicat generaliter, instrumenta publica non probare, nisi reperiãtur in memorialibus registrata: non habet locum in instrumentis dotalibus: & bene dixi in eo quo priuilegiata est: quoniam aliàs refragaretur text. in l. in fraudem in §. fi. ff. de mil. testa. & ibi not. Bal. in specie. Sed tamen volo vos aduertere, nec dictum Sali. procedere generaliter: quando verba in lege posita tendunt directò ad tollendum ipsum priuilegium, quod habet: casus est in §. pe. in authen. de hære. & Fal. qui venit ad correctionem. l. j. §. denique. ff. ad Trebel. inducendo vt per me in l. precibus. in ij. lectu. in glosſ. fin. in princip. C. impub. & alijs. subst. quod nota, & tene menti.

CCXXIII.

Donatione simpliciter permissa, non intelligitur permissa donatio causa mortis nisi exprimatur: & tamen prohibita, secus. & quare.

MIrum mihi semper visum est, quod† donationis verbo, cõtineatur donatio inter viuos, & etiam causa mortis: vt in l. alienatum, in §. donationis verbo. ff. de verb. sig. ita vt prohibita simpliciter, dici possit etiam prohibita donatio mortis: & nihilominùs vbicunque permittitur simpliciter, non intelligitur permissa causa mortis: sed requiritur particularis, & specifica mẽtio: tex. est singula. in l. filiusfami. ff. de do. nec secus intelligitur. d. §. donationis. quod ex eo etiam videre licet: quia vtraque est eiusdem Vlpiam. Quamobrem multæ in his locis traduntur solutio. Sed cogita tu, quoniam nulla prædictarum placet, si dici possit, & credo verissimum differentiæ rationem esse: quia prohibitio regulariter magis prohibet: quam permissio permittat: vel legis fuerit, vel hominis. l. si mulier. §. j. ff. quod met. cau. l. hoc genus. vbi gl. magistra. ff. de condi. & dem. c. cũ dilectus. de consue. & ratio est: quia prohibitio generis secũ trahit & includit omnes species, per quas perueniri posset ad prohibitum: illásque remouet, quod non est in permissione: vt in l. nec intentio. C. de transac. & in l. si quid earum. in §. interemptum. ff. de leg. iij. & no. Bal. in c. j. in vl. col. de phi. feu. alie. per Fede. in vsib. feud.

CCXXIIII.

1 *Dictio negatiua præposita uerbo, potest, priuat potentiam, & necessitatem inducit. fallit tamen. nu. 2.*

1 DIctio† negatiua præposita verbo potest, priuat potentiam & inducit necessitatem præcisam. l. j. ff. de verbo. obliga. l. nemo potest. ff. de leg. j. ca. i. de reg. iur. in vj. sed contra. de l. fi. ff. de col. bo. vbi posthumus antequam nascatur, non potest dici in potestate parentis esse: & tamen senatus de liberis in potestate existentibus habet locũ etiam in posthumis. l. fi. ff. de assignan. liber. & idem dicitur in d. l. nemo potest, vbi quis facere non potest, quin leges in suo testamento locum habeant: & nihilominus princeps si priuilegium alicui concesserit testandi, habenti tamen aliàs testamenti factionem, non tenebitur seruare solennitates iuris, quæ in testamento requiruntur. j. l. si non speciali. C. de testa. & no. Bald. in l. si quando. in prin. C. de inoffi. testa. Et idem tertiò & vltimò in ca. quanto. & ibi Abb.
2 in princip. de præsump. & ideò dicebam ego alibi, & † est notandum, in l. si donatione. C. de collat. regulam prædictam fallere his tribus casibus. Primò quando resultaret legum correctio. Secundò quando ita intelligendo priuilegium principis nihil operaretur. Tertiò si sequatur absurditas: vt in locis præalleg. per ordinem videri potest: & per me latiùs in d. l. si donatione.

CCXXV.

1 *Iuramentum, quando per actum æquipollentem idem inducitur effectus, potest impleri per æquipollens.*

IVramentum debet impleri in forma specifica capit. ad nostram. j. de iureiuran. ideò dicebat Deci. in l. si donatione. in vj. colum. C. de collat. quòd donatio patris facta filio, quando iurauit merita præcessisse, quæ non valet, vt donatio facta extraneo, non valet etiam vt facta filio: & malè: quoniam imò
1 (& est singulare dictum) potest † impleri, per æquipollens, quando per actum æquipollentem omninò inducitur idem effectus: vt sensit Hostien. & Innocen. in d. cap. ad nostram. & latiùs Areti. in consi. xcix. incip. longitudo. in ij. colum. sed eo casu idem effectus donationis inducitur, ergo & latiùs, vt dixi in d. l. si donatione.

CCXXVI.

1 *Coniectura alia quàm donationis quando capi potest in dubio quis non præsumitur uelle donare. fallit. nu. 2.*

1 IN dubio † quis non præsumitur velle donare. l. cùm de indebito. §. fi. ff. de proba. cap. super hoc. de renun. & non ab re: quoniam donare est perdere, & dilapidare: vt dicitur in l. filius familias. in princip. ff. de donat. imò secundum Bald. fatuitas maxima, in l. generaliter. C. de non numerã. pecu. quod tamen intellige verum, quando alia coniectura haberi potest: vt not. in d. l. cùm de indebito. In tantùm vt hoc idem etiam in patre locum habeat, quia si tradiderit rem simpliciter filio, eam videtur sibi in peculium concessisse, vel custodiæ causa: vt in l. cum pater. in §. pater pluribus. ff. de legat. secundo. quod dictum tamen etsi sit singulare, & notandum, ego aliàs impro-
2 babam & † in d. l. si donatione. quoniam imò videretur præsumi donatio, sicuti alibi fauore dotis. in l. si extraneus. & in l. si cùm dotem. ff. solut. mat. & alibi odio vsurarum. in l. cùm quidam. ff. de vsucapio. inducendo: vt dixi in l. lecta. ad fi. ff. si certum petatur. ita vt in extraneo tantum, non etiam in patre ad propositum lex illa locum habeat. Sed posset responderi in dote, & vsuris id esse, quia alia præsumptio capi non poterat. Verum isto casu videbatur in peculio concessisse: vt suprà & no. etiam in l. si cùm aurum. ff. de sol. ergo. Et propterea secus si esset emancipatus, quoniam in eo nomen peculij non cadit. l.

dit.l.fi.in fin.C. de inof.test.& minus etiam causa custodiæ datum videtur, quia emancipatus, & sic (quod no.) melioris conditionis erit hoc casu, quam filius in potestate. pro limitatione.l.non solùm.cum simi.ff.de noxa.

CCXXVII.

1 *Hæredi petenti se coram in competenti iudice mitti in possessionem bonorum defuncti, obstat exceptio iudicis incompetentis, non tamen creditori detinenti debitorem suspectum de fuga, & quæ sit ratio.*

1 CVr est, quod hæres† authoritate propria possit occupare bona defuncti, quando contradictorem non habet, & nihilominus si petierit se coram iudice incompetenti mitti In possessionem eorum: vt dicunt Doct. in l.fi. C.de edict. di. Adr. toll. missio non valet. contra glo. in §. multis. in ver. transitu. in stit. de liber. & tamen si quis debitorem suspectum de fuga. quē potest etiam propria authoritate detinere. l. prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cred. coram iudice incompetenti detinuerit, eidem non obstabit exceptio iudicis incompetentis: vt declarat Ro. in l. de pupillo. in §. meminisse. in ij. col. ff. de no. ope. nun. Solue id esse, nec secus dicendum puto, quia lex ibidem de competenti iudice mentionem facit, vbi aliâs in casu præall. omnia permissa esse videntur, ex quo mora periculum erat allatura: vt in l. j. ff. de damn. infect. & est dictum semper memoriæ commendandum.

CCXXVIII.

1 *Iudex decernens tutellam pupillo, intelligitur etiam interposuisse decretum super bonis in alieno territorio existentibus, & tamen iudex unius territorij non potest mittere in possessionem in bonis alterius territorij, & quare.*

RVrsus & ad idem, cur est, quod iudex vnius territorij, adhuc
1 in casu d. l. fi. non potest† quem mittere (loquor adhuc quādo contradictorem non habet) in possessionem bonorum defuncti existentium in alieno territorio, & nimirum, quia iusdicenti extra territorium suum impunè non paretur. dicit tex. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & in c. ij. in §. statuto. de consti. in vj. & tamen iudex decernens tutelam pupillo intelligitur etiam decretum interposuisse super bonis in alieno territorio existentibus. secundum Bart. in l. legitimos. in ij. col. ff. de legi. tut. & in l. pupillo. ff. de tut. & cur. dat. ab his. & vtrobique per text. in l. propter litem. in §. licet. ff. de excu. tut. Quod pro magno contrario reputat aliâs concurrens meus, & recolendæ memoriæ Pater Dom. Cur. in d l. fi. in gl. pal. & relinquit cogitandum. Sed dicas tu, etsi aliter deduxerim, quod videre potestis, non mirum esse: quia Bart. in locis prealleg. loquitur cum ministerio: ex quo non principaliter bonis, sed personæ prouidebatur pupilli: quo casu bona etiam alibi sita veniunt in consequentiam. l. j. ff. de auth. tut. l. magis puto. §. illud queritur. ff. de reb. eo. l. si fideic. §. tractatum. de iud. Verum nos præsuponimus contrarium: ergo vnde aliâs si prouideret, principaliter rebus datio statim, & ipso iure esset nulla. l. iuris peritos. §. cum oriundus. l. illud. ff. de excu. tuto.

CCXXIX.

1 *Sententia etiam per uerba merè negatiua fieri potest.*
2 *Argumentum de teste ad iudicem non ualet.*

SIngulare dictum, & annotatu, ac obseruatione dignum, legi
1 hoc mane: sententiam† etiam per verba merè negatiua ferri posse, & si prima facie dubitationem facere videretur, neiudex id posset, quia testes meram negatiuam astruentes testificando, eo ipso incurrunt falsum: vt not. Inno. in c. cum ecclesia sutrina, de causa pos. & propriæ Sed nihil est: quoniam de te
2 ste ad iudicem† non est bonum argumentum: vt ex multis ostendi posset: sed est tex. hanc differentiam constituens memoriæ semper commendandus. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. quem in specie ponderat Ang. & dicit ampliùs, aduocatos cautos esse debere in videndo diligenter, an aliquis ex testibus aduersarij id faciat, quoniam statim eum vt falsum repellet. Nota item & aliud, quod hoc casu non erit infamis: vt text. ibi dicit. Ita vt etiam commodè inferri posse videatur, & hac ratione ipsum si in alia causa producatur, repelli nō posse. Nihilominus contrarium verius est propter periurium primæ testificationis, quod efficit: vt repellatur, & si non sit imfamatus ex eo: casus est in c. testimonium. de testi. per quem text. ita etiam dicit Bal. in l. si veteris. ad fi. C. de fid. instru. Quod tamen intellige de iure, quoniam de facto sunt absque dubio infames: ita vt à dignitatibus repellantur: secundum Inn. in c. super. eo. de ele. & An. in d. l. Luc. in fina. & Fed. de Sen. in cons. l. inc. queritur.

CCXXX.

1 *Fructus extenuant sortem: aliàs esset usura.*

FVit aliàs magna contentio inter hospitem nescio quem, qui creditori suo pignori dederat equum, quò magis esset sibi prospectum de credito suo: ex quo soluendi modum non habeat tunc, nec aliud, quod locò pignoris sibi dare posset, ex vna, & ipsum creditorem ex altera: quandoquidem post certū tempus, quo fortè hospiti videbuntur debitum extenuatum, ex ipsius equi vectura, quā creditor perceperat: vltra tamen sumptus equum sibi restitui peteret: dubitabatur an teneretur, si debitum extenuasset in totum, sin ante pro ea parte, pro quā esset extenuatum & cum multa hinc inde dict. fuissent. tum & ma-
1 ximè quod fructus extenuant† sortem, & est verum: aliàs esset vsura: vt in l. quamuis. C. in quib. cau. contrahi. obli. & in l. gratè. ff. de pig. & in c. cum tu. de vsu. quod & per locum à speciali etiam probatur de dote, & quotidiè fit: vt in c. salubriter, de vsu. & alia quæ breuitatis gratia missa facimus: vltimo loco ostendi ego decisionem Bal. in terminis, semper notandam. in l. cum pignoris. per illum text. C. de pact. pign. & erit vtilis multis, suis creditoribus res pignorantibus.

CCXXXI.

1 *Lictori an impunè liceat, quem capere non potest, uulnerare, uel interficere.*

QVædam mala practica inoleuit hodie, quòd lictores, si quē capere non possunt, qui se defendat, vel sit debitum pri
1 uatum, vel publicum, ciuilis, vel criminalis causa, ipsum† vulnerant, & quod peius est, interficiunt: vt pridiè euenit, quod nō ignoratis, quandoquidem etiam ipsi plerunque, quia tamen id modestè faciunt, quod facere deberent, interficiantur, quærebatur an id impunè facere possint. Dicendum est breuiter, quòd sic. casus est not. in l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confug. per quem text. ita dicit Bal. & attestatur etiam Perusij, & Pisis seruari. in l. neminem. C. de exhiben. reis. & in l. rectè. in pe. colum. C. vnde vj. Quod tamen intelligite verum, si licitè capi poterat: vt dicit alibi Ang. in tract. de syndi. in j. col. & est obseruandum defensionem tolli posse ex causa, ad limitationem. l. j. §. cùm arietes. ff. si. quād. paup. fecis. dica. & clem. pastoralis. de re iudi. quæ semper excepta videtur in quacunque dispositione. l. si hominem. ff. mand. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. ergo & multò magis modificari. secundum eundem Ang. in l. sic in princ. ff. de legat. j. & est text. in l. reprimendorum. C. quand. lic. si iu. se vendi. ita vt si statutum etiam eo modo disponat, excludendo pœnam in totum, inquisitio fieri non possit. dicit Bald. in l. cùm mulier. in fin. ff. solut. matri. magna, ad propositum, nec laudabilis licentia, præsertim horum hominum improborum, & in omni quidem causa, nec etiam in aliquibus improbanda.

CCXXXII.

1 *Practica seu forma secundum quam causæ committuntur consilio sapientis, ut uisis acta consulat, quæ sunt partes iudicis in pronuntiando, unde desumpta.*

HEri publicata fuit quædam sententia, aliquibus ex vobis præsentibus de consilio sapientis, in cubiculo domini vicarij: & cum recessissemus, ex illis vnus, qui semper dubitat, & discere nunquam cessat: ita vt coniectura facilè assequamur cum in virum eruditissimum euasurum: quæsiuit à me vnde
1 sumpta esset practica† illa, seu forma: secundum quam quotidiè causæ committuntur consilio sapientis, vt visis actis consulat, quæ partes sint iudicis in pronuntiando (audierat enim verba hæc consulo partes specialis domini vicarij fore, & esse in pronunciando: &c. quę in ipso cōsilio erant apposita) cui tunc dixi non recordari. Sed tamen scitote esse text. vnde sumitur in l. Titia. ff. sol. ma. quem ibi Ang. Imo. & Alex. not. subijcientes ampliùs: secus esse, si in commissione dictum fuisset, vt consuleret quid iuris: quoniam tunc cōsultationi satisfactum non

esset, nisi responderetur omnibus, qui ex facti narratione elici possent: & est dictum menti tenendum: & commissionum formæ maximè attendendæ, ne errore ducti, vt plerunque fit, vnum committatur, aliud verò consulatur.

CCXXXIII.

1 *Constitutione principis nouiter edita in aliquo non derogatur consuetudinibus nisi de eis expresse fiat mentio: uel sint multùm uulgares. numero 3.*

2 *Princeps probabiliter potest ignorare quæ facti sunt.*

TRita est sententia, & quidem lege satis aperta comprobata, ita vt non sit iux. l. ancillæ. C. de fur. aliter. dubitandum
1 consuetudinibus principis † constitutione nouiter edita, non esse in aliquo derogatum: nisi de illis expressè facta reperiatur mentio: & hoc, quoniam esto: quod omnia iura in scrinio pectoris habeat: quod præsumptiuè tamen intelligas, & non verè, propter consiliarios, & assistentes semper ipsius lateri: vt in l. iuris peritos. & ibi no. ff. de excu. tu. & in l. omnium. C. de testa. & est arg. in l. omnes. in §. præterea. vbi bona gl. C. de epis. & cle. & in l. ij. in fin. C. de fru. & lit. expen. & ita etiam intelligit Bellenzi. in trac. de char. sub in lxv. q. incip. stante opi. in ix. col. ita vt coram eo iura non allegentur: vt in c. dudum. & ibi not. Abb. de elect. ea tamē quæ facti sunt, & in facto consistunt, pro
2 babiliter ignorare † potest. casus est in c. j. de consti. per quem tex. ita etiam dicebat Bart. in l. fi. in ij. col. C. si contra ius vel vtil. pub. & ampliùs menti tenendum esse exclamabat: quoniam multæ consuetudines infringi possunt: & quod hac ratione neque rescriptum valet contra ius consuetudinarium impetratum, nisi de eo in eo specialis mentio facta sit tanquam obreptitium: & idem in priuilegijs in facto consistentibus, dicebat Pe. de Anc. in consi. cccxciij. incip. visa. in fi. post Bar. in l. Titius: in §. Lucius. per illum tex. ff. de lib. & per no. in d. c. j. & Ro. in consi. cccxxvij. incip. Iste sunt rationes. in iij. col. & idem quoque Bal. in l. j. circa medium. C. de iusti. C. confir. & alibi nobiliter, quod positionibus probabilibus vt puta consuetudinis, respondendum est: licèt non positionibus iuris: in l. principales. in §. quod obseruari. in iiij. col. C. de iu. cal. ergo facti necessario: quia ius, cum sit certum, probatione non eget: vt ibidē. & in l. ornamentorum. ff. de au. & argen. leg. & quò ad onus probationis. d. c. j. intelligit idem Bal. (quod nota) in l. Arethusæ. in prin. ff. de sta. ho. Nihilominus tamen pro dicto singulari volo vo. vnum notare, & erit limitatio egregia ad prædicta:
3 quod in consuetudinibus multum † vulgaribus locum non habent, quas princeps necessariò scire tenetur: & fuit verbum Bal. in rub. de consue. recti feu. in vsib. feud. & clariùs in l. ij. in fi. C. vt quę desi. aduo. adeò. quod Italici, qui prescripserunt merum imperium, præsumuntur præscripsisse de scientia ipsius: vt not. in. §. nulla. in authen. de defen. ciui. & per eundem Bald. in d. l. ij.

CCXXXIIII.

Creditor cogi non potest ut mutet actionem aliúmque promissorem accipiat, quam suum proprium debitorem: debitor autem cogi potest alij quàm suo creditori promittere. & quæ sit ratio diuersitatis.

MIrum mihi semper visum est vnum hoc loco etiam nullo modo prætermittendum: quia not. Nam vnusquisque scit creditorem cogi † minimè posse, vt mutet actionem, aliúmque promissorem accipiat, quam suum proprium debitorem. casus est in l. si mandato meo. in §. j. in ver. item. ff. manda. & tamen secus est in debitore: quoniam cogitur alij quam suo creditori permittere. l. ij. in prin. ff. sol. ma. & malè prima facie: quoniam sunt correlatiua: vt dicunt Docto. in rub. si cer. pet. ergo dispositum in vno, locum habebit etiam in alio. l. fi. ff. de acceptila. l. fi. C. de indic. vid. tollen. nisi respōdeamus id, quod in d. l. ij. dicitur, statutum fuisse mulieris fauore: & in dote quidem: quę fauorabilis est vt in l. j. eo. ti. & in l. singularia cum no. vtrobique. ff. si cer. pet. sed dubito ex not. in l. j. ff. de reg. iur. & in c. ex parte de testi. & in c. consultationi. de tempo. ordi. vbi in dubio præsumitur quod lex sit potius fundata in iuris communis dispositione, quam specialis. Sed nihil est, vt in l. j. & in l. ne creditores. C. de nona. vel dicas non mirum: quoniam creditorum proprium est agere: debitorum autem conueniri: vt eleganter inquit, & declarat. Bald in l. si pater puellæ. C. de colla. quo modo etiam addas tu: solet regula. d. l. fi. limitari: quia quando diuersa potest ratio assignari: illa eadem nunquam locum habet quemadmodum ibi Paulus de Cast. testatus est & probatur in l. j. in §. fi. iuncta. l. ij. ff. de iniur. & per Bald. in l. lege. C. de legi. hæredi. & maximè quia nec dictum hoc absolutè procedit: sed ita demum, si debitori promittenti non noceat: vt in d. l. ij. not. & sic nec d. l. si mandato meo. subsistente causa: vt in locis præallega. dicitur: & senserunt quidam in l. diem functo, vbi & nos multa: in gloss. eodem tempore. ff. de officio asseso. & bene. & ita tenendum est: & obliuioni non tradendum.

CCXXXV.

1 *Testium uerba si multum habeant intellectū, interpretanda sunt in benigniorem partem: sed longè benignius faciet iudex si repellat.*

INno. alibi in cap. cùm clamor. in fi. de testi. (quod semper
1 notandum est) dicit, quòd † verba dubia testium ac probationes, si nullum habeant intellectum, interpretanda sunt in mitiorem partem, seu benigniorem: & bene: ipsumque refert, & sequitur Bald. in l. Lucius. in j. lectu. in ij. colum. ff. de his qui not. infa. & est argumen. in l. benigniùs. ff. de legi. & in cap. iuuenis. de sponsa. Sed tu aliud longè notabilius obserua: quòd mitiùs & benigniùs esse reputatur (cuius contrarium diceret prima facie omnes) si iudex ipsos testes repellat: glos. est singu. in §. quia verò in authen. de testi. quam exclamat Alex. in l. diuortio. in v. col. ff. sol. mat.

CCXXXVI.

1 *Legati natura est lucrum afferre.*

1 LEgati † natura est lucrum afferre: ita vt licet pro non scripto hæreditatis vadat cùm onere conditionali in dispositiuo: secus tamē fit in pro non scripto legati: & ideò portio deficiens pro non scripta accrescit cum onere: & sic secundum naturam suam. vt est argumen. in l. si hæreditatis. ff. man. præterquam in legato: & fuit dictum Petr. quem refert, & sequitur Bald. in l. quæ conditio. in fin. princip. ff. de condi. & demonst. porrò not. ex alioque nunc confirmandum: quod quotidianum est: & notabiliùs longè magis: quia in simili videmus, quòd vxor, si alimenta sibi debeantur iure communi tenetur operari hæredibus viri: gloss. singul. in l. sicut. in fin. ff. de oper. lib. & tamen si iure legati ei relicta fuerint, operatur sibi. l. iiij. §. fina. ff. de ali. & ciba. lega. ita idem Bald. in l. si donaturus. in §. fina. in princip. ff. de conditio. ob. causam: & Alexand. post eum in l. diuortio. in ix. columna. ff. soluto matrimonio. & est menti tenendum.

CCXXXVII.

1 *Incidens arbores fructiferas non solùm è fundo potest expelli, sed etiam contra eum agi actione legis Aquiliæ, etiam si esset maritus, idque fecisset in fundo dotali.*

DIctu aliud mirabile legi hoc mane calamo non occluden-
1 dum, quòd incidens † arbores fructiferas, non solum è fundo potest expelli: vt not. in authent. qui rem. C. de sacrosan ecclesi. verum etiam agi contra eum actione legis aquiliæ: vt in l. & si proprietatis. & in l. sed & si ipse hæres. ff. ad l. aquil. etiam si esset maritus: ipsumque fecisset in fundo dotali: secundum gl. not. in l. diuortio. in §. si fundum. ff. solut. mat. (& hoc est quod admiramur) quoniam dominus fundi dotalis dicitur. l. doce ancillam. C. de rei vendica. ita vt lucretur fructus etiam super excedentes onera matrimonij. l. dotis fructus. ff. de iure. dot. l. iiij. ff. de pact. do. & not. Bald. Noue. in tractat. de dote. in ij. memb. vndecimę partis princip. in vj. colum. nec de eis mulier possit constante matrimonio eleemosinam facere: secundum Abb. Pa. in cap. si quis. in princip. de furt. imò plus D. de Rota in decisio. suis no. 431. incip. Fuit dubitatum. in princip. dixerunt, quòd maritus ratione villæ sibi in dotem datæ: in qua cōsisteret ecclesia parrochialis, & cuius ius patronatus ad vxorē spectaret: posset ad ecclesiam ipsam vacantem idoneam personam præsentare: dominus autem & arbiter est quilibet in re sua. l. in re mandata. C. manda. etiam abutendo: vt sæpiùs diximus. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hæred. di. ergo solue, & dic vnico verbo verum: sed quia dominum (& erit intellectus ac declaratio ad d. l. doce ancillam) non est liberum, sed restitutioni subiectum: non erit quoque melioris conditionis, quam alius & commodè, quod in simili not. in l. fin. de dominio acquisito reuocabiliter. addi posse videtur. ff. de pactis. & ita tene-

ita tene.

CCXXXVIII.

1 *Multa in genere licent, quæ in specie prohibita essent. quod multis exemplis commonstrat. per totum.*

2 *Maritus negans se maritum perdit beneficium ne conueniatur ultraquam facere potest. idem in fideiussore cedendarum, &c.*

3 *Mendacium circa illud quod est causa beneficij, efficit ut beneficium perdatur.*

1 MVlta† licent in genere, quæ in specie absque dubio prohibita essent. ita vt quemadmodum hæc eadem diuersa sunt, diuersos etiam habeant effectus. exempli gratia, obligatio omnium bonorum præsentium & futurorum in specie non valet. l. fi. C. quæ res pignor. ob. po. & tamen valet in genere: vt no. in l. fi. C. de pact. rursus, actio de dolo concurrit cum alia actione in genere, & tamen non concurrit in specie. l. j. ait prætor. ff. de dolo. per quem tex. ita dixit Iaf. in l. certi conditio. in v. col. ff. si cer. pet. & non habet dubiū: quod & latiùs declaro ego in l. cum mota. C. de transactio. vltimò, concessio præbendæ vacaturæ in specie non valet. c. j. & ij. de concessio. præben. c. de testanda. c. ne captandæ. eo. tit. in vi. & tamen valet in genere: vt no. in d. l. fi. Et ideò per prædictorum cōfirmatione volo ob seruetis vnum certè obseruatione dignum, & nunquam obli-
2 uioni tradēdum: quia scitis, quòd † maritus habet beneficium ne cōueniatur, nisi in quantum facere potest: vt in l. maritum. & in l. etiam. cum simil. ff. sol. mat. & vtrobique not. & pari modo fideiussor cedendarum actionum, & vt non priùs cōueniatur, quam reus principalis. authen. præsente. C. de fideiusso. & quòd si ille se maritum, hîc verò fideiussorem negauerint, id ipsum perdunt: vt in l. etiam in §. licèt. & ibi per Alex. & in d. l. maritum. clariùs. ff. sol. mat. & non immeritò, quia mendaciū
3 † circa illud quòd est causa beneficij: efficit vt beneficium perdatur: secundum Bar. in loco infrà allegam. vbi ad idem etiā multa: & latè dixi in l. vinum. ff. si cer. pet. sed tamen ratione suprà dicta, & similibus adductis, cōtrarium dicendum esset: si hi conuenti actionibus ordinarijs, negasset tantum narrata prout narrabantur, & prout petebantur petita, quoniam tunc licet deducta principaliter in libello negata esse videantur, non tamen negatæ videntur cæteræ qualitates: ita Bar. (& est egregium dictum) in l. sed si dubitetur. in §. j. in fi. ff. de fideiusso. & in l. si cui. in §. si à filio. ff. de legat. j. quòd exclamat Alex. in d. §. licet. in fi. & maximè quia de connexis aliàs idem iudicium esse solet. l. quæ religiosis. ff. de rei vendi. c. translato. de consti. cum simil. & tamen hîc secus: nisi respondeamus, & est verum hoc ideò esse, quia exceptio dicitur libellus rei. l. in exceptionibus. ff. de proba. l. j. & ij. ff. de excep. verba autem libellantis generalia, & ambigua interpretantur in fauorem libellātis. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. ergo.

CCXXXIX.

1 *De delicto eiusdem hominis sæpiùs quæri non debet. fallit nouis superuenientibus iudicijs. nu. 2.*

1 DE delicto† eiusdem hominis sæpiùs quæri non debet. l. licet §. fi. ff. nau. caup. stab. Adde tu id esse fortè, quia sicuti in ciuilibus dicimus bonam fidem non pati, vt bis idem exigatur: quia solutione eius quod debetur &c. vt Insti. quib. mo. tol. ob. in prin. pari modo idem dicere debemus in criminalibus: vt no. in l. qui bis idem de ver. ob. & in l. bona fides. ff. de reg. iu. & est arg. in l. absentem. ff. de pœ. sed tamen scias velim hoc ab-
2 solutè verum non esse: quia indicijs † superuenientibus (nouis intellige) toties quæri potest, & debet, quoties superueniunt, vtilitatis publicæ gratia: ne delicta impunita remaneant. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt famæ. de sent. excom. & ita seruatur: quare Anaxandridas cuidam sciscitanti quare absolutus ad Lacedemones nihilominus obnoxius remaneret legi: vt liceat rectius inquit, de eo statuere, qui potest denuò conueniri: & pœnas legibus dare. ex quo practica inoleuit apud nos, vt cùm rei ex carceribus relaxantur, si crimen tamen detestabile sit, eos non simpliciter, sed pro nunc relaxandos esse: vt hoc prætextu possint semper, & quandocunque iudici placuerit, non absque causa tamen, proclamari: quod perpetuò mentitenebis.

CCXL.

1 *Condemnatus semel non est amplius de eodem delicto condemnandus. & quare.*

1 HAbemus etiam, vt in simili modò dicebam proximè, quod semel condemnatus, non est† amplius condemnandus, nec ea ratione inquirendus: ex quo inquisitio fit, & inuenta est principaliter, vt condemnetur quis, aut absoluatur, si sine culpa inuentus fuerit. l. sepulchri violati actio. ff. de sepul. vio. l. senatus. ff. de accus. l. nunquam plura. ff. de priuat. delic. quòd pulcherrimo testamenti veteris exemplo nunc etiam est vobis comprobandum: arg. plane apertissimum, disciplinis cognationem quandam inesse vsque adeò, vt vna alteriùs authoritate quam sæpissimè fulciatur: id ipsum igitur est, quòd ante condemnationem Adam & Eua à Deo optimo maximo inquisiti, & interrogati fuerunt, quare de ligno comedissent, non etiam serpēs. quia scilicet diabolus, qui in serpente loquebatur, iam pro peccato suo fuerat condemnatus, & de cælo empireo deiectus. ergo (vt diximus) non ampliùs condemnandus, nec inquirēdus aliter de peccato, seu interrogandus: vt legitur Gene. c. j. Caim pari modò fratricida condemnatus, vt maledictus esset super terram, vagus, & profugus, nec illa sibi daret fructum, si operatus fuisset, signatus postea à domino, ne interficeretur, quia scriptum etiam est, non iudicat Deus bis, in id ipsum aflixi te non afligam te vltra. Naum. c. j. & in canone, quæsitum xiij. q. ij. quæ omnia memoriæ teneas: vt nedum leges, verum etiam sacras literas aliquando colere videamini.

CCXLI.

1 *Commentariensis pœnam quam subiturus erat, is quam mandauerat prætor diligenter custodiri, si aufugiat, è carceribus.*

1 HIs diebus (vt scitis) effractis foribus† carcerati omnes aufugerunt, tum vel maximè vnus, quem inter cæteros, diligenter custodiri mādauerat prætor, idquæ in actis apparebat, quærebatur an culpa in commentariensem refundi posit, vsque adeò vt pœnam subire debeat, quam subiturus erat iste: multi dicebant quòd non, fortè quia negligentia nulla sibi imputari posse videbatur. ego verò contrarium verius esse existimabam, & credo verissimum, ex quo diligenter custodiri dicitur quis, si in compedibus detineatur, quòd vsque quaque factum non est, & malè. casus est sing. in l. j. C. de cust. eo. & in l. si quis filio. in §. eius qui. & ibi no. ff. de iniust. rup. irri. test. & vti quotidianum menti est tenendum.

CCXLII.

1 *Tractus futuri temporis non spectant ad iudicem.*

2 *Legis proprium est formam dare futuris negotijs.*

3 *Intellectus l. si mandauero. §. j. ff. manda.*

1 TRactus† futuri temporis non spectant ad iudicem. l. j. ff. de vsu. aliàs, addas tu, à lege nō differret, cuius proprium est,
2 futuris dare formā† negotijs. ita vt hac ratione alibi dixerim, oportere rectè positas leges omnia determinare, & quā paucissima committere iudicantibus: vnde ad propositum, si bona alicuius publicata sunt, nō veniunt posteà quæsita, nec legata: vt no. in l. non ad ea. ff. de condi, & de. & in l. etiam. C. ad l. Fal. & in l. si mandauero. in §. j. vbi Bal. in specie. in ij. col. ff. mand. & si condemnandus est quis ad soluendum vinum, vel tale quid aliud quanti plurimi valuit, intelligitur tempore sententiæ, non post: vt idem Bal. tenuit in l. in hac. in ij. col. ff. de condi. triti. & dixi ego latè in l. vinum. ff. si cer. pe. & alibi in ru. de rescri. in ij. col. quòd qui casu, vel in consequentiam lædi possunt, non sunt citandi, & bene, sed tamen adde, & erit intellectus, quòd
3 hoc ipsum. quid in d. §. j. dicitur. debet† verum interpretari in vsuris venientibus officio iudicis mercenario, non per stipulationem annuam casus est in l. j. & ibi no. C. de sen. quæ sin. cer. quam. Secundò, vt procedat condemnando, non declarando. l. j. C. de fideicom. Tertiò & vltimò si futurum sit perseuerantia quædam futuræ executionis. l. inter castellianum. ff. de arbit. l. harum. & l. egi. ff. si ser. vendi.

CCXLIII.

1 *Taciti & expressi eadem semper non est uirtus.*

2 *Intellectus l. cùm quid. ff. si cert. pet.*

1 ALium intellectum notetis velim ad regulam. l. cùm quid. ff. si cer. pet. dum ibi dicitur, parem† vim habere tacitū, & expressum, vt non generaliter verum sit, quia de mente iuris iniquum est: quod quo tempore quis obligatur tacitè ad rem trahendam, eodem tempore in mora cōstituatur: secundum Bar.

in l.quoties in diem.ff. de verborum obli. & tamen si expressè actum sit inter partes, vt res statim traderetur, nõ erit iniquũ: vt dixi in l.vinum in ij.lect.suprà proximè alleg. ff. si cer. pet.& ideò intellectus est, & declaratio: quam lex prædicta loquatur in tacito ex natura rei: vsque adeò vt expresso æquiparetur: & quando expressio non erat forma: quoniam aliàs secus: ita Saly.in l.fi.in fi.C.de noua.

CCXLIIII.

1 *Gradatim appellandum est: & non omissis medijs: fallit in scholaribus, & quæ vtilitas.nu.2.*

2 DIximus (vt sciunt omnes) gradatim † appellandum esse, & & non omissis medijs.l.Imperatores.ff.de appella.§. præcipimus.C.eo.l.j.ff.quis & à quo. quod tamen intellige verum regulariter: præterquam in scholaribus, quibus in speciale priuilegium (& est not.dictum, & limitatio ad prædicta) cõcessum esse videtur, vt possint appellare etiam medijs omissis ad principem: secundum Bald.in authent. habita.in iiij.colum. C.ne fil.pro pa.per illum text.Item de iure ciuili, non de iure canonico: vt in capit.significantibus.de no.ope.nun.& in cap.referente.de præben.& est † vtilitas: quia hinc fortè dubitari posset, an appellatio alternatiuè interposita valeat: vt per Do. de Ro.in deci.suis.209.incip.appellatio.in no. nec secus dicendũ est, sed pro singulari verbo notetis velim, quòd pari ratione idem in sententia excommunicationis obseruari deberet: ex quo nulla maior pœna est in ecclesia Dei. capit. corripiantur. xxiiij. quæstio. iij. vt non prius infligeretur, quam suspensio & interdictum præcederet: & tamen à prælatis nostri temporis infligitur: & pro minima etiam ac leui causa, & malè: & ea de re non mirum si in contemptum ducitur: ita Abb. pa.in cap.clericos. de cohabi. cle. & mul. cuius excommunicationis loco sciatis etiam olim Iudæos extra sinagogas eiici solere: quod dedecus apud eos putabatur maximum: vt Iohan. nono.ibi, Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis cœcum confiteretur à Christo illuminatum: extra sinagogam fieret: tene menti.

CCLXV.

Concordia gloss.in l.j. ff.de procur. dicentis quòd procuratoris officium esse debet gratuitum. & gloss. in l.in eos. ff.de tutel.quòd imò cum salario constituatur.

DVas gloss.habetis † inuicem contradicentes: vnam in l.j. ff.de procu. dicentem, procuratoris officium gratuitum esse debere: & idem ferè in l.si tibi rem. & in l. si tibi pollicẽda. & in l.si tibi areæ.ff. de præscrip. verbis aliam quòd imò dum salario constituitur: in l. in eo . ff. de tute. & non ab re fortè: quia pauci inuenirentur, qui onus suscipere vellent: vt in simili dicitur.Insti.de leg.Falcid.in princip. & in §. sed quia de fideicommiss. hæreditate. nisi concordentur, quòd illo loquatur & locum habeat respectu actionis mandati: ista autem imò ad effectum exercendi officium: & bene: & fuit concordia Bald. in d.l.in eos.& probatur etiam in l.naturalis.in §.fin.ff. de præscrip. verbis. Sed tamen considera concordiam hanc esse verbalem: quoniam ad ipsum solum intueri debet: quòd officium exerceatur, quòd onus sibi demandetur: & est argu. in l.nomen filiarum.in §.habere.ff.de verborum signi.cum simil.adeò vt aliter dicere necesse sit: quòd cum mandatum sui natura debeat esse gratuitum: procurator etiam sine salario constituitur: quoniam originem ex officio, & amicitia trahit. l.j.ff.manda.& ita loquatur glo.in d.l.j.de procur.aliàs si cum salario constituatur: quod à lege non est prohibitum: nisi pactum fiat de quota litis: vt in l.litem.C.de procur. locatio dicetur, & non mandatum: quo modo loquitur alia in d.l. in eos. vnde prædicta etiam eliciuntur: & est verius.

CCLXVI.

Quæ de facto fiunt, de facto etiam debent retractari: & quidem ab eo qui fecit.

Iudex qui aliquem suspendi fecit de facto, an teneatur similitudine supplicij.

SOlet dici, quòd † quæ de facto fiunt, de facto etiam debent retractari: & quidem ab eo, qui fecit.l.j.§. & hoc edictum.ff. si mul.ven.not.l.minor.25.ann.iuncta gloss.ff.de euict. & not. Bald.in l. si deserta. C.si propter pub.pen. & non habet dubiũ: quamuis contrarium probari videatur in c. nisi specialis. de off.leg.vbi trãslatio de vna ecclesia ad aliam erat facta de facto per legatum de latere: & tamen ab eodem de facto retractata non fuit: sed de iure per Papam: & malè si cogitabis: tamẽ vel maximè quia id non est regulare. Sed ad propositum: pone

2 aliquid † de facto fiat, quod de facto retractari non possit: quia impossibile sit, puta quòd iudex aliquem suspendi faciat: an ipse similitudine supplicij saltem teneatur: responde quòd sic: quia æquè conuenit, vt eodem iure vtatur quis in se, quo iure etiam in alium vsus est: & sapientis dictat authoritas: patere legem, quam ipse tuleris: vt in l.j. & toto ti.ff. quod quisque iu.& in c.cum omnes.de consti. & ita in terminis tenet Bal. in rub. C.de pœ.iud.qui ma.iud.in ij. colum. quem refert & sequitur Pa.de Pu.in tracta. syndi.& est quotidianum: in ver.iudex.in pe.col.ideò tene menti.

CCXLVII.

1 *Prælati non domini, sed procuratores, & stipendiarij rerum ecclesiasticarum esse dicuntur.Idem in Papa: qui hoc casu prælati appellatione continetur.nu.2.*

1 NOstrum quisque scit quod prælati † non domini rerum ecclesiasticarum, sed procuratores dicuntur, ac stipendiarij, vt legitur in c.ij.de dona.& in c.fin.xij.q.j.& in c.fine.exceptione.12.q.ij. & similibus quamuis ipsi secus sentiant: & malè: ideò aduertere maximè debent, ne sint proditores, sacrilegi, & fures: dicit gl.in c.causa carpensis.de verb.sig.& vt alibi homicidæ deputentur in conspectu Dei: in c.qui Christi. & in c.qui abstulerit.xij.q.ij.ex quo matrimonium Iesu Chisti est: vt in c. cum secundum apostolum.de prebẽdis & in c.cùm ex eo.de electio.in vj.vnde quecunque homines offerunt ecclesijs, oblata Deo esse dicuntur: vt in c.nulli liceat.& in d.c.qui abstulerit. xij.q.ij.& pauperibus, quò ad sustentationem, & redemptionẽ etiam eorum: vt in c.apostolicos.& in c.quatuor. & in c.de redditibus.& in c. aurum. & in c.gloria.ea. q.& causa. In tantum vt eisdem prælatis morientibus proprietas & possessio earum penes ipsum Christum remaneat, qui viuit in æternum, seu ecclesiam, quæ nunquam moritur, aut vnquam est nulla, vt in c. pudenda, xxiiij.q.j.& in c.ita dominus. xix.dist. vbi gl.& in simili.in c.si gratiosè de rescrip. in vj.& declarat Inn. in c.cum super.in ij. col.de campo.& pro.& si quid vltra necessaria vitæ expenderint, prout multi faciunt. omnia in vsus inhonestos cõuertentes, de suo patrimonio si habeant, tenẽtur tantundem, imò in quadruplum ecclesię restituere, vt pœnitere: vt in c.in legibus.xij.q.ij.& in c.sacerdotes.& seq. xij.q.iiij.& in his non est

2 dubitatio. Sed quid in Papa: breuiter † dic ratione supradicta idem: & si liberiorem habeat administrationem, & in beneficialibus plenitudinem potestatis: cui soli dictum est, tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam.& portæ inferi non præualebunt aduersus te: vt in c.ita dominus.xix. dist.& in c.ad honorem.de vsu pal.& in c.ij.(redde singula singulis) de prebendis in vj.& est no.dictum hoc casu: prelati appellatione Papam etiam contineri: vt declarat Abb.in c.constitutus.in iij.col.in fi.de rescri.Quod in Imperatore tamen nõ est considerabile: si prædicta perpendantur: quamobrem etiam semper credidi (quæstio enim est multum dubia) donationem Constantini factam Papæ Siluestro valuisse, & tenuisse, à præsenti declaratione non alienum: etsi aliàs causa disputet latiùs Bar.alij.in proœm.fforum.in iiij.col.

CCXLVIII.

1 *Assassini & proditores etiam delicto non cõsummato impunè occidi possunt: nec ad ecclesiam confugientes gaudent immunitate ipsius.*

ASsassini & proditores quantum sint detestabiles, & non solùm ipsi, sed etiam mandantes, licet ex pluribus videre:

1 quia † impunè interfici possunt: etiam si delictum nõ fuisset cõsummatum: vt notabiliter declarat Ang. in consi.xiiij.incipit, nos Carolus in iij.col. & de materia habetur in c.j. de homi.& in l.capitalium.in §.grassatores ff.de pœ.& in l.Cicero.eo.ti.& in l.venales.C.quando prouo. non est ne.& per Bar. in l.non solum.in §.si mandato meo?in pe.col.ff.de iniu.& alios, quos breuitatis gratia non refero: ita vt nec ad ecclesias confugientes sint tuti: vt no.in c.inter alia. de immu.eccle.& in d.c.j.& nihilominùs videmus, & est dictum singulare: ac perpetuò obseruandum: si lateret statutum in ciuitate, Bãnitum interfici non

posse

posse,nisi ab inimico,& eo qui fuisset causa ipsius banni: quòd si per assassinum interficiatur, nec ipse nec assassinus tenebitur:tex.est quem ibi in specie not.Bal.&induxit in l.Gracchus. C.ad leg.Iul.de adul.

CCXLIX.

1 *Morientis dicto dicentis se ab aliquo interfectum non creditur,nec indicium facit etiam ad torturam:excusat tamen hæredem accusantem à calumnia, statur tamen eius dicto si exculpet interficientem:& quæ sit ratio diuersitatis.nu.2.3.& 4.*

TV habes tex.illum no.in l.iij.in §.si quis moriens. ff.ad sille.
1 quod dicto†morientis dicentis se fuisse ab aliquo interfectum,non est facilè credendum: imò nec etiam indicium facit ad torturam:secundum gl.in l.mater.C.de calum.ex quo mens tunc mortis cogitatione turbatur:vt in l.hac consultissima.in §.at cum humana fragilitas. C.qui testa.fa.po. & sensit Bal.in ti.de pa.Constan.in §. vasalli.j.in ij. col. in vsi.feu.inducit tamen suspitionem, quandam, que vilis appellatur: secundum gl.in d.l.mater.quam ibi in specie no.Bal.& infert effectum ex
2 ea resultare:quia † excusat à calumnia hæredem accusantem: & latiùs Alex. in consil.xiiij. incip. Ponderatis in ij. colum.in
3 iij.volu.& nihilominùs ad propositum assertioni † ipsius statur,exculpantis interficientem:quoniam tunc pro se iudicium innocentiæ habere dicitur. vt in l.paulus:in §.j. ff.de bo.liber. per quem tex. (mitto quod euaserim ego multos) ita dicebat Bald.in l.j.in vlti.col. C.communia de lega. & non habet dubium:etsi aliâs mihi semper visum sit primum dubitabile:considerata maximè qualitate morientis.vt in l. plenum.in §.equi tij:cum vulg.ff.de vsu & habi.Sed dato quòd ita sit,& non secus
4 intelligatur:quæro diuersitatis†rationem : quam nullibi memini me legisse,& respondeo breuiter id esse fortè: quia promptiora sunt iura ad absoluendum,quam ad condemnandum. l.Arrianus.ff.de actio.& oblig. l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.l. maiorem.ff.de pact.& in specie est tex.in c.inter. dilectos.in fi. de fid.instr.per quem ita etiam dicebat Bal.in rubr.de cõtro. inuestit.in fi.in vsib.feu.& non habet dubium, & hinc est quòd iudex ipse,si reus defensorem non habeat,tenetur defensionem suscipere illius: vt dicitur in l.si non defendantur.de poen. & in l.j.in fi.de quæstio.& in authen.qui semel.C.quomo.& quando ind.& in l.ampliorem. in §.pen.C.de appella. & not.Bar.in l. seruum quoque.in §. publicè.in ij.colum. ff. de procur.& ad propositum.d.§.si quis moriẽs.idem etiam dicebat Bal. in no. q.in l.generaliter.C.de non num.pecu. & in authen.si dicatur. & vtrobique in ij.col.C.de testib.

CCL.

1 *Actiones quæ dentur emptoribus pro equo morboso eis uendito.*
2 *Mariscalco nulla datur actio ementi equum morbosum.*

1 PRo equo†morboso si alicui venditus sit:prodita actio redhibitoria legitur.Item & aliâs quanto minoris,& actio in factum:omnes ex edicto Curulium descendentes:de quibus sigillatim in l.redhibitoria.& in l.sciendum. in fin. & in l.quòd si in §.in factum.ff.de ædil.edict.declarando tamen vt declarat Odoffre.& alij in rub.eo.tit.In tantum vt illis „semper emptoribus aduersus venditores ex causa, concessum sit precium repetere:intra tamen certum & determinatum tempus à lege præfixum: de quo in locis prealleg. & non ab re,vt arbitror, cum eius edictum in æquitate fundatum sit,non patitur quem bona fide ementem,decipi:si vitium maximè lateat: quoniam aliâs subesset quid quod sibi posset imputari:vt in l.æquissimum ff.de bo.pos.secundum tab. & in l.quod si Ephesi.cum simil. ff. de eo quod cert.loc.& est ad propositum arg.optimum in c.cũ vniuersorum, de rer.per. & in l.si is.C.si min. se ma.di.& in l. pen.in §.si quis.ff.de iur.& fact.igno.præterquam in casu, & te
2 ne menti,quando Mariscalcus† emisset:quia tunc & absolutè eidem denegaretur actio:nec æquitas prætoria ipsum comprehenderet : casus est in l.ii.in §. Seruius autem sulpitius : quem ad idem inducit Iacobus. de Aretio. ibi, & Baldus.ff.de origine iuris.

CCLI.

1 *Actus humani regulantur à principio quadruplici: quorum si alterum desit, actus corruit.*

1 SOlet dici,& meminisse recordor,sepiùs,quod†humani actus regulantur à duplici principio,voluntate, & potestate:quorum si alterum desuerit, actus ipso iure erit nullus: vt in c.cum super abbatia.de offic.deleg. & in l.quæro.ff. de eo qui pro tuto.per quæ duo iura ita etiam dicebat Pet.de Anchar. in consi.j.in prin.Sed volo vos aduertere,& erit ampliatio notabilis, quia alia duo etiam requiruntur:scientia scilicet,& forma: casus est in l.j.in princip.quem text.pro singulari obseruat ibidẽ Bald.in princip.ff.de legi.

CCLII.

1 *Vicarius Episcopi habens speciale mandatum non potest extra prouinciam præsentatum à prono ad beneficium instituere.*

DE singulari & not.casu fui hodie interrogatus: an Vicarius Episcopi habens speciale mandatum,posset extra prouinciam præsentatum à patrono ad beneficium instituere.Et breuiter ac prima facie videbatur dicendum,quod sic:ex quo illud idem est voluntariæ iurisdictionis: & potest facere etiam Episcopus:quod sanè inficiabitur nemo:ergo & vicarius:quoniam vtriusque consistorium idem est : dicit tex.in c.ij. de consue.in vj.per quem ita etiam in simili not.q. decidit Bald. in l.si quis ad declinandam.in iij.col. C.de epis.& cle. Sed tamen contra-
1 rium†verius est:quia commissio facta ab inferiori à principe, nunquàm potest exerceri extra territorium committentis: secundum Bart.in l.cunctos populos.C.de sum.trini.& fi.catho. & in specie comperi post eum Bal.ita tenentem in l.ij.per illum tex.in prin.quem dicit ad hoc esse not.ff.de offic.procon. Nec obst.tex.in c.j.etsi idem Bald.non dicat, quia id verum est quo ad iurisdictionem,& in his quæ sunt fori cõtentiosi: secundum D.de ro.& est declaratio nõ spernẽda:in deci.suis no.cccxcvij. incip.si episcopus.in ij.col.ergo in cæteris locum non habebit: quod perpetuò menti tenebis.

CCLIII.

1 *Exceptio contra testem.quòd sit compater,ipsum debilitat.*

IN causa quadam criminali magni momenti, respectu maximè personarum,ad defensam omnia ferè,quæ obstabant, bonis rationibus:& præsertim contra testes facientibus, sublata erant:vno duntaxat excepto:cui solum obijciebatur quod
1 erat compater†patris delinquentis : quærebatur an ipsum debilitaret?Et breuiter cùm hinc inde multa dicta fuissent,obtinuimus,quod sic:quoniam pari ratione videmus, quod ipsum in ius vocare minimè potuisset: glo.est not. ex qua hoc in specie infert Bald.& menti tenendum exclamat in l. generaliter. ff.de ius vo.

CCLIIII.

1 *Exceptio periurij semper repellit testem,etiam quòd pœnitentiam egerit.*
2 *Multa in materia probatoria recepta sunt,quæ in alijs locum non habent*

AD idem in simili causa:cuidam testi obijciebatur, quod erat periurus,nec ipse negabat:quia verè poterat probari, sed replicabat pœnitentiam egisse:fuit quæsitum quid iuris: vi-
1 debatur prius dicendum quod † admitteretur: & est arg.in l. quamuis.ff.de in ius voc.& in l.Papinianus. in §.meminisse.ff. de inoffi.testa.& in l.ita tamen.in §.si patronus. ff. ad Treb.& in c.quanto.ij.q.j. & alibi suprà de his pœnitentibus multa dixisse recordor:Sed tamen scias contrarium esse verius in teste. casus est in l.imperialis:& ibi not.C.de nupt. & in l.iij.C. de re mili.per quæ iura ita etiam dicebat glo.in terminis semper notanda in l.qui cum vno.in §.ignominia.ff.de re mil. & in c.testimonium.in ver.periurij.de testi.& sentit etiam Bal.in l. Lucius.in fi.ff. de his qui not. infa.ac post Arch. in c.quicunque.
2 vj.q.j.Et sic coniectura facilè assequi possumus in materia†probatoria multa recepta fuisse quæ regulariter in alijs locum nõ haberent,& potest comprobari optimo simili, quia si testator dixerit, volo, quod expendantur centum, intelligitur & non vltra, & tamen in teste secus : vt not.in l. rationes.C. de proba.ita Bald: in l.qui aliena.in §. libertos.ff. de neg.gest. quod not.quia quotidianum.

CCLV.

1 *Mandatum dicitur tacite reuocatum, ex quo mãdatarius incipit male uti substantia sua,ita quòd soluenti tali mãdatario debeat imputari.*

FVit hodie maxima coram iudice victualium altercatio inter duos certè huius ciuitatis honestissimos ciues, qui

vnus ex eis creditor alterius ducatorum mille, ex causa mutui, absens scripserat amico suo, viro alioquin tunc optimæ fidei, & conuersationis, & eidem pariter mandatum exigendi miserat dicta mille, quo viso, & literis simul, inde tamen ad multos dies, mutata conditione istius creditum petentis, ita vt suspitione non careret, quod & ipse debitor non ignorabat, quoniam notorium erat, dicta mille persoluit, quibus habitis statim fugam arripuit, reuersus creditor iterum dicta mille petebat, contrà verò debitor se liberatum esse dicebat, quærebatur quid iuris. Et breuiter quia mandatum non fuerat reuocatum idem iudex partibus ita volentibus eo tunc sine processu negotium diffiniri, debitorem absoluit, cuius deficio probari videbatur per tex. in l. qui non sortem. in §. qui filio. ff. de condi.
1 indebi. & malè ac perperam, quia† statim, quod cœpit mandatarius esse suspectus, & malè vti substantia sua, vt iste, mandatum dicitur reuocatum, ita vt soluenti potuerit imputari. casus est ibi not. Bal. vbi multa etiam ad idem allegat, quæ non scribo. in l. pater hæredi. ff. de testa. tut. & ideò bonum est semper subsistere, maximè vbi de graui igitur partium præiudicio, etiam quod celerem desiderent expeditionem: vt docet alibi Iurisconsul. in l. si & me & Titium. ff. si cer. pet. & in l. seruum quoque. in prin. ff. de procu. melius verò si nulli negotia hæc tamagni ponderis, & periculi demandentur.

CCLVI.

1 *Administratio licet per iudicem executoribus testamenti interdicta sit, ea tamen tenent, quæ faciunt cum his qui secum contrahunt, quia inhibitio ignorantes non afficit.*

EGregium dictum legi hoc mane silentio non prætermittendum quia prima facie contrarium diceremus. Nam iudex interdixit† administrationem executoribus testamenti, an ea teneant, quæ faciunt cum his, qui secum contrahunt, certè vt dici videretur dicendum, quòd non, quia administratio iam interdicta est, & nihilominus contrarium deciditur bona ratione, quoniam inhibitio ignorantes non afficit: vt inquit Cy. & post eum Bal. in l. j. in prin. per illum tex. ff. quod iussu. & est vltra eos ar. in l. non est ferendus. ff. de transactio. & in l. tres fratres. & in l. amptor. cum simil. ff. de pact.

CCLXII.

Liberum arbitrium faciendi statuta habentes, non possunt facere statuta contra libertatem ecclesiasticam & quare.

HAbere liberum arbitrium, multis modis intelligi potest: vt declarat Bald. in l. j. in princip. C. de sacrosanct. eccles. tum vel maximè, quòd nulli iuri submissum est: vt in l. ante litem. ff. de procur. & est arg. in c. de multa. de præben. & in c. statuimus. de regula. & tran. ad reli. & in l. procurator cui libera. ff. de procu. & tamen videmus, quod habentes† liberum arbitrium faciendi statuta, non possunt facere statutum contra libertatem ecclesiasticam: secundum Bal. in l. si quis. in §. si procurator. in ij. col. per gloss. de qua ibi. ff. quod quisque iu. & non ab re: quia cùm sit pœnale statuentibus idem facere: vt in auth. cassa & irrita. C. de sacrosanct. eccle. in libero arbitrio contineri non debet: vt dicit Bald. in loco præalleg. & est arg. vltra eum in l. si quando. C. de inoff. testa. & in c. ex insinuatione. secundum vnum intellectum: de iur. pat. & in capitul. j. de offi. ordi. & est obseruandum.

CCLVIII.

Condemnari quis ex præsumptionibus quantuncunque uiolentis non potest: nisi in quibusdam casibus à iure expreßis: & tamen si condemnaretur, condemnatio teneret, non tamen ut pœna ultimi supplicij afficeretur.

NOn potest quis† ex præsumptionibus quantuncunque violentis, & indubitantis condemnari: vt sciunt omnes: & probatur per regulam. l. sciant cuncti. C. de proba. & l. absentem ff. de pœ. & l. interpretatione. & l. si præses. ff. de pœ. quod tamen intellige, nisi in quibusdam casibus à iure expressis: secundum Bart. in l. quod Nerua. in vj. colum. ff. depo. & ex pluribus ad propositum comprobat Gandi. in tracta. male. de præsumpt. & indi. indubi. in ij. colum. Sed pone quod quis condemnaretur, an condemnatio teneat. Videretur dicendum quod sic per regulam. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & simile videmus in sententia, quæ sub conditione feri non debet. l. j. §. biduum. ff. quando appel. sit: lata tamen tenet, vt ibi, & in l. cũ iudex C. de sent. & not. Saly. in l. cùm eorũ. in j. col. C. eo quod & nos quoque non negamus, sed non vt pœna vltimi suplicij puniatur, quod in practica est satis quotidianum: & notandum, Ita Inn. pater veritatis in c. quia verisimile. de præsump. Ioan. And. & But. in c. afferte mihi gladium. co. ti. & Bal. in l. si. C. de proba. præalleg.

CCLIX

1 *Sententiæ latæ contra patrem executionum potest fieri in peculio quod asignauit filio: intellige tamen dum sententia non sit lata ex causa peculiari.*

1 PAter assignauit aliquid filio in peculium: queritur si sententia† lata sit contra patrem, quod tamen intellige ex causa non peculiari, an executio possit fieri in peculio: vel & aliter si tenuta generaliter. emanauerit contra patrem, an extendatur etiam ad peculium: dic breuiter quod non: & si dubitandi rationem faceret: quia peculium quòad proprietatem, est patris: vt not. in l. si filio famil. in prin. ff. sol. ma. illùdque adimit pro libito voluntatis. vt in l. apud Celsum. in §. fi. de excep. do. & in l. filiæ. C. sol. mat. & no. Specu. in tit. de feu. in 18. q. & ad propositum est ratio: quia ex constitutione diui Claudij separatũ est à rebus & bonis ipsius patris: ita vt illis cõfiscatis, hoc idem à cõfiscatione, pculdubio eximat: vt no. in l. pe. C. de cessio. bo. & ita in terminis, exclamans ampliùs dictũ esse peregrinum, dicebat Bald. in l. iij. in §. sed vtrum. in j. co. ff. de minο.

CCLX.

1 *Coniunctus pro coniũcto licet non admittatur sine mandato ad agendum, ut sibi soluatur, admittitiur tamen ut debitum deponatur.*

COniunctus, vt sciunt omnes, pro coniuncto admittitur ad agendum, etiam sine mandato. l. sed & hæ. in prin. ff. de procu. sicuti & ad rescriptum impetrandum: vt in c. nonnulli. in §.
1 sunt & alij. de rescri. & † tamen non admittitur ad exigendum etiam si esset pater: quod videtur mirabile. l. si hominem. § . si gener. ff. de sol. & est glo. quam ibi celebrat Barto. in l. vero procuratori. ff. eo. & exclàmat no. Abb. in c. cum. M. in iij. col. de consti. & est arg. in l. patri. & in l. illud. ff. de mino. sed tamẽ volo vos vnum non ignorare: quod dicit menti tenẽdum Bal. in loco statim allegando: quod licet non admittatur ad agendum, vt sibi soluatur: admittitur tamen vt debitum deponatur: & est frequens ac quotidianum: ita Bal. in l. si autem: in prin ff. de neg. gest.

CCLXI.

1 *Creditor si pignus tradidit alicui sibi debitum soluenti, si posteà illud deperdatur, non tenetur debitori.*

CReditor† cuidam debitum soluendi, non quod ipse esset debitor, sed alius, pignus tradidit: quod fortè casu, vel etiam culpa recipientis deperditum est: volebat debitor ipsum sibi persolui à creditore: dubitabatur an esset obligatus: videbatur dicendum prima facie quòd sic: quia subesse. videtur quid: quòd creditori posset imputari, cur ipsum debitori domino non dederit: & tamen contrarium est verius: & ita hoc mane fuit determinatum, me ad idem & in terminis allegante doctrinam Bal. qui certè omnia sciuit: in l. fideiussor. in §. creditor. per illum text. quem etiam dicit singularem. ff. de negotijs. gestis.

CCLXII.

1 *Idem iuris est de fructibus & accessorijs, quod de principali.*

1 ADeò verum est id, quod† vulgò dici solet, idem iuris esse de fructibus & accessorijs, quod est de principali: vt quis si petierit se mitti in possesionem omnium bonorum tentorum, & possessorum tempore vitæ & mortis defuncti, intentando formam l. fina. C. de edict. di. adtollen. quam solenniter hoc anno interpretati sumus, & typis excudi curauimus, mittatur etiam, & mitti debeat in possessionem fructuum post mortem ipsius defuncti: licet nunquam fuerint proprij: tex. est quem no. dicit: & menti tenendum Bal. ibi in l. iij. in §. sed quid si. ff. de neg. gest. & hæc sint satis, etsi multa dici potuissent, quæ vt plurimum in facto euenêre, restat interim vt lector æqui bonique consulat, & cogitet me his non tam mihi, qui hasce editiones

semper

semper abhorrui: quia auditoribus meis, eorum precibus fractus satisfacere voluisse.

CCLXIII.

1 *De statuto Pisano.*

1 STatutum est Pisis, si quis † aliquem offenderit, ipsum ponere posse se in manu ipsius offensi: vt corpus scindatur, & malè: quia ad ipsum videtur esse contra tex. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & in cap. contingit. de senten. excom. per quem tex. ita etiam dixit Barto. in l. j. in §. vsque adeò. in fin. ff. de iniur. sed dato quòd valeat, quæro an si in scindendo modum excesserit, puniatur? dicas breuiter (& est sing. verbū) quòd sic: quoniam id cum moderamine, & boni viri arbitrio facere debet: vt ille idem Bar. declarat in l. sed si vnius. in §. prætor ait. ff. eo. quod menti tenebis semper.

CCLXIIII.

1 *Morte an omnia soluantur, & etiam crimina extinguantur.*

1 GEnerale est, mortem † omnia soluere, vt in §. deinceps in authen. de nup. ex quo non amplius homo, sed cadauer appellatur: vt in l. seruo manumisso. ff. de condi. inde. ita vt crimina eo casu tunc etiam extinguantur: vt not. in ca. causam quæ qui fil. sint legiti. & in cap. à nobis. de senten. excom. & in cap. quorundam. xxiij. distinc. & plenè per Anto. Corse. in sing. suis pœna. v. quod per locum à speciali quoque probatur. in §. per contrarium: Instit. de hæred. quæ ab intesta. defe. & nihilominus videmus quòd alio casu, si quis in ciuitate morari non poterat, puta quia bannitus, & moriatur pēdente banno, nec ad ciuitatem reduci poterit: ita Barto. in l. ij. (quod etiam mirabile ex suprà dictis videtur) ff. de cadaue. pu. & est argumen. in cle. j. de sepul. per quę duo ita etiam tenuit Albe. in tracta. ban. in ij. parte. iij. tempo. in ij. quæstio. incip. an corpus. ita vt alterum fateri necesse sit, vel quod istud nō sit verum: vel & melius intelligi debere de bannito taliter, & crimine digno, vt nedum viuus, verum etiam mortuus puniretur: & breuiter vt indignā facti refricet memoriam: quemadmodum in simili dicitur. in cxv. q. j. per quem text. ita etiam in simili Arguit Archi. in c. cœnomanensem. lvj. distin. Cogita.

CCLXV.

1 *Iudex laicus se intromittere non potest in his quæ sunt merè ecclesiastica: & quid contra.*

1 IN his † quæ sunt merè ecclesiastica, iudex laicus se intromittere non potest: siue incidat quæstio iuris, vel facti. capitulo. tuam. de ordi. cogni. cap. si iudex laicus. de sentent. excom. in vj. l. quoties. & ibi not. C. de iudi. & minimè mirum: vt inquit Abb. pa. in ca. lator. in ij. colum. qui fil. sint legi. quia nec actu, nec habitu iurisdictionem habet prorogabilem: & hac ratione subijcit econtra: si coram iudice ecclesiastico incidat. poterit absque dubio ipse cognoscere: ex quo saltem iurisdictionē habet potētia, & habitu (vt diximus) & est arg. in l. j. ff. de iudi. & in l. priuatorum consensus. C. de iuris. om. iud. & limitatio ad regulam contrariorum, quæ non procedit data diuersitatis rationes l. si quis negotia. ff. de nego. gest. & not. in rub. de acquir. possess. plenius: quod tamen ad propositum confundi videbatur per tex. in d. ca. tuam. vbi papa hac ratione debuisset cognoscere de successione, sicut de dote: & tamen non cognouit: vt ibidem nisi respondeamus, & est verum, non cognouisse: quia nec incidenter nec principaliter quæstio proposita fuerat: vt ibi Hosti. declarat & post. cum Archi. in summa. vi. q. j. in ij. col. Sed tamen volo practicam obseruetis mirabilem: cum videtis exceptionem hanc remissionis opponi: vt faciatis iudicem opponentibus terminum statuere ad producendū coram eo capitula, quæ probare intendunt: vt videat an releuent: quoniam aliàs si non releuabunt, ad vlteriora procedere poterit: & sic malitijs obuiabit opponentium, & parti consulet contra quam opponitur. Ita Alexan. post Saly. in d. l. Titia. in iiij. col. ff. sol. mat. & est menti tenendum.

CCLXVI.

1 *Venditio facta uxore consentiente, potest ob reuerentiam maritalem rescindi, & nec etiam mulieris fideiussio pro marito ualet. maximè si præcesserint minæ, quæ iustum inducunt metum.*

2 *Cautela ut metus non præsumatur in contractibus mulierum.*

1 VEnditio † facta vxore consentiente potest ob reuerentiam maritalem rescindi: vt est glo. not. in l. j. in §. quæ oneradæ. ff. qua. re. ac. non de. per quam etiam alibi dixit Bal. quòd fideiussio eiusdem facta pro marito non valet ratione prædicta. in l. ij. in princip. ff. ad vel. ita vt ei renuntiari etiam non possit: quoniam nullitas introducta est à iure prohibitiuo: vt not. in l. j. C. de fideiuss. dot. den. & per Bart. in d. l. ij. & bene, & amplius alibi idem Bal. post Iaco. de Aret. quòd etiam si partes vellent, vnus eorum non posset esse testis pro alio: in l. j. in §. si vir. ff. ad sillania. & non habet dubium. Sed tamen pro singulari dicto & erit etiam intellectus ad glo. prædictam, obseruandum est, quòd sola reuerentia non sufficit: nisi alia concurrant: tum vel maximè minæ precedentes: quæ iustum dicuntur inducere metum. l. interpositas, & ibi per docto. C. de transactio. & hoc est fortè: quod text. ibidem illis verbis, causa cognita &c. innuere videbatur. Et ideò practica est, & cautela † mirabilis: vt semper consanguinei dictæ mulieris adsint: quoniam tunc omnis metus & dolus abesse præsumitur: que docet Bart. in l. transactionem. in vtraque lect. C. de transactio. aliàs (vt dixi) venditio nullo modo valeret, & rescindi semper posset: & est argu. etiam in l. j. C. de prædi. curia. libr. x. & hac ratione voluit: vt in mulierum contractibus eorum consensus adhiberetur, & maiori etiam solennitate fierent statutum nostrum Pataui. sub rubrica de suc. mul. incip. Mulierum fragilitatibus: quod si obseruaueris, & practicam hanc simul alibi, vbi statutum non extaret: tibi & rebus tuis absque dubio consules.

CCLXVII.

1 *Peritis in arte credendum, & quot sint necessarij: ut fides plena eis adhibeatur. nu. 2. & 3.*

3 *Christi actio nostra est instructio.*

1 SCitis quòd peritis † in arte credendum est, & ad eos semper recurrendum: casus est in l. j. in prin. ff. de ven. inspi. & in l. semel. C. de re mil. lib. x. & in c. vt cōstitueretur. 50. dist. imò potiùs eis quod testibus credi debet, & quidem sine iuramento: secundum glo. in d. l. j. & latiùs quam alibi per iura prædicta comprobauit Spec. in ti. de proba. in §. videndum. in vij. col. vbi etiam asserit Bononiæ ita aliàs pronuntiatum fuisse. cum à cāpsore quodam scholaris pecuniam repeteret, & campsor ipsum falcastro percussisset: accusatùsque diceret non falcastri vulnus esset, sed alterius instrumenti: quoniam per chirugicos responsum fuit ipsum falcastri ictu perijsse, & difficultatem nullam habere videtur. Sed dubito (& istud semper memoriæ commendabis) pro iudicibus mittentibus, medicos ad videndum vtrum vulnus sit mortale, nec ne, & an sit remansura
2 cicatrix: quia statur: vt diximus, eorum relationi. quot † sint necessarij, & an vnus tantum sufficiat, quod minimè dicendum videretur: quia sicuti vni testi credendū non est, etsi is Cato foret, (vt aiunt) non etiam vni perito tantum credi debet: & probatur in l. vbi numerus. ff. de testi. & Nume. xxxvj. c. & xix. vnde Christus Iesus etiam hac ratione cùm eidem obijcerent Iudęi testimonium eius nullum esse, ostēdit, dicens imò verum esse: quia non solùm ipse de se testimonium perhibebat, sed etiam pater de illo: nec Ecclesia insuper solo euangelio cōtenta fuit,
3 sed plures Euangelistas voluit: quorū † actio, Christi scilicet, & ecclesiæ, cuius caput est Christus, nostra est instructio: vt in c. significasti. de electio. & ideò pro resolutione breuiter dicēdum puto: quod si in loco plures fuerint, duo saltem requirentur. d. l. vbi numerus. ff. de testi. quam ad propositum, & hoc modo ampliabitis, vt nedum in testibus, verùm etiam in peritis procedat: qui etsi testes ipsi quoque sint: non tamen eo modo deponunt, quo illi: vt in locis prælleg. continetur: sin autē vnus tantum sufficiat: & probatur in §. quod autem. & ibi Bar. in specie no. in auth. de non alienan. & hoc casu regula prædicta: & alia limitabuntur: & non ab re propter publicam vtilitatem, & necessitatem: & quia videmus etiam alio casu credi debere: vt in l. j. ff. de ver. obli. & in l. Theopōpus. de dot. præleg. & sentit per d. §. quod autem etiam Bal. nullam tamen de Bar. mentionem faciens; in c. licèt. in fi. extra de testi.

CCLXVIII.

1 *Iuramentum nunquam illi deferendum, contra quem præsumitur de transgressione: imò deferens peccat mortaliter.*

DE iuramento memini me aliàs multa dixisse in capit. quintauallis. de iureiu. sed vnum nunc à vobis prætermittendum

non est quotidianum, id ipsum nunquàm deferendum esse illi, contra quem† vehementer præsumitur de transgresione: imò si deferatur, deferens peccat mortaliter: quia est causa interitus illius animæ. c. ille. xxij. q. v. quod est contra illos, qui in iudicio dicunt, iuret aduersarius, & bibat sibi hoc iuramentũ: & ideò prouidendum esset, ne scholares iurarent obedire Rectori: quia facilè iuramentum transgrediuntur, & periurium incurrunt: vt dicit Abb. in d. c. clericos. de cohabi. cle. & mul. dictum sanè iudicio meo non satis tutum: ex quo non præsumitur quis in dubio velle delinquere: nisi aliud considerãdum veniat vt statim dicam. l. meritò. ff. pro soc. c. j. de scruti. fa. & est arg. in l. fin. C. ad leg. Iul. repe. qua de re meliùs esset dicere non deferendum clericis concubinarijs: vt concubitus adiurarent, idest, renunciarent cum iuramento, & promitterent de non redeundo ad vomitum: quia hi, cùm assueta relinquere durum sit, & difficilè: faciliùs quam illi periurium incurrerent: in scholaribus haud considerabile: sed aliter procedendo: & est practica Abb. vbi suprà vt nolentes dimittere excommunicentur: per illum text. qua etiam Calistus suffraganeus (è vita enim non satis suo tempore cessit incredibile desiderium sui bonis omnibus relinquens) vti solebat: & quòd assueta relinquere difficillimum sit. (mitto quod Aristo. id quoque dixerit) exemplo etiam Platonis comproba: cùm alea ludentem argueret: & ille, quàm parua reprehendis diceret: qui respõdit, verum est, attamen non paruum est consuetudo: vsque adeò vt ipsa etiam experientia videamus eos, qui longo tempore in vinculis detinentur, si posteà soluantur, ob diuturnam vinculorum consuetudinem vix ambulari posse.

CCLXIX.

Multa dicuntur aut tractantur, quæ non fiunt, aut perficiuntur.

Prudentis est proprium futura præuidisse.

Cautela, si quis timet à suo superiore iniustè excommunicari, ut extra iudicialiter appellet, & à grauamine quidem futuro: eo enim casu excommunicatio suspendetur.

EGo fui multoties interrogatus, si quis timeret à suo superiore iniustè excommmunicari, quid esset agendum. aliqui dicebant expectandum, ex quo multa† dicuntur, quæ non fiunt, sicuti etiam multa tractantur, quæ non perficiuntur. l. sciendum. §. dictum. ff. de ædil. edict. l. si ex causa. §. nunc videndum. in fin. ff. de mino. c. dudum. de reb. eccle. non alie. in vj. & not. Bald. in l. cùm allegas. in ij. C. de. vsu. & in l. multum interest. C. si quis alte. vel si. & malè. quoniam semper quod euenire potest, prospici debet. l. si quis domum. §. pen. cum vulg. ff. locat. imò prudentis est proprium, non† tantum præterita meminisse, aut intellexisse præsentia. verùm etiam præuidisse futura. Vnde quia secum executionem trahit, si fulminetur, nec potest ampliùs appellari: vt in c. pastoralis. in §. j. de appell. & in c. j. de sent. excom. in vj. & not. Bart. in l. qui vltimo supplicio. in j. col. ff. de pœn. dicebam practicam esse, & negari non potest, vt† extraiudicialiter appellaretur, & à grauamine quidem futuro verisimiliter, quoniam tunc suspendetur, nec secum executionem trahet. & est consilium saluberrimum. vt Abb. docet in cap. cùm dilectus. in ij. colum. de religio. do. & in locis præalleg. no. & vltra in capit ad hæc. de app. & hoc est, quod alibi dicitur, mèlius esse in tempore occurrere, quám post exitum vindicare. in l. j. C. quan. li. vni. si iud. se vin. seu aliter, melius esse intacta iura seruatur, quàm post vulneratam causam remedium quærere. in l. fi. C. in quib. cau. in integ. resti. non est ne. & his proximum est quoque id iam factum trito sermone prouerbium, Rompe moras, nocuit differe paratis, quod perpetuó & semper obseruabis.

CCLXX.

Practica contra testes contra nos examinatos.

POstquàm de practica suprà proximè† locuti fuimus, volo vos aliam docere, vt faciatis testes contra vos examinatos, à iudice interrogari semper, si eo anno confessi sint, si sacramentum eucharistiæ sumpserunt, & talia, quod à multis, & in multis quidem locis ad vnguem seruatur, nec vllo modo prætermittitur, & non ab re, quia si responderint nullum prædictorum fecisse, eis etiam cum iuramento non creditur, ex quo peccant, & in peccato perseuerant, casus est. & ibi in terminis not. Abb. Pa. in c. j. in prin. de purg. ca. quod not.

CCLXXI.

1 *Extrahens enim qui confugit ad ecclesiam pœna ultimi supplicij de iure ciuili afficiendus est, de iure autem canonico sententia excommunicationis feriendus, etiam si iudicis authoritate extraxisset.*

MIrandum, quàm maximè est, quòd ecclesia tot, & tanta habeat priuilegia, tum vel maximè vt ad eam confugientes tuti etiam, quòd fuerint homicidæ. l. præsenti. C. de his qui ad
1 eccle. confug. vsque† adeò (quòd ibidem not.) vt pœna vltimi supplicij afficiendus sit, qui inde eos extraxerit de iure ciuili: de iure canonico verò sententia excommunicationis feriendus: vt in ca. miror, & in c. quisquis, & in c. si quis. xvij. q. iiij. etiam quod iudicis authoritate extraxisset: secundum Bald. in l. nemo. j. in j. lect. C. de sacrosanct. eccles. & est limitatio ad regulam. l. j. C. de prædi. curia. lib. x. quandoquidem immunitas ecclesiæ sit, & non personarum ibidem fugientium: vt declarat Ancha. in consi. cccxxix. incip. dubitatio: in prin. & tamen. iij. Reg. c. ij. legimus Ioab cum Amner, & Amasan interfecisset, in tabernaculumquæ domini se ad cornu altaris apprehendens aufugisset, minimè tutum fuisse: ex quo Salomonis iussu ipse quoque à Banaia interfectus est: nisi soluamus (& est verum, nec secus dici posse videtur) id ipsum fuisse, quia eos de industria & per insidias interfecerat: quo casu ab altari euelli potuit, & occidi: vt Exod. c. xxj. ibi, si quis per indùstriam occiderit proximum suum, eum ab altari euellas, & occidas. & not. in c. inter alia. de immu. eccle. & in ca. reum. xvij. q. iiij. & per Ro. in consil. ccxxvij. incip. spectabilis domine. in princ. & est in practica quotidianum.

CCXXII.

1 *Abraã quare non coinquinauit animã adulterio iungẽdo secum Agar ancilla.*

ALiud admirandum etiam hoc mane legi, quòd pater Abraam, qui fide & iustitia probatus à Deo, adeò dilectus est, vt pater excelsus fidei, & multarum gentium, ac primus in scripturis presbiter, siue senior appellari meruerit, historia nota est, idque sacræ testantur literæ, vbique de ipso loquentes, & nihilominùs adulterio (iunxerat enim se Agar ancillæ Egyptiæ)
1 minus† animam, quasi id sibi lege permissum esset, coinquinasse videtur: vt Gene. c. xvj. legitur, quod apud nos tam detestabile est, vt in l. quamuis, & in authen. sed nouo iure. C. de adult. est maius homicidio, ex quo eo agẽs & patiẽs delinquũt: isto verè agens tantum: secundum Ro. in l. interdum. in §. j. ff. de publica. & not. in l. athletas. ff. de his qui not. infa. imò etiã, lege Mosaica prohibitum, vsque adeò vt adulteri lapidibus obruerentur: vt Ioan. viij. & Leui. xx. quod & Lactan. etiam Firmi. authoritate comprobari potest: libro v. diui. Insti. quòd adulteria nõ essent, & mulierum prostitutiones ac stupra, si esset notum omnibus damnari à Deo: legitur etiã Gene. xxvj. quòd Abimelech Palestinorum rex, per fenestram prospiciens vidit Isaac iocantem cum Rebecca vxore sua, & accersito eo ait: perspicuum est quòd vxor tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam, dicens? qui respondit: timui ne morerer propter eam: (quod Abraam etiam fecit: vt ibidem c. xij.) dixitque Abimelech, quare imposuisti nobis: potuit coire quispiam de populo cum vxore tua, & induxeras super nos (nota verbum) grande peccatũ. Sed dici multifariam potest: id sibi permissum fuisse: quia Sara vxor sterilis erat, multiplicandumque semen audierat: vt ibidem. c. xv. eduxitque eum foras, & ait illi, suspice cœlũ, & numera stellas si potes: & dixit ei: sic erit semen tuum, quod haud quaquã placet: quia promissio facta videtur, at nõ vt adulterũ cõmitteret: quandoquidẽ fieri non debeat malũ: (nec Deus hoc permittit) vt bonũ eueniat: vt no. in c. nõ magnopere. ne cle. vel mo. & in c. super eo. de vsu. & in cano. nõ est putãda. j. q. j. Ideò dic factũ id fortè fuisse: quia Sara cõsenserat, imò iusserat ei dicens, ecce conclusit me dñs, ne parerẽ, ingredere ad ancillam meã, ex illa saltem suscipiam filios? Gene. xvj. præalleg. Nec istud ipsum placet: quoniã si adulteriũ absque vxoris cõsensu peccatũ est, cõsensus ipsius peccatũ non tollit: quia non ipsa etiam est, quę peccatũ detestatur, sed Deus. Id igitur existima excusatione dignũ: quia nõ in coitu libidinoso voluptas fuit: sed prolis habẽdæ gratia pia charitas: respõsio adhuc non tuta satis: quoniã hac excusatione digni etiã multi viderentur: quod ergo si diceremus tolerabile fuisse: quia nondum (vt sancti dicũt expositores) lex euãgelij vnius vxoris erat promulgata. Nec istud tutũ arbitrare: ex quo nec alibi etiã promulga-

promulgata erat & nihilominus grande (vt suprà diximus) peccatu appellabatur. Qua de re melius: est dicere ipsum peccasse: sed quia peccatum fuit sine alterius iniuria, & impropriè quidem adulterium fuisse videtur: ex quo alterius thorum nõ violauit: credens etiam permissione Dei propter semen idipsum sibi licuisse: & quodammodò ignoranter: merito quoque fidei (vt dixi) his accedente: quia ipsum Deum vnum, & trinũ cognouerat, & istius & omnium remissionẽ obtinuit: vt Pau. ad Rom. inquit. c. iij. quæ omnia, etsi Theologum potiùs, quã Iurisconsultum olere videatur, quia longè tamen aliena à nobis non sunt, vt alibi quoque diximus, & multoties, memoriæ commendanda censui, & hîc scribenda.

CCLXXIII.

1 *Libellus obscurus opponente non procedit.*
2 *Libellus quinque modis dicitur obscurus.*

QVoniam in l. fi. C. de anna. excep. dicitur, libellum obscu-
1 rum nullo † modo procedere, quod intellige si à parte opponatur: quoniam aliàs secus: vt dixi alibi. & not. Alexand. in l. j. in prin. ff. de eden. & practica est vt ibidem, ne petatur declarari: quia hoc modo instrueretur actor: sed opponatur, & si obscurus sit in principali, quoniam aliàs si in accessorijs, procedit: vt tenet Abbas, & bene: in c. cum venerabilis. in j. colum. de reli. domib. & Imo. in l. si filiusfam. in §. cum fundum. ff. de verbor oblig. & hac ratione ad propositum: quia non potest reus certificari, & deliberare an velit cedere, vel cõtendere. auth. offeratur. ff. de lit contesta. d. l. j. cum simil. ff, de edend. Verum
2 quæritur pro declaratione † quot modis dicatur obscurus, quoniam aliàs idem, quod nulla interpretatione iuuari potest: vt inquit Inno. in cap. cùm clamor. extrà de testi. quem refert & sequitur Bal. in l. hæredes palam. in prin. in j. colum. ff. de testa. & est exemplum, si in instrumento publico dicatur Caium fecisse testamentum præsente Titio & Seio, & quinque alijs testibus rogatis: vt nec voluntas, nec solennitas probetur: quoniam non continet specificatum numerum testium: perinde ac si in eo descripti non fuissent: vt in l. j. in prin. ff. de his quæ in testa. delen. & in l. ita fidei: ff. ne iur. fisc. Responde breuiter quinque modis dici posse, pro ratione æquiuocationis, quando oratio, seu verbum pluribus accepi potest modis, l. quoties in stipulationibus. ff. de verbo. oblig. l. veteribus, & not. ff. de pact. vt Canis, quod verbum æquiuocum dicitur: quia marinũ latrabile, & celeste significat sydus: secundum diuersas rationes: vt dialectici dicũt. Secundò ratione generalitatis, si cõtra aliquem actione famosa experiatur: neque certum quid iniuriæ factum exprimamus: vt in l. prætor edixit. in prin. ff. de iniu. ex quo generalitas nullam speciem complectitur: vt in l. Titiæ textores. ff. de leg. j. & hoc est quòd alibi dicitur in l. j. in §. iuncta glo. insidiantem. C. de Iust. C. confir. quòd lex si non intelligatur hac ratione nobis insidiari dicitur: bo. tex. in c. dilectus. de testi. & in cap. ex parte de offic. ordi. Tertiò ratione altercationis: vt in d. l. prætore dixit. in §. quod autem. puta si in iuriæ nomen dicatur sic, illud, aut illud & non iniuria specificè allegetur. & idem etiam in l. vbi autem non apparet. in §. qui illud. ff. de verbo oblig. & in l. cum incertus. ff. de leg. j. & in cap. cum à crapula. de vi. & hon. cle. obiter hîc tamen dictum sit, quòd si obscuritas est legis hac ratione & alternatiua pœnarum, declaratio ad iudicem spectat. vt Bald. ibidem dicit, & bene. Quartò ratione locutionis non coarctatæ: vt in l. item exigit. ff. de dolo. vbi in actione de dolo, etsi diuersa ratione secus sit in actione quod metus causa: agens designat cuius dolo malo factum sit aliquid, & quod dolo malo factum sit, quod ni fallor, idem est vt suprà, cùm quid generaliter petitur. Quintò igitur & vltimo ratione indefinitatis: vt in l. si seruitus. ff. de serui. vrba. prædio. exempli gratia, ne luminibus officiatur: quia & de his quæ nunc sunt, & quę posteà fuerint intelligi potest: quæ etiam generalitas videtur, & sub prædictis comprehendi: vt textusmet sensit etiam in d. l. si seruitus. ibi, & humaniùs est verbo generali omne lumen significari. quod pendet etiam ab his, quæ habentur in l. si pluribus. de leg. ij. aliàs alijs etiam modis obscuritatem intelligi diceremus, compositione, diuisione, amphibologia, & similibus: quæ ad suprà dicta rediguntur, & possunt in iuribus præalleg. videri, & hæc erunt interim satis: quò ad d. verbi declarationem.

CCLXXIIII.

Hæresis crimen est merè ecclesiasticum, ita ut iudex laicus, nec principaliter, nec incidenter de eo cognoscat. fallit, si curiæ seculari hæreticus traditur. nu. 2.

1 CRimen † hæresis est merè ecclesiasticum, ita vt iudex laicus nec principaliter, nec incidenter possit se intromittere, & de eo cognoscere. c. tuam. de ordi. cogni. c. lator. cum simil. qui fil. sint legi. & in terminis probatur in capitul. vt in inquisitionis. in §. prohibemus. de hære. in vj. etiam si ipse hæreticus laicus sit: vt not. declarat Abb. in cap. cùm sit generale. in pen. col. de for. compet. & ponderandum est quòd tex. in d. §. prohibemus. inhibet eũ quoquo modo cognoscere. j. vt dicimus, & ibi exponit glo. nec principaliter, nec incidenter: quod tamen non est regulare. l. quoties. C. de iudi. & alibi plenè not.
2 in rubr. extrà de iudi. Nihilominus tamen † volo vos scire, & notare vnum: quod certè memoria dignum videtur, quòd imò est dare casum, vt cognoscat: si curiæ. l. seculari tradatur: vt in capitul. ad abolendã. in §. qui verò de hære. & in cap. super eo. eo. titu. in vj. & similibus: quoniam tunc non tenebitur stare processui contra hæreticum facto: sed poterit, si voluerit processum formare de nouo, & causam ipsam examinare, & consequenter de ipso crimine cognoscere, quod mirabile dictum semper putaui. ita Bart. in §. si quis contra. in auth. de sanctis. episco.

CCLXXV.

1 *Promittens de suo facto tantùm, factum tamen hæredis successoris continetur.*

1 QVidam promisit † de suo facto tantùm, quæritur nunquid factum hæredis successoris contineatur? Prima facie dicendum videretur, quod non. quia de suo facto tantùm dixit, nihilominus tamẽ contrarium verius est, ex quo taxatiua apposita videtur: vt personas penitùs extraneas excludat, non etiam successores. casus est in l. stipulatio ista. in princ. in ver. sed si se obligat. ff. de verb. obligat. quem text. dicit singularem ad propositum Baldus in l. expulsos. in fin. C. de actio. emp. & ita hodie multis primam partem tenentibus, decisum fuit in foro.

CCLXXVI.

1 *Aduersarium citari faciens coram diuersis iudicibus an perdat causam.*
2 *Intellectus l. j. §. fin. C. de assert. tollend.*

NOn parua oritur dubitatio, an si quis fecerit aduersarium suum † citari coram diuersis iudicibus, debeat perdere causam? omnes conueniunt in hoc, quòd non, sed satis est, quòd secundi iudicij soluat expensas citato accipiente, quomodo intelligitur. l. vbi cœptum. ff. de iudic. quod tamen declarandum est, nisi in primo iudicio fuisset contumax, nec cõtumaciam purgasset soluendo expensas. l. sancimus. C. de iudi. quoniam tunc non exciperet, ex quo non potest vti beneficio primæ instantiæ, quam non approbauit comparendo: aliàs esset in potestate sua pœnam eludere. contra text. in l. ne in potestate. de arbit. & est not. declaratio ad d. l. vbi cœptum. quam sensit Bart. in l. sepulchri. ff. de sepul. viol. & Corse. in singul. cxliiij. incip. iudicium. etiam si testator dedisset optionem locorum legatario: vltra eos dicens, volo quòd legatarius possit conuenire hæredem in quolibet loco, in quo eum repererit. secundum Bald. in l. si duobus. in §. sed & si quis. in penul. colum. C. commu. de lega. & non habet dubium. Sed ad propositum idem Corset. sibi suprà (& fuit verbum singul. Abb. in c. ex tenore. in fin. de rescript.) didicit fallare in casu. l. j. §.
2 fin. C. de assert. tol. vbi † seruus conuentus à domino coram vno iudice, si coram alio citetur, perdit causam, & suo iure priuatur. idquæ libertatis fauore inductum esse asserit, cuius gratia addas tu, relaxantur regulæ iuris communis: vt in l. i. & in l. si ita scriptum. ff. de manumiss. testa. & in l. generaliter. in §. si quis tutorem. ff. de fideic. liber. & non ab re, quia causa publica dicitur pia, & quæ nullo modo potest æstimari. l. si quis rogatus. ff. de fideic. liber. l. j. ad fin. C. de com. ser. ma. l. libertas. ff. de reg. iur. quæ fallentia tamen visa est mihi aliquando dubitabilis, ex quo in dubio lex fundata præsumitur in dispositione iuris cõmunis, & non specialis: vt no. in l. j. ff. de reg. iur. & in c. cõsultationi. de tempo. ordi. & in c. erit autẽ lex. iiij. dist. & quia etiã videmus, vt in iurib. præallega. quòd cũ legislator vult aliqd ipsius libertatis gratia decidere, id ipsum dicit, quod

factum non est in d. §. fin. deque seruo fit mentio inibi, non vt libertatis quæstionum esset fauorabilis nec ne; more Iurisconsultorum diceretur, sed quia casus ita euenerat, quod Imperatoris est proprium, qui legibus exceptis Imperij sui ordinationem respicientibus, ita semper procedit. quod & de Moyse etiam legitur, Numer. xxvij. vsque adeò vt verior eorum opin. videatur, si qui sunt, qui ita teneant, eam absolutè perdi per d. text. quod ab omni tamen ratione alienum esset, & contra iura expresse contrarium determinantia. Idcircò vel fallentia admittenda est, vel dicendum, & erit intellectus, illud ideò esse ibi, quia si nouus modus inuentus est, libertatis adimedæ, cùm scilicet assertus seruus legitimè citatus per annum contumax est: vt dominio aduersarij subiugetur, pari ratione econtra videbatur conueniens, & rationabile, vt nouus etiam inueniretur dandæ libertatis.

CCLXXVII.

1 *Commissarius seu executor testamenti, qui officium acceptauit, & distributionem fecit iuxta testantis uoluntatem, non propterea repellitur ab impugnatione testamenti.*

1 Commissarius, † seu executor testamenti officium acceptauit, & distributionem fecit iuxta testantis ordinationem, queritur an ex persona sua repellatur ab impugnatione ipsius testamenti? Prima facie quilibet diceret, quòd sic: quia vt dixi, iam officium acceptauit, & distribuit, vt sibi commissum fuerat, ita vt testamentum etiam approbasse videatur: & nihilominus contrarium est verius, quod videtur mirabile. casus est not. in l. sed si hoc. in §. j. in ratione sui. ff. de condi. & demonst. per quem text. ita etiam dixit Bald. in l. si pars. in j. lect. ff. de in offi. testa. & non ab re, quoniam merus est minister, & nullum consequitur commodum: vt ille idem Baldus ibidem in ij. lect. dicit.

CCLXXVIII.

Pater qui ex forma statuti tenetur soluere condemnationem filij pro delicto, non soluet si fuerit condemnatus ex contumacia.

Dicit statutum, quòd † pater teneatur soluere condemnationem filij pro delicto: filius verò (& est quotidianum) cõdemnatur ex contumacia, quæritur vtrùm pater teneatur, prima facie dicendum videbatur, quòd sic, quia & contumacia delictum est, ita vt ex ea condemnatus, ex delicto condemnatus videatur. l. si filius qui. ff. de interrogat. actio. quem text. ad idem & specie põderat Bald. in l. si mora. in ij. col. ff. sol. mat. & longè clariùs, & in terminis in l. j. in §. hoc iudicium. in ij. lect. in vlt. col. ff. si quis ius dic. non obt. tamen contrarium verius est: vt in l. qui repudiantis. in §. j. ff. de inof. testa. & in l. si pro lusorio. in fin. ff. de appel. & suadetur ratione, vt idem Bald. dicit in d. §. j. quia magis condemnatus videtur pro contumacia, quàm pro delicto, quæ etsi delictum dicatur, impropriè tamen & largo sumpto vocabulo: quomodo, suprà allegat. intelliguntur, non tamen est à statuto comprehensa: vt in l. iij. in §. hæc verba. cum materia. ff. de neg. gest. tene menti.

CCLXXIX.

Prælatus non tenetur stare locationi factæ per suum antecessorem.

Hoc mane interrogabat me Laurentius Cõmendunus, homo mihi & multis officijs, & summa familiaritate coniunctus, quomodo consulatur prælato successori, si prædecessor locasset fundum ad quinquennium, & pro toto tempore pensionem recepisset: vt multi quotidie faciunt, ac exinde ante tempus locationis finitum, mortuus fuisset? cui respõdi ex tempore, & sine reuolutione chartarum, nullum aliud esse consilium, nisi vt ipsum expellat, etsi prima facie iniquum esse videretur, cùm † non teneatur stare locationi factæ per suum prædecessorem: vt no. in c. dilecto. ne præl. vic. suas & in l. si quis domum. ff. de vsucap. & est verissimum. & ita posteà inueni Bald. ponentem decisionem in terminis in l. defuncta. ff. de vsufruct. quam tene menti, & nota perpetuò.

CCLXXX.

1 *Solarium inferius cui per diuisionem obtigit, non tenetur pati solariæ superiora habentes per inferius transire, nisi expresse dictum sit.*

2 *Diuisio emptioni similis.*

1 Tres erant † fratres habentes domum communem, qui venerunt ad diuisionem, & cuilibet adiudicatum est vnum solarium: fratres qui habebant solaria superiora, volebant transire per inferius, frater cui in partem id contigerat, non patiebatur, quæsitum est quid iuris? & certè prima facie videbatur dicendum ipsum teneri. per text. in l. iij. in §. qui haber. ff. de seruit. rustico. prædio. & in l. binas ædes. in §. nõ autem. ff. de serui. vrba. prædio. & in l. si is qui binas. ff. de vsufruct. &

2 tamen contrarium est verius. quia diuisio † emptioni similis est: vt in l. j. C. commu. vtriusq. iud. sed in emptione via, vel iter non debetur, nisi expresse dictum sit: vt in l. in vendendo. ff. de contrahen. emp. ergo. & est expressum in l. via constitui. in §. quęcunque. & ibi in specie not. Bald. ff. de serui. rustic. præd. quod vti quotidianum quoque (vt superiora) obseruandũ est, quandoquidem contraria alio casu loquatur.

CCLXXXI.

1 *Clusam molendini per agrum alterius habens, potest ibi terram & lapides capere ad clusam reaptandam.*

1 Alius casus not. est ad idem: nam ego † habeo clusam molendini per agrum tuum, & volo illã reaptare, mitto, quòd aditum mihi præstare debeas, nunquid tenearis etiam mihi concedere terram, & lapides in ripa tua, etsi illa eadem sit tibi libera: durum videretur, si diceremus, quòd sic: quãdo pactum non intercessisset inter te & me, & nihilominus receptum est, teipsum ad id teneri. casus est quem ibi Bald. meus bene tenendum menti exclamat, in l. refectionis. ff. si serui. vendice. & vidi in practica multoties.

CCLXXXII.

1 *Imbreuiatura cancellata reperta in protocollo notarij, si in margine sit scriptum, cassata de uoluntate partium, hæc uerba faciunt fidem.*

1 In protocollo † cuiusdam notarij apparebat quædam imbreuiatura cancellata, & in margine erat scriptum, cassata, de voluntate partium, quærebatur an hæc verba facerẽt fidem. Videbatur prima facie dicendum, quòd non, quia locum tempus, & testes nõ continebat, minùsque apparebat, quòd notarius esset rogatus. attamen determinatũ fuit cõtrarium, & est casus multum quotidianus: quoniã imò cõtinebat tacitè, si nõ expresse, ex quo eo tẽpore, vt verisimile est, geri potuit. Nec est necessarium rogitũ apparere, quandoquidẽ in dubio pręsumatur rogatus semper: vt in §. nos autẽ. in authẽ. de tabellio. & no. in l. sciendũ. ff. de verb. oblig. & ita in terminis decidit Bal. in l. si quis ex argentarijs. in secunda lectura. in prin. in ij. col. ff. de eden. & in l. Labeo. in §. j. in ij. col. in j. lect. ff. de pact. & in simili quòd præsumatur rogatus. in l. j. in §. j. ff. de hæredi. insti. tene menti.

CCLXXXIII.

1 *Debitor condemnatus soluere creditori, quia instrumentum solutionis non ostendit, si post eius mortem hæres illud reperiat, sibi proderit contra debitorem.*

1 Alius est casus not. qui similiter his diebus euenit: nam † sẽtentia contra debitorem lata est, vt teneretur soluere creditori suo, quod debebat: quia re vera instrumentum solutionis ostendere non poterat, & id minus testibus probare: debitor moritur: hæres post condemnationem instrumentum solutionis inuenit: querebatur an sibi prodesset contra creditorẽ? Prima facie dicendum videbatur quòd non: casus est in l. argentarius. in §. cum autem. ff. de eden. & tamen contrarium fuit obseruatum: quia hoc idem decidit glo. & est opi. satis æqua, in l. si fideiussor. in §. in omnibus. ff. manda. nec ob text. in §. cum autem: quia illud ideò est, ex quo regressum habebat contra alium: aliàs secus. & comperi ad literam Bald. ibidem ita declarantem: nec aliter dici potest.

CCLXXXIIII.

1 *Habitatio Titio legata, & relicta in testamento, si comburatur, eius periculo cedit, & non periculo hæredis.*

2 *Intellectus l. si quis domum. ff. locat.*

1 Alicui, † puta Titio erat assignata certa habitatio sibi, vt puta legata & relicta in testamento: accidit casu quòd illa eadem combusta est dubitatur cuius periculum esse debeat an hæredis,

an hæredis, an legatarij. Prima facie videbatur dicendum quòd esset hæredis: quia de hoc videtur casus ad literam in l. si quis domum. ff. loca. nihilominus contrarium verius est: vt dicitur in l. cum hi. in §. fin. & ibi in specie not. Bald. ff. de transactio. esse scilicet periculum legatarij. Nec † ob text. in l. si quis domum: quia id verū est, ex quo rem habebat cōductor titulo oneroso: vbi aliàs in casu nostro dictam habitationem consequutus erat Titius ex causa lucratiua: quorum duorum non est par eadémque ratio: imò longè diuersa. l. fi. C. de codicil. ergo tene menti: quia est quotidianum.

CCLXXXV.

1 *Testes quos semel pro me produxi, licèt eis non fuerim usus, an possum postea reprobare.*

1 NOn minus quotidianum est & alium: nam pone † quòd ego contra aduersarium meum testem produxerim, eóque minimè vsus sim, & exinde posteà aduersarius meus hoc videns, ipsum pro se examinari faciat, eòque ipsi opponam: an dictæ oppositiones admittantur, videretur dicendum quòd sic: per text. in l. qui falsam. ff. ad leg. cornel. de fal. & in l. si falsos. C. eo. & in capitul. ad falsariorum. de cri. fal. & ea ratione (quia vt dixi) eo non sum vsus. & tamen Bald. in l. j. in §. bestias per illum text. ff. de postul. tenet contrarium, ex quo statim quòd eum produxi, eum quoque, & iure meritò quidem, approbasse videor. quod mihi non placet: ideò vide Specu. distinguentem optimè in titulo de teste, in §. sæpè. in penulti. colum. in fin. & tene menti.

CCLXXXVI.

1 *Parti alicui qui consuluit, an possit esse pro altera aduocatus.*

1 MIrum mihi visum est vnum, quod hodie legi, quòd † qui consuluit alicui parti: potest esse aduocatus pro altera: quando illi fidem non dedisset de patrocinando. ita Bald. in l. quos prohibet. in ij. lect. in fin. ff. de postul. & malè iudicio meo: ideò vt etiam suprà videndus est Spe. aliter loquens, quem & ipsemet ibidem citat: in titu. de aduo. in §. nunc tractemus. in penul. colum. in versicu. sed nunquid. & ab his tanquam à scopulo cauendum quam maximè: vt sic non solum crimen, verùm etiam suspitionem criminis (vt inquit Fab.) euitemus. & text. in l. inciuilem. C. de furt.

CCLXXXVII.

1 *L. si quis in tantam. C. de unde ui. etiam uendicat sibi locum in feudis.*
2 *Iudicis iussus non excusat occupantem possessionem propria authoritate quin incidat in pœnam d. l. si quis in tantam.*
3 *Expulsus si incontinenti recuperet possessionem, non perdit beneficium sibi quæsitum ex d. l. si quis in tantam.*
4 *Habens possessionem alicuius iuris in re aliena, si quid inueniat quod sibi impediat usum, potest obstaculum remouere propria authoritate, protestando, quòd non intendit præiudicare domino soli.*

SCitis quàm magnum, quam amplum, & fauorabile sit beneficium. l. si quis in tantam. C. vnde vi. cum qua concordat etiam quod habetur in capitul. eum qui. de præben. in vj. & in capitul. placuit. xvj. q. j. vt quis si occupauerit rem propria authoritate, priuetur dominio ipsius, si sua fuerit: vel ad æstima-
1 tionem condemnetur, si fuerit alterius: ita vt † in feudis ius singulare, & extra ordinarium continentibus, iuxta doctrinam. Bart. in l. vt iurisiurandi. in §. si liberi. ff. de opo. liber. etiam locū habeat: vt tenuit Alexan. in l. si finita. in §. si de vectigalibus. in xiij. colum. ff. de dam. infect. & Bald. ante eum in l. si de proprietate. in ij. colum. C. si à non competen. iud. & plùs dixit idem Bald. in l. licentiam. in ij. colum. C. de episco. & cler. quòd si prelatus qui in possessione nomine ecclesię esse reperitur, si talem possessionem etiam iure institutionis reliquisset, & ille, cui reliquit, eam occupasset propria authoritate, incideret in pœnam d. l. nec excusaretur obtentu testamenti. & idem in legitima filij posset attentari: vt sentit Alexan. in consil. cxxxiij. inci.
2 attentis. in iiij. vol. imò quòd nec iussus iudicis † excusaret: secundum gloss. in d. l. si quis in tantam, quam tamen declarat Bal. in l. nec ex vera. in prin. C. de acquir. pos. & erit limitatio no. ad regu. l. iustæ possidet. ff. de acquir. pos. & practicam insuper obserua: quòd sufficiet probare vim illam fuisse possessori. dicit idem Bal. in rubr. C. de ex fal. instru. in vlt. colum. & quod locum habebit etiam in vniuersitate, quamuis aliàs corpus fictum, & representatum dicatur: vt in l. mortuo. ff. de fideiuss. & notabiliter declarat Bald. in l. metum. in §. j. per illum text. ff. quod met. caus. Sed queritur, (& egregium dictum est) quid si
3 expulsus † incontinenti recuperaret possessionem, an perdat beneficium sibi quesitum ex d. l. si quis in tantam? Videbatur dicendum quòd sic: quia summa ratio est, quæ pro expellente facit, ex quo incontinenti repulsus est, & perinde ac si prius ipse alium non expulisset: vt est argu. in l. lecta. in ver. dicebam. ff. si cert. pet. & in l. iurisgentium. in §. quinimò. ff. de pact. cum similibus: ita vt violentia consummata perfecta non videatur: nec effectus secutus: quo casu affectus puniri non debet: vt in l. vulgaris. in §. qui furem. ff. de fur. & in l. si quis non dicam rapere. arguendo per locum à speciali. C. de episcop. & cler. & Pet. tenui hanc opin. Nihilominus tamen contrarium est verius: quoniam imò delictum consummatum est: vt probat Ray. de Forliu. quem refert & sequitur Bald. in l. si quis ad se fundum. in iij. col. C. ad leg. iul. de vi pub. & in l. licèt. in fi. C. de excep. & est tex. in d. l. vulgaris. in d. §. qui furem. ff. de fur. & ita est tenendum odio ipsius inuasoris: qui non debet sibi ius propria authoritate dicere: quoniam refragaretur text. in l. nullus. C. de
4 Iudæ. Sed adhuc queritur, quid in eo † qui esset in possessione alicuius iuris in re aliena puta hospitandi, vel quia vsumfructum haberet, & similia, an si inueniat domum clausam, vel sepem, & tale quid aliud, quod vsum ipsius rei impediat, an possit obstaculum remouere propria authoritate? nec incidat in pœnam d. l. dicas quòd sic: protestando tamen, quò non intendit præiudicare domino soli: vt ibidem not. & refert Abb. in ca. j. in iij. col. de immu. eccle. & prædicta omnia vltimo loco intelligi debent vera in foro fori, non autem in foro conscientiæ: vt dicit gl. in c. j. fraternitatis. xij. q. ij. per quam ita etiam dixit Anto. de But. in c. j. in ij. col. de dol. & contu. & Feli. in cap. j. in xiij. col. de consti.

CCLXXXVIII.

1 *Fideicommissarius uniuersalis detrahit quartam trebellianicam in restitutione fideicommissi. fallit si restituat ex contractu. nu. 2.*

1 CErtum est, & omnes sciunt, quòd fideicommissarius † vniuersalis detrahit quartam trebellianicā in restitutione fideicommisi: vt toto titu. ad treb. ff. & C. & ea potissimùm ratione, quia plerumquè hæredes ob nullum, vel minimum lucrum hæreditatem adire recusabat, & de rebus suis disponentes intestati moriebantur: vt Insti. in leg. fal. in prin. & in §. sed quia. de fideicom. hære. & si in consequentiam etiam (vt arbitror) hæredum gratia introductum videatur, ne pleniori & honorabiliori titulo vocatis minus cōmodi consequerentur. Nihilominus scias velim, & quandoquè legi locum non esse vt de
2 trahatur: puta si ex contractu † restitui debeat: casus est not. in l. quidam cum filium. ff. de hæreditat. institu. quem exclamat Bald. in rubric. C. reuocan. his quæ in fraudē credit. alie. sunt. in fi. Vel vt ille idem ibidem dicit, si hæres institutus fuisset contemplatione sola fideicommissari j. & clariús in l. post mortem. in tertia colum. C. de fideicommis. & erit limitatio ad prædicta menti tenenda.

CCLXXXIX.

1 *Bannitum capiens an possit eum in priuato carcere detinere, & torquere.*

1 QVidam cœpit † bannitum, & eum in priuato detinuit carcere, & ampliùs vt iustificaretur, torsit: dubitatio erat an id iure facere potuisset? Bal. tetigit istam. q. in l. j. in fi. C. de priua. carce. & tenuit post multa quòd sic, motus, quia executor est iustitiæ, vnde cùm ipsum potuerit impunè occidere, quod omnes fatentur: & dixi aliàs latè suprà in discursu. & in c. quæ in ecclesiarum. de consti. multò fortiùs potuit in carcere detinere, & torquere: & ideò concludit ipsum nec in crimen læsæ maiestatis incidisse, nec pœnam meruisse, quia legis authoritate factum est quę excusat à pœna: vt in l. Gracchus. C. ad legē Iul. de adul. & in l. fi. ff. quod quisque. iur. & in c. qui peccat. 24. q. iij. Ego verò contrarium sentio per regulam d. l. j. & not. in l. capite quinto. per illum tex. ff. ad leg. Iul. de adul. quæ generaliter loquuntur, ita vt generaliter etiam intelligi debeant. l. prima. §. generaliter. ff. de legatis præstandis. l. de precio. cum vulga. ff. de publica. aliàs duo videretur lex capiente-

ti concessisse, quòd interficeret impune, & quòd etiam torqueret. quod non est dicendũ. l. j. C. de dot. promissi. l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot. & propterea solum delictum inspici debet, propter quod capiebatur: vt in l. illud. ff. ad leg. Aquil. non etiam quòd torqueri possit, & priuati carceris crimen committi. cogita.

CCXC.

1 *Titulus si cert. pet. quare concipiatur de rebus creditis, & non de rebus debitis.*

DVbitant aliâs scribentes, & si hæc sint de materia & iustitia positiua, ita vt non possit concludens reddi ratio: vt no. in l. j. §. puritiam. ff. de postul. & in l. non omnium. ff. de legi. quare in tit. si cer. pet. dictum est † de rebus creditis, & nõ de rebus debitis, & multas ibidem adducũt rationes, quæ mihi satis placent. Sed tamen addebam vnam ego vltra eos non spernendã, quã hoc loco insertam, vt not. obseruabitis, illud ideo factum, quia nullibi legimus debitoribus consultum fuisse, vt debita soluant, sed vt fugiant potius blanditũ: vt in. l. inter stipulãtem: in. §. si Stichum. ff. de verbo. obli. & in. l. properandum. in. §. si quidem. C. de iudi. & in. l. fin. in. §. vbi autẽ. C. de bon. que li. & ita ipsum Aristo. in problema. practic. 29. problema. 12. & 13. fugientem dicit, & appellat. ita vt hac ratione iudicium in eos inuitos reddatur: vt in. d. §. si Stichum. & sententia exinde lata obligationem ciuilem tãtum inducat, non etiam naturalem, quæ oritur ex consensu: vt in l. cùm amplius. in §. is natura debet. ff. de regul. iur. & not. Bar. in l. Iulianus. in vij. col. ff. de condi. indeb. Nec etiam renuntiatio generalis valeat, quia per metum facta videbitur, inquit glos. in l. sed & si quis in §. quæsitũ. ff. si quis cautio. Intantùm vt alibi etiam & vltra, ipsum infelicem appellet Imperator, & profiteatur ei omnimodò auxiliũ præstare velle. in §. quod autem. in ver. cognoscentes. in auth. de fideiuss. cõsulitur autẽ creditori, vt de debito sibi satisfiat. in l. j. ff. de eo, quod cert. loc. adeò vt in lege xij. tab. post dies. xl. daretur creditoribus dilacerandus. teste Gel. etsi contra eius duritiem Sex. Cecilius Philosophum defenderit: vt testatur glo. in l. j. in ver. in eo. C. qui bon. cede. pos. ergo non mirum si de rebus creditis, & non debitis. dictum est, quoniam eorum gratia iudicium nunquàm fuisset. creditorum autem sic. & in j. & ij. lectu ibidem latiùs explico. quas aliquando videbitis.

CCXCI.

1 *Stylus non potest tollere uirtutem legis particularis, licèt generalis sic.*

STylus & practica palatij seruanda est. & ab ea minimè recedendum: vt in c. quàm graui. de crimi. fal. & in l. iij. in §. final. ff. de testi. & in l. fin. C. de iniu. & non habet dubitationem. Sed tamen vnum obseruandum est annotatu dignum, quòd licèt † possit tollere virtutem legis generalis, non tamen tollit virtutem legis particularis. ita Abb. in c. literas. in vlti. colum. de iuramen. calum. & propterea dicebam aliàs, quòd licet de stylo palatij hic Patauij, iudex maleficiorum relaxet reos inquisitos, vel accusatos, apposita clausula, pro nunc attamen id facere non potest, nec debet, ita vt amplius virtute dictæ clausulæ de delicto eiusdem hominis quærere minimè valeat: vt in l. licet. in §. fin. ff. nau. caupo. stabul. & in l. in delictis. in §. si detracta. & ibi not. ff. de noxali. & in l. senatus. ff. de accus. & hoc quoniam extat statutum primum sub rubric. de homi. in fin. id dicens, cui non potest ex dicto stylo (vt dixi) derogari & est verissimum, & menti semper commendandum.

CCXCII.

Suspectus de fuga debitor ut possit capi, suspitio debet emersisse post contractum celebratum, aliàs si ante: potest tamen ignorantia allegari.

AD hoc vt debitur suspectus de fuga possit capi, inter alia requisita à lege, de quibus per Angel. in l. extat. in ij. colum. ff. quod met. caus. hoc quàm maximè necessarium † esse videtur: vt suspitio post celebratum contractum emerserit, quia si ante, subest quid, quod potest creditori imputari, cur cum eo contraxerit, qui scire id debuit: vt in l. quod te. ff. si cert. pet. Nihilominus tamẽ Alexand. in l. qui bona. in §. de illo. ff. de damn. infect. cautelam docet, vt semper ignorantia allegetur. iuxta not. in l. si adulteriũ cum incestu. in §. iidem Pollioni. ff. ad legẽ Iuliam de adulte. quæ regulariter præsumitur. l. verius. ff. de probatio. cap. præsumitur. de regul. iur. in vj. & absque dubio à iudice captura committetur semper memoriæ commendanda. & dixi ego in l. vinum. in ij. not. si cert. pet.

CCXCIII.

1 *Hæres habet iustam causam ignorantiæ, nisi in his quæ sunt iuris, in quibus non præsumitur.*

1 HAeres (vt sciunt omnes) habet † iustam, & probabilem causam ignorantiæ, quia succedit in ius alterius. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. etiam si esset filius: vt not. Bartol. in l. eius qui in prouincia. in v. colum. ff. si certum petatur. & hinc est, quòd licèt aliàs dies interpellet pro homine, ita vt debitor constituatur in mora, & alia interpellatione non sit opus: vt in l. magnam. C. de contrahend. & committen. stipulatio. ratione de qua ibi, non tamen locum habet in hærede: vt similiter dixi in dict. l. vinum. in j. not. Sed tamen volo vos obseruare vnum, id non esse regulare, ex quo ignorantia etiam quòd sit hæres in his quæ sunt iuris, non præsumeretur: vt per multa concludit Old. in cons. lxix. incip. consueuit. (& est singulare dictum.) in iij. col.

CCXCIIII.

1 *Tacitum & expressum tunc idem operantur, quando procedunt ex eadem potentia causæ efficientis.*

AD ea quæ not. in l. magnam. vt etiam dixi suprà. C. de contrahend. & committen. stipulat. & in d. l. vinum. tum & maximè, quòd dies interpellet pro homine, non solùm expressa, sed etiam tacita legis. & clarius in l. ij. C. de iur. emphyt. & in capitu. potuit. loca. & in l. si mora. ff. solu. matri. adde & consi-
1 dera quomodo hoc esse possit, cùm sit quòd eo tunc † tacitum expressum idem operantur, quando procedunt ex eadem potentia causæ efficientis. l. de quibus. in fin. ff. de legi. l. cùm quid ff. si cer. pe. & sensit Bald. in l. testamento. ff. de testa. tut. & tamen dies expressa & tacita non ex eadem potentia causæ efficientis procedunt. in iuribus præallegatis.

CCXCV.

1 *Accessorium sequitur naturam principalis, fallit quãdo alia est ratio in principali, alia in accessorio.*

MVlta possunt dici ad declarationem. c. accessorium. de reg. iur. in vj. & l. cùm principalis. ff. eod. sed missis omni-
1 bus id semper notandum putaui: vt regulariter verum † sit, quòd ibidem dicitur, præterquàm in casu, quando alia est ratio in accessorio, & alia in principali. casus est in l. & si is. C. de præd. minor. & in l. stipulatio ista. in §. alteri. ff. de verborum obligationibus. & in l. iiij. in §. Cato. & ibi not. ff. de verborum obligationibus. & ideò ad lõgum vide quæ infero contra Deci. in dict. l. vinum. in iij. not. ff. si cert. peta.

CCXCVI.

1 *Aestimationis an habenda ratio tempore contractus, an uerò alio tempore.*

MVltum laborant, & sudant scribentes in resolutione contrarij, l. cùm quis. (alia pro nunc mittemus, quæ etiam plu-
1 ra sunt,) ff. de actio. & oblig. vbi † dicitur æstimationis habendam esse rationem tempore contractus, & tamen communiter tenetur id potius esse verum tempore quo petitum est vinum mutuò datum, vel alia similia, æstimari debere: vt in d. l. vinum. si cert. pet. & nulla est, quæ optima ratione confundi non possit. Sed tamen considera primam esse cæteris solidiorem: vt illud ideò sit ibi. quia ita inter partes actum erat, vt tempus contractus attenderetur, nec potest dici diuinatiua, vt aliæ, ac contra verba tex. quia regulare etiam est in stipulatione tempus quo petitur, spectari oportere. l. hominem. ff. manda. vel dic (& est verus intellectus) quòd loquitur in merce, & eo casu, quo maximè æstimatio & interesse attendi solet, ita vt etiam tempus contractus attendatur. arg. in l. ratio. in §. si per venditorem. cum materia. ff. de actio. empt. Communis opin. verò in vino, vel simili re mutuabili mutuo data, & eo casu, quo non ipsa æstimatio principaliter, sed res in cõsideratione esse videtur, ideò non mirum, si tempus, cùm petitur, attendi debet. cogita.

CCXCVII.

1 *Debitorem suspectum de fuga creditor si iudicis non habet copiam, propria authoritate capit, ita tamen, ut quàm primum poterit, iudici præsentet.*

Debitorem

1 DEbitorem suspectum† de fuga: si creditor non potuit habere iudicis copiam, sua propria authoritate capit. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quę in fau. credi. l. dies festos. vbi glos. & Bart. C. de fer. & est not. limitatio ad l. nullus. C. de Iudæ. & ad no. in l. j. toto titu. C. ne quis in sua causa. sed tamen volo vos vnum notare: ius non adeò ipsi creditori blandiri, vt sibi detineat, sed vt iudici quamprimum potest, presentet: casus est no. quem ibi in specie ponderat Bald. in l. j. C. vbi quis de curia. vel coharta. aliàs si per 10. horas, vt alibi dixi, detineret priuatum carcerem, & puniretur pœna capitis. l. j. C. de priua. carce. & not. Bart. in l. capite quinto. ff. ad leg. iul. de adult. ideò cauti sitis, & tene menti.

CCXCVIII.

1 *Contraxisse quisque intelligitur in loco destinatæ solutionis: idque uerè potius quàm fictè.*

DIcit alibi lex, quòd contraxisse vnusquisque in eo loco in-
1 telligitur, quo† vt solueret, se obligauit. in l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. per quam aliàs decidi multas quæstiones. Nihilominus nunc vellem scire, an id verum sit verè vel fictè, & interpretatiuè. & breuiter videretur dicendum esse verum fictè: quoniam verbi, intelligitur, de quo ibi, ea est etiam natura: vt in l. intelligendus. ff. de verbo. signi. & in l. si familia. ff. de iur. omn. iud. & in l. j. in §. j. C. de rei vxo. actio. & nihilominùs contrarium verius est: quia consensus est de iure naturali, consistens in veritate, & non in fictione: ita vt se extendat tanquàm res incorporalis ad omnem locum: vt not. declarat Bald. in l. multum interest. in penult. col. C. si quis alte. vel sibi. qua ratione potest inferri etiam ipsum malè dixisse alibi in l. j. C. vbi conue. qui cer. loc. dar. pro. quòd gabella in loco contractus sit soluenda, & non ibi destinata fuit solutio: contra prędicta. & ideò bene dicebat alibi Bar. in l. si is qui emptore. in xiiii. col. ff. de vsucap. quòd quando verbum in lege positũ est iuxta id quod potest esse verum secundum veritatem, verbum potiùs veritatis expressum dicitur. quàm fictionis, quod nota.

CCXCIX.

1 *Debitor suspectus de fuga si se defendat, & nullo modo uelit capi, impunè interficitur.*

DEbitor suspectus de fuga (vt dixi aliàs) capi potest, vel authoritate propria, casu quo iudicis copia haberi non potuit: vel de ipsius iudicis commissione, facta fide: vt disputant Mod. in l. si ab arbitro. ff. qui satisda. cog. & not. in l. dies festos C. de fer. & in l. ait Prætor. in §. si debitorem. ff. quæ in frau. cre-
1 di. Quæro quid si debitor† se defendat, & capi nolit quouismodo, ita vt interficiatur: an id impunè fieri potuerit: breuiter omissa disputatione, & est egregium dictum, scitote quòd sic: ita Bart. per illum text. in l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confugi. quem refert & sequitur Ange. in tract. de syndi. in ij. col. & est casus, qui posset accidere, cum maximè videmus pecuniam nobis auferri, quæ primus sanguis est: vt inquit gloss. alibi in l. aduocati. C. de aduo. diuers. iud. & quo casu loqui videtur etiã text. in d. §. si debitorem. & dixi multa in rubr. ff. si cerr. pet. & est limitatio singularis. ad clementiam. pastoralis. de re iudican.

CCC.

1 *Immunitate ecclesiastica qui non gaudeant: & per totum.*
2 *Argumentum de loco ad tempus ualet.*
3 *Dictiones uniuersales non semper habent effectum uniuersaliter operandi.*

1 IN l. pręsenti. C. de his qui ad eccles. confugi. dicitur, quòd nullus† cuiusque conditionis fuerit, & sic per verba generalia vniuersaliter distributiua, & negantia, fugiens ad ecclesiam, ab ea expellatur, aut protrahatur. l. j. §. adeò. ff. de pact. l. dies festos. in fin. (reddendo singulã singulis.) C. de fer. & tamen publicus latro, nocturnus depopulator, raptor virginis, & similes, ibidem non essent tuti. c. inter alia. de imm. eccle. imò plus dicebam ego aliàs: nec debitor suspectus de fuga: quia valet
2 argum. †de loco ad tempus: vt in l. vinum cum vulg. ff. si cert. pet. Sed quolibet tempore capi potest: vt not. in d. l. dies festos. ergo in quolibet loco: ita vt non possit diuersitatis ratio assignari. & si dicatur quòd imò in loco potest custodiri, non autẽ tẽpore: secũdũ Bal. in auth. ei qui. in iiij. col. C. de bo. auth. iud. pos. quia non est verum, ex quo de custodia publica intelligimus, non etiam priuata: aliàs sequeretur quòd creditor teneretur ipsum die noctùque, & per singula temporis momenta, obseruare, quod quàm absurdum sit, latet neminem. & est arg. in l. quod nisi. in §. j. ff. de ope. liber. & not. in l. ij. in §. perinde. in glo. debebit. ff. de iudi. & est plusquam verum: quamuis obseruantia communis sit in contrarium. & ideò inferatis quòd
3 dictiones vniuersales, non semper† habent effectum vniuersaliter operandi: vt in l. alienatum. in §. donationis. ff. de verbo. sign. & in l. filius fam. ff. de don. & not. glos. in authen. vt sine prohi. ma. in prin. in glos. in verb. existimauimus. quis incip. nota mirabile: quam aliàs exclamat Bald. in capitu. solitæ. in fin. de maiorit. & obedi. tene menti.

CCCI.

1 *A ueteri prouerbio senum etiam rusticorum argumentum plerumque sumitur.*

1 AVeteri prouerbio † sensum etiam rusticorum, seu ab eo, quod ipsi plerumquè dicere solent, argumentum sumimus quod nota: casus est singu. in l. chorus. in §. j. ibi, & Proculus ait sæpè audisse rusticos senes ita dicentes, pecuniam sine peculio fragilem esse. ff. de leg. iij. qui tamen rustici vt not. in l. j. ff. de tritica. actio. & in l. illicitas in §. ne potentiores. ff. de offi. presi. pecuniàs no habent: imò nec optant: vnde etiam dici solet: sancta rusticitas omnia palàm habet: vt in l. certi iuris. & ibi gloss. in ver. ea quoque. C. loca. & in §. item seruiana. in ver. coloni Insti. de actio. & per Bart. per prædicta. in l. hoc iure. in prin. ff. in quib. cau. pign. vel hypo. ta. contraha. vnde fortè & nõ ab re, Archades terrã rerum omniũ fuisse causam, quã etiã Demogorgonem dixere, arbitrati sunt: vt ingeniosissimi rerũ humanarum indagatores poetæ fabulantur.

CCCII.

1 *Fur & morosus æquiparantur.*
2 *L. Pretia rerum. ff. ad leg. falcid. non habet locum in fure & moroso, & quare.*

SOlet dici quòd fur, & morosus æquiparantur. l. inter stipulãtem. §. pen. ff. de verbo. oblig. & est verum, & facit, vt ibi glos. dicit ad multa: sed quotidianum inferatis vos, hoc stãte, quòd cum dispositio. l. pretia verum. §. fin. ff. ad leg. Falcid. in fure odio ipsius locum non habeat, non habebit quoque locum in moroso, & si Imo. ibidem contrarium teneat, & Deci. in l. vinum. ff. si certum petatur: quia videatur poni regula generalis ex ratione etiam generali ibidem, attendi debere communem rerum æstimationem, & malè: quoniam eo tũc restringi debet ad terminos, super quibus posita est. i. ad legatarios, qui tractãt de lucro captando, & non ad creditores, qui tractant de dano vitando, quorum non est par eademque ratio. l. fi. C. de iur. codicil. ne in absurditatem incidamus, vel iniquitatẽ, quòd mora ipsa debitor locupletetur cum iactura creditoris, cõtra tex. in l. siue hæreditaria. ff. de neg. gest. & in l. si ab hostibus. in §. j. ff. solut. matrimo. cum maximè dicatur delictum. l. si mora. ff. solut. matrimo. & delinquentibus nullo modo fauendum sit. l. bona fides. ff. deposit. quo modo etiam arguit Bald. in l. in emphyteuticarijs. in xj. colum. C. de iur. emphy. quod ius sibi statim ex ipsa mora acquisitum ab eo contra ipsius voluntatem auferatur contra tex. in l. si. ff. de pact. quod denique inter maximum & minimum fiat differentia, si non potest diuersitatis ratio assignari, contra tex. in §. gallinarum. cum not. ibidem: Inst. de re. diui. & in c. de appellationibus extrà de appella. quæ omnia nota. & tene menti.

CCCIII.

1 *Protestatio non dependens à potestate protestantis nihil operatur.*
2 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio.*

1 PRotestatio à potestate † protestantis non dependens, nihil operatur: vt in casu. l. alimenta. C. de neg. gest. & not. in l. Nesennius. ff. eo. & per Bart. in l. non solùm. in §. morte. in iij. col. ff. de nou. oper. nunt. & ideò aliqui hac ratione dicebant, quòd si creditor rem mutuatam à debitore moroso simpliciter soluẽte, cum reseruatione iuris sui quò ad interesse, & æstimationẽ quanti plurimi eam receperit: non poterit posteà virtute dictæ reseruationis agere, & experiri contra ipsum: quoniam etiam
2 solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio: vt Inst.

quibus nō. tol. ob. in princ. & malè ac contra tex. in l. iij. in §. item Iulianus. ff. de eo quod cert. loc. per quem ita etiam dicebat Barto. in l. fina. in fin. ff. eod. à quo non est dissentiendum: quia etiam in d. §. Iulianus. est facta solutio, & militat regula præallegata, & tamen debitor non est liberatus. Nec est ad propositum quod habetur in l. alimenta, & similibus: quia ius eo casu resistit intuitu pietatis maternæ: vt in simili dicit Bartol. in l. cùm lex. in ij. colum. ff. de fideiusso. quod non est hic considerabile, & est vtile multum, ac memoriæ seruandum.

CCCIIII.

1 *Inferior non potest esse suprà legem: intellige statuendo contra eam, non autem derogando.*

1 Milles dici solet, inferiorem † non esse supra legem, & superiorem. cle. ne Romani. de electio. ca. cum inferior. de maior. & obe. l. minor autem magistratus. ff. de mino. & est verū. Sed tamen egregie notandum est, & declarandum, istud verum esse statuendo aliquid contra eam, non derogando, ex quo potest etiam inferior id ex causa facere. tex. est not. in ca. fina. de transact. & in l. si hominem. ff. manda. inducendo tamen vt not. inducit Roman. in consil. ccccxxviij. incip. in terminis. in fin. & de materia aliàs latè legitur in cap. quod super his. de maio. & obed.

CCCV.

1 *Tacendum semper potius quàm loquendum.*

2 *Ex iactantia cuiusq; indicium potest sumi ad torturam sufficiens.*

3 *Verba in dubio ita intelligenda, ut delictum non contineant, fallit tamen.*

Casu inter ambulandum (vt fit) heri, cùm audissem Hispanum nescio † quem socium suum reprehendentem, eique dicentem, Muchio ablai Muchio errai, quorum sensus est, tacendum semper potius quàm loquendum: quoniam eo fit, vt multiloquio (quod & nos quoque sæpè dicere solemus) non desit peccatum, & multus etiam error. argument. inde sumpsi, ex iactantia † vniuscuiusque indicium ad idem sumi posse, vt ponatur ad torturam. & est exemplum. Hæres tenetur vendicare necem defuncti, ne aliàs vt indignus hæreditate priuetur. & illa eadem applicetur fisco: vt toto titu. ff. & C. de his quibus. vt indign. modo quidā iactauit se, quòd bene vindicaret necem defuncti, & inde ad modicum temporis interuallū, qui defunctum interfecerat, pari modo à nescio quodam interfectus est: quæritur an indicium hoc faciat, vt dictus hæres ad torturam poni possit. Et breuiter videretur dicendum, quòd non: quoniam verba † in dubio intelligi debent ita, & taliter, vt delictum non contineant. l. meritò. ff. pro soc. sed possunt hoc casu intelligi de vindicta licita, per viam accusationis, vel denūtiationis: vt no. in l. j. C. de his quib. vt indig. ergo. Nihilominus contrarium verius est, inspecta tamē qualitate personæ, quod arbitrio iudicis relinquitur, sicut & ipsa indicia: vt in l. fina. & ibi Barto. ff. de quæstio. & in l. metum. in princ. (redde singula singulis) C. quod met. caus. & est ad propositum argumen. in l. fin. C. de do. pro. & in cap. quam sit graue. de exces. præla. & no. Pau. in d. l. j. & inde Anchisis exemplum, qui si tacuisset, nec dixisset se Veneris concubitum habuisse, oculis captus non fuisset. Minimeque Ision simili de causa fulmine ictus, apud inferos rotæ volubili serpentum plenè alligatus, continuè reuolutioni damnatus esset. Vel Orion à Scorpione superatus animali pusillo, nisi dicere ausus fuisset, Dianæ nullam esse feram in venatione, quam ipse non superaret. ex quibus discendum est, quantum silentium sit (vt diximus) tutum, Garrulitas verò perniciosa. quod alio loco etiam latiùs & diffusius discernimus.

CCCVI.

1 *Verba enunciatiua principaliter prolata, & propter se disponunt. ita ut iussus præcessisse uideatur.*

1 L. Si quis mihi bona. §. pater. iunctis his quæ ibidem not. per Bartol. allegatur ad hoc, quòd verba † enunciatiua principaliter prolata, & propter se disponunt, ita vt iussus præcessisse videatur. iuxta tex. in §. iussum. ea. l. si filius adiuerit hæreditatem exemplo apertissimo, de quo ibi, ita vt etiam inde inferri possit, si creditor debitori suo dixerit, egeo illa pecunia, quam mihi debes, his verbis ipsum esse interpellatum, & in mora absque dubio constitui. quod ex multis etiam ego aliquando in l. vinum. ff. si cer. pet. comprobaui. & est de se verum aliàs. Sed tamen volo vos animaduertere non probari in d. §. pater. ex quo iussum præcessisse non diceremus, nisi hæreditas esset adita per filium. & hoc ex regu. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cogita.

CCCVII.

1 *Debitor qui conueniri potest officio, iudicis, per interpellationem extraiudicialem constituitur in mora.*

Pro singulari solet allegari tex. in l. filius. in §. filia. ff. de coll. do. in l. si soror. C. de collat. ad limitationem. l. cùm postulassem. ff. de damn. infect. & dixi ego in d. l. vinum. proximum. sup. alleg. ff. si cert. pet. & in l. j. ff. de iur. om. iud. quòd etiam de 1 bitor, qui conueniri † potest officio iudicis, per interpellationem extraiudicialem constituitur in mora, quoniam dicit, ꝙ si filia moram collationi fecerit, cogetur vsuras quoque dotis conferre: & est secundum omnes mirabile, ratione tamen de qua ibi. Sed cogitabam ego, & fortè non ab re, si dici posset, accidentiam facti notari, non quia verba prædicta ministerium iuris importarent, ex quo de interpellatione nullum est ibi verbum, & quia alibi etiam ita factum esse legimus, tum vel maximè & in materia. l. qui Romæ. in §. cohæredes. ff. de verbo. oblig. quamuis Soci. contrarium ibi demonstrare conetur. & eum sequatur post aliqualem dubitationem Iason. & malè: vt dixi in d. l. vinum. & ex alio etiam, quia totam vim facit lex in arbitrio boni viri his verbis, viri boni arbitratu cogetur vsuras quoque dotis conferre: quod semper est collationi incertum: vt in l. si quis filium. in §. fin. & in l. cum emancipati. in §. de illis. ff. de colla. bon. Cogita igitur & tu, quia ita etiam tibi (nisi sim Leberide cæcior) videbitur.

CCCVIII.

1 *Mediocritas in omnibus rebus laudabilis, extrema enim uitio non carent, & maximè in iudicijs.*

Non alienum erit, postquā de l. cum postulassem. mentionem fecimus suprà, hoc loco vnum vobis referre, quod obseruauimus ex ea. & ex l. j. C. de execa. rei iudic. Ex quibus vulgatum illud, quod in ore est sapientum, colligi potest, & for1 tè melius quam alibi, mediocritatem in vna † quaque re semper laudabilem esse: quoniam extrema vitio minimè carent, & maximè in iudicijs. ex quo sicuti iudicantem oportet cuncta rimari, & ordine rerum plena inquisitione discutere. cap. iudicantem. xxxj. quæstio. v. ita etiam actor, antequam agat, vel reus respondeat, facere debet. l. si quando. C. de dila. l. j. (reddendo singula singulis.) ff. de edend. dicit ergo text. in d. l. cùm postulassem. tardiùs experiri cœpisti. & alibi in d. l. j. nimis properè Marcelliæ agis. Medium igitur (vt dixi) laudabile. quod etiam Bald. notauit in l. antiqui per illum tex. ff. si pars hæred. petat. quia quod ab eo recedit, non est iustum, nec virtuosum. dicit alibi idem Bald. in l. ij. in §. sed & si quis. in iij. colum. C. commu. de leg. post gloss. & Barto. in l. fin. ff. de præto. stip. & in l. domum. de contrahend. empt. & Cicer. quoque in libr. officiorum pulcherrimis his ad idem verbis, certus etenim modus adhibendus est, ad mediocritatemq; reuocandus, eademque mediocritas ad omnem vsum, cultumque vitæ referenda. & de his satis.

CCCIX.

1 *Quis uno eodemq; tempore non debet obligari, & in mora constitui. fallit quando expressè actum fuisset: ut res statim traderetur. nu. 2.*

3 *Taciti & expressi non semper eadem uirtus.*

1 Dici solet de mente iuris iniquum esse, vt † quo tempore quis obligatur, eodem etiam in mora constituatur. casus est in l. quod diximus. ff. de solu. & in l. promissor Stichi. in fin. ff. de consti. pecu. & in §. fin. Insti. de inutil. stipul. per quæ iura etiam ita dicebat Barto. in l. quoties in diem. ff. de verb. oblig. Sed tamen volo vos notare vnum perpetua obseruatione di-
2 gnum, id non esse generaliter verum, sed in dubio, & quando † promissio simpliciter facta fuisset, quo casu iura prædicta loqui videntur, quoniam aliàs si expressè actum fuisset, vt res statim traderetur, tunc non esset de mente iuris iniquum, ipsum promissorem obligari, & etiam in mora constitui, casus est secundum vnum intellectum, & fortè est minus periculosus cæteris. in l. ration. in §. cùm per venditorem. & ibi per glo. Doct. ff. de action. empt. & Barto. in l. vinum in ij. col. ff. si cer. pet. & potest

potest ex regula comprobari. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & l. j. §. si conueniat. ff. deposi. & l. fin. C. de pact. conuent. & inferri amplius similiter non semper esse verum, quod ha-
3 betur in l. cùm quid. ff. si cert. petat. quòd par † sit virtus taciti, & expressi, maximè in casu isto, ex quo non à pari potentia causæ efficientis procedunt, vt in l. de quibus in fin. ff. de legiti. tene menti.

CCCX.

1 *Fundo per dominum alienato pendentibus fructibus, in quo colonus esset partiarius, an iure integro sint emptoris.*

2 *Intellectus l. fructus pendentes. ff. de rei uendi.*

1 HOdie interrogatus fui, si dominus alienasset fundum † pendentibus fructibus, in quo esset colonus partiarius, an illi essent integro iure emptoris, necne: & ex tempore, ac sine chartarum reuolutione respondi. quòd sic, eo solo motus, quia fructus pars fundi esse dicantur, si pendeant. l. fructus pendentes. ff. de rei vendi. posteà domum reuersus comperi per illum tex. Ro. ita in facto consuluisse, in consilio. cccix. incip. videtur. in prin. Sed tamen volo vos nec vnum ignorare ad d. l. declarationem, id esse verum, intelligendo de parte simpliciter accessoria, aut cohærente, non corporis augmentatiua, quoniam tunc esset: vt per multa concludit Alber. Brun. in tracta. de augmento. in j. conclusio. in iiij. col.

CCCXI.

1 *Intellectus l. mora. uersi. nam ut Pomponius, &c. ff. de usur.*

1 DVbitatio † aliàs maxima fuit, quomodò verba posita, in l. mora. in princip. ff. de vsu. intelligerentur quæ sunt. Nam vt Pompo. libr. 12. Epistolarum scripsit, difficilis est huius rei diffinitio. & gloss. breuiter ibi, quam omnes fere sequuntur, exponit difficilis, id est, impossibilis. quod mihi nunquàm placuit ex quo violat literam, & quia etiam difficile & impossibile longè differre videntur: quoniam id quod impossibile est, nullo modo diffiniri potest. & commodè facit in argu. tamen regula, impossibilium: de regu. iur. difficilè verò sic, & si cum aliqua difficultate fiat, & paret ad sensum, & ideò intelligo ego propriè vt iacet: quia nec secus intellexit lex ibidem, dum etiam dicit, quòd apud iudicem examinabitur: vt & alibi, in simili tamen: in l. testiũ. in §. ideoq;. in ver. eiusdẽ. ff. de testi. & in l. latũ. ff. de sol. & probatur, quia econtrà dicitur alibi in l. j. in §. j. ff. cõmo. huius edicti interpretatio non est difficilis. & alibi in l. Gallus. in §. ille casus. ff. de libe. & posth. indifficilis. i. valdè difficilis, & negari non potest.

CCCXII.

1 *Imperator est dominus totius mundi ratione subiectionis, & protectionis: uel est dominus in uniuersalibus, & non rerum singularum. numero. 2.*

VVlgò omnes dicunt Imperatorem dominum esse totius mundi. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact. l. bene à Zenone. C. de quad. præscrip. c. cuncta per mundum. ix. q. iij. & tamẽ non est generaliter intelligendum (quod nota) vt verba sonãt:
1 sed † duntaxat ratione subiectis, & protectionis: vt not. in proœm. ff. orum in princ. ita vt verbum domini, licèt aliàs propriè capi debeant. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectiga, vel emphy. peta. attamen plerumquè etiam largè intelligitur, & saluatur in quacunque, quamuis modica, superioritate. l. liber homo. §. seruus autem. ff. de verbo. oblig. l. j. ff. rer. amo. & fuit singularis declaratio Oldr. semper menti tenenda, in consil. 156.
2 incip. ex præsenti. in ij. col. vel & aliter dici † potest verum, in vniuersalibus, non rerum singularium, & proptereà obseruandum est & aliud, quòd sufficit verbum prolatum non esse simpliciter falsum, adeò quòd aliquid potest dici meum, licet quodam respectu meum sit, quodam verò non: casus est iuncta tamen gloss. quam ibi in specie not. Bald. in l. ij. ff. de rei vendicatio.

CCCXIII.

1 *Testi rationem æquiuocam reddenti an credendum.*

QVidam practicus, & doctor ex nostris, dum ego in foro deambularem hodie, quo spiritu ductus nescio, me ipsum
1 interrogauit, an testi † rationem etiam æquiuocam alleganti, crederetur, Cui statim respondi quòd sic: quia id dixisse recordabar in l. ij. C. de bon. pos. secundum tab. & est exemplum in eo, interrogatus de causa scientiæ respondit scire quia audiui publicè dici, & quòd est publica vox, & fama, & quotidiè ita deponitur. & domum reuersus inueni gl. in terminis, in l. iij. in §. idem diuus. ff. de testib. imò text, in l. iiij. ff. ad macedo. Per quem ita aliàs consuluit Dyn. contra aduocatos secus tenentes, & malè: vt refert Bal. omninò videndus, in l. hæres palam. in prin. ff. de testa, quod tene menti.

CCCXIIII.

1 *Instrumenta domestica, seu priuata testatio. sola non faciunt fidem: fallit si in memoriali hæres scripserit se hæreditatem adiuisse.*

1 SCitis quòd instrumenta † domestica, seu priuata testatio, aut adnotatio, si non alijs quoque adminiculis adiuuentur, ad probationem sola non sufficiant. l. instr. l. rationes. l. exemplo. C. de proba. & tamen volo vobis dare casum, in quo plena eis adhibebitur fide, puta si in memoriali hæres scripserit se hæreditatem adiuisse: text. est not. in l. pater. in §. mutus, & ibi Bald. ff. de acquir. hære. & in simili habetur in l. Nesennius. ff. de neg. gest. & hoc ideò, quia aditio hæreditatis est actus, qui solò nutu fieri potest, & verborũ expresionẽ non requirit: vt in dict. §. mutus. legitur.

CCCXV.

1 *Fides hosti data seruanda: & quomodò intelligendum. & numero secundo.*

2 *Intellectus. §. non fuit l. j. ff. de dol.*

1 MIllies dici solet, fidem † seruandam esse etiam hosti: grauéque ac nepharium fidem fallere, & simili: vt in l. j. in §. non fuit. ff. de dol. & in l. j. de consti. pec. & minimè mirum, vt Cicero inquit in lib. officiorum: quoniam ea nihil vehementius est quo rempub. contineamus: ita vt Eurycratidas quoque Anaxandridæ filius, percontanti cuidam cur Ephesi singulis diebus de contractibus ius diceretur, confestim responderit, vt inter hostes etiam mutuam inueniamus fidem: à proposito exemplũ non alienum, imò non dubitauerit, M. Attilius regulus primo. Punico bello potius ad supplicium redire, (historia nota est) quàm fidem hosti datam fallere. & inde est quòd solenne illi sacrum sine cęde & sanguine victimarũ Numa instituit: albóque panno velatos sacra facere, & ad id flamines curru arcu acto manu ad digitos inuoluta vehi iussit, solenni pompa, magno argumento, quo fidem tutandam, & in dextris sacratam sanctámque ostenderent: idque proptereà, quia dextra iuncta decem numerum, qui sacratissimus est, efficit: nec immeritò, & ad idem vltra fabulantur poetæ ingeniosissmi rerum indagatores, Apolinem Phitonem occidisse: qui vera interpretatione dictus est fidem auferens, quod proprium hominis nõ est, adeò vt nihil maius dici excogitarique possit: si fidem seruasset Iugurta Numidarum rex: nec Marius ipsum vicisset, nec in carcerẽ coniectus inedia perijsset. Si Ixion, versatili rotæ plenéque serpentum ad inferos trusus, alligatúsque non fuissent. Si Atys deníque Prygius, nec in furorem versus fuisset, nec genitalia sibi amplius præcidisset. Adde quòd Deus etiam ipse optimus maximúsque ex fide promissionis obligaretur: vt diximus in c. j. de proba. post Bald. & alios latissimè: ergo quanto magis hominis, & si hominibus seruanda est, quantò magis Deo, etiam si de filij. immolatione agatur: cuius rei testimonium nobis præbet Idumenæus Deucalionis filius: cuius fabellam etiam vt notam transeo, & his elicere licet non ab re esse, si Iulio Cæsari Brutus & alij minimè pepercerunt: quia nec alijs ipse pepercit dictitare solitus, ius si violandum est, regnandi causa violari debere: quamobrem bene Aristo. in lib. Secreto. quàm sæpissimè Alexandrum admonebat: vt fidem datam seruaret: fœderaque confirmaret: ne facilè eueniret quod Cęsari, & alijs experientia homines didicerant. Sed tamen volo vos nec vnũ
2 ignorare: quod notabile † est ad supràdicta, & maximè ad d. §. non fuit. declarationem, id verum esse, & intelligi debere, quoniam fides multipliciter capitur, quò ad conuentionalem securitatem: vt notabiliter dicit Hostien. in summa sua de fide catho. in princip. vel & melius: de fide publica, non priuata: ita vt nõ obstante pacto, & promissio ne facta bannito de eo non offendendo, impunè possit offendi: secundum Bald. in l. pacisci. in colum. ff. de pact. etiam si esset iuratum: vt in cap. non est obligatorium. & in capitu. in malis. de regul. iur. in vj. & in simili ex multis firmat Patris de put. in tracta. syndica.

in §.& aduertendum,in prima.& secunda col.fol.iij.nec secus
dici potest.

CCCXVI.

1 *Dolus dans causam contractui bonæ fidei, ipsum uitiat ipso iure, non autem si fuerit stricti iuris.& quæ ratio.nu.2.*
3 *Dolus non uitiat matrimonium:& quare.*
4 *Dolus an uitiet statutum,cui dedit causam,cùm sit stricti iuris, & an testamentum.nu.5.*

1 OMnes sciunt, quòd dolus † dans causam contractui bonæ
fidei,vitiat ipsum ipso iure: nõ autem si fuerit stricti iuris.
l.& eleganter.ff.de dol.& non immeritò,quia in multis etiam
videmus eos differre: nam in bonæ fidei contractibus exube-
rantior requiritur bona fides, quam in contractibus stricti iu
ris,etsi omnes bonam fidem habere debeant.l. bonam fidem.
C.de actio. & oblig. l.iij.ff. pro soc.& not. Barto.in l.sub præ-
textu.j.in fi.C.de transactio.& Odoffr.in l.in actionibus. in ij.
colum.ff.de in lit.iur.Item in illis in litem iuratur,in istis non
d.l.in actionibus.& in l.iij.in §.in hac.secundum vnum intel-
lectum.ff.commo.& dixi latè in l.vinum.in j.& ij.lect.ff. si cer.
peta.Item veniunt in illis fructus à tempore moræ:in istis à tẽ-
pore lit.contesta.l.videamus.§.si actionem.ff.de vsu.& ad pro
positum redeundo fuerunt aliqui assignantes rationem , qui
2 dixere,illud † ideò esse in contractibus bonæ fidei : quia con-
sensus deficiebat, & malè , ex quo idem etiam locum haberet
in contractibus stricti iuris,& tamen est falsum:ex quo consen
sus de substantia est,& requiritur in quocunque contractu. l.j.
§.adeò.ff.de pact.Ideò dicamus nos aliter,illud ideò esse:quia
dolus est contra naturam contractus bonæ fidei.l.bona fides.
ff.deposi. at non in contractu stricti iuris : sed contra genera-
lem æquitatem:Ita Bald.in d. §. adeò.in j.lectu. quod est sem-
per notandum,& perpetua obseruatione dignum ad declara-
tionem d. l. & eleganter. Sed tamen aduertendum est,† quia
esto quòd ipso iure vitiet contractum bonæ fidei , non tamen
vitiat matrimonium,quod est huiusmodi,& ideo si socer gene
ro dixisset , vt acciperet filiam suam sub spe pacti de faciendo
illam hæredem : non propterea queri poterit , & nihilominùs
matrimonium valebit:quia omninò pactum nullum est:vt in
l.pactum quod dotali. C.de pactis.& in l.pactum quod dota-
li. C. de collatio. & sensit idem Bald. in l. cùm Archimedo-
ram.in secunda columna. C.vt in po. legat. Similiter si con-
tractum stricti † iuris nõ vitiat,inferri potest, nec vitiare, si de
derit causam statuto,quod stricti iuris est.l. constitutionibus.
ff. ad muncipal. ergo statutum iniquum mero iure valebit,
quod etiam nota,& est declaratio ad text.in capit.erit autem
lex. iiij. distin. & hac ratione † quoque testamentum deberet
valere,non obstante,quòd ei dolus causam dedisset,quoniam
& ipsum quoque stricti iuris est.l.aliàs.ff. de in lit.iur. sed tamẽ
nõ est verum:quia instat bonæ fidei habet.l.in minorum. C.in
quibus cau.in integ.rest.non est neces. & stricti iuris est quan-
tum ad primæuam eius naturam:vt in d.l.in minorum.not.&
per Bal.in l.rescriptum.in §.si pacto. in pen. colum.ff.de pact.
quæ omnia vt egregia menti tenebis.

CCCXVII.

Dolus in re minima locum non habet:& quæ dicatur res minima.

POstquàm suprà proximè de dolo † loquuti sumus , scias &
aliud velim,ipsum in re minima locum non habere: quod
& vos non ignoratis.& est casus in l.si oleum. in fi.ff.de dolo.&
dicitur res minima vsque ad duos aureos:vt in l.sequent. eod.
titu.quamuis alibi vsque ad quinque,alia ratione senserit tex.
& ibi Barto.in l.diuus.ff.de bon.dam.quia lex fundat se super
quantitate,quòd secus si super iniustitia : vt in §.Gallinarum.
Insti.de re.diui.& in cap.de appellationibus. extrà de appella.
& ideò licet aliàs dixerim in l.j.ff.quod quisq.iur.Doct. minus
bene sensisse,quòd verbum aliquid,de quo in illo edicto, veri-
ficaretur etiam in minimo.iuxta gloss.not.in cle.j. de for com
pe. per prædicta. ex quo dolus etiam ibi erat cõsiderabilis. l.j.
l.ij.& iij.eo.titu.nunc dico aliter,& palinodiam recanto,quia
edictum non super quantitate , sed super iniquitate se fundat:
vt in iuribus præalleg. continetur. & ita absque dubio tenen-
dum est. & ad exornationem d.gloss. in clemen. j. præallegat.
multa dixi in l.precibus.in ij.lect.in iiij.colum. C. de impub.
& alijs substit.

CCCXVIII.

1 *Nullum simile idem.& quomodò intelligatur,nu.2.*
3 *Intellectus l.quod Nerua.ff.deposit.*

TRita est propositio,& Philosophi ratio. secundum Salic.in
1 l.si nulla culpa.in prin.C.de pig.actio.nullum † simile esse
idem:vt in l.quod Nerua.ff.depo.vbi dolus non est lata culpa,
nec culpa dolus hac ratione,& concordat bonus tex. in l.non
possunt.ff.de legi.& in l.si idem.C.de codicil.& ideò gloss.ali-
bi in l.j.in ver.quemadmodũ.ff. quod iussu. dicit inter iussum
& mandatum esse differẽtiam:quoniam nihil est, cui idipsum
simile est, & alibi pari modo de stipulationibus prætorijs dam
ni infecti,legatorum,& si quæ sunt similes,instar actionum ob
tinentibus.in l.actionis verbo.in ver.obtinent. ff. de actio. &
oblig.imò tex.alibi in l.meminimus.C.de leg. hæred.quòd e-
mancipati sunt ad similitudinem suorum:ergo ex prędictis nõ
2 sui.Nihilominus † considera tu,licet simile non sit idem,quòd
tamen non est etiam extra neum:vt in fideicommissis,& dona
tione causa mortis,quæ contractibus bonæ fidei sunt similia:
sui tamen natura stricti iuris:vt suprà dicebam,ex quo fructus
debẽtur à tempore moræ:vt in l. vinum.diximus latè.& vnum
verbum ad idem tangit Bald.in l.hæredes palam.in §. fi. in fi.
ff. de testa. imò idem , quantum ad hoc saltem dici deberent,
& pari ratione , quòd de filijs emancipatis respectu successio-
nis proximè adducebatur.& in d.l.meminimus.expressè con
tinetur.& maximè quia leges nihil aliud,nisi effectum vniuscu
iusque rei discurrere videntur:vt in simili dixit gl. in rub.ff.vn-
de legi.& in l.actio neg.gest.ff.de neg. gest.& est arg.in l.muli-
eri.in fi.ff.de condi.insti.& in l.nonnunquàm.ff.de leg.pręstan.&
in l.nomen filiarum.in §.habere.ff.de verb. signi. & in l.quod
vulgò.ff.de bo.pos.contra tab.& in l.si filius in §.j.ff.quod cum
eo.cum mille similib.& probat in terminis in d.l.vinũ.cõside-
rando relatiuum, quod , ibidem non esse substantiæ : vt dicit
glo.in l.j. C. de sen.quæ pro eo , quod inter. sed quantitatis, &
qualitatis.vt ibi per Bar. & omnes. & non est obliuioni man-
3 dandum.& ad d.l.quod.Nerua. declarationem, † quòd dolus
non est culpa,nec culpa dolus,sed similia,ita vt sola culpa etiã
sufficiat,die verum esse,vbi pœna pecuniaria venit imponen-
da,non si corporis afflictiua,quoniam tunc culpa non æquipa
ratur dolo,& nunquàm potest quis corporaliter puniri,nisi do
lus interueniat:vt ibi no. & in l.j. in §.diuus.& in l.in lege.ff.ad
legem Corneliam.de sic.& in l.prima.C.eodem.& per Bartol.
clariùs in l. quemadmodum. in secunda colum. ad fin. C.de
agri.& consi.lib.xj.

CCCXIX.

1 *Confeßio facta literis an præiudicet confitenti, & an per uerba enunciatiua inducatur obligatio,& probatio.& per totum.*

L. Publia.§.fi.ff.depo.multis causam prębuit sæpè disputan
di:quoniam multifariam etiam intelligi solet, an & quã
1 do confessio facta literis præiudicet † confitenti, & an ex ver-
bis enunciatiuis inducatur obligatio,& probatio, & ideò pro
ipsius intellectu dicatis, ꝙ cùm ibi literæ dirigerẽtur parti,cui
proderant,& animo quidem obligandi, prosunt sibi, induci-
turq́; obligatio,& probatio, quãuis verba enunciatiuè ,ꝓferã-
tur.& in simili no.q.determinant Dom.de Rot.in decis.suis.j.
sub rub.de confes.in antiq.vel & aliter.quod suprà dicta com
2 probabuntur,quòd cùm speciale sit † in mutuo,confessionem
non pręiudicare confitenti,ex quo faciles eo casu homines ad
confitendum , necessitate rei familiaris ducti , in alijs casibus
regulariter præiudicabit:vt ibi,& probatur in l.si ex cautione.
C.de nõ nu.pe. & ibi hoc ipsum Iac.de Are.notabat.& Bald.&
bene,ex quo pręsumptio est etiã ibi,ꝙ numeratio pręcesserit ꝙ
nõ est in mutuo,nec quoq; in dote:vt in d.l.si ex cautione.& in
l.j.C.eo. & in l.fi.de do.pręleg.& idẽ Bal.no.in l.post dotẽ.in fi.
ff. sol. mat. & ideò quemadmodum singularia quædam præ-
cepta habent dos, sicut & mutuum,alijs casibus,vt diximus in
l. singularia.si cer.peta.ita habebunt in casu isto. Vel & aliter,
quòd nocet,si maximè id,quod confitetur,verisimile est,ita vt
totum iudicis arbitrio relinquatur : vt in l. instrumenta. C.de
probatio.& similem. q. dicit Bald.in rubr.de fid,instrum.in x.
colu. Vel & aliter quòd cùm ibi in contractibus loquatur ille
tex.& ad obligandum,secùs que fit in vltimis voluntatibus. &
ad liberandum : vt in l. tale pactum. in prin. ff.de pact.& in l.j.
C.de fal.cau.adiect.& ibi not.necessariò confitenti præiudica
bit , & dispositionem præcedentis actus inducet.Vel & aliter,
quòd

quòd cùm ille tex. loquatur in scriptura testimoniali, quæ debet esse in totum vera, vel falsa, non mirum est, si in totum etiã approbata præiudicat confitenti, & probat, ac obligationem inducit: quoniam aliàs aliud est in administratione negotiorum: vt no. in l. Pomponius. ff. de neg gest. & per Bal. in l. obseruare. in §. posthæc. in j. lect. in iiij. co. vbi multa. ff. de of. procõ.
3 & lega. & ideò fieri debet regula, confessioni † standum esse, per quam probatur veritas: vt ibi. & in l. generaliter. C. de non nu. pecu. & in l. fin. C. arbitr. tute. & pariter in aliquibus limitari: vt suprà. & vltra atiam in casu, quãdo esset reprobata ratione præsumptæ fraudis: vt in l. cùm quis decedens. in §. Titia. ff. de leg. iij. & in l. qui testamentum. ff. de proba. item & quando præsumeretur simulatio: vt in l. per diuersas. in prin. C. man. & in §. aliud. in auth. de equali. do. & no. idem Bal. egregiè in l. Deo nobis. in ij. col. C. de epis. & cler. & tene menti, quia alibi hæc ita congesta vt hîc, non reperies.

CCCXX.

1 *Sententia à non suo iudice lata, non ualet. fallit. nu. 3.*
2 *Actus factus à iudice incompetenti, an uideatur fieri sine ordine & citatione.*

1 SEntentia à non † suo iudice lata, non valet. l. fi. C. si à non cõp. iud. nec est quis à iudice non suo cõdemnandus vel ciuiliter, vel criminaliter: vt in ca. at si clerici. de iudi. & in l. ij. in fi. ff. de pœn. & in l. si pater. C. ne de stat. defunct. per quæ iura alibi dicebat, & bene, Bal. in c. j. in §. sancimus. in princ. quo tempo.
2 mil. in vsib. feu. quòd actus † qui sit à iudice incompetenti, videtur fieri sine ordine, & citatione. & malè. l. prolatam. C. de sen. & inter. om. iud. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. de vnoquoque. ff. de re iud. ita vt nullitas hæc etiam quolibet tempore, & semper opponi possit. vt declarat Moder. Senen. in c. fraternitatis. in 30. co. extrà de testi. imò dispositio legis etiam verbis generalibus concepta, in dubio nunquam videtur grauare reum, vt alibi compareat, quam coram iudice competenti: vt in l. j. & ij. ff. de eo, quod cer. loc. & vtrobique not. & per Arèti. in
3 cons. 94. incip. respondeo. in j. co. Nihilominus puto † aduertendum, quia Daniel seniores falsi conuictos condemnauit, & tamen ei subditi non erant, sed potius ipsi iudices populi: vt legitur Daniel. cap. 13. Similiter Christus nulli subditus erat, sed Rex regum, & dominus dominantium, & tamen à iudice non suo fuit iudicatus: vt in passione eius legitur. & pari modo, Leo Papa IIII. à Ludouico Imperatore: vi. in cap. nos si incompetenter. ij. q. vij. & adhuc malè: vt legitur in capitul. omnes principes. de maioritate & obedient. Nisi respondeamus id Danielis processisse. quia sibi instinctu diuino quodammodò commissum fuerat: vt ibi. alia verò ex quo spontè & ex humilitate se humano subiecerant iudicio, & quia de Christo quoque id datum erat desuper: vt in ipsa passione legitur. & de Leone in d. capit. nos si incompetenter. in princip. & dixi ego latè in capitu. ecclesia sanctæ Mariæ. post Abb. ibidem. in ij. colum. de constitut. & vltimo loco ex verbis Lucæ 19. c. clarissimè ostenditur, ibi ore tuo iudica causam tuã, pulcherrimóq; etiã Marcellini exemplo demõstratur. in c. nunc autem. 21. dist. & ita tenendum est.

CCCXXI.

1 *In iudicijs nemo experitur sine actione.*

1 REgula est neminem in iudicijs † experiri sine actione. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. ita vt agenti, actionémque non habenti semper opponatur libellum non procedere. secundum Bar. in l. cùm quærebatur. ff. de solutio. & no. in l. vir bonus. ff. iudic sol. nec sententia exinde ferri debeat: aliàs lata esset nulla nisi absolutoria sit: vt in l. Bebius in fin. ff. de pact. do. iuncta l. j. §. j. ff. si mens. fal. mo. di. & hoc est quod alibi dicebat tex. in l. de fideicommisso. C. de transactio. & quod ex eo quod quis non intentat, vel malè intentat, victoriam non reportat: & quod regula prædicta locum habet, vel actio nulla intentet, vel inepta: dixi ego aliàs pro ampliatiõe ipsius, in l. iij. in §. hæc verba. in j. col. ff. de neg. gest. & alibi actionem dari duntaxat ad id, quod est in obligatione, ex qua actio descendit vt per Bar. in l. vinum: in iiij. col. ff. si cer. per. & est tex. ad idem in l. licet. in §. ea obligatio. ff. de procura. & quod superuacuum est hac ratione dubitare in his, quæ electione tolluntur: iuxta not. in l. quod in hæredem. in §. eligere. ff. de tribu. actio. & in l. fi. C. de codicil. an impediatur cumulatio, nec ne: vt dicebam aliàs post Deci. tamen senio. in l. edita. C. de eden. & nota quod duo requirũtur in iudicijs: agere scilicet, & actio: & quod ipsum agere ad actionem deducatur: ex quo, vt dixi, actio non intentata nihil patrocinatur: neque econuerso agere, ita vt sine actione, fit cifra quædam sine spiritu: vt inquit alibi Bald. & signanter allegat. d. §. videamus. in l. j. in iiij. co. C. si plu. vna senten. quæ omnia cordis digito alligabis: vt egregia.

CCCXXII.

1 *Venia ætatis per procuratorem à principe non impetratur: restitutio autem in integrum sic. & quæ ratio. nu. 2. & infrà apophth. 324*
3 *Consilium nullũ est potentius, quàm quod ex ordinatione causæ per sensum uisus confirmatur.*

ALiàs in l. imperium. ff. de iuris. om. iud. Bar. primum gradum mixti imperij maximum ponit: & exemplificat in ve
1 nia † ætatis à principe impetranda: iuxta ea quæ habentur in l. ij. C. de his qui ve. æta. impe. vt id cum de ætate disputetur, fieri per procuratorem minimè mirum videtur, cùm in restitutione in integrum idem fiat: & nihil aliud in controuersia sit quã ætas, & tamẽ procurator admittitur. l. j. C. etiã per procu. cau. resti. in integ. agi. po. Nisi respondeamus, & est verum, primo
2 † casu aspectum desiderari: & non solùm ætatis, sed etiam morum esse tũc dispositionẽ, quod in restitutione in integrum nõ est considerabile: ergo admiratio cesset: & est arg. in l. minor 25. annis ex aspectu. ff. de mino. & in l. quæsitum, & ibi Bar. in fi. ff. de re iud. & in l. si irruptione. C. fin. & hinc est quod dici solet:
3 nullum potentius consilium, quam id, quod † ex ordinatione causæ per sensum visus confirmatur: vt in l. testium. C. de testi. & Insti. de gradib. in fi. & per Bar. in l. j. ff. si cert. pet. vnde Poeta, segnius irritant animos demissa per aures, quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus: & alibi. Certior aure arbiter est oculus. & alibi: nec retinent patulæ commissa fideliùs aures, quàm quæ sunt oculis subiecta. & amplius vltra pdicta: quod quædã sunt probabilia iudici, & legi per ipsius legis approbationem, quædam autem per legis commissionem: vt quod lex non determinat, iudicis, discretioni commitatur, vt in d. l. ij. & in d. l. minor. 25. annis ex aspectu. & in l. de ætate. & in l. verum. in §. ex facto. eo. ti. & in l. iij. in §. tu scire magis potes. ff. de testi. & in l. de minore. in §. tormenta. ff. de quæstioni. & in l. vtrùm ff. de dona. inter vi. & vxo. & no. Bal. in rub. C. de proba. in pe. col. & appellatur præsumptio hominis, id est, iudicis, ad differentiã præsumptionis iuris: vt ille idem Bal. dicit in l. siue possidetis. in vlt. col. in prin. C. de proba. & iudicium potius quàm testimonium: ita vt testi non credatur, licet iudici sic, vt suprà, si interrogatur super ætate, quomodò scit, responderit per aspectũ corporis: secundum eundem Bald. in l. solam. in pe. col. C. de testi. & tene menti.

CCCXXIII.

1 *Iudex an teneatur exprimere in sententia quò ad ipsius ualiditatem, quòd ex causa pro pœna pecuniaria corporalem imponit. nu. 2.*

1 EGo aliàs dicebam in l. quid ergo. in §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. quod iudex † non tenetur exprimere in sententia quòad ipsius validitatem, quòd ex causa pro pœna pecuniaria corporalem imponit: nec sententia ob id dicetur cõtra expressum iuris errorem lata, & consequenter nulla: iuxta text. & not. ibidem in l. si expressim. ff. de appella. Sed tamen moueo tunc difficultatem, & videtur mihi quod imò sit nulla:
2 & aliter † lata, quàm cũ expressione causæ, contra expressum iuris errorem: ex quo regulare est, causam non præsumi, cùm sit facti. l. Procula. ff. de proba. l. consilio. ff. de curat. furio. l. in bello. §. factæ. de c. & postli. reuer. & maximè quia si in princip. speciale esse videmus, vt not. in l. fina. C. si contra ius vel vtil. pub. & in l. si testamentum. C. de test. in prin. & in alijs ius commune erit in contrarium. l. ius singulare. l. quod verò contra. ff. de legi. c. præsenti. §. loca. de præbend. in vj. & est verum. Nisi forte respondeamus tantam esse iudicis authoritatem, vt pro eo præsumatur: & est vt suprà proximè, præsumptio hominis, non iuris vt not. in l. postquàm. in §. Imperator. ff. vt in possessione legat. & in sententia proferenda. quamuis in alijs sic à principe non differat: vt in l. Hærennius. in §. Caia. ff. de euictio. & in l. ij. C. de officio. ciui. iudi. & in l. generaliter. in §. si iudex. C. de reb. credi. etiam quòd ab ea sit appellatũ: quia

appellatio non extinguit, neque absorbet pronunciatum.dicit text.in l.j.in fi.ff.ad turpil. & ad idem Bald. in l. tale pactũ. in §.qui prouocauit.in repe.in ij.col. ff. de pact.& in l.si institu ta.in §.j.ff.de inoffi.testa.& ideò lata pro filio exhæredato, effi cit, vt pendente etiam appellatione ex bonis patris alatur: vt ibidem:& per illum text.& ita tenete.

CCCXXIIII.

1 *Procurator quibus casibus non interuenit, & per eum facere non possumus, quod per nos.*

2 *Expressum facit cessare tacitum.*

SVprà proximè apophthegma. 322. diximus veniam ætatis per procuratorem impetrari à principe minimè posse:& est limitatio ad l.j.§.vsus.licetibi non dixerim.ff.de procura.quoniam mirum videbatur, nisi rationem adduxissemus: ex quo possumus per alium facere absque dubio,& regulariter, quòd possimus etiam per nosmetipsos: & vsus procuratoris ad hoc inuentus est:vt in d.§.vsus.stante maximè regula, quòd qui per alium facit,per seipsum videtur:vt in l.qui per alium.ff.de reg. iur.& in l.ita autem.in §.gessisse.cum vulg.ff.de admini.tuto. & tamen vt dixi, eo casu non licet rationabiliter. Sed tamen

1 adde etiam† vltra non licere, & alijs: tum vel maximè si nouus fuerit emphyteuta: quem debet dominus inducere in possessionem per se,& non per procuratorem.text.est in l.fi.& ibi no. C.de iur.emphy.Item & in crimine publici iudicij: vt in l. pe. in §.ad crimen.ff. de pub. iud. & in l. seruum quoque.in §.publicè. ff. de procura. & dubitationem non habet: rationibus de quibus ibi. Verumtamen aduerte,& ad propositum ætatis: quia in fœmina alia ratione erit secus: vt in d.l.ij.C.de his qui ven.ætat.impet.continetur:ita vt masculinum eo casu fæminimum minimè concipiat:ex quo mentio distinctè vtriusque sexus facta est:vt in simili dicit Bald.in l.in multis, in fi.ff. de sta. ho.& non ab re: quia † expressum facit cessare tacitum:vt in l. cum ex filio.in §.j.ff.de vulg.& pup.sub.& quia etiam materia non est indifferens:vt not.in c.generali.de electio.in vj. & in l. fœmina. ff. de reg. iu. & pro ratione, de qua in d.l.ij.maximè ibi, sed & eas propter pudorem & verecundiam &c.est bonus text. in argum. in l. prima. in §. sexum. ff. de postulan. & in capitulo. mulieres. de iudi. in vj. quod tene etiam menti:& obserua.

CCCXXV.

Is qui in utero est, habetur pro iam nato. cùm de ius commodo & fauore agitur: non si de alterius commodo etiam eius patris. nu. 1. 3. fallit numero 4.

TV scis quòd qui† in vtero est,habetur pro iam nato, cùm de eius commodo tractatur,& fauore:vt ibi.& in l.quod dicitur.ff.de verborum significatio.& ideò ius prætorium,& ciuile nouum, voluere, quòd posthumus alienus posset heres institui, vt in l.Gallus Aquilius.ff.de liberis & posthumis.quod non erat de iure ciuili antiquo: ex quo partus nondum natus non dicebatur editus:sed portio viscerum.l.prima. §.ex hoc rescripto. ff. de vent.inspicien. & videbatur fundari institutio super non ente:vt in l. tutor si petitus: & in l.Seiæ egressæ.ff.de tut.& curato.dat.ab his.per quæ iura bonum verbum dixit Bal.in l. j.in ij.colum.ff.de curatore furiosi.Similiter hac ratione, substitutio pupillaris fit posthumo:vt no.in l.ij.ff. de vulgari & pupillari substitutione. & dixi & ego in l. posthumo.& alij. C. de bonorum possessio. contra tabu.& alibi Bartol.quòd filius natus ex colono ante præscriptionem completam, vel conceptus & natus posteà, fit colonariæ conditionis: in l.cùm satis.in ij. colum. in fin.C.de agrico.& censi. libro. xj.& parimodo filius Senatoris qui concipitur ante, & posteà nascitur, vt ille idem Bartol. dicit in l.Senator. in fin.de digni.lib.xij.& exemplum nuper vidi Bal. in d.l. qui in vtero.in ij.lect.non omittendum. quod refert etiam,& sequitur in no. quæstio. And.sicu.in repe. l.cùm acutissimi.in 5 ?.colum.in fin.& princip.sequen.C. de fideicom. si quis instituisset hæredem Titium, si Rex Parthorum sine filiis ex se legitimè natis decessisset, illéque posteà mortuus fuisset relicta Regina prægnante,& nascatur filius:quód Titius:admittetur,ex quo† de eius commodo non tractabatur: nec sibi aliquid relictum erat:vnde concessis etiam represalijs contra omnes homines, non comprehendetur is,qui est in vtero:vt ille idem Bald.sentit in l.cùm inter veteres:in princip.C. de fideicommis.liber. Nec muliere bannita quæ prægnans sit, effici potest, vt partus posteà editus non possit in ciuitate morari: dicit idem Bald. in l. placuit.in secunda columna. C. de liberali causa. ita vt Signo.de Homod.quoque non paruæ auctoritatis doctor,consuluerit stante statuto Cremonæ,quòd si quis homicidiũ fecerit, vltimo supplicio afficiatur,quòd locũ non habebit in percutiente mulierem,quæ posteà abortum fecisset.in consi.j.in ij.co.imò plus, quod maximè mirum videtur, ex regula.l.fin.C.de imp. & alijs sub.cum vulg.nec etiam

3 pro nato † habebitur, quò ad commodum patris: vt est text. sing. quam ibi signanter Bald. exclamat not.in l.excusantur. in prin. de excu. tuto. & propterea faciamus regulam, quòd qui in vtero est,pars viscerum est.vt suprà,non hoc simpliciter & actu,sed potentia,specie,& secundum quod hoc,nisi de eius commodo & fauore, vt ex multis probauimus,agatur. Quod

4 tamen adhuc non est generaliter † verum: quia commodum est, & fauor eius, quòd sit in potestate patris, & nihilominus quòad non habetur pro iam nota. l.fi.ff.de colla.bon.l.fin.ff. de assignan.liber.l.iij.§.de iniust.rupt.irritóque testa. & minime mirum, quod semper nota. quia id est fauore testamenti introductum:vt in d.l.iuribus continetur.& declarat etiã Bal. in l.si à primo.in fi.ff.de lib.& posthu.

CCCXXVI.

1 *Maleficia non debent remanere impunita: & reipublic. maximum est commodum illa puniri: ut scilicèt pœna unius sit multorum metus. numero 3.*

2 *Mendacium, dolus, & calumnia punienda.*

4 *Transigere super adulterio non licere, propter scilicet delicti frequentiam & ne multis crassantibus &c.*

5 *Defensiones in publicis iudicijs non dantur per procurationem & quare.*

6 *Mendans eandem pœna qua faciens puniendus.*

7 *Asylorum immunitas per Tyberium Cæsarem abrogata.*

1 VVlgata regula est, seu legis ratio, maleficia, seu † delicta nõ debere quouis modo remanere impunita: idque maximũ reipu. commodum esse, illa eadem puniri: in l.ita vulneratus. ff.ad leg. Aquil.& in cap. vt famę.de sent.excom.imò etiam si

2 † mendacium sit, quod tamen & idipsum delictum apellatur: vt in l.fin.C.de accusa.& pari modo si dolus, vt in l.in delictis. in §.si dominus.ff.de noxa. sine quo suprà dicta quoque committi non possunt:vt in l.j.in §.diuus.& in l.in lege cornelia.ff. ad leg.cornel.de sica.& in l.j.C. eod. aut calumnia puniri debent,& non relinqui impunita:vt in l.j.in §.& hoc edi.ff.simul. ven. nom.& quandoqué etiam acerbius quàm par sit: vt mul-

3 tis † crassantibus locus sit exemplo,& pœna vnius multorum metus:vt dicitur in l.aut facta.in §.fina.ff.de pœn.& in l.bona fides. in fin. ff. de pos.& in l. & si seuerior:iũcta glo.certis.C. ex quib.caus. infa. irrog. vnde Cicer. in Philip.Mortem quidem natura omnibus proposuit:verum crudelitatẽ, & dedecus virtus propulsare solet. Quod & apud Virgil.Aeneas quoque sensisse videtur:dicens, Mortem non timet, sed genere mortis tristis erat &c. & Hesiodus his verbis clariùs.Perire & mori nihil est, sed perire naufragio graue.& elegantiùs quã alius Plato de repu.si eum sic dicentem auscultaueritis:dare pœnas maximi mali euitatio est:facit enim alibi prudentiores & iustiores, & medicina quædam iniquitatis est ipsum iudicium.Rursum:castigare noxium oportet, non ob præteritum delictum, cúm id corrigi nequeat, sed ne iterum peccet:tum ne ipsius exemplo cæteri quoque peccent. Et hinc est,quòd quàm sæpissimé dictitabant Domitia. Impera. qui non castigat, irritat. Indéque

4 non mirum, si super † adulterio transigere non licebat, proter dilicti scilicet frequentiam:& ne multis crassantibus,&c.vt dicit Barto.in l.transigere.in ij.co.C.de transactio.etsi defen-

5 siones † in publicis iudicijs per procuratorem dari non possunt quia sic delicta remanerent impunita,& iudicia etiam redderentur elusoria: vt not. in l.seruum quoque.in §.publicè.ff. de procur. & in l.pe.in §.ad crimen. ff. de publ.iud.& si statutum

6 faciens mentionem de homicida, comprehendit † quoque mandantem: vt inquit Inno. in c. ad audientiam. de homi. & post eum Bald. in l. Gallus. in §. quid si is.in ij. col.ff.de lib. & posth. qua ratione fortè text. quod & plùs est, in c.mulieres.de sent. exc. dicit mandantem verè facere. de cuius intellectu. aliàs nos multa de ista q.diximus: & videbitis citò in rubri.ff. si cer.pe.Similiter hac ratione in statutis habent locum interpretatio & vt etiam euitetur absurditas:vt ille idem Bald.in q. de qua suprà in l.si seruum.in §.prętor. ait. ff.de acqui.hær.& filiusfam.

lius famil. qui aliàs nec olim agendo, vel iudicis officium implorando in figura iudicij, nec hodie in aduentitijs, in quibus quęritur vsusfructus patri, habebat legitimam personam habebit in delictis. l. si longius. §. primo. ff. de iudi. Ita vt idem etiam de seruo dici possit: vt in §. idem iuris. Institut. de stipulatione seruorum. & in l. prima. ff. eodem. & erit nota limitatio ad textum. in l. seruus. C. de iudi. & hac de causa Cato Senior ad idem dicere solebat, se malle pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quàm pro maleficio perpetrato pœnam non dare, significans nihil esse periculosius impunitate, quæ semper mala ad deteriora inuitat. Tyber. verò Cæsar
7 Asylorum immunitatem, ✝ quæ maxima fuit, vt alio loco diximus, & in repe. l. presenti. C. de his qui ad eccl. confug. abrogauit: quę etiam si hodie abrogata fuisset, effecisset, vt nec fratricida, quem ab ea lictores euellerunt, ad eam restitutus fuisset. iuxta not. in capitulo inter alia. de immun. eccles. quia non est fratricidium de casibus in d. capitulo. contentis. Sed nostrorum temporum consilium non minus, quàm illud Tyberij sua tempestate laudandum est, ex quo fieri malum non debet, vt bonum eueniat, & ecclesiæ immunitas à sanctis patribus concessa quibuscunque ad eam confugientibus, violetur, & hæc sint satis exornantia leges ante dictas, quæ alibi congesta non reperies à nobis, sicuti & alia multò, ac longo studio acquisita.

CCCXXVII.

1 *Voluntatem qui explet, satis lucratur, hinc est, quòd satisfactio voluntatis habetur pro interesse. nu. 2.*

3 *Locupletari cum iactura alterius: est contra naturalem æquitatem.*

1 GLoss. est notat. in l. penultima ff. de condit. ob caus. quòd satis lucratur, qui ✝ explet voluntatem suam. imò text. in §. prętereà. Institut. de actio. & in l. finali. ff. de vsu hab. intantum vt dici possit hac ratione, quòd licèt in maleficijs ratihabitio obliget, quando aliquid potest acquiri ratificanti: vt puta possessio rei inuasæ: vt declarat Iacobus. de Are. in l. non eò minùs. C. de accusat. id tamen erit etiam, & locum habebit in homicidio, quoniam eo casu quoque satis acquiritur ei, qui vltus est: vt dicit Bald. contra ipsum Iacobum. de Aren. & bene in l. ob hæc verba. in vltima columna. ff. de his qui notant.
2 infam. & hinc est, quòd ✝ satisfactio voluntatis habetur loco interesse, etsi commodum aliàs minimè sentiamus, dicit alibi text. in l. testamento centurio. ff. de matr. testa. & in l. pluribus. & ibidem Bald. notat. in prima. lectura. in fine. ff. de procurator. & alibi in l. prima. in secunda. lectura. in sexta columna. ff. de legatis secundo. quòd omnis, qui me cogit, dicitur etiam me grauare: & si mihi damnum non inferat: ex quo perdere arbitrium voluntatis loco damni habetur. & alibi in l. cùm mulier in penultima. columna. ff. soluto matrimonio. quòd inquisitio fit ad vtilitatē offensi: & quòd vtilitas est, quia voluntatem adimplet: imò & memoriæ commendandum est: si Papa morem gerat impetranti, licèt contra ius cōmune non rescribat: vt in capi. cùm olim. de maior. & obed. & in l. prima. in §. finali. ff. de quæstion. & in l. Paulus. in §. Paulus. ff. de fideicom. liber. dicetur facere gratiam: quod est mirabile: vt docet Sicu. in capitulo, nonnulli. in principio. & ibi ego multa dixi, de rescript. & si à populo consuetudo indicatur, causa finalis eiusdem esse poterit, non solùm vtilitas, verùm etiam id quod pro vtilitate haberi potest statuentium: vt Beneplacitum, secundum eundem Bald. in capitulo. finali. in quarta. columna. de consuet. qui etiam alibi dicit in rubrica. de rescripti. in secunda columna. & notat. in l. secunda. C. de conditi. inser. & in l. in ratione. in §. cùm quidam. ff. ad legem Falcidiam. & in l. tertia. ff. de milit. testam. quòd vnusquisque naturaliter quod facit, vult valere absque dubio, & de opposito contristatur, & non potest secus dici. Sed tamen volo vos advnū animaduertere quomodo esse possit in materia iuris congrui, quòd illud idem locum habeat: his stantibus, in iu
3 dicijs ex quo vicinus cum iactura ✝ ipsius emptoris locupletari quodammodo videtur: quod est contra naturalem æquitatem. l. nam hoc natura. ff. de cōdi. inde. & capitulo locupletari de regulis iuris. in sexto cum si. nisi respondeamus, & est verum argumentum. procedere regulariter, sed non in casu vbi statuto, aut consuetudine secus dispositum esse reperitur: prout est fere per totam italiam: & in tractatu. Iuris congrui declarat Mattheus. de Afflict. & rectè, in tertia & nona columna. in fin. & nota quòd suprà dicta maximè locum habent in rebus, in quibus affectio aliqua cadere potest, quo casu loqui videtur text. in d. l. finali. aliàs autem secus. & ita est tenendum.

CCCXXVIII.

1 *Legatū factum omnibus ecclesijs alicuius diœcesis, non debetur ecclesijs post eà ædificatis.*

2 *Legis natura est futuris dare formam negotijs: quia semper loquitur: testator uerò semel tantùm*

REuerendus. P. D. Alexander de Vitalianis prior hospitalis monastarij. S. Francisci optimè meritus, quæsiuit à me ho
1 die ✝ an legatū factum omnibus ecclesijs alicuius diœcesi, debeatur etiam ecclesijs posteà edificatis. Cui respondi ex tempore. quòd non: ea ratione motus, quia quælibet dispositio secundum tempus quo fit, considerari debet: vt in l. medico. & in l. si ita. ff. de auro & argento. lega & in l. si mandauero. in §. is cuius. ff. manda. & ideò in simili si filius emancipatus repudiauerit bonorum possessionem. non videbitur repudiasse hac ratione, nisi vnum caput: vt notat. in l. emancipata. C. qui admi. ad bonorum. posses. cùm maximè futura præuideri non possint: vt post multa dicit etiam Alexander. in consilio cvii. incip. perspectis in penultima. col. in tertio volumine. aliàs voluntas testatoris à legis dispositione non differret: quod hoc casu non est dicendum: etsi vulgò, ipsa quoque lex dicatur, quando constat expresè, & quòad hoc vt executioni demandetur vt in §. disponat. in authentica de nupti. & in l. in conditionibus primum locum. ff. de conditionibus & demonstratio. & patet, quia lex futura comprehendit. l. leges. C. de legibus. capitu
2 lo finali. de constitutione. cum simil. imò natura ✝ ipsius est dare formam futuris negotijs regulariter, non etiam præteritis, vt ibi: & non ab re, quia semper loquitur. l. Arriani. C. de hæretic. testator verò semel: secundum Bart. in l. prima. in secunda columna. ff. de condit. ex lege. Mox reuersus domum comperi decisionem Bald. in terminis semper memoriæ commendandam, in l. qui filiabus. in fin. princip. per illum text. & per tex. in clemen. literas. de rescrip. ff. de leg. j. & ita tenendum est & nil aliud vltra quærendum.

CCCXXIX.

1 *Incommodum rei ad eum spectat, ad quem eiusdem pertinet commodum.*

QVotidie videmus, si quis vel titulo oneroso rem aliquam habuerit ab alio, vel lucratiuo, quòd tenetur ipsam leuari facere de ęstimo illius, cuius erat prius, & poni ad suum, propter collectas & subsidia, quæ à dominis imponuntur: & non
1 ab re: quia secundum ✝ naturam est, vt ille incommodum sentiat eiusce rei cuius etiam commodum habet, & non alius: vt in l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & in l. vnica. in §. pro secundo. C. de cadu. tollen. & in l. is qui in potestate. in §. fina. ff. de legat. præstand. intantum vt si pari modo de legatis gabella solui debeat, illa eadem nō soluatur, nisi superfint deducto onere ratione supradicta. casus est in l. non amplius, in princ. & ibi no. ff. de lega. sed ad propositum æstimi, vltra rationem naturalem, si quæratur vbinam id probetur: respondeo probari in l. si obligata. vbi Iacob. de Are. & in l. cum seruus. in §. hæres. & ibi Bald. in specie. ff. de leg. j.

CCCXXX.

1 *Testator legans centum existentia in tali loco, quæ si hæres non præstiterit, domum legauit: si hæres ea expendat, debet dare domum & non alia centum.*

1 HOdie in foro fuit magna contentio: quidam testator ✝ legauerat alicui centum, quæ deposuerat super sacro monte pietatis, & si ea heres nō præstitisset, eidem legauit domum: hæres dicta centum exegit, & expendit: legatarius nō amplius ea, sed domum petebat: dubitatur quid iuris? Dicebam ego domum deberi: & nihilominus decisum fuit contrarium: & malè: quia dicta centum legata sunt vt species, ita vt commutationem non recipiant. l. sed & si certos. ff. de lega. j. & statim domum reuersus, Bald. quem aliàs vidisse recordabar, quæstionem fere in terminis ponentem inueni: qui etiam attestatur ita suo tempore obtentum fuisse: in l. talis scriptura. post Dy. & per illum tex. in ver. item si legetur. ff. de leg. j. quod tene menti perpetuò.

CCCXXXI.

1 *Vendere & tradare iussus satisfecisse uidetur, si uendidit & tradidit, licèt posteà contraueniat.*

ARbiter quidam condemnauit Sempronium ad vendendum & tradendum rem Titio: cui vt iusserat, vendidit &
1 tradidit: post quam traditionem† contrauenit: an incidat in pœnam compromissi? Prima facie quispiam diceret quòd sic: quia non dicitur venditum nec traditum, quod venditum & traditum non durat: vt in capitulo non præstat. de reg. iur. in sexta. & in capitulo & ego. de verborum significatione. & in l. prima in §. versum. ff. de in rem ver. cum simil. vt sic verba etiā cum effectu intelligamus: vt in l. prima. in §. hæc autem verba. ff. quod quisque iu. & in capitulo relatum. de cle. non residen. in eccle. quomodo in simili quoque arguit Ioannes Andreas in capitulo ordinarij. in secunda columna. in fine. de officio. ordina. in sexta. & nihilominus contrarium esse verius: & casus est in terminis in l. in numerationibus. in fin. ff. de solut. & in l. seruus si hæredi. ff. de statulib. & notat. per glo. in l. prima. C. de pact. Bartol. & Bald. in l. si fideiussor. in §. meminisse. ff. de legatis primo. ex quo damnatus erat ad factum momentaneum, & non successiuum: vt in l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. & in l. inter castellianum. ff. de arbit. Ex quibus vnico verbo argum. quę dubitationem faciebant, sublata esse videntur: & istud quoque tene menti.

CCCXXXII.

Verba generalia, quibus utuntur aduocati, & posteà subijcientes, & omnes alias exceptiones &c. quid operentur nu. 2

Intellectus l. si quando. ff. de legatis primo. & cap. si Papa. de priuileg. lib. sexto.

PRocuratores & aduocati rudes, & ignari, vt alibi de notarijs diximus, non intelligentibus clausulas, quas in instrumentis apponunt: post Bartol. tamen in l. prima. in tertia colūna. ff. de iur. codicil. & Bald. in l. iam hoc iure. in fine. ff. de vulgari & pupillari substitutione. & in rubrica. de his quæ in frau. aliena. sunt. in tertia. columna. quam sæpissimè, imò semper vtuntur verbis† generalibus: & vltimo loco apponunt, omnes alias exceptiones sibi competentes. haud intelligentes: ea eos non releuare: quoniam cùm generalia sint, incertitudinis ratione pro nullis habentur. l. vbi autem non apparet. §. qui illud. ff. de verborum obligatione. l. prætor edixit. in principio. ff. de iniu. l. cùm incertus. ff. de legatis primo. l. de ætate. §. nihil. de interrogat. action. capitul. in presentia. de proba. quia generalitas etiam parit confusionem. dicit alibi Bald. in capitulo. ad hęc de. rescri. & qui generaliter loquitur, nullam speciē complectitur: dicit idem met in capitulo. inter cætera. de appellat. & alibi gloss. in l. prima in §. primo. C. de Iustit. Cod. confir. quod nobis incidiatur: & est ad propositum argumentum. in l. si quando. ff. de legatis primo. & in capitulo. si Papa. de priuileg. in sexta. Nisi soluemus, & est † not. verbum satis operari, quia non videbuntur ex illis se astrinxisse ad exceptiones specificatas: quandoquidem verbis generalibus prædictis protestari videantur alias saluas fore: ita Bald. in l. Titiæ textores. in principio. quem locum semper obserua. ff. de legatis primo. & ideò ad regulam † d. l. si quando. & dict. capi. si papa. dici solet, quòd fallat, quando datur aliquis effectus verbis licèt per omnia non sequatur: secundum quòd importabat sonus eorum: vt inquit gloss. quam ibi etiam in secunda. columna. notat. Gemi. in capitulo. si duo. de procurato. in vj. tene menti.

CCCXXXIII.

1 *Rei depositæ possessionem & proprietatem retinemus: fallit in pecunia quam aliquis apud alium deposuisset numerando. nu. 2.*

REi † depositæ possessionem, & proprietatem retinemus: sicuti commodatæ: dicit text. in l. licèt. in §. rei depositæ. ff. depo. & in l. rei commodatæ. ff. commo. Nihilominus tamen volo vos obseruare vnum, quòd istud locum † non haberet in pecunia, quam aliquis fortè apud alium deposuisset numerando: quoniam tunc dominium in accipientem transferri diceretur: eáque res notissimos depositi terminos egredi: vt in l. Lucius. & in l. die sponsaliorum. in §. primo. & in l. si sacculum ff. deposi. si autem in sacculo obsignata sit, ita vt eam negans hoc casu furti teneatur, illo autē non, vt in l. in naue Saupheli. in §. idem iuris. ff. loca. & in dicta l. si sacculum. & in l. tertia. C. eodem. & nota. in l. eius qui in prouincia. in ver. quas verò: vbi ego etiam latè. ff. si certum petatur. & in defensionibus meis. 84. latiùs: incipien. in præsenti casu: per totam. & per Baldum. in lege. incendium. C. eodem. & est menti tenendum.

CCCXXXIIII.

1 *Fideiussorem qui præstare tenetur ex forma statuti, si alium præter cognatum non inuenerit, eùmque minùs idoneum, tamen admittetur. & quare. 2.*

STatuta habemus incip. nullus, & omnes forbannitos, sub rub. de accusat. & de malefic. non solùm accusatorem, & delatorem seu notificatorem, aut significatorem alicuius maleficijs, verùm etiam reum, cui concessa fuisset excusatio per procuratorem, eo casu, quo pœna corporalis, vel sanguinis infli-
1 genda non veniret, teneri, & esse obligatos ad dandas† bonas, & idoneas securitates, de legitimis expensis restituendis, si illi nihil probassent: hîc verò de iudicio sisti, & iudicato soluendo: quemadmodum etiam æquum est, & rationabile, primo casu ne temerè ad accusandum prosiliant. l. eum quem temerè. ff. de iudic. in simili notat Bartol. in l. edita. in x. columna. C. de eden. & in l. qui solidum. in §. etiam. ff. de legatis primo. Secundo verò ne sententia, & condemnatio reddetur elusoria. l. si prætor. l. solemus. ff. de iudic. Sed quæro: quia fideiussorē inuenire difficile est, vt not at. in l. secunda. & in l. diuortio. in §. interdum & ibi Bald. in fine. ff. soluto matrimonio. si vel accusa-
2 tor, & similes, vel reus † alium non habuerit quàm coniunctū, & quidem minus idoneum, teneatur iudex ipsum admittere? Videbatur prima facie dicendum quòd non. l. si verò. §. de viro. ff. soluto. matrimonio. & tamen contrarium est verius: quia statuta prædicta debent recipere interpretationem hanc à iure communi. l. commodissimè. ff. de liberis & posthumis. l. si cum dotem. soluto matrimonio. l. si extraneus. ff. de conditione indebita. quæ est vt talis admittatur: quia non est verisimile quòd coniunctus ipsum laqueatū dimittat: casus est in l. tertia. & ibi glossa. ff. in ius voc. vt eant. & argumentum optimum in l. secunda. ff. de recepta. & in lege prima. de bon. eo. qui ante sententiam. sibi mor. consciue. & ita obtinuimus.

CCCXXXV.

1 *Dominij ad probationem qui se astrinxit, si probet tantùm dominium præsumptum ex possessione, non succumbet.*

1 QVidam astrinxerat † se ad probationem dominij: & post eà probauerat dominiū præsumptiuum tantum, ex possessione: quærebatur an succumberet? aliqui dicebant quòd sic, per text. in l. habebat. ff. de institut. action. quia suberat quid, quod ei poterat imputare: vt per illum textum. alibi dicebat Bald. in l. secunda. in §. si quis. in principio. ff. si quis cautio & in l. quid ergo. in §. pœna grauior. in repe. in quinta. columna. ff. de his qui not. infa. & in l. non solum. in §. qui alieno. in ij. ff. de procura. ego verò contrarium, & recordabar legisse decisionem in terminis Specul. in titu. de primo & secundo. decreto. in §. restat. in ver. sed nunquid, quod dictum pro singulari refert idem Bald. in l. prima. in fine. C. famil. ercis. & tu pro limitatione d. l. habebat. semper obseruabis, & menti tenebis.

CCCXXXVI.

1 *Christus quare paraliticum interrogauit, an uellet sanus fieri, cùm sciret eum nihil aliud optare.*

2 *Christi omnis actio, nostra est instructio.*

3 *Iudex officium suum nisi petatur non impartitur.*

HEri in templo diui Antonij audiebam sacerdotem concionantem, idemque multi ex vobis, qui aderant, & Euangelium inde exponentem: cum Paraliticus esset à Christo sannatus: de quo Iohan. quinto. & certè expositionibus adeò exquisitis, doctis, & veris, vt nil melius (credibile dictu est) nil eruditius, nil denique elegantius vnquam audierim:

Vender

1 tum vel maximè, quare eſt, cùm Chriſtus ſciret eum † ſa-
num fieri ſummoperè deſideraſſe:ibiq́ue ſtetiſſe annis.trigin-
ta octo vt in piſcinam illam probaticam ab aliquo immitte-
retur: ipſius aquæ motum expectans, ſanaretur, quòd nihi-
lominus petijt, an vellet ſanus fieri, & inter cæteras, vt ali-
quas vobis referamus hoc tempore, vt eius deſiderium ma-
gis ac magis excitaretur, efficereturq́ue dignior accipere gra
tiam à Deo. Vel vt liberum hominis arbitrium nobis eſſe da
tum deſignaret: iuxta illud, qui fecit te ſine te, non ſaluabit
te ſine te. Quibus adductus ego cogitabam ſi nobis ad
2 aliud argumentum præſtaret: quoniam omnis Chriſti † a-
ctio, noſtra eſt inſtructio: vt in capit.ſignificaſti.de electio.ſi-
cut & illud, Mulier quis te accuſat. de quo Ioh. viij. c. vt ſine
accuſatione neminem condemnemus:vt in c.j.vt eccle.bene.
ſi.diminut:con.& in c.de manifeſta.ij.q.j.& in c.quiſquis.xxij.
q.iiij.& multi ex vobis etiam,prouectioribus,neſcierunt,cum
quibus(vt ſcitis)plerumqué iocor, ad iſtud reſpondere:ſcito-
te igitur præſtare, & erit tertia expoſitio legalis, nobis arg. iu
3 dicem † non impartiri officium ſuum regulariter debere, niſi
requiratur. caſus eſt in l. quarta. in §. hoc autem iudicum. cũ
concordantibus. ff.de dam.infect.Similiter hoc idem dici po
teſt de cæco nato: ſciebat enim Chriſtus quid vellet, & tamen
dixit ſibi: quid vis vt tibi faciã. xvj.Lucæ.Nec filiã Cananeæ
à dæmonio vexatã liberaſſet, niſi petijſſet, fili dicẽdo Dauid mi
ſerere mei: adiuua me: filia mea malè à demonio vexatur: vt
Matth. xv.& inde eſt nouiſsimè quòd quartum mortuum non
ſuſcitauit, quia petitum non fuerat:ſed Lazarum tantùm, filiũ
viduæ,& archiſynagogi, quæ omnia, etſi ſacras literas minimé
profiteamur, ſemper mẽti tenebitis, & vt præcipua obſer-
uabis.

CCCXXVII.

1 *Iudicij calor quæ operetur. per totum.*

1 IVdicij † calor multa operatur: tum vel maximè quòd fide-
iuſsio valeat abſque interuentu ſtipulationis :fingatur que
vbi non eſt. l.cum oſtendimus.§.fin.ff.de fideiuſſ.tu. quod ta-
men non eſt regulare: vt in l. Blanditus. C. de fideiuſſ.& quòd
in his quæ ſunt parti præiudicialia, taciturnitas operetur con
ſenſum, vt ibidem:cuius contrarium tamen probatur in l.ſi-
cut.in §.non videtur.ff.quibus modis pignus vel hypothe ſol-
ua.& ſimiliter quòd verbum conuenit.intelligatur per ſtipula
tionem: vt not.in l.ſciendum.ff.de verborum obligatio.& ni-
hilominùs ſui natura pactum nudum tantum continet.l.le-
cta. ff.ſi certum petatur. Sed vltra multa vnum velim obſer-
2 uetis † annotatu dignum, exceptionem etiam non numeratæ
pecuniæ obijci minimè poſſe, ſi quis confiteatur in iudicio ex
cauſa mutui ſe recepiſſe centum. quòd hac de cauſa videtur
mirabile: ex quo fauorabilis eſt: & infrà tempus præfixum.&
determinatum à lege ſemper opponi poteſt: quoniam reſultat
eo tũc quaſi cõtractus efficax, ita vt agens niti non poſsit ex vi
literarum obligationis: ſed dicti quaſi contractus ex confeſsi
one reſultantis: vt in l. de ætate in §.ante pen.& in l. voluit.&
ibi not.Bald.hanc cautelam docens.ff.de interroga.actio.quã
menti tenebis. & poſtquàm de exceptione prædicta mentio fa
cta eſt, aliud quoque, quod imò eſt dare caſum, vt nec etiam ex
traiudicialiter facta, obijciatur:& erit limitatio not.ad titu-
C. de non nume. peçu. quando ſcilicet tutor ex cauſa mutui
ſcriptura ſua ſe obligauit pupillo: vt in l. quoties. in §. non
tantùm.ff.de admi.tuto.ratione de qua per me latiùs in l.ſin-
gularia.in gloſſ.j.ff.ſi certum.petatur.& eſt arg.in l.fi.C.arbit.
tute.

CCCXXVIII.

1 *Poſſeſſorium & petitorium nihil habent commune.ſuntque ſeparata. fallit. nu.2.*

1 POſt † intentatum petitorium non prohibetur quis agere,
& intentare poſſeſſorium:quoniam vnum nihil habet com
mune cum alio: vt in l. naturaliter. in §.nihil commune.ff.de
de acq̃renda poſſeſsione.ſeparatorúmque ſeparata debet eſſe
ratio: inquit Bald. alibi per iſtum text. in l. decuriones. C.ex
quibus cauſ.infa.irroga.Sed tamen volo vos vnum non igno
2 rare, quòd plerumquè etiam † eſt dare poſſeſsionem non ſepa
ratam à dominio:ita vt regula antedicta quoque non ſemper,
neque generaliter ſit vera: vt in pecunia numerata. caſus eſt
ſingula. in clem.ſæpè.in §.quapropter.& ibi in ſpecie not Car
dina.Zabarel.extra de verborum ſignificatio.nec inconuenit
quoniam multa alia etiam ſpecialia habet:vt dixi latè in d.l.
ſingularia ſuprà proximè allega. in gl.j.in iij.ſpeciali, in j.& ij.
lectu.ff.ſi cert.pet.

CCCXXXIX.

1 *Intellectus l.tutor rerum.ff.de admini.tut.*

1 IN d.l. ſingularia. omnes exclamat text. in l. tutor rerum. ff.
de adminiſtratiõ. tutor.quòd tutor † poſsit retinere ſibi res
iam diſtractas, de quibus ibi, ex cauſa venditionis, abſque ali
qua ſolẽnitate, ex quo ſemel venditæ fuerunt cum authoritate
& decreto iudicis: & malè ac perperam: quoniam loquitur in
rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: vt in l.lex quæ tuto-
res.C.de adminiſtratione tutorum.minimè iudicis decretum
deſiderantibus: vt in l.j.& in l.magis puto. ff.de rebus eorum.
& ideò dicebam ego aliàs intelligi debere, retentionem fa-
ctam fuiſſe palam & publicè: vt in l. non exiſtimo.ff.eod.& in
l. cùm ipſe. C. de contrahen. emptio.de conſenſu contutoris,
vel ſaltem coram honeſtis perſonis, aut conſanguineis eiuſ-
dem pupili: & tantò magis, quia non dicit text.omnia anima
lia, ſed quædam retenta fuiſſe, quod planè admitti poteſt, quã
do etiam nulla interueniſſet ſolemnitas: vt in l.quamuis.in ar
gument. tamen. ff.de condi.& demonſtratio.vel dicamus re-
tentionem non valuiſſe, ſed vſucapione in eiſdem cauſa ta hæ
redem tutoris potuiſſe tunc tueri:quod etiam gloſſ.ſecundum
vnam lectur. ſenſiſſe videtur, aliàs verba, quæ de ipſa vſucapio
ne ibidem leguntur, ſuperfluò eſſent poſita, & ſine effectu ali-
cuius operationis: contra tex. in l.ſi quando.ff.de legat.j.& in
c.ſi Papa.de priui. in vj. cogita.

CCCXL.

1 *Intellectus l.fiſtulas.§.j ff.de contrahen.emptio.*

1 MVlta ſimili modo dicuntur in d.l.ſingularia.ad l.fiſtulas.§.
j.ff.de contrahend.emptio intellectum, † & enucleationẽ,
qui videbatur probare communem concluſionem, quòd tu-
tor nedum in mutuo, ſed etiam in cæteris contractibus poſſet
ſibi ipſi ſoluere. quæ per dictum, textum.mihi vera nunquàm
eſt viſa, ex quo loquitur in caſu, miſsis alijs intellectibus,
qui ad illum traduntur, quando tutor venit non vt tutor, nec
vt ex nunc, ſed vt alius emptor, & vt ex tunc, quemadmodum
in ſimili not. in clemen.j.de conceſsio.præbend.& hoc quoniã
pater pupilli vendiderat ſibi fundum, & ex clauſula ſolita in
ſtrumento apponi, vel quæ etiam non appoſita, ſubintelligi-
tur.l.fin.C.de fideiuſſor.conſtituerat ſe precario nomine poſ-
ſidere:donec emptor tenutam corporalem accepiſſet, & qui-
dem authoritate propria, ac ſine licentia vel decreto alicuius
iudicis, quod in concluſione ipſa non eſt conſiderabile.Et pro
batur in ſimili in l. ſi paterfamil. in §. primo.ff. de adoptio.&
in l. tutorem.ff.de his quibus vt indign.& in l.cum quidam. C.
de adminiſtratione tutorum. & eò magis, quia conſtitutio,
dominum & poſſeſsio verè erat tranſlatum in emptorem: vt
in l. certè. in §. primo.ff.de precar.& notat. in l.quoties. C.de
rei vendicatione. & ita eſt tenendum. & amplius, quòd hoc
modo non diſcrepabit à ſol. Bar. in l. j. in §. fuit quæſitum.in
prin. ff.ad Trebel.

CCCXLI.

1 *Conciliatio l. fiſtulas. §.j.ff.de contrahen. emp. & l. j. §. fuit quæſitum.ff ad Trebel.*

1 MAgna eſt inter ſcribentes contentio, quomodò ſolui † poſ
ſit contrarium l. fiſtulas.§. j. ff. de contrahen. emptione.
& l.j. §. fuit quęſitum.ff.ad Trebellianum.vbi tutor ſibi hære-
ditatem ex Senatuſconſulto Trebelliano non reſtituit: & ta-
men in dicto §. j. authoritate propria vacuam poſſeſsionem
occupat, & minimè iudicio meo neceſſaria. ex his quæ dixi
ſuprà proximè. Sed nouiſsimè obſeruetis velim text. hoc in
in reſtitutione prædicta ad literam dicentem, videlicet princi
pale auxiliũ ſemper impetrandum eſſe, quòd nõ eſt ſic alio ca
ſu deciſum: ergo quando etiam d.l.fiſtulas.intelligeretur ali-
ter: & non vt ſuprà, non eſſet contrarium.l.proſpexit.ff.qui&

à quibus. l. secunda. C. de crimi. sacrileg. capitulo in istis. iiij. distinctione.

CCCXLII.

1 *Effectus causæ suæ semper commensurandus. fallit. nu. 2.*

1 SOlet quàm sæpissimè dici, quod effectus † semper suæ causæ commensurandus est. l. ita autem. in princip. iuncta. l. si plures. in fi. prin. ff. de administra. tuto. per quæ iura not. q. decidit Paul. de Castr. in cõsilio lxxxiij. incip. præsens casus. in iij. colum. in ij. volumi. ita vt non sint dissimiles. l. in agris limitatis. ff. de aquirendo rerum dominio. Et tamen volo tibi dare
2 casum, in † quo dissimiles sunt, adeo vt nec causæ suæ possit quouis modo commensurari: & non ab re fortassis dicitur alibi, nullam esse regulam, quæ exceptionem non patiatur: imò ineptum esse regulam non fallere: in c. de cætero. vbi Abb. Panormi. in ij. col. de testi. quomodo intelligitur etiam quod habetur in l. omnis diffinitio. de reg. iur. & l. j. ff. de reg. Cato. cõsiderando titulos, sub quibus situatę sunt: & intelligendo diffinitiones id est regulas: vt in l. Imperatores. ff. de in diem adiec. & breuiter in mutuo: in quo plerumque dominium transfertur in eum. cui mutuatur, & verè quidem: & tamen numeratio erit ficta: vt in l. singularia. alleg. sæpè. ff. si certum petatur. speciali fauore mutui: quod adeò priuilegiatum est, vt nullus alius contractus sit, qui ei facilè possit comparari: vt ibi plenè no. quamuis & in precario id ipsum esse dicamus: vt in l. certè. in §. j. ff. de precar. & per Doctor. in l. quoties. latè. C. de rei vendicatione. quoniam non propterea priuilegium eius minuitur. lege. quod Nerua. ff. deposit. & est semper menti tenendum.

CCCXLIII.

1 *Verba præteriti temporis habent annexam ab negationem præsentis. fallit in reg. semel malus. de reg. iur. in vj. nu. 2.*

1 VErba † præteriti temporis habent annexam abnegationem præsentis. l. ratio. §. final. ff. de action. empt. per quem text. ita etiam dicebat Bartol. confutando solut. Guliel. de Cu. in l. vinum. in secunda columna. ff. si certum petatur. & maximè vt ibi quoque inquit Saly. refertque Alexand. in iiij. si illa eadem in vim conditionis apponantur. Sed tamen con
2 sidera non esse verum, vel saltem generale: & confundi † per regulam, semel malus, de regu. iuris. in vj. & quoniam qualitas semel posita, quæ ex solo cursu temporis non tollitur, semper præsumitur existere: in mutata probetur: vt in l. siue possidetis. C. de proba. & in capitu. præterea de transactio. & hoc est quod inquit Cicer. in ora. pro Roscio: quod qui semel à veritate deflectit, non maiore religione ad periurium quam ad mendacium perduci consueuit. & Hecu. in Euripi. At mortalium quisquis malus, Nil possit aliud esse, quàm semper malus: & vt per me latiùs in d. l. vinum.

CCCXLIIII.

1 *Donatio, aut dominij translatio nunquam in dubio præsumitur, quando subest alia causa. fallit. nu. 2.*

1 IN dubio † nemo præsumitur iactare suum. l. cùm de indebito. ff. de proba. capitu. super hoc. de renun. adeò vt quando alia causa subest, nunquàm præsumatur dominij translatio, nec donatio: imò fatuitas, dilapidatio, & prodigalitas, si expressè actum non sit. l. filiusfamil. ff. de dona. l. generaliter. & ibi in specie not. Bald. C. de non numerand. pecun. etiam si sit pater: secundum Alexand. in l. si donatione. C. de collat. & quamuis pro carcerato soluatur: vt in l. sed & si. & ibi not. Bald. ff. soluto matrimonio. & tamen solutio eo casu dicitur pia, & facta in piam causam: vt ibidem. & in capitulo. sacrorum canonum. xij. quæstio. secunda. licet quòd de patre dixi, non firmem: & de materia habetur in l. cùm quid. ff. si certum petatur. & in l. si seruus. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & hinc est, quòd etiam vestimenta prodigalia moderni vsus, perlę, & lapides pretiosi, hac ratione, quia donati nec vxori præsumuntur, solent legari: neque de tali legato detrahi falcidia. l. hoc legatum. ff. de lega. iij. l. si vsusfructus. §. dos. ff. ad legem Falcidiam: quem text. non esse alibi dicebat idem Bald. in capitul.
2 iuraui. in fin. de proba. Sed tamen volo tibi dare † casum, in quo præsumitur, & est quotidianum, ac memoriæ tenendum semper, quando scienter emerem, vel conducerem rem, quam euincere poterant: quoniam tunc videor donare, & renuntiare iuri mihi competenti: quod quidem possum absque dubio facere. l. in re mandata. C. mand. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæredi. casus est in l. si proponas. in §. si hæreditatem. & ibi not. ff. de inoffi. testamen. & argumen. optimum in l. prima. ff. de conditio. inde. & idem in simili in l. Campanus. ff. de ope. liber. quem inducit etiam Bald. in l. iurisgentium. in §. si ob maleficium. in secunda lectura. in secunda columna. ff. de pactis.

CCCXLV.

1 *Vsuræ licet iure ciuili sint permissæ, attamen sunt odiosæ: nec debentur pacto nudo, sed interuentu stipulationis: solutæ tamen non repetuntur. numero 2.*

1 VSuræ et si iure ciuili † permisse sint sub quædam dissimulatione, vt maius scandalum vitaretur: vt no. declarat gloss. in c. j. x. distin. & Bart. in l. cunctos populos. in v. oppo. C. de sum. tri. & fi. catho. quemadmodum etiam concubinatus, vt ibidem, & in l. in concubinatu. ff. de concubi. attamen odiosæ sunt sui natura: & magis ac magis fœneratores eas exercentes impij & auari: vt sentit Bald. in authen. ad hæc. per illum text. & in corpore vnde sumitur. C. de vsu. adeò vt ob id etiam dixerit M. Cato in lib. de re rusti. eos esse omni fure improbiores: cùm pecuniæ acquisitio quoque eo modo teste Aristo. in polyt: sit præter naturam: ergo restringendæ. c. odia. de regu. iur. in vj. l. cùm quidam. per locum à contrario. ff. de liber. & posthu. & hinc est quòd non debentur simpliciter, & pacto nudo, sed interuentu stipulationis: vt in l. quamuis. C. de vsur. etiã quòd pactum in ipsa numeratione appositum fuisset: & est mirabile: quia regulariter contrarium dicimus. l. rebus. C. de re. permu. quod tamen in pecunia numerata intelligi debet, non in cæteris rebus. l. frumenti. l. oleo. C. de vsu. & in contractibus stricti iuris, non bonæ fidei: vt not. in d. l. quamuis. & legatis aut fideicommissis: quæ etsi strictis iuris sint, naturam tamen bonæ fidei habent. l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est ne. Sed tamen obseruabitis vnum, non restringi
2 † in casu, quando solutæ fuissent absque stipulatione: quia nõ repetuntur: & tamen attenta supra dicta ratione repeti deberent. d. l. quamuis. non ex alio: quia saltem erant naturaliter debitæ virtute pacti: quod quidem esto quòd actionem non producat. l. iurisgentium. §. igitur nuda pactio. ff. de pact. impedit tamen soluti repetitionem. l. naturaliter. ff. de actio. & obliga. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiu. l. frater à fratre. ff. de condi. inde. etiam si illud idem odiosum sit: & est not. ampliatio ad d. iura. ac limitatio ad d. capi. odia. semper menti tenenda.

CCCXLVI.

1 *Dominium seu actio nobis facilius quæritur ex actu naturali, quàm ciuili: fallit in numeratione pecuniæ ex qua non acquiritur actio, nisi eam stipulatio sequatur. nu. 2. & quæ sit ratio. nu. 3.*

QVis est, qui ignoret. l. ea. quæ ciuiliter. ff. de acqui. rer. do. cuius mentionem ego sæpiùs feci hoc anno in repe. l. sin-
1 gularia. ff. si cert. pet. dicentem, faciliùs nobis † dominium seu actionẽ acquiri ex actu naturali, quàm ex ciuili: & ibi habetis
2 exemplum. Contrà: quia numeratio pecuniæ † actus naturalis est: quod omnes fatentur: & tamen ex ea non acquiritur actio, sed ex actu ciuili, si eam stipulatio incontinenti sequatur: & malè prima facie, ac contra text. in l. qui habet. ff. de tute. & in §. qua ratione. & ibi not. Institu. de pupilla. substitutio. & in l. iij. C. ad macedo. & in l. clam possidere. ff. de acquiren. posses. & in l. tutor. ff. de fideiussor. vbi propter extrinseca accidentia non mutatur origo, & natura ipsius rei: & idem in l. die sponsaliorum. in §. finali. & in l. Lucius. ff. depo. & in l. Cæsar. in fin. & in ratione sui. ff. de publica. Solue breuiter id non ab
3 re esse: quoniam numeratio † eo tunc actionem producit, si id ipsum agatur inter partes l. obligationum substantia. ff. de actio. & oblig. l. non omnis. ff. si cert. petat. actum autem hoc casu videtur, quòd oriatur ex stipulatione, cuius gratia numeratio facta videtur, vt impleretur. l. si ita. §. j. l. cum enim. ff. de noua. l. ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verborum obligat. ergo & hoc idem, cùm in iuribus præalleg. non sit considerabile, in casibus suis quoque locum habebit. Et sic diuersa ratione, vt in simili dicit gloss. in ca. ij. extrà de arbit. in vj. & ita tene quamuis huic resolutioni videatur refragari. tex. in l. certi co

dictio.

dictio.in §.quoniam.ff.si cer.peta.vbi numeratio præcesserat: & incontinenti stipulatio subsequuta est: & nihilominus ex ea actio, & non ex stipulatione nascitur:quod maximè mirandū est: cùm nec etiam actum esset, quod admirationem auget, vt nasceretur. Sed nihil est, ex quo stipulatio erat inutilis: vt ibi dicit gloss. & in l.ij. in §. fi.eod.titul.quo casu fingit lex ipsum actum fuisse,vt oriretur:aliàs secus,vt in iuribus,de quib. suprà.ergo Cogita.

CCCXLVII.

1 *Muliere grauata restituere hæreditatem,si sine liberis decesserit,locus est fidei commisso si decedat cum filio ex adulterio suscepto.*

1 PAter instituerat filiam suam, eámque grauauerat† onere fidei commissi,vt hæreditatem restitueret,sub conditione tamen, si sine liberis decessisset: euenit, quod filium ex adulterio suscepit: & ex fornicatione reproba,& posteà decessit: quæsitū fuit an fideicommisso esset locus, nec ne, & an conditio esset purificata? Prima facie dixeram fideicommisso locum esse, & nullo modo purificatam conditionem:quia non est verisimile testatorem de talibus liberis sensisse: per not.in l.ex facto.in §. si quis rogatus. ff.ad trebel.& in l.iij.in §.si emancipatus.ff.de bon. pos. contra tab.& in l.isti quidem.in argum.tamen:ad fi. ff.quod met.caus.Et maximè,quia maior honestas requiritur in fœmina,quàm in masculo:vt in l. palam. in §. quę in adulterio,& ibi glo.& in l.seq. ff.de ritu nupt.& consequenter maius peccatum in ea,quam viro:vnde forrassis ea ratione Ioan. viij.legitur, Phariseos, & scribas mulierem in adulterio deprehensam ad Iesum adduxisse, vt lapidaretur,& non virum:nec secus potest dici. Sed comperi posteà decisionem Alexan. in terminis, licèt hec omnia non adducat, menti aliàs tenendā, in d.§.si quis rogatus in iij.col.

CCCXLVIII.

1 *Parentes quare magis pro effectu in liberis terrentur. & quæ sit ratio. numero 2.*

2 *Pactum de patris successione à filio factum non ualet: sed non contra. & quare.*

DVm legerem ad propositum de quo suprà d.l.isti quidem. quod met.ca.verba illa etiam maximè notabila,per transennam quodammodò offendi,licèt vulgaria.Cùm †pro affectu parentes magis in liberos terreantur: quorum rationem, & si nescio quid Accur. dicat ibidem non spernendum, quia amor descendat, & non ascendat: scribere pulchrum, nedum vtile,nos quoque putauimus: eáque breuiter esse arbitramur †quia pater ipsum creauit: vt in Politicis inquit Philosophus: & non ipse patrem : qua de re conuenit etiam, vt plùs causa causatum diligat, quā contrà. Ita vt experientia ipsa videamus nunquam patrem filium interfecisse, sicuti filius patrem: nec leges pro filicidio pœnam statuisse : quemadmodum pro patricidio:imò quod ore(adeò turpe sonat)quasi proferri nō potest: vnde etiam Math. xv. dicitur: miserere mei Domine: quia filia mea malè a demonio vexatur, & non miserere filiæ meæ.Et ibidem paulò inferiùs.domine adiuua me,& non adiuua eam: arbitrata mulier illa ipsam,non filiam tunc vexari à dæmonio,& in filia esse,non filiam in matre.& alibi per Do
2 cto. in l.fi.C.de pact.vbi ego etiam multa,quòd licèt† aliàs pactum de successione patris à filio factum:non valeat:ne insidietur vitæ ipsius: valebit tamen econtra, si pater faciat pactum de successione filij viuentis: quia contra eum præsumptio hęc cessat:argumentúmque nobis ad idem est Macedonianum. S. C.inuentum fuisse propter filios, ne vitæ parentum insidiarentur,& non econtra propter patres:cùm lex istud ipsum nullibi & ex suprà dictis suspicetur. Et concordat ad propositum tex. in l.eum qui probabilem.C.de episcopis &clericis. & in §.fin. Institut. de noxa. & in c.afferte mihi gladium. extrà de præsumptio.

CCCXLIX.

1 *Iuramentum in supplementum probationis regulariter defertur,& necessarium appellatur.& quare.fallit.nu.2.*

SCimus omnes,nec ignoramus.quòd†iuramentum in supplementum probationis deferri potest regulariter: & hoc idem necessarium appellari: vt in l.in bonæ fidei.& in l.actori. C. de reb. credi. & in l. admonendi. latiùs ff.de iureiurand.ad differentiam iudicialis,& voluntarij:quia ille cui defertur,hoc casu necesse habet iurare : nec potest referri : aut recusari, nisi iusta causa recusationis prætendatur : vt in l.generaliter.in §. sin autem. C.de reb. cre.& non habet dubium.Sed tamen vnū est etiam obseruandum annotatu dignum , quòd quando
2 †præsumptio cōtradicit intentioni agentis, debent probationes tunc esse magis exactæ , imò luce meridiana clariores: adeò vt nec iuramentum in supplementum probationis deferri posit: vt puta in notario : si dixisset in instrumento aliquid,propter quod de falso redargui posset,vt dixi ego in l.singularia.latiùs in secunda lectura.declarando theoricam Bar. ibi extra gloss. in penultima columna. in secunda. quæstione. ff.si cer.peta.& est originalis theorica Ang.in l.fi.per illum tex. ff. quod met. cau. & hoc,quia præsumptionem habet, ex quo est persona publica à lege approbata : quæ intentioni (vt diximus) ipsius agentis contradicit: tene menti.

CCCL.

1 *Scholaris qui domum conduxit, si ea malè non utatur.dum tamen debit s pēsiones constitutis temporibus soluat.non potest ab ea expelli, si tamen aliquid faciat quod magis commodum personæ quàm domus concernat, dominus non tenetur ea in computis pensionis accepto ferre. numero.2.*

1 EX forma statuti, scholaris,qui † domum aliquam cōducit, non malè vtendo ea,sibi semel locata,neque in ea ganeas, aut meretrices inducendo,vel tale quid aliud faciendo,donec in studio moratus fuerit,si pensiones tamē debitas constitutis tēporibus soluat,expelli nō potest. Et iure merito etiam, quia fauoribus gratiosis semper sunt ab omnibus prosequendi: iuxta no.in auth.habita.C.ne fil.pro pa. Modo euenit his diebus,
2 quod quidam† volebat dominum domus teneri sibi ad multa concernentia potius commodum personæ,quàm ipsius domus: & coram Rectore, quem concordes adierant:& si potuisset dominus forum illius absque dubio, vt reus declinare: vt in l. iuris ordinem. C. de iurisdict. omn. iudi.& in capitulo. si clericus. & in capitulo.cùm sit generale.de fo.compe.dubitatum fuit, an idem dominus teneretur: & dato quod ea facere noluisset, an posset scholaris ad computum pensionis de prædictis sibi ipsi satisfacere? multi ex astantibus dicebant quòd sic: aliqui verò negabant: & me tandem vocato (in foro enim eo tunc deambulabam) percunctati sunt quid iuris, quibus respondi,priùs tamen subsistens paululum,partem negatiuam vti veriorem tenendam esse: & ita fuit pronunciatum & bene: quia de hoc est casus semper memoriæ commendandus in l. si quis mihi mandauerit.& ibi in specie,ac in terminis no.Bald. ff.manda.& cum decisionem istam Rectori statim misissem,vt videret se iustitia legibus optemperasse, quemadmodum dixeram,non paruum gauisus est.

CCCLI.

1 *Domus destructa ne ignis ulterius extendatur, debet communiter de iure resarciri.*

QVotidiè videmus culpa inhabitantium,aut casu etiam,& fortuna, incendia in ciuitatibus: tum & maximè hiemis tempore:& in aliqua contrata suboriri quam maxima,vt his diebus euenit, quam sæpisimè, quod nec vos ignoratis: adeò vt palatium publicum,& bis quidem,vix contineri potuerit, quin & ipsum etiam incendio conflagrârit, & amplius
1 †quoque ne ignis vlterius extendatur ,domum aliquam à vicinis destrui,quod & de iure fieri potest,& à ratione non est alienum:vt in l.si quis fumo.in §.j.ff.ad legem Aquiliam.quærebatur an illa eadem communiter resarciri debeat? Communis consuetudo se habet, quod non, & nihilominus istud idem etiam iuris est, vt resarciatur,quoniam pari modo pro communi vtilitate fuit destructa,casus est,& ibi not.Bal.in l.j.& ij. ff.ad leg. Rhod.de iact.

CCCLII

1 *Patre condemnato ob delictum filio non obest, quoad peculium profectitium nec contrà.nu.2.*

3 *Bona patris naturaliter debentur filio.*

1 SI filius † ex delicto condemnatus fuerit, hæc condemnatio patri obesse nõ debet, quoad peculium profectitium: vt not. concludit Abb. Pa. in consil. 66. in c. quamquam. in j. col. in ij. vol. ergo à contrario si condemnaretur pater, & bona eius publicarentur, filio obesse deberet, quoniam idipsum pleno iure eidem spectat, & possessionem ac proprietatem retinet: vt no. in l. cùm opportet. C. de bonis quę libe. & meliùs quàm alibi in l. frater à fratre. ff. de cõdi. indebit. & in §. j. Insti. per quas pers. nob. acqui. & ad propositũ probare posse videbat ex his q̃ habent in l. bona fides. & ibi Bal. in fi. ff. de po. necnõ ex regula l. fi. ff. de leg. iij. & l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cũ si. Et ni-
2 hilominus † contrariũ est verius. l. iij. §. sed vtrũ. ver. proinde. ij. ff. de minor. nulla alia ratione nisi ista, quia in tãto infelicitatis luctu, illud idem sibi loco alimentorum reseruari videtur: vt idem Bald. dicit in l. executorem. in ix. col. C. de execu. rei iudi. pro quo est arg. in l. j. in fin. C. de his qui ant. apert. tabu. & in l. fin. C. de Institu. & substit. sub condict. fact. & in §. j. Instit. ad Tertullia. & concedendo peculium, præuenisse etiam
3 tradendo videtur, quoniam bona † patris filio naturaliter sunt debita: vt in simili dicitur in l. patrem. ff. quæ in fraud. credito. & in l. eum qui de ann. lega. & in l. post mortem. C. de fideicommis. & not. Bald. in l. penultima. C. qui bon. ced. possunt. Et est mirabile, ac memoriæ commendandum.

CCCLIII.

Iuramentum necessarium dicitur: quia necessitate à iudice imposita defertur, & suscipitur, ita ut referri non poßit, nec recusari, nisi ex causa. Et an ista necessitas sit præcisa, an uero absoluta. nu. 2.

IVramentum † necessarium ad differentiam iudicialis, & voluntarij dicitur, quod non ignoratis, quia necessitate à iudice imposita defertur, & suscipitur, ita vt referri non possit. & est intellectus ad l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiuran. nec etiam recusari nisi ex causa. l. generaliter. §. fin. autem. C. de rebus credito. cap. fina. in princip. de iureiurand. & not. in l. admonendi. ff. eod. Sed quæro ego an necessitas † ista sit præcisa & absoluta, an verò causatiua, ne succumbat. quod dicẽdum videretur. l. j. C. de ordin. cognitio. l. age cum Geminiano. C. de transactio. l. fin. ff. de separa. Responde quòd si ad petitionẽ ipsius partis defertur, prout deferri debet: vt tenuisse videtur Barto. in d. l. admonendi. circa fi. per regulam. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. tunc non recusabitur. & erit pro eo argumen. in l. penulti. C. de solu. & in l. Pomponius scribit si negotium. ff. de neg. gest. cum simil. & sic præcisè tenebitur: sin autem ex officio, quòd potest, vt tenuit Abb. pa. in d. capitu. fina. in fin. de iureiur. & hoc est verius, tenebitur causatiuè. Cogita.

CCCLIIII.

Dos succedit loco legitimæ, & in illam imputatur: & quare, & quæ ex eo resultet utilitas. nu. 2.

ALlegatur quotidie tex. in l. iij. in §. sed vtrum. ff. de mino. q̃ dos † succedit loco legitimæ: & quòd illa eadem in legitimam imputatur. Item quòd cùm sit proprium patrimonium filiæ, non capitur quoque iure hæreditario: ita vt hac ratione nec cum falcidia compensetur: iuxta no. in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. Sed quò ad primum etiam scias velim, id nulla alia ratione decisum fuisse, & est dictum annotatu dignum, nisi quia debetur ex legis dispositione. l. fin. C. de do. promi. l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & oblig. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. quod tamen intellige iudicis officio implorato, & non iure actionis: vt est argumen. in l. fin. ff. de peti. hæred. & not. Bald. in l. si socer. in fi. princ. ff. solut. matrimo. & est † vtilitas: quia isto casu transibit onus ad hæredes: illo autem non, secundum Alexand. in d. l. si socer. in princ. & dixi ego latè in l. j. C. de edend. ergo ad propositum, pater dotando, videbitur id compensandi animo, & non aliter, fecisse: vt in authent. præterea. C. vnde vir & vxor. aliàs marito non differret, qui ex cõtractu tenetur, & obligatus est, adeò sit si quid vxori legauerit, non eo animo legasse videatur. l. Lucius. ff. de lega. j. l. si debitor. ff. ad leg. Falcid. & sensit idem Bald. & bene, in l. Titia. in §. qui inuita. in fi. ff. de legat. ij.

CCCLV.

1 *Pœna ex causa mitiganda.*

1 SCitis quòd pœna † ex causa mitigatur. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & de materia habetur etiam in l. aut facta. in princ. & in l. respiciendum. ff. de pœn. & in l. auxilium. in §. in delictis. ff. de mino. quæ in quacunque dispositione semper excepta videtur, vt in l. si hominem. ff. manda. & in l. qui iurato. ff. qui satisda. cogan. & in l. qui seruum. de ver. oblig. adeò vt eo tunc quid bene factum censeatur, & bona fide, aliàs non, si sine causa fieri non poterat: vt in l. qui Romę. in §. Calimachus. ff. de verbo. obliga. & in l. contra iuris. in §. fi. & ibi etiam Bald. not. in j. lectu. ff. de pact. & dubitationem nõ habet, si maximè hoc idem pulcherrimo comprobabis exemplo Platonis, cùm in Siciliam nauigasset, vt insulam, ethneaq; illius miracula videret: cõtra legem, quæ capitalis erat, si quis eam adijsset: quoniam à Chamandro mortis reus accusatus est, & pariter excusatus: quia Philosophus disciplinæ gratia eã conscenderat: & quia lex de hominibus, non de Philosophis, qui supra homines sunt, loquebatur: ac etiam & exinde absolutus, vt non interficeretur, sed vendendus traderetur. quod memoriæ commendabis.

CCCLVI.

1 *A sententia quæ in rem transiuit iudicatam nec appellatur, nec supplicatur regulariter. fallit in l. diuus. ff. de re iudic. & hoc ex magna causa. numero. 4.*
2 *Clausula non obstante, rescriptum aliàs inualidum efficit ualidum.*
3 *Princeps in dubio non præsumitur uti plenitudine potestatis.*

1 CErtum est, quando † sententia trãsiuit in rem iudicatam, eo tunc nec appellari posse, nec etiam supplicari: vt no. in authent. supplicare. C. vt lit. pen. & in l. final. C. de erro. aduo. imò plus dicit tex. in l. fina. C. vt lite penden. quòd si quis appellaret, ignominiæ pœna notaretur, nec rescriptum valeret: quod videtur esse mirabile contra istos, qui Venetias vadunt, posteaquàm lapsum est tempus appellandi, vt non obstante eo iterum audiantur: contra quos inuehit Paul. de Cast. in d. l. fi. in princi. Sed tamen puto aduertendum, hæc omnia confundi posse per tex. in l. diuus. ff. de re iudica. vbi sententia in rem iudicatam transierat: & nihilominus libello supplicatorio Iulius Tarentinus à principe diuo Adriano, rescriptum obtinuerat, vt in integ. restitueretur. Nisi respondeamus in eo clausu-
2 lam non obstante, appositam fuisse, quæ † efficit, vt rescriptum valeat: vt no. in d. authent. supplicare: & in l. fin. C. si contra ius vel vtil. pub. quod nõ placet: quia diuinatio est maxima: adeò vt nec etiam præsumatur, ex quo insolita est: & nõ facilè princeps ea vti solet: vt est argument. in l. si quando. C. de inoffi. testa. & maximè quia signum est plenitudinis potestatis, secundum Bald. in l. si testamentum. C. de testa. in dubio autem ple-
3 nitudine † potestatis vti velle non præsumitur: vt legitur in c. innotuit: per Innocen. de electio. ergo. Et ideò aliter respondendum est, id quod diximus suprà regulariter verum esse, sed
4 fallere nisi ex † magna causa concedatur: quod ex d. l. diuus. colligitur, in illis verbis, Conspiratione aduersariorum: &c. ibi, & rem seuerè vindica: &c. & ibi, etsi quid à iudice tam malo exemplo: &c. Et est argumen. in l. si hominem. ff. manda. & l. imperatores. ibi, ex causa. ff. de re iudi. & in l. quid ergo. in §. pœna grauior. cum simil. ff. de his qui not. infa. Et ita tenendum arbitror, & cogitandum aliàs: quia nunc aliud non succurrit, nec Docto. tangunt in l. admonendi. vbi aliqualiter de materia. ff. de iureiur.

CCCLVII.

1 *Supplicari interdum licet, & si non liceat appellari: & quomodo procedat.*

VNum annotatione dignũ suprà proximo apophtheg. prætermisimus, hoc loco omninò inserendum: nam diximus
1 quòd eo casu, quo † non potest appellari, non potest etiam supplicari: aduerte quia id non est generaliter verum, sed ita demum, si appellatio prohibita sit ex dispositione iuris communis, vt puta vt ibi, quando sententia in rem iudicatam transiuisset, quoniã aliàs si ob dignitatem, vel excellentiã illius, qui ipsam tulisset: vt in l. j. ff. à quib. appel. nõ li. secus: & erit no. declaratio ad glo. in ca. ex literis. de in integ. resti. vt ibi no. Do. & Cy. in l. fi. C. vt lit. pen. & Iason. in authen. quę supplicatio. in ij. col. C. de preci. Impe. offe. Et non ab re, quoniam is, contra quem sentẽtia fertur, grauatur in hoc, vt ab ea propter iudicis excellen-

excellentiam,& celsitudinem, quemadmodum diximus ,non appellet:ergo in alio releuabitur:quamuis non dicatur à scribentibus in locis præalleg. vt saltem supplicatione audiatur. l.eum qui.ff.de iureiu.l.fi.de litigio.l. si quis seruũ.ff. de actio. emp.Et hoc modo videtur etiam arguere text. in l.admonendi.ff.de iureiu. secundum inductionem quorundam ibi: vbi agens grauatur in hoc, vt sententiam, quæ iam transierat in rem iudicatam,retractet per instrumenta de nouo reperta: ergo releuabitur in alio, vt retractet ipso iure,& non beneficio restitutionis in integ.Sed regulam,tene ex superiùs alleg. quoniam contrarium verius est:vt in integ. restitutio requiratur: & ita communiter tenetur.

CCCLVIII.

1 *Sententia sub prætextu nouorum instrumentorum non debet retractari, nisi negotium publicum ageretur, puta fisci:& id quidem ex causa:sed quare requiratur causa.*

VEllem scire à vobis vnum:dicitur in l.Imperatores.ff.de re iudi.Et adhuc,vt suprà proximè declarabam, incidenter
1 tamē,quòd sententia† sub obtentu nouorum instrumētorum retractari non debet,præterquam in casu,vbi negotium ageretur publicum:puta fisci,& quidem ex causa:quare est, quòd causam requirit?Nihil aliud verè responderi potest, nisi id vnum,quod scripsi ego alibi:ne specialia multiplicarentur:cōtra text.in l.j. secundum tamen communem intellectum. C. de do.promi.& in l.cum post.in §.gener.ff.de iu.do.cum similibus:quoniam fauor publicus specialiter id habet contra iuris communis regulas:ergo cum causa id etiam fieri debet, ne speciale,si sine causa fiat, multiplicari videatur.l.ij.§.circa de excep.do.l.j.§.j.ff.de pollicita.l.nunquàm nuda.ff.de acqui.re. do.cogitabis.

CCCLIX.

1 *Sententia in casu l. admonendi.ff.de iureiur. quòd retractetur absque restitutione per instrumenta de nouo reperta,ideò est,quia de uoluntate partium lata fuerat.*

2 *Vnaquæque res de facili reuertitur ad naturam suam.*

VAriant multum scribentes in l.admonendi.ff.de iureiu.in resolutione contrarij.l. si à te.de dolo. quoniam ibidem probari videbatur, quòd quando sententia, quæ transiuerat in rem iudicatam,per instrumenta de nouo reperta in casu d.
1 l.admonendi retractatur,opus† non est restitutione:& nihilominus communis opi.se aliter habet.l. diuus.ff. de re iudi.& not.ibidem latius: Ideò potest vnico verbo dici, id non mirum esse eo casu, quoniam de volontate & concensu partium lata fuerat: adeò vt actio,quæ primitùs cōpetebat,nullo modo sublata videatur:vt in l.si conuenerit.ff.de re iud. & est arg. in l.ij.C.communia vtr.iudi.quò fit,vt non mirum sit etiam,si ex integro causa agi potest:vt text.met.dicit:quod non est cōsiderabile in d.l.admonendi.& istud est,quod dici solet, quòd
2 vnaquæque† res de facili reuertitur ad naturam suam:vt in l. si vnus.in §.pactus ne peteret:in ver. quod in specie.ff.de pact. & solet fauorabile reputari secundum gl.in c.statutum.in ver. numerandum.de præben.lib.vj.

CCCLX.

1 *Sententia lata prætextu iuramenti necessarij falsi, per instrumenta de nouo reperta retractatur per restitutionem in integrum: & quæ practica sit huius petitionis.nu.2.*

DIximus hoc anno in l. admonendi.ff. de iureiu.quòd sen-
1 tentia† lata prætextu iuramenti necessarii falsi,per instrumenta de nouo reperta potest retractari,non tamen ipso iure, sed per restitutionem in integ. & videtur esse magis communis opin.ibi:vt attestatur Docto præcipuè Ias.& idem probatur in l.diuus.ff.de re. iudi.& in l.ij.C.si ex fal.instru.& in l.qui agnatis.ff.de excep. & not Bald. in l.sub specie. C.de re iud.& in l.j.in j.col.C.de condi.indeb.& in l.qui testamento. in ij.ff. de excu.tutor.& non habet dubium.Sed tamen quærebam e-
2 go aliàs,† quæ esset huius petitionis practica:quoniam eam Docto.ibidem,quòd ego viderim minimè ponunt. Et dicebam breuiter nullam aliam esse posse, nisi vt sententia allegaretur nulla:quia lata prætextu iuramenti falsi,vel testium,& si aliqua esset,in integ.restitutio peteretur, non reijcienda tanquam generalis:quoniam hoc casu tolerari posse videtur,& erit no. limitatio ad text.in l.j.in fi.C. de Anna.exc.& probatur ad propositum in c.constitutus?de inte.rest.& in cap.cum olim.& ibi Abb. panorm. in specie eam docet in iij.colum. de priuileg. quam nota & tene menti.

CCCLXI.

1 *Remedium ordinarium facit silere extraordinarium. fallit in remedio extraordinario fauorabili.nu.2.*

PLures limitationes ad regulam. l.in causæ.ij. §.j.ff.de mi-
1 nor.quòd remedium† ordinarium facit silere extraordinarium,tradunt Doct. in l.in prouinciali. in fi.ff.de no.oper. nun.& Abb.panorm. in c.ex parte.in ij. & iiij.col.de rescrip. Sed tamen vnam vos vltra eos iudicio meo notabilem obser-
2 uabitis,vt fallat,& † locum non habeat in remedio extraordinario fauorabili:quam probo per text.in authen. hoc amplius,& ibi Bal. sensit in iij. colum.in fin.C.de fideicom.& est argu.in l.cum quidam.ff.de liber.& posthu.& meliùs quam alibi in l.hoc modo.in fi.ff.de cōdi.& demōstr.& in c. odia. per locum à contrario,de reg.iur.in vj.Et ideò non est mirum,si in l.admonendi:vt omnes sentiunt ibi.ff.de iureiu.sententia lata prætextu iuramenti falsi,potest retractari per restitutionem in integ.nec per actionem de dolo: quia falsum aliter committi non potest.l.nec exemplum.C.ad leg.cornel.de fal. excludatur,quod tene menti perpetuò.

CCCLXII.

1 *Mulcta pro delicto si infligatur, iudex semel functus officio ampliùs non se intromittit: nisi solutionis impotentia: quia facultates non suppetant, tunc enim pœnam uel remittit,uel moderatur.*

1 SI in causa criminali mulcta† pro delicto infligatur, iudex semel functus officio suo non potest ampliùs se in ea impedire:quantuncunque posteà ipsius rei de innocentia appareret:quoniam id solius principis proprium esse videtur. l.j.§.fi. ff.de quæstioni.vbi in ciuilibus aliàs secus est. l.in causæ.§.fi. ff.de mino.quæ etsi in minoribus loquatur,ad maiores tamen extendi potest.vt in simili habetur in l.fin. C.de tempo. in integ.resti.pe.& in l.fin.C.vbi & apud quem.& not.Bart.in l.nec quicquam.in §.vbi decretum.in ij.colum.ff. de offi. procon. & lega.ita vt quod habetur in l.iudex postea quam.ff.de re iud. nedum in diffinitiua à iudice ordinario,vel delegato lata, & in causis ciuilibus quidem,sed etiam criminalibus, hoc casu
2 intelligi posfit.Et tamen, quod mirum videtur,ipse idem† iudex solutionis impotentia quia facultates non suppetant,eandem pœnam remittit,& moderatur. casus est semper notandus in l.illicitas.in §.fin.ff.de offi.præsid. per quem text. ita etiam dixit Bal.in ca.at si clerici. in iiij.col. de iudi.fortè quia id executionem respicit,aut necessitas,seu paupertas licitum facit,quod aliàs non liceret,vel liberationi fauor:vt in cap.t. cum aliquibus.de re iudi.& in l. nam is.ff.de dolo. & in l.itaque fullo.ff.de furt.& in l.Arrianus.ff.de actio.& oblig.& in l. fauorabiliores. (reddenda enim sunt singula singulis) ff.de reg.iur.cogita.

CCCLXIII.

1 *Collegium cui est commissum negotium,potest ut suspectum recusari,perinde ac si esset singularis persona.*

HIs diebus elapsis cùm negotium magni ponderis collegio nostro commissum fuisset cuiusdam testamenti,vt asseritur,falsi,conuenissemùsque omnes,partibus iam admonitis:vt id ipsum expediremus,quia obstitit agens, adductis nobis superiorum literis,adeò vt ea die minimè expeditum fue-
1 rit,dubitabant aliqui,nunquid etiam posset† vt suspectum recusari,perinde ac si esset singularis persona?& tenebant audacter,quòd non,ex tempore tamen,& eo tunc sine studio considerata grauitate ipsius collegij,& excellentia,ac magnitudine,non ita passim particularibus personis comparandum. & pro eis est arg,in l.hoc modo.& ibi Bal. not.in fin.ff.de condi. & demon. Ego verò ratione generali de qua in l. apertissimi. C.de iudi.& in c.quod suspecti.iij.q.v.tenebam contrarium,& est verum,quia collegium nihil aliud est,quàm personæ,quæ ipsum faciunt:vt in l.sicut.ff. quod cuiusque vniuer. not.& est arg.in l.mortuo.ff.de fideiuss.& casus in capitul.de quo vult deo & ibi not.idem.Bal.in j.lectur.in fin.de iudic.vbi asserit etiam

etiam ita practicari, nec secus, si bene cõsideretur, sentit in d. l. hoc modo. & est menti tenendum.

CCCLXIIII.

1 *Testes nõ citata aduersa parte nec iurare, nec deponere possunt, licet ibi sit præsens: idem in testibus, ut non citati, & moniti testificari non teneantur, licet in iudicio reperiantur.*

SImiliter eodem die cum recesissemus, iudicem Vrsi offendimus in foro, ibi enim negotium mihi domesticũ erat peragendum, vbi duo collitigantes adinuicẽ disceptabant: quoniam vnus eorum testes adduxerat, vt iurarent, & deponerent alter autem id à iudice fieri non posse dicebat, ex quo nec monitus, etsi eò tunc præsens esset, nec citatus fuerat: quærebatur quid iuris, oculis in me omnium conuersis. Et breuiter, licet id sine ipsius iudicis iniuria fieri minimè posse viderem, quia & ipse quoque à me cum alijs idipsum percontabatur, monitio-
2 nem, † citationemque necessariam esse dixi, imò plus, quòd nec testes ipsi compelli potuissent, nec ad iurandũ, nec ad deponendum sine monitione, si casu eos ibidem partes inuenissent vt possint cogitare quid agendum, dicendùmue sit, & citatio, seu admonitio etiam cum aliquo temporis interuallo esse debet, nisi sponte absque vlla admonitione, vel termino testimonium perhibere voluerint: quoniam tunc & proculdubiò id facere poterunt. gloss. est singul. quam etiam ibidem Doctor. ad idem not. in l. post legatum. in §. his verò. ff. de his quibus. vt in dign. Bald. in dict. capitul. de quo vult. deo. in specie, in secunda lect. in iij. col. de iudic. Et est practica quotidiana non minus quàm superior memoriæ commendanda.

CCCLXV.

Verba narratiua dispositionem non inducunt, neq; fidem faciunt. fallit in ultimis uoluntatibus. nu. 2.

TRita est regula, verba † narratiua dispositionem non inducere, neque fidem facere: adeò vt nec etiam super eis fundamentum fiat: vt no. in l. vnica. vbi etiam nos diximus latè. C. quando non pe. par. & in cle. j. de proba. multa Gemi. in ca. si papa. in princ. in ij. col. de priuileg. in vj. Sed tamen scias velim in vltimis † voluntatibus secus esse: vt in l. si donatio. C. de dona. & in l. penult. C. de institu. & sub. sub condi. fact. & in l. si quis legauerit. ff. de leg. j. etiam quòd essent de re odiosa: vt in l. qui volebat. ff. de hæred. institu. iunct. l. cum quidam. in fi. ff. de libe. & posthu. ergo & multò magis si de fauorabili: & sentit Albe. in authent. si quis in aliquo documento. in princi. C. de eden. & idem in casu, de quo per Barto. in l. admonendi. in ij. colum. ff. de iureiur. & in l. eum qui in §. Iulianus. ff. de constitu. pecu. rationibus efficacibus: vt dixi ego in d. l. admonendi. in gloss. j.

CCCLXVI.

1 *Probatio nulla est melior confeßione aduersæ partis.*
2 *Negatio non coarctata loco & tempore, non probatur nisi confeßione.*
3 *Sententia ex processu nullo ratione ordinis non seruati ferri non potest, nisi in ea sit confeßio partis.*
4 *Sententia lata prætextu iuramẽti necessarij falsi, retractatur nedum instrumentis nouiter repertis, sed etiam nouiter fabricatis si in eis esset partis confeßio.*

1 NVlla maior † probatio est, quàm aduersæ partis confessio l. generaliter. C. de non num. pecu. l. cùm te. C. de transactio. l. qui de inofficioso. ff. de inoffic. testa. capitu. per tuas. de proba. cap. quoniam per confessionem de priuileg. cum simil. Adde quòd ea ratione negatio, quæ coarctata nõ sit loco, vel tempore, regulariter probari non potest. l. actor quod asseuerat. C. de proba. ca. bonæ. de electio. & tamen probatur con-
3 fessione. ca. j. de confess. in vj. Similiter † sententia ex processu nullo ratione ordinis non seruati ferri non potest: vt not. in ca. Pisanis. de resti. spol. & tamen si in eo fuerit patris confessio, secus. l. sed & si possessori. §. penult. ff. de iureiur. & not. Inn. in d. ca. Pisanis. & Bald. in l. cùm mulier. in xij. colum. in fin. ff. solu. ma. & est declaratio ad regulam. l. proinde. §. si. ff. ad leg.
4 Aquil. & c. nos in quemquam. ij. q. j. Et idem vltimo loco † si lata fuisset prętextu iuramenti necessarij falsi, nedum instrumẽtis nouiter repertus retractari posset: vt in l. admonendi suprà etiam proximè alleg. ff. de iureiu. verum etiam nouiter fabricatis, & in eis esset partis confessio: quod est mirabile: quia aliàs allegans turpitudinem suam, non est audiendus. l. j. C. de furt. l. transactione finita. C. de transactio. c. inter dilectos. de donatio. tene menti.

CCCLXVII.

1 *Fauori suo potest quis renuntiare, etiam inuito aduersario: fallit tamen, num. 2.*

1 HOc mane reperi magnum contrarium, quòd quis † in casu potest fauori suo renuntiare: iuxta regulam. l. si quis in cõscribendo. C. de pact. & c. ad apostolicam. de regula. cum simil. etiam inuito aduersario, cui ius quoque esset acquisitum:
2 videlicet in l. si iudex circumuento. ff. de mino. & tamen † non videtur esse regulare. l. si. ff. de pact. l. ius nostrum. ff. de regu. iu. l. si post mortem. meliùs quàm alibi. §. fin. ff. de bon. pos. contrata. Solue breuiter, & dic, & est not. declaratio, quòd eo casu proditum est ius singulare pro singulari fauore: vbi aliâs in iudicijs, & alio casu seruanda est æqualitas. l. fina. C. de fruct. & lit. expen. ita Bal. in l. postquam liti. in vltim. colum. C. de pact. & in l. petendæ. in j. C. de tempo. in integ. restit. peten.

CCCLXVIII.

1 *Adulterium adeò graue per se est malum ut nulla causa poßit iustificari: maioris tamen authoritas excusaret.*

1 ADulterium † adeò graue est per se malum, & detestabile, vt ex nulla causa valeat iustificari: vt in c. etsi Christus. de iureiu. & ideò si statutum dicat, bannitum impunè offendi posse, & mulier bannita sit, poterit omnibus contumelijs affici, & bona sibi auferri, non tamen adulterari: hac ratione secundum Bal. in statutis, in ver. bannitus. in l. omnes. & vtrobique in ij. col. C. si. cen. vel reliq. & Bartol. in l. nec in ea. ff. ad leg. iul. de adulte. & in l. vt vim. in j. ff. de iusti. & iur. aliâs eo casu etiam sicuti alijs, quamuis illicitis, maioris authorítas excusaret: vt etiam Abraam, & Sanson aliíque multi excusati fuerunt: vt in c. si non licèt. xxiij. q. v. & in ca. dixit dominus. vbi glo. not. xiiij. q. v. & est argu. in c. qui peccat. xxiij. quæstio. iiij. & in l. si. ff. quod quisque iur. & in l. Gracchus. C. ad leg. iul de adult. Et si hoc est in adulterio, multò magis erit in incestu: quoniam nedum ius, sed & natura ipsa quoque resistit: vt in l. si adulterium cum incestu. ff. ad leg. iul. de adul. Quamobrem sicuti in virginitate virtuose, in matrimonio pudice, in viduitate verò castè viuitur: vt in l. mulier. in §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. & in c. nicena synodus. xxxj. dist. ita econtrà, in concubinatu impudicè, tollerabiliter tamen. l. in concubinatu. & ibi no. ff. de concubi. in stupro verò damnabiliter, & damnabiliùs longè magis in adulterio peccatur: vt in l. si quis viduam. ff. de quæstio. Et ad propositum, quòd omni alio crimine detestabilius sit, (quod obseruandum est semper) licèt videre: quia nec minoribus etiam indulgetur: vt in l. auxilium. in §. in delictis. ff. de minor. quibus tamen aliâs concessum est vt ætatis beneficio vtantur: etiam (mirabile dictu) aduersus fiscum, & quorum gratia exorbitant leges, & dispositiones iuris communis: vt in d. §. in delictis. & in l. curabit. C. de action. empt. & in l. in fraudem. in §. fin. ff. de iure fisci.

CCCLXIX.

1 *Contractus bonæ fidei in quibus differant à contractibus seu actionibus stricti iuris. nu. 2.*

1 SVprà proximè dixi in multas actiones † seu contractus bonæ fidei ab actionibus seu contractibus stricti iuris differre: placet nunc addere & aliud: quia dolus dans causam contractui bonæ fidei, vitiat ipso iure: non autem si fuerit stricti iuris. l. & eleganter. ff. de dol. Et hac ratione nec dans causam transactioni: quia ipsa quoque stricti iuris est; vt in §. actionum. Inst. de actio. quo modo arguit Alexan. & in specie quidem in transactione. in l. sub prætextu. j. in iiij. colum. C. de trãsactio. Et pari modo dans causam statuto, quod est huiusmodi. l. constitutionibus. ff. ad municipa. & sic iniquum mero iure (mirabile dictu) valebit. Et idem in testamento esset tenendum: cùm & ipsum quoque sit stricti iuris: sed tamen tutum non puto, quia instar habet bonæ fidei. l. aliâs. de in lit. iuram. & not. in l. in minorum. C. in quibus cau. in integr. resti. non est ne. & est simile in triticaria, quæ proponitur ex causa bonæ fidei, & tamen est stricti iuris: secundum Bald. in l. in hac. in ij. colum. ff. de tritica. nec potest negari: quoniam consensus eo casu cessat, quò fit, vt nullus quemadmodum aliqui senserunt, omninò dicatur. l. j. §. adeò. ff. de pact. & malè: ex quo etiam hac ratio-

hac ratione nullus diceretur contractus stricti iuris, & tamen falsum est, vt suprà. ideò dicas aliter, quòd ideò vitiat, quia dolus est contra naturam contractus bonæ fidei non stricti iuris: at conrra generalem æquitatem: ergo nec mirum, si non vitiat: vt inquit idem Bal. in d. §. adeò, & bene: Placet item &
2 aliud addere, quia in contractibus † bonæ fidei impossibilitas non vitiat: in stricti iuris autem sic. l. insulan. §. j. ff. loc. & vt suprà, nec in legatis necessario vitiabit, d. l. aliâs. d. l. in minorum. si impossibilitas tamen insit à principio, non si ex post facto emergat: quoniam tunc secus: vt not. declarat Bal. in l. si mihi & tibi. in §. j. ff. de leg. j.

CCCLXX.

1 *Ecclesia sicut & martyrium ab Abel uiro iusto ortum habuit: & quo modo.*
2 *Conductio uno nummo facta non ualet: nec duo faciunt collegium.*

AVdiui hoc mane in ecclesia cathedrali, Paduanum quendam cognomento, concionantem, doctrina ac vitæ integritate, vt conijcio, eximium: qui id quod Mar. vj. de discipulis laborantibus in remigando, cum serò esset nauis in medio maris, & illi ventus contrarius legitur: adeò bene, copiose, & eleganter exponebat, vt nihil esse videretur, quod ab eo posset amplius desiderari: & inter cætera (vt mittamus alia) quòd
1 ecclesia (per nauem enim figuratur, & non est dubium) ab Abel viro iusto, sicuti & martyrium ortum habuit, vt sacrarum literarum expositores omnes dicunt, & non ab re: quia cùm sit collectio fidelium, id ipsum ab Adam esse non potuit primo parente: quia vnus non est numerus: à Cain minùs: quia duo non sunt multi, ergo ab Abel (vt diximus) necessarium. Ratio sanè vera, & cui nihil opponi posse videtur, à nobis nunc lege
2 comprobanda: quia † nec conductio pari modo vno nummo facta valet: nec ex duobus collegium. l. si quis ante. §. fi. ff. de acquir. pos. l. Neratiùs priscus. ff. de verbor. sig. & in simili habetur in l. licèt Imperator. ff. de leg. j. & in l. j. in §. hoc rescriptum. ff. ad sillania. & in §. fin. Instit. de iur. perso.

CCCLXXI.

1 *Leges rectè positas oportet omnia determinare, & quàm paucissima iudicantibus committere: & quæ sit ratio huius rei. per totum.*
2 *Celeritas consilio inimica.*

1 OPortet (vt Philosophus inquit. j. ethico) rectè positas † leges omnia determinare ipsas, & quam paucissima iudicantibus committere. quod etiam Bal. quam sæpissimè refert: tum vel maximè in l. j. in xij. colum. C. qui accu. non pos. & in l. non possunt. in fi. ff. de legib. & in l. quid ergo in §. pœna grauior. in ij. lect. in ij. & vj. colum. ff. de his qui not. infam. & in authen. nisi breuiores. in fi. C. de sen. ex breuic. reci. haud tamen rationem assignans: & si id ipsum intelligatur esse, ne secundum cõscientiam iudicent, & non vt allegata, seu probata demonstrant, contra tex. & not. ibidem in l. illicitas. in §. veritas. ff. de offic. præsid. & vt iudicium in iustitia fundatum esse videatur: quod etiam interpretor, si conscientia eorum esset alicui nocitura: quoniam aliâs secus: vt per Alexand. in l. bonorum. in fi. C. qui admi. Et hinc est quòd id, quod iudex sit, vt priuatus, dicitur nescire: & quòd si condemnauit aliquem reseruata sibi expensarum taxatione, successori reseruasse videtur. l. proponebatur. ff. de iudi. & not. Bart. in l. terminato. in ij. & iij. col. C. de fruct. & lit. expen. Vel & aliter dic, (& hoc est quod verè annotatione est dignum) longè meliùs esse omnia legibus ordinare, quã iudicis arbitrio committere: quod ferè idem est, à ratione non alienum, ex quo leges multo tempore, & non sine maturitate promulgantur: vbi iudices aliâs è vestigio de singulis factis ex casibus exortis iudicant. l. humanum. C. de legib. vsque adeò vt si quo casu verificari potest id, quòd tempore egemus: vt aliquid maturiùs agamus: de quo in c. ponderet. 50.
2 dist. quoniam celeritas † consilio est inimica: verificari potest isto: vel quia leges etiam verisimiliter determinant, & de futuro. l. leges. C. de legib. capitul. final. de rescrip. iudices verò de præsentibus, ad quæ afficiuntur amore, odio, cupiditate vel metu. Et ideò vt suprà oportet rectè positas omnia. &c.

CCCLXXII.

1 *Præscriptis uerbis agendum, cùm desint uulgaria, & usitata actionum nomina.*

1 CVm † deficiunt vulgaria, atque vsitata actionum nomina: præscriptis verbis agendum est: in quam necesse est con u gere, quoties contractus existunt, quorum appellationes nullæ iure ciuili proditæ sunt: quia natura rerum iuductum est, vt plura sint negotia quam vocabula: inquit text. in l. nam cùm deficiant, & in l. quam. & in l. natura. ff. de præscrip. verbis. & in l. non possunt. in argum. tamen ff. de legib. Et non habet dubium: quia quotidiè re ipsa experimur. Sed audi & nota quam bene etiam id ipsum expresserit. in Georgi. Maro: his verbi calamo non occludendum.

Sed neque quam multæ species, nec nomina quæ sint,
Est numerus: neque enim numero comprehendere refert.
Quem qui scire uelit, libyci uelit equoris idem:
Discere quam multæ Zephiro turbentur arenæ
Aut ubi nauigijs uiolentior incidit Eurus.
Nosse quot Ionij ueniant ad littora fluctus.

CCCLXXIII.

1 *Testibus duobus affirmantibus plus creditur, quàm mille negantibus: & quare. & quomodo intelligendum. nu. 2.*

GLoss. exclamant omnes in l. diem proferre. in §. si plures. ff.
1 de arbitr. & in c. j. de præscri. in vj. quòd plus † duobus testibus affirmantibus creditur, quàm mille negantibus: & non immerito, quoniam negatiua non ita se offert sensui, quemadmodum affirmatiua, adeò vt propter redditionem credibilioris causæ, id dispositum esse videatur, secundum Bal. & bene, in l. actor quod asseuerat. in iij. colum. C. de prob. explicauimusque nos alibi latiùs. & quia non entium etiam non sunt causæ, neque demonstrationes, quæ maximè in probationibus requiruntur. inquit idem Bal. in l. cùm mulier. in xv. colum. ff. solut.
2 matrimo. Sed tamen volo vos animaduertere, quoniam † non ita ruditer intelligi debet, sed ita demùm, & tunc verum esse, quando ex negatione probatio negatiua minimè resultat: vel quia impossibile sit, ex quo loco aut tempore non coarctatur, aut quia causa scientiæ non est reddita: aliâs pari passu ambulabunt, & ratio suprà allegata idipsum innuere videbatur, quoniam si coarctata est, offert se sensui sine dubio, vt possit etiã, & exinde probari: vt in l. j. in §. j. ff. de ventr. inspic. & no. in d. c. j. de præscript. in vj. & per eundem Bal. in l. j. cùm hi. in §. nihil autem. ad fin. ff. de transactio. & est intellectus ac declaratio not. memoriæ commendanda.

CCCLXXIIII.

1 *Libellus offerendus reo, ut deliberet cedat an contendat.*
2 *Confeßio ea de re facta in ipsa litis contestatione, à qua iudicium formatum dicitur, non potest reuocari.*
3 *Per litis contestationem quasi contrahitur.*
4 *Tempus deliberandi, quod habet reus à lege, est effectus communis ipsius libelli.*

HOc anno habuistis in rub. C. de eden. quòd libellus offeren
1 dus est † reo, vt pręstitis sportulis, & data fideiussione, viginti dierum gaudeat inducijs, quibus deliberet cedat an, contendat: vt in authent. offeratur. C. de lit. contesta. & in l. j. ff. de edend. & in l. si in rem. & ibi Bartol. in fin. ff. de rei vendica. & appellãtur induciæ deliberatoriæ ipsius rei gratia inuentæ, non ętiam actoris, qui instructus ad iudicium venire debet: vt in l. si quando. C. de dilatio. ita vt commodè inferri posse videatur, si petierit copiam libelli in iudicium (vt diximus) producti, hac de causa ipsum in iudicem non consentire, neque eius iurisdictionem prorogare: vt not. Bartol. in l. si conuenerit. in ij. colum. ff. de iurisdi. omni. iudic. Item & aliud annotatu di-
2 gnum, quòd ea † de re confessio in ipsa litis contestatione facta, à qua iudicium formatũ dicitur, vbi aliâs à citatione exordium sumit: vt in c. j. de lit. contestatio. & in §. fin. Institu. de pœn. teme. litigant. non poterit reuocari: vt in ca. ex literis. vbi gloss. in ver. admonita. de diuor. & est argumen. in l. si quis iratus. ij. q. iij. & in l. sicut. C. de actio. & oblig. considerando, quòd
3 per litis contestationem † quasi cõtrahitur: vt in l. iij. in §. idem scribit. ff. de pecul. & in l. j. in §. fin. vbi gloss. magna. ff. de præto. stipula. intantùm vt libello oblato, quamuis obscuro, & sine causæ expressione, reus si non opposuerit ante litem contestatam, videatur se astrinxisse ad prosequendam causam super eo; vt not. declarat Alexãd. in d. l. j. ff. de eden. vbi etiam de

veritate glo.præalleg.Sed ad propositum redeundo,id vnum, & præcipuum quidem in materia obseruabitis, deliberatio-
4 nem hanc,seu † tempus deliberandi, quod habet reus à lege, effectum esse communem ipsius libelli, vbi aliàs est eiusdem particularis,quando scilicet præscriptionem interrumpit.l.sicut.l.cùm notissimi.C.de præscrip.30.vel 40.anno.Et amplius, quod tamen vtroque casu generalis & obscurus admittetur, si à parte non opponatur:vt in l.fin. C. de anna except. & not in d.l.j.& bene.

CCCLXXV.

1 *Causa & occasio differunt: & quid utraque.*

2 *Obligatio naturalis licet effectus habeat multiplices, est tamen inefficax ad agendum, & tamen plerunque præstat occasionem agendi. numero 3.*

1 INter occasionem & causam † maxima differentia esse videtur,quia causa est ex qua aliquid fit:vt puta vt Cicer.alibi ad Hæren.inquit, quòd ex pluuijs aquæ crescant, & viæ efficiantur cœnosæ. Occasio verò opportunitas quædam, quæ per actus humanos non impedientes,nascitur,puta dormire, prandere,& similia,quæ occasionem præstant furantibus delinquẽdi. Sed in iure exemplum nolo vobis pulcherrimum prætermittere,quod huiusmodi est.scitis enim obligationem naturalem † inefficacem esse ad agendum.l.iurisgentium.§.igitur nuda.ff.de pact.l.frater à fratre.& ibi no.ff. de condictione indebiti.& latius in capitu.l.j.de pact.in vj.qualiscunque fuerit, etsi effectus tamen habeat multiplices, tum vel maximè impediendi soluti,quanquam indebiti, repetitionem. l. naturales. ff.de actio.& oblig.l.Stichum.§.aditio.ff.de solu.l.naturaliter de condi. inde.& tamen † occasionem plerunque præstat agẽdi:vt puta in casu.d.l.frater à fratre.in ver. contrà si pater. vbi obligatio naturalis orta inter patrem & filium,si is quidem illi credidisset,non est causa vt agatur, ex quo ciuili non est iuncta:quoniam tunc actionis effectum produceret:vt Institu.de obligatio.in princip.& in l.licet.in §.ea obligatio.ff.de procurator.& tamen ad idem est occasio quia si extraneos agat cõtra patrem de peculio, naturalem tantum in peculium computare tenetur: quod semper memoriæ est commendandum. & de occasione dixi aliàs in capitu.cùm cessante. in princi.de appellatio.

CCCLXXVI.

Conciliatio l.frater à fratre.ff.de condi.indebi.& l.si uenditor.§.j.ff. de in diem adiect.

MAgnum contrarium perpendi hoc mane, nõ resolutum à Doctor.nam in d.l.frater à fratre. dicitur inter† patrem & filium contrahi potuisse, ita vt saltem oriatur obligatio naturalis,aliàs ibidem non impediretur soluti repetitio,quæ tamen impeditur ex regula proximè suprà allegata.& nihilominus alibi dicitur in l. si venditor.in §.j.ff. de in diem adiectione.in pacto adiectionis in diem, si pupillus sine tutoris authoritate emerit,à prima emptione recessum fuisse: quia saltẽ naturaliter potuit obligari.l.j.§.fi.ff.de nouatio.l.fideiussor.§ fideiussor.ff.de fideiussor.si verò filius vẽditoris,vel seruus,minimè. qa emptio dicit tex.nulla est, nec naturaliter potuit obligari: ergo. Et ideò pro solutione dicebã aliàs id in emptione sibi locum vendicare,quæ inter patrem & filium est prohibita.l.ij.ff. de contrahen. emptio. nos autem loquimur in mutuo: ergo. Vel & aliter,quòd licet contrahi nõ possit,oritur tamen obligatio naturalis,quamuis inefficax.Sed prima melior,quia ibidem præposita est negatiua dictio verbo potest,quæ priuat potentiam,& inducit necessitatem præcisam.l.j.ff.de verborum oblig.cap.j.de reg.iur.in vj.& si naturaliter obligaretur in casu.d. §.j. à prima emptione recessum fuisset: quod est de directo contra illum text.Vel dic & tertiò,quòd illud ideò est ibi, quia filius peculium profectitium non habebat:in casu autem d.l.frater à fratre.sic.

CCCLXXVII.

1 *Donatio facta filio licet non ualeat, emancipatione tamen conualidatur, sed orta naturali obligatione inter eos, per emancipationem filij non redditur efficacior. & quæ sit diuersitatis ratio. nu. 2.*

1 PRoblema est quàm maximum, quare † est, si donatio facta fuerit filio,quòd illa eadem non valet.l.donationes.C. de dona.& tamẽ emancipatione conualidatur.l.donationes. §.pater.ff.de dona.l.siue emancipatis.C.eod.quod videtur mirabile ob regulam.l.quæ ab initio.ff.de regul.iur.& capitu.nõ firmatur.eo.tit.in vj.& tamen orta naturali obligatione inter prædictos,si filius emancipetur,illa non redditur efficacior:vt est tex.in d.l.frater à fratre.in ver.quæsitum.de condi.indebit. Aliqui ibidem dixerunt hoc ideo esse, qua primo casu agitur de retinenda,secundo verò de actione producenda, verùm illud est fauorabile,hoc autem non:ergo.Et potest vltra eos addi,quod habetur in l.per retentionem.C.de vsu.& in l.per procuratorem.de procur.& in l.si non sortem. in §. si centum.ff.
1 de cond.indeb.Sed aduertendum est,quia† non semper agitur de retentione, ex quo donatio non semper à traditione incipit.§.aliæ Instit.de donat.l.si quis argentum.C.eo.ergo. ratio non generalis:nisi dicamus,quòd imò in filio à traditione incipit semper, aliàs emacipatione, seu morte non conualidaretur, quia non haberet materiam præexistentem, quæ posset conualidari.& tolletur arg.formaliter.ca. non firmatur.& l. quæ ab initio præallega. suprà.& sensit Bald. egregiè in l. ij.in princ.C.de inoffic.dona. Vel dic id esse fauore liberalitatem exercentis,& ex recenti mente ipsius donantis: vt in l.meuius. §.duobus.ff.de leg.ij.& in l.si quis duos de sol.& in l.& exhæredatum. de re iud.& not.in l. si quis argentum. C.de donatio. quod in obligatione naturali non est considerabile.Vel & tertiò,quòd cùm mens ipsius patris fuerit, velle liberare filium, non æquè conuenit obligationem reddi efficaciorem. l.non omnis.ff.si cert.pet.l.fin.C.ne vxor pro marit. l.non est ferendus.de transact.quod non est in donatione vsquequaque admittendum.Et si diceretur,quòd etiam naturalis obligatio debuisset hac ratione extingui: respondeo quod cùm peculium præsumatur donatum,& sufficit si in paucis amici,&c.l.tutori.C.de neg.gest.Et ita tene.

CCCLXXVIII.

1 *Pater regulariter plus diligit filios suos quàm seipsum: fallit tamen. nume.2.*

1 PAter plus † diligit filios suos, quàm se ipsum. l. isti quidem in fi.ff.quod met. cau. Et optimis quidem rationibus, vt alibi diximus suprà,& non habet dubium. Sed tamen volo ti-
2 bi dare casum in quo econtra plus † se ipsum diligat quàm filios:quod videtur mirabile: quando filius natus, vel posthumus ab eo ignoranter fuisset præteritus,& relicta essent legata pro malè ablatis:quoniam tunc estò quòd aliàs testamentum rumpatur,adeò vt nec etiam conseruentur legata:per authen. ex causa.C.de lib.præte.conseruantur tamen hoc casu: præsumptióque est patrem potiùs se, & animam suam dilexisse quam filios,& est arg.in l.præses.C.de serui.& aqua.& in l.ede. C.locat.& fuit elegans & not. verbum Bal.Ang.& Imo.in l.filio præterito.in x.colum.ff. de iniust.rup. irritóque testam.& in l.Titius de libe.& posthu.quos refert & sequitur Ias.in d.authentic.ex causa.in vj.col.C.de liberis præteritis.

CCCLXXIX.

1 *Codicem rationum producens, debet protestari se producere inquantum faciat pro se, & non aliter aliàs eum approbaret in totum: Aduocatus tamen aduersæ partis itidem potest protestari.*

1 LIber in iudicio† sine titulo produci non potest:ita vt producens ipsum approbet in totum, nisi aliter protestetur: & est simile in teste, qui non potest pro parte approbari, pro parte non vt in l.si quis testibus. C.de testib. & est arg.in l.si filius.ff.ad macedo.& de materia in l.j.in §.editiones.& ibi glo. ff.de eden.& ideò litigantes cauti esse debent: vt inquit Bal.in l.vnic.iiii.colum.in fi.C. de confes.vt dicant, produco talem codicem rationum, inquantùm faciat pro me, & non aliter nec alio modo. Et idem etiam in instrumentis sibi locum vendicabit:vt declarat Anto.de Butrio in ca. cum olim:in vltim. colum.in prin.de censi. Sed tamen aduerte,& est dictum egregium, quia etiam aduocatus partis aduersæ posset dicere, Et ego produco in partibus, quæ faciunt pro me :& admittetur hæc instantia in diuersis articulis, si non in libro, & instrumentis, saltem in teste:cuius dictum est commune: vt illedem But.not. vbi suprà post Inno.tamen, & bene, & menti tenebis.

CCCLXXX.

1 *Cautela quam dat Bald. ad differendum mortem alicuius, ut scilicet amicus comparcat*

compareat, & petat ut ille rationes sibi reddat de negotijs suis quæ gessit, nec uera, nec necessaria, aut utilis est.

1 CAutelam scribit Bal. alibi in l.j. per illum text. C. de bono. damna. ad differendam † mortem alicuius, vt amicus cõpareat, & dicat, quòd ille gessit negocia sua: quòdque vult vt rationem reddat: quoniam iudex statim differre debebit, & ante eum Dyn. ibidem. Sed tamen tu aduette, quia nec vera, nec necessaria, aut vtilis videtur. Non vera, quia iudex id asserenti non tenebitur credere, cùm maximè quid sibi imputari posse videatur, cur hoc idem antè nõ petierit: nec secus probat tex. in d.l.j. cum no. ibidem. Et si vera est, minimè necessaria, vel vtilis videbitur, vt dixi, ex quo ei omnimodo pœna non aufertur, & est argu. in l. quamuis. ff. de arbitr. & Insti. de sing. reb. per fideicommiss. relicti. in princ. eóque magis, quia id velocius fieri debet, vt pœnæ suæ reddi possit: vt tex. met dicit in d.l.j. ideò cogita.

CCCLXXXI.

1 *Assessores rudes & imperiti ut reum ex sua confeßione damnent, consilium est, ut duos aut tres testes adhibeant, coram quibus reus confiteatur.*

1 ASsessores rudes & simplices, qui non † omnia passim, & ea diligẽtia, qua tenentur, vident, & legunt quæ videnda, & legenda sunt, maxime in causis criminalibus, in quibus agitur de vita hominis, & quarum minima etiam pœna, maior est quacunque pecuniaria vt dicitur in l. in seruorum. in §. fin. ff. de pœn. & in l. nec in ea. ff. ad leg. iul. de adult. secundum tamẽ conditionem personarum: vt not. declarat Bar. in l.j. in fin. ff. de pœn. & est argu. in l. illicitas. in §. ne potentiores. & ibi not. ff. de offic. præsid. & per Roma. in sing. 714. incip. iudex. plerunque ex confessionibus reorum eos vltimo afficiunt supplicio, & tamen confessio minùs legitimè facta est, loquendo de ea, quæ fit per torturam: & ideò vltrà, quod ex communi practica fieri debet apud acta: quoniam alibi facta non valeret, neque sufficeret ad condemnationem: vt dicitur in l. ij. C. de custo. reo. Consilium est, vt adhibeant duos, vel tres testes, qui videant, & audiant ipsum reum spontè confitentem: nec vnica confessione contenti sint, sed iteratò faciant vt replicet: quoniam semper in ea perseuerasse videbitur: quousque de eo vltimum sumatur supplicium: ita Bal. in dict. l. ij. in prima col. semper ab assessoribus præ oculis habendus.

CCCLXXXII.

1 *Contrahentibus an liceat se ad inuicem decipere: & ibi improbatum consilium Ioann. de Anani. supra apophth. 150.*

1 SOlet dici vulgò licere † contrahentibus se adinuicem decipere: tex. est tritus in l. in causæ. ij. in §. pe. ff. de mino. & in l. item si precio. in §. fi. ff. loca. & in c. cùm dilecti. de empt. & venditio. quod tamen non est generaliter verum: quoniam viro bono minimè conuenire videtur. glo. est not. in l. semper in couentionibus. ff. de regu. iur. & propterea Ioan. de Ana. in c. in ciuitate. in viij. col. de vsu. consulit, vt qui minus iusto precio emit, interrogetur, an sit vir bonus, & si id confitebitur, quod verisimiliter non negabit, ad iustum precium tenebitur. Consilium sanè nec probandum, nec laudandum: quandoquidem huic positioni minimè respondere teneatur: ex quo continet turpitudinem eius, qui interrogatur: vt per glo. & doct. in l. qui iurasse. in §. si pater. ff. de iureiur. & in ca. inter dilectos. de dona. & fuit improbatio Felin. in c. final. in iiij. colum. de præsumptio. quam mordet Deci. in dict. l. semper in conuentionibus. ex quo iura id permittere videntur: vt in l. Gracchus. C. ad leg. Iul. de adult. & in cap. qui peccat. xxiij. quæstion. iiij. & malè ac perperàm: quia imò dicunt quemlibet in dubio præsumi bonum, nisi probetur malus. & semper capiendam esse præsumptionem, quæ sit exclusiua delicti: vt in cap. j. de scruti. in ord. fa. & in l. meritò. ff. pro soc. ita vt omninò, vt dixi, respondere non cogatur: eòque magis, quia interrogatio videbitur facta sine causa: & hoc ipsum quoque malè. l. ij. §. circa. ff. de except. doli. & plus, quia id fieri non debet, quod factum non releuat: vt in cap. cum contingat. de offic. delegat. Sed restitutio fieri non debet: vt post Inno. dicebat Bald. in authen. ad hæc in pe. colum. C. de vsur. & nõ immeritò, quia modicus excessus non vituperatur: vt in l. quamuis. ff. de condi. & demonstra. & in authen. minoris debitor. C. qui tuto. dar. pos. & in authent. quod locum. C. de colla. aliàs destruerentur omnia mercimonia mundi: vt ille idem Bald. inquit in capitul. si proponente. in fi. de rescrip. ergo nec interrogatio. tene menti: ac de materia alia multa dic, vt per eundem Deci. in d.l. semper. & Gerar. de pen. sanct. latiùs in fin. suis. xxij. incip. Rogo. in fin.

CCCLXXXIII.

1 *Honestas, boni hominum mores, fama, atque existimatio, nobilitati præferri debent.*

1 MIrabile dictu videtur, quòd honestas, & boni † hominum mores, fama, atque existimatio, nobilitati præferantur: text. est singul. in l. pronuntiatum. in §. matrem famil. ff. de verbo. signi. quem ad idem allegat Bald. in capitul. pen. in fin. de proba. & dicit ampliùs mulierem ob id inhonestæ vitæ, quamuis nobilis sit, non posse in causa virginitatis examinari, & hinc est quòd fama dici solet thesaurus inæstimabilis, & iucundus, dans suauitatem odoris vt lilium: secundum Bald. in l.j. in vj. colum. C. de confes. ac magnum interesse: cùm de ipsius agitur conseruatione: vt idem Bal. inquit in l. mutari. in §. nec ferendus. ff. de procura. omni pecuniario commodo præferendum: vt in l. Iulianus. ff. si quis omis. ca. testa. imò oculis proprijs. & vitæ: vt in l. isti quidem: in fin. ff. quod met. caus. quod & ipse Paul. aposto. j. ad Corin. capit. ix. etiam sensit, dicens, bonum est mihi potius mori, quàm quòd quis gloriam meam euacuet: nomen bonum igitur nobiles, famam, & existimationem minimè negligant, ne id ipsum facientes ab ignobilibus virtute præditis superentur: & dedecorosè viuant, & hoc est etiam quod alibi dicebat idem Baldus in capitul. super eo. in fin. de testib. eum satis nobilem esse, qui diuitijs abundat, & multò fortùs si est illustris famæ. & probatur in l. fin. C. de condi. in pub. bor. lib. x.

CCCLXXXIIII.

1 *Consilium ut dominus qui in toto processu comparuit, euitet infamiam ex condemnatione.*

2 *Ficta & interpretatiua condemnatio infamiam non irrogat.*

QVoniam de fama, quantum laudabilis sit, si bona fuerit, & de infamia pariter quantum execrabilis à nobis toto posse fugienda, superiori apophthg. dictum fuit: alienum ab instituto proposito minimè erit, hoc loco inserere exemplum,

1 seu consilium † optimum, ne dominus infametur, si personaliter comparuisset in toto processu, & videret tandem se succumbere: vt procuratorem constituat ad audiendam sententiam, ipsumque comparere faciat: quoniam infamiam effugiet: casus est not. in l. liberto. in fi. ff. de neg. gest. per quem tex. ita etiam dixit Barto. & Bal. in l. furti. in §. si quis. in j. col. ff. de his qui not. infa. & ratione quoque potest comprobari: quoniam eo tunc erit verum dicere, dominum non verè, sed fictè ac interpretatiuè condemnatum fuisse: ficta autem & inter-

2 pretatiua † condemnatio, non infamat: vt not. in d. §. si quis ergo. Sed dubitarem ego consilium hoc non esse tutum, ex quo non comparuit procurator, nisi eo tunc, cùm sententia veniebat ferenda, ita vt posit, si velit iudex, nedum procuratorem, verùm etiam dominum condemnare, eòque magis, quia fraude hac de causa carere non videbitur, & sic infamiam non euitabit. ideò cogita.

CCCLXXXV.

1 *Diffamatus publicè apud graues uiros de iure canonico repellitur à testimonio, sed non de iure ciuili, nisi fuerit condemnatus.*

ADidem & in simili volo etiam aliud annotatu dignũ hoc

1 loco obseruetis, & posthæc, quòd quis † si apud bonos & graues publicè diffamatus fuerit, repellitur à testimonio: quod tamen intelligi debet de iure canonico: quoniam aliàs de iure ciuili secus. & est vna de differentijs, quæ solet assignari inter vnum & aliud ius, ex quo regulare est ipsum nunquàm repelli, nisi condemnatus fuerit, vel confessus. & ficta etiam confessio sufficiat: vt in l. quoniam. C. de testi. & in c. super eo. & ibi hoc idem not. Bal. extrà eo. & declarantur multa iura dicentia, quem non condemnatum, non esse infamem, nisi in casibus à iure expressis: vt in l.j. & in l. Athletas. in §. calumniator. & in l. Lucius. ff. de his qui not. infam & in l. Cassius. ff. de senator. & in l.j. C. de sum. trinit. & fid. cathol.

CCCLXXXVI.

1 *Potestate alterius quando quis utitur, practica est præcipiendi, ut iniungat authoritate qua fungitur.*

PRactica præcipiendi est, quod obseruatione etiam dignũ putaui, quando quis † vtitur alterius potestate, vt iniungat authoritate qua fungitur: vnde in literis suis delegatus Papæ, & est de stylo curiæ dicit, sic, nostris, seu veri⁹ Apostolicis, parere mandatis, &c. casus est sing. & ibi Abb. Pa. in c. cùm in iure peritus. in iij. no. de offic. deleg. & nõ ab re vt arbitror, quia q mãdatã iurisdictionem habet, nihil proprium habere videtur: vt in l. prima. in §. qui mandatam. ff. de officio. eius cui mand. est iurisdict. & hac ratione, quòd etiam not. excommunicato delegante suspenditur quoque iurisdictio delegata: vt in simili habetur, in capitulo. Romana de offic. vicar. & notat. idem Abb in capitulo licet vndiquè. in gloss. ij. ad fin. eod. titul. de offic. delega.

CCCLXXXVII.

1 *Vnde sumptum, quod à iudicibus quotidiè in foro dicitur, admitto si & inquantum sit admittendum, & c.*

ALiud in practica quotidianum minimè prætermittendũ censui: vnde † sumptum sit id, quod in foro singulis diebus dici, obseruarique à iudicibus videmus, vel exceptio sit, quæ admitti debeat, vel aliud, cum aiunt, admitto si & inquantum de iure admittendum sit. & non aliter. Item, saluo iure impertinentium, & non admittendorum: vt respondere sciamus, si plerunquè nos interrogaret quispiam, vbi aliàs turpe esset: si idipsum ignoraremus: vt in simili dicitur in l. ij. in §. seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. Sumptum igitur est ex gloss. not. quam ibi extollit Abb. Pan. in capitulo cum contingat. in ver. nihilominus. de offic. dele. & tu etiam hac de causa menti tenebis.

CCCLXXXVIII.

De statuto Patauino super sequestris reuocandis. & uide suprà apophth. 160.

Sequestrationes sui natura odiosæ, & ab illis minimè incipiendum.

SImiliter habemus statutum hîc † Patauij, cuius quidem suprà apophth. 160. etiam mentionem fecimus, ad aliud tamen sub rubr. de cita. & ord. proced. in c. de cætero. quòd si sequestrum factum fuisset, & dominus comparuisset, citato tamen aduersario, idoneámque fideiussionem præstitisset de rebus seruandis: & non baratandis, statim eo siue præsente, siue absente, reuocari debet: durum prima facie, ex quo creditori, qui erat in procinctu consequendi id, quod sibi debebatur, solutio differri videtur. Sed nihil est, quoniam sequestrationes † sui natura sunt odiosæ, & ab illis minimè incipiendum: vt in l. j. C. de prohib. seq. quando etiam esset durum, valeret & teneret. l. prospexit. ff. qui & à quib. Et ad propositum quotidiè seruatur. & sumptum est ex l. litibus. C. de agric. & censi. libr. xj. Sed vnum velim obseruetis, debere etiam addi quando præstatur fideiussio, vt ille idem promittat rem restituere sine aliqua procrastinatione. secundum Bar. in d. l. litibus. in ij. col. & est perpetuò menti tenendum.

CCCLXXXIX.

Conciliatio l. serui & filij. ff. de furt. & l. si quis uxori. §. j. ff. eo. an scilicet filius furtum faciat patri.

DVos tex. ad inuicem contrarios & repugnantes legimus, nisi concordentur, quorum vnus est in l. serui & filij. in prin. ff. de furt. vbi si filius furtum fecerit patri, licet furtum sit, non tamen actione furti tenetur, neque potest pater, ex quo nulla actio prodita est, contra eum quouis modo experiri. alter verò in l. si quis vxori. in §. primo. ff. eod. vbi dicitur totum contrarium. Nisi soluamus, id esse verum regulariter quod dicitur in d. l. serui & filij. nec potest secus dici, sed limitari in casu, vbi filius haberet peculium castrense, vel quasi, quoniam tunc habet vnde satisfaciat, & loco patrisfamil. habet: vt in l. ij. ff. ad Mace. & in l. iij. C. de castren. pecu. li. x. & in l. lis nulla. ff. de iudi. & isto casu loquit d. l. si quis vxori. quæ etiã extendi potest ad habentẽ peculium aduentitiũ, dummodo patri vsusfructus non quæratur: quoniam tunc licet nomine differre videantur, effectu tamen non differunt, vt sentit Bart. in l. frater à fratre in sexta columna. in princ. ff. de condi. inde. & bene. & ibi dixi latè.

CCCXC.

1 *Dictum legis quando est particulare, & ratio generalis dictum ampliatur, & generaliter intelligitur. fallit nu. 2.*

1 QVando † in lege dictum est particulare, ratio vero generalis, dictum ampliatur, & generaliter intelligitur. l. regu- §. & licet. ff. de iuris & facti ignorantia. l. metum. §. animaduertendum. & ibi Bartol. ff. quod metus causa. Et non ab re, quia dictum à ratione regulatur, & non econtrà, adeo vt idipsum in naturam suam conuertat, & destruat, si non conueniat: vt declarat Bald. in l. conuenticulam. in quinta colum. C. de episcopis & clericis. Sed tamen volo vos scire vnum,
2 quòd † plerunquè etiam istud limitatur, vt & ipsa ratio restringatur, si sequeretur iniquitas, vel absurditas: vt dixi in l. precibus. C. de impuberum & alijs substitution. aut etiam si ex generali intelligentia legum contrarietas sequeretur, & correctio: vnde licet in d. l. si quis vxori. in d. §. j. suprà proximè allegat. ff. de furt. ratio illa, quia habet vnde satisfaciat, si generalis, non tamen generaliter intelligitur respectu etiam peculij aduentitij, in quo pater vsum fructum haberet: quoniam corrigeretur. l. fina. §. filijs autem. C. de bonis quæ lib. quod tene menti semper.

CCCXCI.

1 *Inclusio unius est alterius exclusio. fallit si includeretur exemplificatiuè.*

1 INclusio † vnius est exclusio alterius. l. cùm prætor. ff. de iudi. capitul. nonne. de præsumpt. ita vt pari modo id, quod in speciale priuilegium vni concessum est, cæteris denegatum videtur: vt in l. j. ff. de officio eius. & in l. formam. C. de officio præfect. prætor. Sed tamen puto aduertendum, non ita ruditer intelligi debere, etiam si casus includatur exemplificatiuè, quoniam tunc alij. non excluderentur, ex quo exempla non restringunt regulam. §. hactenus. Institut. de gradi. l. damni infecti stipulatio pertinet. ff. de damno infecto. & ideo non mirum suprà, si casus castrensis peculij, vel quasi extenditur ad peculium aduentitium: vt vtroque casu filius patri efficaciter obligetur. quod est not. pro limitatione dict. l. cùm prætor. & similium. quia pari modo idem videmus in l. iurisgentium. in §. quinimo. & in l. si vnus. in §. pactus. ff. de pactis. de contractibus bonæ fidei dictum fuisse, quò ad ea quæ ibidem tractantur, ita vt viderentur excludi contractus stricti iuris, & maximè cùm in pluribus differant: vt alio loco aliàs recensuimus: & tamen includuntur: vt in l. petens. C. de pact. quod not.

CCCXCII.

1 *Ex duabus rationibus legis si contingat unam cessare, non propterea cessat illius dispositio: dum tamen sufficiat ad producendum effectum.*

1 ALiam † declarationem collige ad §. affinitatis. Institut. de nuptijs. vbi si contingat ex duabus rationibus legis vnam cessare, alteram verò remanere, non propterea cessat legis dispositio. & idipsum habetur quoque in l. si ventri. in §. fina. ff. de priuile. cred. & in l. si non lex Aelia Sentia. ff. de hære. instit. quæ est, vt eo tunc procedat, si altera sufficeret ad producendum effectum, de quo agitur. casus est, & ibi not. in capitul. quoniam frequenter. in §. porro. iunct. §. fin. autem. vt lit. non contestat. & dixi ego in capitul. j. in not. quæstion. de probation. Et est declaratio non spernenda.

CCCXCIII.

1 *patri in castrensibus uel quasi filij, quare queratur utilis actio.*

MEminimus aliàs suprà filiũ famil. in castrensibus, vel quasi obligari patri: & idem in aduẽtitijs, in quibus eidem vsusfructus non quæritur: vt in l. si quis vxori. in §. j. ff. de furt. & no. Bar. in d. l. frater à fratre. in vi. col. ff. de cõdi. indeb. & est magis
1 communis opin. Sed † non video quare patri vtilis actio prodita sit, vt in loco prælleg. dicitur: Nisi respõdeamus (intelligendo ad differentiã directæ) quia filius, vt in simili habetur in l. si dubitetur. in fin. ff. de fideiuss. vel aliter pari ratione de actione in factum intelligamus: vt in rubr. de rer. permu. & in l. quoties. ff.

quoties.ff. de præscript. verbo.& in l.actiones in factum.ff.de actio & oblig.aut exponamus vtilem,i.efficacem.l.minor.ff. de euictionibus, cogita.

CCCXCIIII.

1 *Filius regulariter,cui hæreditas uenit restituenda,a patre cautionem restituendæ hæreditatis durante patria potestate. petere non potest: fallit dupliciter. numero 2. & quæ sit ratio in dictis duobus casibus .numero. tertio.*

1 FIlius regulariter,cui hæreditas † venit restituenda,non potest petere à patre durante patria potestate,quę maximè in his curari videtur.l.nam & ciuiū. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.vt sibi præstetur cautio hæreditatis restituendæ. Et non ab
2 re dixi regulariter: quia in † duobus casibus tenetur, quando specialiter testator iussisset, vel quando pater transiret ad se-
3 cundas nuptias:ea ratione primo casu,quia † voluntas testatoris in conditionibus primum obtinet locum. l. in conditionibus primum locum.ff.de condi.& demonstra. quam tuetur prætor:dicit alibi tex.in l.j.ff.si quis omi.caus.testa.ex quo totum etiam facit,& quod senserit spectandum est: vt in l.ex facto.in §.rerum.ff.de hære. instit. & multo magis si quid specialiter disposuerit.secundo verò,quia lex maximo odio eos prosequitur,qui ad secundas conuolant nuptias. l. fœminæ. C.de secund.nupt.& pro prædictis est casus not. in l.iubemus.in §.j. C.ad Trebel.per quem alibi Barto. dicebat inter patrem & filium in aduentitijs, in quibus maximè vsusfructus patri non quæritur,ciuilem obligationem oriri posse.in l.frater à fratre. in vj.colum.ff.de condi.indeb.& est verum,vt ibidem nos quoque diximus quamuis secus sentiant Doctor.quod ex specialitate scilicet dictorum casuum arguitur non esse verum,& malè,ex quo argu.est vt dixi,quòd non præstet cautionem regulariter,sed non vt obligari non possit filio:ex quo filius etiam sibi obligatur, quod omnes ibidem admittunt, & est communis sententia.& per illum tex.à simili probatur:quia pater naturaliter obligatur filio,vt filius patri:vt ibi ergo:& pari modo si filius ciuiliter eidem obligatur, conuenit eadem ratione vt obligetur filio.

CCCXCV.

1 *Ius naturale tolli non potest. fallit si non procul à natura recesserimus.*

1 IVs naturale † tolli non potest.§.sed naturalia quidem.Insti. de iur.nat.§.fin.Insti.de legi.agna.tute.l.ij.in fin.ff.de vsufr. ea.re.quæ vsu consum.Sed tamen volo vos vnum non ignorare,annotatu,& obseruatione dignum, imò tolli etiam & plerunque posse,si non procul tamen à natura recesserimus: vt in lib.ethy. Aristo.inquit: exemplumque subijcimus.natura hominum omnium ferè dextris manibus vtentiū, & melius quidem quàm sinistris, & tamen nonnullos etiam sinistris vti videmus quàm aptissimè.& simile, quoniam rescripta cōtra ius elicita refelluntur legis præcepto.l. rescripta.C.de preci.impe. offe.& nihilominus,si non procul à iure recesserint,valent.glo. est sing.in cap.exhibita. in ver.peruertendo.de iudi. quam tene menti.

CCCXCVI.

1 *Vnius dicto non credendum. fallit multis modis. inter quos unus est si ageretur de probanda ecclesiæ consecratione.numero 2. & suprà apophth. 115.*

1 DIcto † vnius non est credendum:vnde vulgò etiam dici solet,id ipsum esse nullius.l.iurisiurandi.vulg.C. de testib.l.si duo.ff. de testi.cap.in nomine domini. extrà eod. & vel ciuilis causa fuerit, vel criminalis: imò si non in ciuili, multò minus in criminali credetur.l.in seruorum.ff.de pœn.l.nec in ea.ff.de adul.l.fin.C.de proba.& clarè nume.cxv.his legitur verbis. Ad vnius testimonium nemo condemnabitur, nisi in casibus.l. Theopompus.ff.de don.prælega.fauore dotis: & quia testator efficere potest, vt vni credatur pro executione suæ voluntatis, vt l. neminem. C. de aduo. diu. iudi. quando scilicet Doctor testatur de peritia scholaris:vt declarat Bartol. in l.non aliter eodem titul.& l.prima.§.fina.in interprete.ff.de verborum obligatio.& medico, agrimensore, & alijs: de quibus per Bald. in cap.licet.in fin.de testi. & vbi naturalis ratio etiam suaderet:vt in simili de numero inquit Alexand.in consil.cix.incip. super.in iij.colu.in vij.volu. & dixi suprà non repetendum.Sed
2 tamen nouissimo loco scias velim, alium etiam esse † casum, in quo sufficit, nec pluralitas desideratur, quando scilicet de ecclesiæ consecratione probanda ageretur: quia sufficeret etiā de auditu,quod videtur mirabile:ex quo de alicuius præiudicio non agitur:Abb. pa.in c.proposuisti.in ij.col.de consecra.eccle. vel alta.quod tenē menti.

CCCXCVII.

1 *Defensionis ratione multa homini permissa, & impunè quidem: adeò ut ecclesia non polluatur, si homicidium sit casuale, & ad defensionem factum.*

1 MVlta dicta † fuerunt suprà etiā ad exornationem.l. vt vim. ff.de iust.& iur.& ratione defensionis multa homini permissa esse,& impunè quidem,quæ regulariter aliàs non permitterentur,& sine pœna. Nunc adde sing.dictum, & annotatione perpetua dignum,id adeò verum esse,vt ecclesia,quæ communiter per effusionē sanguinis polluitur.cap.proposuisti.præallegat.suprà proximè de consecra.eccle.vel alta.non indigeat, neque polluatur,si homicidium casuale sit, & ad defensionem factum:ita Abb.panormit.in loco præalleg.in j.col.

CCCXCVIII.

1 *Fructus communicandi sunt, si uni fundum, alteri usumfructum testator legauerit.*
2 *Scriptura interdum plus ualet,quàm quod actum est.*

1 TItio fundum,Seio † vsumfructum testator legauerat:dubitabatur an fructus deberent communicari? multi in foro hodie exclamantes dicebant quòd non:quia nuda proprietas fundi illi,vsusfructus autem isti,videbatur legatus,& ego quoque idem credebam prima facie: hoc tacitus mecum cogitās, & tamen contrarium verius est.Et ideò ne errore labantur testatores,consulit alibi Modestinus, semper tenendum menti, vt alia forma relinquatur,sic, Titio fundum detracto vsufructu lego, Seio eiusdem fundi vsumfructum hæres dato.in l.si alij.ff.de vsufru.lega.idque non ab re fieri debere probat idem
2 Iurisconsultus: quia interdum plus valet † scriptura, quàm quod actum est.vnde dici solet etiam propositum in mente retentum nihil operari.l.si repetendi. C.de condi.ob cau.c.literaturam.de voto.argu.in l.vnica.in §.sin autem.C.de cad. tollen.& in l.quidam cum filium.ff.de hær.insti.Et hinc est, quòd si fiat numeratio simpliciter, aut traditio rei, possitque esse mutuum,aut depositum,vel commodatum,si stipulatio sequatur,actio ex stipulatu tantùm oritur, ex quo idipsum non est actum,vt ex alio oriretur:vt in l.ita stipulatus.in §.Chrysogonus.ff.de verbo.oblig.& in l.si ita in §.fin.& in l. cum enim.ff. de nona.& not.Barto. in l.singularia. in iij.col. ff.si cer.pet.& dixi,suprà proximè.

CCCXCIX.

1 *Denarius & numerus quid.remissiuè tamen.*

PErsæpè apud nos denarij mentio habetur, & nummi pariter,diuersimodè tamen:vt in l.cùm Stichus.ff.de sol. & in l.Publia.in princ.ff.depo.& in l. quæ extrinsecus.ff. de verbo. oblig.& in l.nummis.ff. de leg.iij.& in l.nummis.de in sit. iuran.& in l.& si certos nummos.(reddendo singula singulis.) ff. de leg.j.& mille similibus:ita vt vera diuersitatis ratio vix percipi possit.quamuis ex sacris elici videatur literis: tum vel maximè Math. c.xx. ibi: Ex denario diurno misit eos in vineam
1 suam:vt quidam expositores aiunt:denarium † nil aliud fuisse, nisi quòd pro nummis decem computari solebat formam tegis habentem:paritérque:subscriptionem,rotundum,& argenteum.Et malè si de eo loquamur:quia verisimile non est, quòd ad literam intelligeremus,& esset verum: non autem parabolice:vt faciebat Christus:cùm nūmum & sestertium pro eodē capiamus:sestertiúsque sit secūdū antiquos,pars librarū decē, quarta ; ita vt denarius ille Matthęi (gręcè enim ita ibidem legitur,his verbis, συμφωνήσας μετὰ τῶν ἐργατῶν ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν, solidos tres,& semissem valeret: quanti vinitores fere conduci solent, & non plus. Et ideò consultius ad Guliel. Budeum virum cum græcarum literarum, tum etiam latinarum doctissimum, antiquitatísque studiosissimū,de asse & partibus eius, recurrendum est, præsertim libro j. ij. & v. vnde tanquam ex penu veram rationem depromatis.

CCCC.

1 *Contrectare quid.*

2 *Voluntas domini traditionem uidetur operari: non tamen semper.*

IN l.j.in §.furtum.ff.de fur.& in §. furtum.Insti. de obli.quæ ex delict.nas.ponitur diffinitio furti,quòd est contrectatio rei alienæ fraudulosa inuito domino,&c.& non aperitur quid
1 sit contrectatio.cætera verba clara sunt.Ideò tu†vide tex. ex quo id apertè declaratur in l.iij. in §.si rem.ff. de acqui. pos. cuius tamen gl. ibidem meminit in ver.intercipiendi.& nullus est,qui id meliùs,expresiùsue dicat, ex quo intelligitur etiam quid velit sibi dicere Bart.post Iac.de Are.in l.singularia. in iiij.colum.si cert.pet.quod speciale est in mutuo,ex quo facilius acquiritur dominium rei,licet non contrectetur,quàm in alijs contractibus.Quod tamen non est verum, vt ipsemet posteà subijcit,& bene,quasi dicat,sola domini voluntate acquiritur dominium rei, ex quacunque causa,licèt is qui acquirit,non contrectet,id est,rem non moueat.l. qua ratione.§. interdum.ff.de acqui.rer.do.§.interdum.Insti.de re.diui.&est not.limitatio ad regulam.l.traditionibus.C. de pact.& §. per traditionem.Insti.de re.diui. quoniam voluntas domini tra-
2 ditionem, seu†quasi,dicitur operari:quod tamen non est generaliter verum. Et hoc not.quoniam si ex causa transactionis res dimittatur, non propterea dominium transfertur. Et hinc est,quòd dimittens,si res dimissa euincatur, de euictione non tenetur.text.est in l.si pro fundo.C.de trāsact.& not.Bal. in l.qui cum tutoribus.in prin.in ij. colum.ff.eo. & in c.j.in fi. de controuer.int.vas.& alium de benef.in vsib. feud.& ea fortè diuersitatis est ratio,quia ibi non dimititur, vt trāsferatur, sed vt finis litibus imponatur:ergo transferri nō debuit, quia inducta ad vnum effectum,operarentur alium,actùsque agentium vltra eorum voluntatem,& id,quod ex ipso actu non infertur necessariò & malè,ac contra text.in l. legata inutiliter. ff.de adimen. lega.& in l.non omnis.ff. si cert.per. & in l.fin. (reddendo singula singulis.) C.ne vxor pro ma.in casu autem nostro sic tene menti.

CCCCI.

1 *Semel malus semper in eodem genere mali præsumitur malus: intantum ut emendatus non remaneat omninò integer.*

2 *Pœna adiecta non solùm dationi quantitatis, sed etiam dationi alterius rei præsumitur adiecta in fraudem usurarum, si adijciens solitus sit fœnerari.*

ALiàs dixi suprà & in preceden. apopht. licèt ad aliud, id quoque ex multis comprobans,quòd semel†malus, semper præsumitur malus,in eodem tamen genere mali:vt in c. semel malus.de regu.iur.in vj.& per Bar.in l.Cassius.ff.de Sena. Intantum vt emendatus de crimine non remaneat omnino integer,nec restituatur pristrinæ præsumptioni naturæ, qua quilibet præsumitur bonus:vt in cap.j.de scru.fa.& in c.fin.de præsum. sed in factis arduioribus duret adhuc præsumptio cōtra.nec verum fit,quod habetur in c.ferrum.50.di. quod post pœnitentiam non inspiciatur,quid fuit,per d.regulam, semel malus.& declarat Abb.in c.testimonium.in ij.colum.de testi. Nouissimè addas hoc adeò verum esse, vt pœna non solum adiecta dationi quantitatis,†præsumatur adiecta in fraudem vsurarum. l. Iulianus.§.idem responsum. ff.de act.em.& not. Doct.in l.stipulatio ista.in §.alteri. maximè Alex.in iiij.colū. ff.de ver.ob.verum etiam si adijciatur dationi alterius rei, & adijciens solitus sit fœnerari:vt in d.§.alteri.not. Et est dictum semper memoriæ commendandum.per regulam præal.& quia est etiam arg.in l.qui semisses.ff.de vsu.& in l.vel vniuersorum de pig.actio.& in c.illo vos.de pig.

CCCCII.

Intellectus l.si procuratori præsentis.ff.de uerb.oblig.

VTerque Dec.circa†intellectum.l.si procuratori præsentis. ff.de verb.ob.alibi in l.singularia.ff.si cer.pe. dum dubitatur à Doc.post Bar.an idem sit in alijs contractibus, quod in mutuò:vt quæratur semper actio directa per alium,necne:duo dicūt,quòd loquitur in casu speciali,id est in procuratore præsentis.tenendo opi.Sali.contra cōmu.quòd non differat mutuum ab alijs contractibus,nec in eo sit speciale, & semper directa quæratur.& sic,quod aliàs per procuratorem non quæratur vtilis.Item & aliud,hoc apertè probari per text. in l.licet. in §.quoties.in ver.cæterum.ff.de iu.do.ibi, cæterum mulieri per liberam personam condictio acquiri non potest.Et malè ac perperam:quia primum cōfundi videtur per tex. in l.quòd procurator.ff.de procu.ita vt in d. l. si procuratori præsentis. ponatur factum, non ministerium iuris. Secundum verò per tex.dictimet ver.cæterum quia vt ibi gl.declarat,aliàs per prędictos inaduertenter (arrogantia absit) allegata,sensus est.Cęterum id est,alioquin, nisi mulier fingeretur donasse,sed alius nomine eius, sibi nō quæreretur actio per liberam personam. cogitate.

CCCCIII.

1 *Debitor si delegetur alteri, intelligendum est stipulatione interueniente, & idem est in nouatione. & quæ sit ratio, cùm nouatio sit genus, cuius species est delegatio.*

1 NEscio videre rationem,si debitor†delegetur alteri, quòd intelligendum est stipulatione interueniente: vt in l.j.& ij. ff.de nouationibus.quoniam hoc idem etiam est in nouatione:vt ibidem.& in toto titu. de noua. & maximè quia genus, sub qua continetur etiam delegatio:quam ob rem dictum est de nouationibus,& delegationibus:sicuti de seruitut. & aqua. quare fit,quòd eo inuito fieri non potest: vt in l.j.C.de noua. Et ideò Sali.ibidem dicebat, quod est maximè not. si verum est,hoc fortè de stricto iuris rigore procedere, non de æquitate,quando causam non haberet: vt in l. diuus.ff.de in integr. resti.& in l.placuit.C.de iudi.& in ca.fin.de transact.Et est argu. ad propositum optimum in l.in creditore. ff. de euiction. Sed tamen non placet, quia restringitur generalitas illius legis:vt in simili not.in l.Atheius.ff.de aqua pluuia arcen.& per Bart.in l.ex hac scriptura.in ij.col.ff.de donat.Item quia si nolit,causam semper habere videtur, & quidem talem, vt à lege nō respuatur, quæ est satisfactio voluntatis habitæ loco causę, & maximi interesse: vt in §.præterea. Instit. de actio. & in l. fin.ff.de vsu & habi.& in l. pe. & ibi gloss.not. ff.de condi. ob. cau.cogita.

CCCCIIII.

1 *Promittere & soluere non semper sunt paria, quod exemplificatur multis modis.*

1 PRomittere†& soluere regulariter sunt paria. l.fin.C.ad leg. Fal.l.si.C.de dot.promis.l.iij.ff.de cal. Sed tamen scias velim,hoc fallere in casu.l.vir vxori.ff.de do.int. vir. & vxo.& c. quamquam.de vsu.in vj.& in c.j.de testi.in vj. & vtrobique no. Io.And.dicens dictum c.quamquam. ex quo loquitur in vsurario vsuras recipiente, non habere locum in eo, qui vsuras minimè recepisset,vt ad aliquam teneatur restitutionē, quod est mirabile,& ideò aduocati debent esse multum cauti, ne id vllo modo in libello prætereant, quoniam succumberent. Et similiter proxeneta,quòd cùm à testificando repellatur in crimine symoniæ,si exinde emolumentum fuerit assecutus: vt in d.c.j.repelli non debebit,si ei id tantum promissum sit.Et istud admirabilius, quandoquidem alibi Canō ipsum inter emptorem appellet.in c.pe.xcj.di.refertque Io.An.in d.c.j.& bene nisi dicamus id esse,vt text.met inquit, in detestationem criminis simoniæ,ad cuius comparationem cætera quasi pro nihilo reputantur.dicit alibi text.in c.per tuas.in §.hæc omnia.de simo.tene menti.

CCCCV.

1 *Debitor si creditori pecuniam obtulerit loco & tempore congruis, qui accipere noluit, & debitor hac de causa deponat, an eam poterit repetere semper, antequàm creditor acceptet.*

LEgi vnū hoc mane,quod mihi visum est dictū satis no. si verum est,quod si†debitor quispiam creditori pecuniā obtulisset congruo loco,& tempore, isque accipere noluisset, vt plerunque fit,& debitor hac de causa deposuisset,poterit semper eam repetere,antequàm creditor acceptet.ita Bart.in l.acceptā.in fi.C.de vsu & de materia in l.obsignatione.C. de solu. Sed dubito valde, quoniam, statim quòd deposuit, videtur quodammodo ipsum depositarium loco creditoris elegisse, & à se omne ius, quod in ea habebat, abdicasse,ac ipsius contemplatione deposuisse: ergo repetere non poterit. l. postquā liti.C. de pact.l.j.§.qui semel.ff.de suc.edict.c.quam sit periculosum.

losum. vij.q.j. & est ad propositum simile in l. si cum fundum. ff.de pact.&in l.illam.C.de don.& no.in l.mandatum.C.man. & in l.si procuratori.ff.de cond.ob cau. cogitabitis.

CCCCVI.

1 *Mandatum re integra semper reuocari potest, sed & interdum re non integra.*

2 *Intellectus l.si cùm Cornelius. ff. de solutio.*

1 EST regula communis, mandatum† re integra semper reuocari posse. l. si verò non remunerandi. §. si mandauero. ff. manda.l.hoc iure.§.si quis dederit pecuniam. ff.de dona.§.recte. Insti.eo.cum simil.Et tamen mihi videtur, quod sit casus, 2 in quo etiam re nō integra reuocetur.† in l.si cum Cornelius. de solu. qui in materia quoque & ad idem solet allegari, vbi vir, & Seia pacti sunt in casu diuortij fundum Cornelio extra neo reddi, qui illum sibi nomine dotis dederat. Et tamen dicit text. vetante muliere iuxta conuentionis tenorem reddi non posse, perindè acsi iussisset, vt redderetur nullo pacto interueniente, deinde antequam id factum esset, vetuisset. Sed facilis est sol. id non ab re ita decisum esse, quoniam pactū inutile fuerat, & non valuit, aliàs si vtile, & valuisset, secus. casus est in l. si cum fundū. supr. prox alleg. ff. de pact. & ibi in specie no. Ba.. Et est ad d. l. si cum Cornelius. intellectus. Ex quo etiam colli lige de pacto ad mandatum propter magnam simbolitatem optimum esse argumentum, vt alibi dicebat idem Bald. in l.j. in pe.col.C.si ser.exte.& signanter per tex d.l.si cùm Cornelius cuius etiam nos meminimus & sæpius, in l. singularia. in j.& secunda. lectura. in glossa. non acceperis. post Bartol.ff.si cer. petatur.

CCCCVII.

1 *Religionis fauor atque piæ causæ est maximus: intellige tamen in casibus à iure expressis: aliàs secus. nu. 2.*

1 RELIGIONIS† fauor, atque piæ causæ maximus est. l. sunt personæ. vulg. ff. de religio.& sumpt. fun. l. locum. in prin. ff. de vsuf. Et hinc est quòd licèt in dubio stipulatio ad minimam summam religenda fin. l. semper in stipulationibus. §. fi. de regu. iur. attamen religionis fauore secus. l. Titia. §. Seia. ff. de an. leg. Similiter verba debent potiùs naturaliter quàm ciuiliter intelligi. l. fi. C. de his que ve. ætа. impe. & tamen ea ratione & respectu secus. l. si ita quis. §. is cui. & ibi Bald. no. in prin. ff. de leg. ij. & multa ad idem congeri possent. Sed tamen volo 2 vos vnum hoc notare, obseruatu dignum: vt intelligatis† verum esse, non generaliter, sed in casibus dumtaxat à iure expressis: et in simili de morte naturali & ciuili dicit glo. in c. susceptum. de rescript. in vj. & de bonis clericorum gaudentibus priuilegio ecclesiæ. docto. in ca. si diligenti. de for. compet & de his qui possunt ex præsumprionibus condemnari. Bar. in l. quod Nerua. in vj. col. ff. depo. mirabile pro limitatione l. absentem. ff. de pæ. Et hoc quia aliàs non ita debitores eisdem sumus, vt alijs iniustitiam faciamus. c. ex tenore. de for. compe. c. nuper. de dona. inter vir. & vxo. & not. Abb. in ca. in præsentia. in xij. co. de proba. nec ipsa quidem ecclesia istud ipsum pateretur, quę est cultrix iustitiæ: vt in ca. j. de alie. feu. in vsibus feudorum. tene menti.

CCCCVIII.

1 *Mutuū, dos, testamentū, cū sint stricti iuris, quare tot habeant singularia &c.*

1 MAXIMÈ mirandum est, quòd† mutuum, cum sit contractus stricti iuris: vt in §. actionum Insti. de acti. tot singularia habeat & pari modo pecunia numerata, fomentum & materia cunctorum criminum: vt in c. de his. 23. dist. de quibus ad propositum. l. singularia. ff. si cert. petat. nisi forte respondeamus hoc idem esse etiam in testamentis, & dote, vt multa habeat priuilegia & larga fiat in eis interpretatio: vt not. in l. in testamentis. de regu. & in l. j. ff. sol. matr. & in cap. cum dilecti. de dona. & nihilominus stricti iuris sunt: vt in l. in minorum. C. inqui. cau. in integ. resti. non est ne. & in §. fuerat Insti. de de actio. quod non placet: quia instar habent bonæ fidei: quāuis stricti iuris sint: vt in locis præalleg. continetur. ideò cogita & dic admirationem augeri, quòd sint talia, priuilegiata tantum. Vel & aliter. quòd alio respectu & priuilegia meruerunt, si stricti iuris sint, vt in rubric. si certum petat. notauimus. & in d. l. singularia: nec pecunia numerata mala, etsi malè vtentibus fomentum & materia esse possit cunctorum criminum.

CCCCIX.

1 *Sepultus in diuersis locis si repertus fuerit, is tantùm locus religiosus est, ubi caput conditur. & quæ sit ratio.*

1 HABETIS not. text. Pauli in l. cum in diuersis. ff. de religi. & sumptib. fu. dicentem, cùm quis in diuersis† locis sepultus reperitur, vtrunque minimè religiosum forè, cùm vna sepultura sepulchra plura efficere non possit: at illum tantùm, vbi quod principale est conditur: id est caput, vnde qualis cuiusque imago sit, cognoscitur: etsi aliter ac malè antiqui codices legantur, ita restituendi: quoniam nec secus legi potest: per quem Bald. alibi etiam dicebat in simili in l. j. in ij. colum. C. pro so. quòd arma nobilium semper apud principalem domus, tanquam in capite stant, & vigent, splendor genituræ remanet idèmque præcise in l. fin. C. eo ti. & alibi etiam capiti excellentia ipsius omnia tribui debere, & quia fons rationis ac intellectus dicitur: in capitul. j. in §. ad hæc. in iij. colum. de pa. iura. fir. in vsibus feu. & alibi in rub. de appel. in prin. quòd vbi est caput, ibi cætera membra esse videntur: omnia annotatu digna: tum vel maximè, si pulcherrima Platonis authoritate in libro de iusto, fuerint comprobata, qui caput membrum corporis diuinissimum esse ait, reliquorùmque membrorum principem: cui totum corpus annexum dij subesse, & parere iusserunt: datumque ei hoc nomen Isido. etiam teste in libr. xj. capitul. j. ethymologiarum, xj. quòd sensus omnes & nerui inde initium capiunt: atque ex eo omnis vigendi causa oritur.

CCCCX.

1 *Via fundo Titij legata, qui legatum ignorans fundum uendidit, transit in emptorem: & quæ sit ratio.*

1 MIRUM est quod legi hoc mane: si fundo Titij† via legata sit, isque legatum ignorans fundum vendat, quòd via in emptorem transit: non quia non fuerit acquisita Titio, ex quo dominium rei legatæ recta via transit in legatarium, etiam ignorantem, & absque possessione in l. à Titio. vulg. ff. de fur. sed quia de via nec dictū aliquid fuerat: imò inter partes nec cogitatum: casus est in l. si partem. in §. fin. ff. quemamodum ser. ami. Sed admiratio cesset: quoniam via fundo adhærebat: quò fit, vt cum hac ratione nullum ius apud venditorem remansisset: seruitus fundo adhærens translata etiam cum ipso intelligatur: secūdum Baldum (& est intellectus ad illum tex.) in l. si cùm emptor. in §. j. lectu. in fin. ff. de pac. adeò vt ab ipso Titio non possit amplius repudiari, si tamen via emptor vsus fuerit, quod nota: quoniam fortè aliàs secus: vt text. met dicit, semper memoriæ commendandus.

CCCCXI.

1 *Cautela ne quis pro homicida doloso puniatur, sed culposo tantùm, ut scilicet de homicidio impetitus, quod non potest negare, alleget se putare interfectum fuisse bannitum, &c. an sit uera, & admittatur.*

1 TRADUNT quidam not. cautelam, si vera est, ne quis pro homicida† doloso puniatur, sed culposo tantùm, quæ est, vt impetitus de homicidio, quod negare non poterat, alleget se id ipsum cōmisisse: quia putabat eum quem interfecerat, bānitum fuisse, & consequenter potuisse iure merito, ac impunè id facere, quod fecit: vt not. in l. amissione. in §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. & in l. minimè. ff. de religio. & sumpt. fun. & plenius quam alibi in capitul. quæ in ecclesiarum. de consti. & est argu. in l. Gracchus. C. ad leg. iul. de adult. & in l. fin. ff. quod quisque iur. & in capitul. qui peccat. xxiij. q. iiij. & hoc quia si diceretur ipsum diligenter debuisse inquirere an verum fuisset, nec ne, replicabitur se in hoc culpam admisisse, & de homicidio culposo punietur: delato prius sibi iuramento, quòd ita esse putauerit per glo. in l. j. in versi. non occidendi animo. C. ad leg. cornel. de sica. & maximè vltra eos rationem glo. de qua in §. aliæ. Insti. de actio. & in ca. significasti. de homi. & per Bart. in l. interdum. in §. qui furem. ff. de fur. & in simili not. & sing. dictum ponit per prædicta. Ias. in l. cùm quædam puella. in ij. colum. ff. de iurisd. omn. iudi. & ad propositum testantur etiam hoc idem dixisse Bart. in l. fin. ff. ad leg. iul. de adulte. & in l. lex cornelia. ff. ad leg. cornel. de sica. & in l. j. in §. hac actio. ff. vi bon. rapt. & ita esset tenendum. Sed dubito non esse veram: ex quo preberetur occasio delinquendi, & nunquā ho-

micidium dolosum puniretur, & ampliùs aperiretur via periurijs, & malè, ac contra text. in l. conuenire. ff. de pact. dotalib. & in cap. sedes apostolica: cum simil. de rescrip. Nec secus dicit Barto. in locis præallega. alio casu loquutus: quando scilicet quis verè erat bannitus: sed indebitè & iniustè: quod quidem efficit, vt interficiens excusetur à pœna mortis, & ab homicidio doloso, ex quo sat est ipsum fuisse bannitum: licèt non à culposo: quia id ipsum non perquisiuit diligentius. Minùsque probat glo. in d. l. j. quoniam vltra iuramentum alia etiam concurrere debent, vt ibi clare legitur, quibus coniectura facilè iudex assequatur homicidium non dolosum fuisse, & culpam interficienti solùm posse imputari, est argu. in ca. in præsentia. in princ. de renun. Nec ex his meruit adduci glo. in d. §. aliæ. & similes, vt suprà, cùm maximè intelligantur veræ regulariter: sed non in casu, vbi præsumptio est incontrarium: vt hic, & in l. siue possidetis. C. de probat. & not. Felin. in cap. si diligenti. in iij. colum. de præscrip. & ita tene, & cautelis vtaris si optimæ fuerint, & in iure subsistant: aliàs minimè: quia iudices eas non admittunt, & tu fabula, licèt non sentias (vt poëta inquit) tota iactaris in vrbe.

CCCCXII.

1 *Neminem ad delinquendum esse inuitandum, an sit generaliter uerum.*

ARg. nobis præstitit dicendi vobis vnum scitu, & annotatu certè dignum, quod suprà proximo apophtheg. incidenter explicabam: vulgatam ac tritam regulam esse. l. conuenire. ff. de pactis do. nullo modo quempiam† inuitandum esse ad delinquendum: quia hoc ipsum non videtur generaliter verum. nam ex remissione cautionis de vtendo & fruendo arbitrio boni viri, vsufructuarius, cui remittitur, inuitatur ad delinquendum, & tamen remissio valet. l. j. C. de vsuf. & ibi not. Solue id esse, quia delictum præsumptum est, ac dolus: dolus autem præsumptus remitti potest. l. si vnus. §. illud. & ibi not. ff. de pact. ergo. & not. Bald. in d. l. j. in fin. & bene: sed tamen non tutum istud videtur: quoniam hac ratione etiam à testatore remitti deberet, & nihilominus non remittitur: vt ibi. Nisi replicemus hoc ideò esse, quia fauore hæredis & non testatoris inuenta est, & ita tenendum putamus, & aliud addendum pro limitatione d. l. conuenire. pactum, quo quis ad delinquendum inuitatur, non valere, si delictum remaneret impunitum: aliàs sic: vt dixi in l. fin. in j. quæstion. Bart. extra glo. C. de pact.

CCCCXIII.

1 *Maritus si uxorem interfecerit, priuatur lucro dotis: secus tamen si hæres testatorem, &c. & quæ sit diuersitatis ratio. & nu. 2.*

2 *Successio prouenie[n]s ex causa naturali non absorbetur per delictum.*

RVrsus aliud prima facie magnum contrarium perpendi hoc mane, quomodo possibile sit, quòd in l. si ab hostibus. in §. j. ff. sol. mat. maritus ipso iure lucro priuetur dotis, si vxorem † interfecerit, & pactum de ea lucranda sibi nihil proficiat, sed officiat potius: & tamen secus sit si hæres testatorem interficiat, vel a[li]us quispiam, puta patruus nepotem, vel frater fratrem, au[t] sororem. secundum glo. no. in l. his consequenter. in §. j. ff. famil. ercis. Nisi respondeamus, vt diximus, licet ad aliud in l. admonendi. ff. de iureiur. hoc ideo esse in hærede, & patruo, quia successio prouenit à causa naturali, quæ non absorbetur per delictum. l. cùm ratio. ff. de bon. dam. l. scripto. ff. vnd. libe. l. ius agnationis. ff. de pact. vbi aliàs pactum de lucranda dote in marito, habet in se tacitam quandam conditionem, ne delictum, vel dolus includatur, sed exceptuatus intelligatur. & est arg. in l. creditor. in §. Lucius. ff. mandat. & sentit Bald. in d. §. j. & in l. codicillis. in §. matre. ff. de legat. ij. vel & aliter ac latius, vt dixi in d. l. admonendi. in j. col. glo. noua instrumenta. in fin.

CCCCXIIII.

Infinitas uitanda, maximè in iuramento, propter periurij periculum.

SI infinitas vitanda est, vitari† maximè debet in iuramento, propter periculum periurij: vt not. in c. etsi Christus. de iure iur. & ideo non mirum est hac ratione, (quod perpetua obseruatione dignum semper putaui) si iuramẽtalis probatio non habet vim vltra duas vices. casus est not. in l. fin. in fin. ff. de bo. author. iud. pos. per quem text. multa declarãtur iura, tum vel maximè, quod dicitur in l. admonendi. ff. de iureiu. quòd per instrumenta de nouo reperta potest retractari sententia, non obstante, quòd transierit in rem iudicatam, lata tamen prætextu iuramenti necessarij falsi, si maximè ea producens iurauerit nouiter inuenisse: vt ibi Ias. declarat, & bene, post Ro. tamen in repeti. in xxviij. colum. licet rationem non assignet, & hoc dato, quòd ei credi non debeat, nisi iuret, quoniam aliàs ibidem attentaui contrarium, hic non aliter pro nunc scribendum duxi.

CCCCXV.

1 *Iuramento eius qui noua instrumenta producit, in casu l. admonendi. ff. de iureiurand. non credendum, si aliàs de periurio conuictus fuerit. fallit. nu. 2.*

1 ALiud ibidem annotatu non minus dignum, quam superius dicebam, vt iuramento † eius qui noua instrumenta producit, in casu, d. l. admonendi, non credatur, si periurio aliàs conuictus fuisset. quemadmodum Ias. ibidem testabatur, motus per text. in capitul. paruuli. xxij. q. v. Nec ab re, quia semel malus semper præsumitur, malus in eodem genere mali: vt inquit Barto. in l. Cassius. ff. de Senato. & quomodo intelligi debet regula. c. semel malus. de regu. iur. in vj. & quia vt inquit M. T. Cice. in ora. pro Roscio Comædo, qui semel à veritate deflexit, non maiore religione ad periurium, quàm ad mendacium perduci consueuit. Sed tamen sciendum est, hoc
2 in eo, qui pœnitentiam egisset locum non habere: vt not. declarat Ab. Pau. in capitul. per tuas. in iij. colum. de simo. & probatur in c. testimonium. de testi. vel qui toleratus fuisset eo tempore, quo iuraret: vt in l. j. C. de testa. & in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & sentit idem Abb. in capitul. j. in j. not. de excep. & est arg. in l. nullam. & ibi not. Sali. C. de iudæ. de bannito, qui pari modo à superiori toleratus, impunè ab aliquo interfici, aut alio quouis modo molestari non potest.

CCCC XVI.

1 *Conclusio in criminalibus non necessaria, in ciuilibus autem sic.*

2 *Delicta an instrumentis probentur.*

1 SOlet dici conclusionem in causis† criminalibus non esse necessariam, in ciuilibus autem sic. & fuit originalis declaratio Bart. in l. diui. per illum text. ff. de pœn. vel conclusionem capiamus respectu iudicij, & instantiæ, quando omnibus probationibus iuris & facti renunciatum est: vt not. in §. quia verò in auth. de testi. vel respectu libelli: vt in l. edita. C. de edend. & in l. libellorum. & vtrobiquè Bartol. ff. de accusationi. & in ca. licet Heli. de simo. adeò vt hac ratione dubitatio esse non possit. l. admonendi. præalleg. suprà. ff. de iureiurand. nisi in ciuilibus procedere, an instrumenta nouiter reperta possint produci postquàm est in causa conclusum, necne, eóque magis,
2 quia non minus dubium esse videtur, an † delicta instrumẽtis probentur: vt latè dubitant Docto. in capitul. super his. de accusatio. & in capi. fin. de iureiurand. in vj. & in l. iij. in §. item diuus. ff. de testi. & in l. Senatus. ff. ad Turpillianum. Verùm non video horum rationem communiter assignari, nisi respondeamus idipsum publici iurisgratia inductum fuisse, & quia impunitum facinus relinqui non debet, sed puniri acriter, & quocunque tempore quidem: vt in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. & in capitul. vt famæ. de sent. excomm. & ita est. Attamen sentit Bald. aliud notabiliter dicens, hoc ideò esse, quia lex semper concludit ad commodum fisci. in l. in causis. post Cyn. ibi in fin. C. de accusat. & in l. nec exemplum. C. ad leg. Corne. de Fal. & in l. si non conuitij. C. de iniu. & istud magis placet, quàuis ferè idem esse videatur.

CCCCXVII.

1 *Ex alterius persona plerunque consequimur, quod ex nostra consequi non possumus ex quo infert. ut nu. 2.*

1 TV scis, quòd plerunque † ex persona alterius aliquid consequimur, quod ex nostra cõsequi minimè possumus. l. Aristo. ff. quæ res pig. ob. pos. l. si post mortem. §. fin. ff. de bonorum pos. contrabul. l. si communem. ff. quemad. ser. amit. per quam regulam comprobabam ego aliàs theoricam Bartol. in l. admonendi. in ij. col. in prin. ff. de iureiur. dicentis, quòd
2 si sententia † lata esset conditione, si probatum fuisset, & probatio respiceret vires sententiæ, alteri parti etiam probatio concessa

concessa videretur: illi confirmandi sententiam, isti vero contrà, infirmandi: idem si respiceret executionem: vt in exemplo de quo ibi, eòque magis, addas nunc, quia impedimentum nō erat iuris vel facti, sed prohibitionis, aliàs secus. & est not. declaratio ad regulam prędictam, quę fuit Bald. in l. Antistius. in §. si seruus. ff. de acqui. hæred. semper menti tenenda.

CCCCXVIII.

1 *Pacta nouissima, cùm semper prioribus derogent, cur est, quod in casu l. ab emptione. in fin. de pact. pactum ultimum non seruetur.*

1 MIrandum est maximè, cùm pacta† nouissima semper per prioribus derogent. l. pacta nouissima C. de pact. l. si vnus §. pactus. ff. de pact. c. inter monasterium. de re iudi. & idem ferè fit in quacunque dispositione: vt ad saturitatem dicit Ias. in l. si quis antè. in iiij. col. ff. de acqui. pos. & ante eum etiam Ancha. in cons. clxxxviij. incip. visis. in pe. col. cur. in casu l. ab emptione. in fin. ff. de pact. vltimum pactum non seruetur. Nisi respondeamus, & admiratio cessabit, eritque limitatio not. ad l. pacta nouissima. & similes, id esse fortè, quia natura æquum non est quempiā cum alterius iactura locupletari: quod quidē absq; dubio ibidē esset, si seruaret, & male. l. nam hoc natura ff. de condi. inde. c. locupletari. de reg. iur. in vj. & hoc idem habuit originem à lege naturæ, quæ erat, vt alijs minimè faceremus, quod nobis fieri etiam nollemus: vt in c. j. j. dist. adeò vt qui temerario ausu secus fieri concupierit, repellatur, & iure merito: vt in l. in rem. in §. in omnibus. & ita etiam ibi summat Bald. ff. de rei vend. & hinc est, quòd prædoni etiam succurritur officio iudicis, quando aliquid sibi exceptionis via esset denegatum: vt in l. planè. ff. de petit. hered. Sed tamē vnū obseruetis velim, hoc non propterea intelligi debere de primæua lege naturæ: quoniam ea tunc omnia erant communia, ita vt non facilè adduci possimus, vt credamus hac ratione ab ea originem (vt diximus) habuisse, quod est notandum. vt in l. j. in §. huius studij. & in l. ex hoc iure. & vtrobiquè not. ff. de iust. & iur. cogita.

CCCCXIX.

1 *Mater multò plus diligit filium, quàm seipsam, nec pro filia ad iurandum admittitur.*

DIci solet patrem multo plus diligere filium, quàm seipsum vt in l. isti quidem. in §. fi. ff. quod met. cau. cuius dicti rationem alibi suprà & quam sæpissimè scrutari sumus, quam hic
1 non repeto. Sed nunc addo hoc idem in † matre, & longè magis verificari posse, quæ ante partum onerosa est, in partu dolorosa, & post partum laboriosa: vt dicitur in c. fi. extrà de conuer. in fid. & hinc est, quòd ad iurandum pro filia non admittitur: quia verisimile est eam falsò iurare debere: vt in l. videamus. ff. de in lit. iur. & propterea hoc loco exemplum pulcherrimum inserere haud dubitabimus, quo locupletetur huius legis veritas, quod est Alcibiadis, qui cum ab Atheniensibus è Sicilia citaretur, vt criminibus responderet, abdidit se, negans litigandum esse, si liceret effugere, subijcientibus alijs, non igitur confidis patriæ de te iudicaturæ. imò inquit ne matri quidem. apertissimum arg. non aliter dici posse, nisi vt declarauimus.

CCCCXX.

1 *Res quæ est mea, non potest amplius effici mea. fallit nume. 2. quæ sit ratio. nume. 3.*

TOta die dicimus, & est regula satis trita, quòd res, quæ qui-
1 dem† est mea, non potest amplius effici mea: vt in l. sequitur. in §. lana. ff. de vsucap. & in l. iij. in §. ex pluribus. ff. de acqui. pos. & in §. sic itaque. Insti. de actio. & fortassis ratione, quia sicuti natura in necessarijs minimè deficit, quam ars imitatur, inquantum potest: vt in l. adoptio. ff. de adop. ita in superfluis non abundat: vt l. qui bis idem. ff. de verbo. oblig. &
2 tamen videtur sing. & no. casus† in l. iij. & ibi Bart. & Bald. no. C. de his quæ vi met. ve causa fi. vbi res vendita efficitur emptoris: & tamen longo tempore præscribi potest, & sic sua iterum effici sua. & clarius in l. in bello. in §. si quis seruum. ff. de capti. & postli. reuers. vbi pari modo seruus alienus ab hostibus redemptus efficitur redimentis: & nihilominus vsucapitur.
3 Nisi respondeamus id† verum esse, quia dominium primitus acquisitum vtrobique reuocabile erat, ex quo oblato eodem precio, res & seruus poterant redimi: & sic minus plenum: ergo non mirum etiam si vsucapi ac præscribi possunt, vt id ipsum confirmetur, seu plenius ac pinguius acquiratur, aut acquisitum roboretur: & ita est tenendum: vt per Are. etiam in l. existimo. in prin. ff. de verb. oblig. & canonistas in c. cùm personæ. de priuileg. in vj.

CCCCXXI.

1 *Oratio quando sumitur ex uniuerso, si pars est falsa, an tota corruat.*

1 AD idem & in simili dicitur quotidiè, quod quādo† oratio ex vniuerso sumitur, si pars falsa est, tota corruit. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. per quem text. ita etiam dicit Baldus in l. qui cum tutoribus. in ij. colum. ff. de transac. & tamen non semper & absolutè hoc verum esse videtur, vt in l. de ætate. in §. nihil. ff. de interroga. actio. & sensit Alex. in l. j. in iiij. q. Bar. ff. de vulg. & pup. sub. & probatur clarius in §. si quis alij. & in §. alteri. Insti. de inutil. stipula. & in l. stipulatio ista. in §. alteri. ff. de verb. oblig. & in l. j. ff. de stip. seruo. vbi, qui alteri stipulatur, nihil agit: & sic oratio ex vniuerso sumitur, & pars falsa est: quia obligatio naturalis oritur stipulanti: & nihilominus dicendum minimè arbitror totam corruere. Ideò videnda sunt quæ aliàs congessi, & latius quidem in l. frater à fratre. in oppo. contra text. ff. de condi. indeb.

CCCCXXII.

1 *Actio quod metus causa regulariter non datur, nisi contra metum inferentem: quod tamen fallit interdum: quia datur contra eum ad quem res peruenit.*

DIxi alibi suprà quod licet rei depositæ deponens dominium & possessionē retineat. l. licet. §. rei depositæ. ff. depo. l. si seruus depositus. ff. de noxa. & not. in l. rei commodatæ. ff. commo. Attamen fallit quando deponitur pecunia, & illa eadem numeratur: quoniam dominium in depositarium transfertur: & hæc res notissimos depositi terminos egredi videtur: vt signanter dicit text. in l. Lucius. ff. depo. Placet nunc addere
1 simile, & est not. dictum in actione † quod met. cau. quæ regulariter non datur, neque competit nisi contra metum inferentem: & tamen plerunque notissimos ipsius actionis terminos egreditur, vt detur etiam contra eum, ad quem res peruenit: vt in l. iii. C. quod met. cau. quò fit, vt excedatur etiam à suis terminis: & est hoc quidem notabilius: quoniam personalis est, & longo tempore præscribi non deberet: & tamen præscribitur, vt ibi: quod perpetuò annotatu dignum obseruabis.

CCCCXXIII.

1 *Actione sua quem priuare, seu administratione, aut officio pœna est: intellige tamen si priuatio fiat propter delictum.*

1 PRiuare quem sua † actione, seu administratione, vel officio, est pœna. l. testamento centurio. ff. de manumiss. testa. authen. statuimus. C. de epis. & cle. capitul. j. de [illegible] va. qui contu. est in vsib. feu. inducendo tamen vt inducit Ro. in l. j. in §. si quis ipsi prætori. in iij. colum. ff. de noui. oper. nun. quod tamen tu intellige verum, & est not. declaratio, si priuatio facta sit propter delictum: quoniam aliàs non omnis amissio iuris sui pœna est: neque omnis lex priuans dicitur pœnalis: secundum Bald. in l. fin. in j. colum. C. de ope. liber. Et hac ratione alibi dicebat quidam in repe. l. frater à fratre. in vj. colum. in prin. ff. de condi. indeb. quod publicatis bonis patris non propterea erit publicatum peculium profectitium, cuius filius administrationem habet: quoniam ea priuaretur, & priuatio hæc, vt dixi, pœna est: nemóque ex alterius delicto puniri debet. l. sancimus. C. de pœ. l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffi. testa. capitul. non debet. de reg. iur. in vj. Sed puto ego animaduertendum, quoniam hac ratione etiam quilibet alius administrator comprehenderetur, nec bona venirent, quorum administrationem haberent: quoniam & ipsi pariter priuarentur ea, & ex domini delicto punirentur: & malè: & tamen hoc quàm absurdum sit, latet neminem. Et ideò ratio est, vt dicebam ego in euidentialibus, d. l. frater à fratre. quia in tanto infœlicitatis luctu, eidem loco alimentorum relictum videtur: & sensit Baldus in l. executorem. in ix. colum. C. de execu. rei iud. & est vltra eum ar. in l. j. in fi. C. de his qui ante aper.

tab.& in l.fin.C. de insti. & sub condi.fa&.& Insti. ad Tertu. in prin.& latiùs vt ibi.

CCCCXXIIII.

1 *Publicatis bonis filij ob delictum, publicatum intelligitur peculium castrense, seu quasi: non tamen intelligitur publicata legitima patris in bonis filij: nec contrà.*

1 CErtum est, si bona filij † ob delictum publicentur, publicatum etiam esse peculium castrense, vel quasi: vt. tenuit Ange. in l. si filius. ff. de dam. infect. aliàs publicatio nihil operaretur: contra text. in l. si quando. ff. de leg. j. & in c. si Papa. de priuil. in vj. Et maximè etiam quia si cedendo bonis patri præiudicat. l. pen. C. qui bo. ced. poss. multò magis eidem præiudicabit delinquendo: vt dixi in d. l. frater à fratre. respondendo arg. quæ pro opi. tenentium contrarium facere videbantur. ff. de condi. indeb. Sed tamen volo vos notare vnum, & memoriæ semper cōmendare: quòd nō propterea aliàs publicata hoc casu intelligetur legitima patris in bonis ipsius filij emancipati: iuxta not. in l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testa. Quemadmodum nec legitima ipsius filij publicatis bonis patris: vt in l. cum ratio. vbi text. not. & sing. ff. de bo. damna. & regula correlatiuorum indicat: cùm maximè diuersitatis ratio assignari non possit: vt habetur in l. fin. C. de indi. vid. tol.

CCCCXXV.

Vna & eadem res non debet diuerso iure censeri.

VVlgo dicitur, quod vna, eadémque res † non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. nec ibi assignatur ratio: ideò addas tu, & tene menti, id fortè esse, quia istæ diuersitates sunt odiosæ, & plenæ tristissimi euentus. l. ij. §. & cùm placuisset. ff. de origi. iur. & sensit Baldus. in l. omnes populi. in iiij. colum. ff. de iusti. & iur. Et quia etiam virtus vnita est fortior seipsa dispersa: vt in §. pe. in aut. de consangui. & vte. frat.

CCCCXXVI.

1 *Verbum improprietatem & fictionem significans si reperiatur in lege, sensus etiam erit improprius: fallit nu. 2. & quid si duplex uerbum improprietatem designans apponatur. nu. 3.*

1 SI in lege reperiatur † verbum improprietatem & fictionem significans, sensus etiam improprius dicitur, & fictus: præter
2 quam in † casu, quando esset appositum iuxta id, quod posset esse verum secundum veritatem: vt not. declarat Bart. in l. si is qui pro emptore: in xiiij. colum. in prin. ff. de vsucapio. & non
3 potest negari. Sed adde quod si id ipsum † duplex fuerit in ea appositum, nedum improprius, sed etiam impropriissimus appellabitur. casus est in l. id tempus. in §. j. ff. eo. ibi, quodammodo quasi hæres: ita Bald. in l. si abducta. in ij. colum. in fin. C. de furt. & post eum Ias. in l. si sic. in §. si quis ita in ij. colum. ff. de leg. j. Et ideò tu notabiliter inferas, & menti teneas, quod cum in l. fin. C. de impub. & al. substit. Imperator vtatur duplici verbo improprietatem designante, pœnæ, & intelliguntur: vt in §. ius autem gentium Insti. de iu. na. & in l. intelligendus. ff. de verb. sig. & in l. si familia. (reddendo singula singulis) ff. de iur. om. iud. pari modo non potest non dici, nisi quod impropriissimo etiam sensu filius (ad quod. l. illa allegatur) vna eadémque persona cum patre censeatur: & seruiet ad ea, quæ habentur in l. frater à fratre. suprà alleg. aliàs. ff. de condi. inde.

CCCCXXVII.

1 *Lis quando possit esse inter patrem & filium, & quando non.*

1 REgulariter inter † patrem & filium lis & iudicium esse non potest. l. lis nulla. ff. de iudi. capitul. si annum. per locum à speciali: eo. ti. in vj. Sed tamen scias velim hoc fallere, si nomine alieno agat: vt not. in d. l. lis nulla intelligendum tamen si commodum quoque alienum sit, quia posset commodum esse ipsius filij, & tamen nomine alieno agere, puta: virtute actionis sibi cessæ: quoniam hoc casu, non admitteretur: neque regula prædicta falleret: vt est gl. not. in l. actiones. ff. de actio. & obligat. & in l. si pater. in §. j. ff. de iur. do. vel si filia agat ad dotem, officium iudicis implorando: vt sensisse videtur Baldus nouel. in tracta. de dot. in vj. parte principali, in xvj. speciali in prin. aut filius alimenta petat, vt in l. si quis à liberis in prin. ff. de libe. agno. & non immeritò: licet glo. in d. l. lis nulla. non dicat: quia arg. de dote ad alimenta valet, & tenet: vt inquit Baldus in l. fin. ff. de his quib. vt indi. & in l. non omni. C. de admi. tutorum & in l. fin. C. de do. pro. & bene dixi alimenta, & non legitimam: quamuis dos loco legitimæ sit. l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. quia viuente patre legitima filio non debetur: & est mirabile ex suprà dictis, quòd filia petat dotem, & filius legitimam minimè, & probatur ad propositum in §. si verò an auth. de hæred. & Fal. & in l. fin. de lib. ang. & in l. Gallus. in §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. & in l. lex cornelia. ff. de vul. & pup. sub. & in l. si filius. ff. de verbo. obl.

CCCCXXVIII.

1 *Manu regia cùm omnia exequerentur iuregentium, illa eadem eo tempore erat loco actionis.*

1 MAnu regia † omnia exequebantur iuregentiū, antequàm proditæ essent iure ciuili actiones. l. ij. in princip. ff. de origi. iur. Adde not. verbum, & semper menti tenendum, quòd illa eadem eo tempore erat loco actionis: vt istò Venetijs: & apud Tartaros secundum Bart. in l. rerum quidem amotarum. ad medium. ff. de actio. rer. amo. & perinde ac si hodie princeps diceret, rescribens, summariè, de plano, & sine strepitu, atque figura iudicij procedas: quoniam solemnitas omnis iuris ciuilis sublata esse videretur: vt per eundem Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in ver. & figura. in fin. Et hinc est, cùm hæc eadem patribus famil. & dominis remanserit in filios & seruos. l. serui & filij. ff. de furt. l. j. §. habet itaque. ff. si quis testa. lib. esse iuss. sue. l. congruentius. C. de pa. po. l. in suis. de liber. & posthu. l. j. C. de emen. propin. l. j. C. de emen. seruo. l. j. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. locum. in fin: ff. de vsufruct. quòd de actionis seu obligationis ciuilis remedio prouidere necessarium non fuit: adeò vt nec ratione prædicta inter patrem & filium oriatur obligatio, nisi naturalis: quæ ad agendum est inefficax penitùs. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pactis capitul. primo & ibi notat de pactis in vj.

CCCCXXIX.

1 *Obligatio ciuilis non oritur inter patrem & filium, preter quàm in casu. & quæ sit ratio.*

1 MIrum maximè videtur, quòd inter † patrem & filium obligatio ciuilis (de naturali enim clarum est quòd oritur) oriri non possit. l. frater à fratre. ff. de condi. inde. & tamen dabo vobis casum in quo oritur: Puta in matre, seu patre transeuntibus ad secundas nuptias: quoniam bona eorum dicuntur filiorum primi matrimonij: & eis lucra tacitè obligata, reseruantur. Casus est not. in authen. nunc autem. in §. in illo. & ibi in specie Baldus. C. de secun. nup. minimè mirum, vt dicebam ego aliàs in d. l. frater à fratre. quoniam lex maximè odio habet transeuntes ad secundas nuptias. l. fœminæ. C. eo. Sed nihil est, quia bonis etiam priuantur. Et vltrà id verum, si nubant infrà annum luctus: vt in d. locis continetur. Ideò id ex alio esse existimabam, quia tacitè multa fieri possunt, quæ expresè tamen à lege prohibentur: vt in simili in iuramento calumniæ dicimus: quod expresè remitti non potest, propter formam. l. prolatam. C. de sen. & interlo. om. iud. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbo. oblig. l. ij. §. sed quia veremur. C. de iura. cal. & tamen tacitè fic. capitul. j. de iura. cal. Item clericus expresè priuilegio fori non renuntiat. c. si diligenti. c. significasti. de for. compe. c. contingit. de sen. excom. tacitè verò fic. c. Romana. §. contrahentes. de for. compe. in vj. & latiùs not. Ias. & Docto. in l. cùm quid. ff. si cer. pe. vel dicas id esse, quia facilius extenditur dispositio legis quam hominis. l. si cùm dotem. ff. sol. ma. l. si extraneus. de condi. ob causam. & not. Are. in l. ij. in ij. colum. ff. de leg. j. & in l. Gallus. in §. si eius. in penul. colum. ff. de libe. & posthu. & est menti semper tenendum.

CCCCXXX.

1 *Legatum per testatorem traditum legatario, potest reuocari per ipsum non autem legitima data filio. & quæ sit ratio diuersitatis. nu. 2.*

Maior

1 MAior admiratio est, quòd testator† si legauerit aliquid alicui, & id ipsum legatario tradiderit, possit reuocari: ex quo naturam donationis causa mortis assumit: vt in l. Lucius. j. & in l. legatum. ff. de leg. ij. & no. Bal. in l. j. in vlti. col. C. si quis omi. cām. testa. & tamen si pater assignauerit legitimā filio viuens, vt ab eo seorsum habitaret, non possit: quod ex eo videre licet, quia aliàs non posset obligari: & tamen obligatur: vt ille idem Bald. dicit, & declarat in l. cùm oportet. in §. non
2 autem. in fi. C. de bon. quæ libe. Sed nihil est, quamuis† ita tenuerint aliqui in d. l. frater à fratre. suprà proximè alleg. ff. de condi. in de. & malè: quoniam legitima est filij patrimonium, l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. l. testator. §. filiæ. ff. de leg. ij. succedens loco alimentorum. l. si quis à liberis. in prin. de lib. agno. l. cùm ratio. de bo. dam. ita vt pater assignando eam omne ius à se abdicauerit, & irreuocabiliter quidem: quod non est in legato, ex quo accessorium dicitur testamenti: vt not. in rub. de leg. ij. ergo sicuti testamentum reuocabile est. l. j. C. de sacrosanct. eccle. l. non vsque adeò: si quis à pa. fue. ma. l. iiij. ff. de adi. lega. ita erit legatū, traditione non obstante. l. cùm quis. ff. de re. iur. c. accessoriū. eo. tit. in vj. tene menti.

CCCCXXXI.

1 *Naturaliter obligatus si per errorem facti soluerit, repetit quod soluit: & an compensatio possit obijci, per totum.*

1 NAturaliter† obligatus si soluerit, repetit: quod intellige per errorem facti probabilis: quoniam aliàs non repeteret. l. naturales. ff. de actio. & oblig. l. naturaliter. ff. de condi. inde. l. frater à fratre. cum not. ibidem. ff. eo. & declarat Ang. ac Doct. in d. l. naturaliter. ita vt compensatio etiam obijci non possit. glos. est in l. cum is in §. j. ff. de condi. indebit. ergo & multò minus si obligatio fuisset ciuilis & naturalis. Sed tamen aduertendum est, quia primum videtur de directo contra tex. in l. etiam. ff. de compensa. Nisi respondeamus, vt per d. glo. quod cum lex, dicat debitum naturale repeti posse, ne imposita verbis, & non rebus videatur. l. ij. C. communia de lega. c. commissa. de elect. in vj. repetetur: nec obijcietur compensatio. Quod nihil est: quia non inconuenit plerunque eam esse inanem, & elusoriam, ac verbis impositam, & non rebus: vt in simili dicit Abb. in c. cùm ecclesia Sutrina. in viij. colum. de cā possess. & pro. & in c. tuis. in fi. de præben. & videtur tex. & ibi Bald. in fi. ff. de testa. & arg. optimum in l. prospexit. ff. qui & à quib. & adeò meliùs est si dicamus eam procedere in petente, & non in repetente: vt in d. §. j. Bar. in d. l. frater à fratre. in v. co. dicebat, si frater repeterit indebitè solutum, fratrem, qui mutuo nomine patris dederat pecuniam aduentitiam, seu castrēsem, & eum habebat obligatum actione negotiorum gestorū compensationem obijcere non posse. Nec tamen adhuc tutū: quia saltem videretur idem obstare exceptionem. l. dolo facis. ff. de excep. do. & sic compensationem effectualiter obijci posse. Sed & istud quoque nihil est: quia id verum putamus regulariter: nisi lex statuat contrarium: nimio aut odio, aut fauore: fauore, vt in casu. l. fin. in fin. C. de compensa. odio, vt in spoliato. l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam. de vi public. Sed repetens dicitur quodammodo spoliatus: vt not. in d. §. j. ergo Et propterea ad idem quoque gloss. in l. j. C. quor. legat. dicebat d. regulam in petitorijs, non etiam possessorijs locum habere: vt declarat no. Bald. in l. si socer. in §. Lucius. in fin. ff. solu. matrimonio.

CCCCXXXII.

1 *Filius datus peculium aduentitium, mutuo nomine patris, in casibus, in quibus patri non acquiritur vsusfructus, ipse patrem ratificātem an habeat obligatum actione negotiorum gestorum.*

MAximè mirandum est aliquos dixisse, post Bart. tamen in l. quæ dotis. in ij. col. ff. sol. ma. & quidem per text. in l. si seruus communis. ff. de do. int. vi. & vxo. & in l. Procula. ff. de pro
1 bat. cum filius mutuo† dat peculium aduentitium nomine patris alteri, in casibus in quib⁹ non acquirit eidem patri vsusfructus, vel castren. aut quasi, quod ipse patrem ratificantem non habet obligatum actione nego. gestorum: vt sensit Bar. in d. l. frater à fratre. in præalleg. v. col. sed quòd potiùs eidem donatio facta videtur, ex quo præsumptio hæc non cadit in patre: vt in l. si donatione. C. de colla. quod tamen esse deberet l. isti quidem in fin. ff. quod met. cau. ergo multò minùs in filio, nec secus dicit Barto. in loco præalleg. aut probant text. alleg. quoniam. l. si seruus. loquitur in donatione serui, quæ præsumebatur alijs concurrentibus, vt taciturnitate & consensu fratrum. de quibus ibi. & pari modo. l. Procula. quam ita etiam ibi intelligunt Doct.

CCCCXXXIII.

1 *Donatio facta filiæ dotis contemplatione ualet, nec onus fideicommißi in ea imponi potest.*

2 *Intellectus l. testator. §. filiæ. ff. de leg. ij.*

1 POstquam de donatione† mentionem fecimus inter patrem & filium, volo vos notare vnum memoratu dignum, quòd valet donatio aliàs facta filiæ contemplatione dotis. l. Pompo. Philadel. ff. famil. ercis. ita vt nec onus fideicommissi in ea imponi possit. l. perfecta. C. de donat. quæ sub mo. l. quoniam in prioribus. C. de inof. testa. l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. Quam
2 uis† videatur vrgere plurimum text. in l. testator. in §. filiæ. ff. de leg. ij. Sed nihil est, quoniam vt ibi dicunt Doct. tum vel maximè Bald. & non potest aliter solui, loquitur in filia instituta cum fratre, quæ ex hæreditate patris, & vltra dotem lucrū sentiebat. & est no. intellectus.

CCCCXXXIIII.

1 *Dictum legis particulare extenditur ad limites rationis generalis. fallit tamen. nu. 2.*

1 ET si dictum particulare † sit, vbi tamen ratio generalis est, idipsum ad ipsius rationis limites extendi solet: vt inquit gloss. vulg. in l. regula. in §. licet. & ibi Bartol. ff. de iur. & fact. igno. latè Ias. in l. licet inter priuatos, in ij. col. in fin. C. de pact. Et hac ratione fuerunt aliqui, (quod semper notandum est) qui dixere tacitam pupillarem in expressa vulgari contentam, ita excludere matrem in medio existentem, sicuti expressam. ponderantes tex. in l. Papinianus. in §. si conditioni. ff. de inof. testa. ibi, quia pater hoc ei fecit: quæ verba in vtraque verifica
2 ri posse videtur. Et† malè: (et est no. limitatio ad d. regulam) quoniā obsurditas maxima resultaret, & iniquitas ampliùs: vt dixi aliàs latè in l. precibus. C. de imp. & alijs sub. quò fit, vt ad expressam pupillarem tantum restringatur. & est argu. in l. non est nouum. & in l. sed & posteriores. ff. de legib. & in l. vt gradatim. in §. & si lege. ff. de mun. & honorib. & ita tenete: eòque magis, quia ita se habet etiam communis opi. à qua nisi disputationis gratia, nunquam est recedendum. vt legitur in c. j. de consti. & in c. capellanus de ferijs. & in l. prima. ff. de officio. quæsto.

CC CXXXV.

1 *Precibus frustrà imploratur, quod habetur à iure communi: bonum tamen est habere authoritatem iudicis. nu. 2*

VVlgò dicimus, fieri non debere, quod factum non releuat, l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. vt lega. no. caue. quale etiam est
1 aliud simile: frustrà† precibus implorari, quod iure communi conceditur: vt in l. j. C. de thesau. lib. x. & in l. in fi. ad municipa. & in c. j. de rescrip. vel pari modo euentum expectari nō debere illius rei, cuius effectus futurus est nullus: vt in c. cùm contingat. de offic. delega. & not. Abb. Panor. in c. cognoscentes. in pe. col. de consti. & Dyn. in reg. nullus pluribus. de regu. iur. in vj. Sed tamen obseruetis vnum volo, bonum consilium
2 esse quandoquè † iudicis authoritatem habere, etsi minimè necessaria sit: casus est multum not. in l. mulier fundus. ff. de lege commisso, per quem text. alibi Bald. dicebat, quòd esto quòd protestationes extraiudiciales valeant, quia natura earū est, cùm fiunt à parte parti, vt non sit authoritas iudicis necessaria: bonum tamē consilium esse (vt dixi) si quis etiam authoritate iudicis voluerit: in l. j. in §. nuntiatio. in prin. ff. de no. oper. nun. & est pro eo arg. in l. testamentum. C. de testa. & in l. quæ dubitationis tollendæ. ff. de regulis. iuris. & erit ampliatio ad text. in l. prima. C. de prædi. curial. lib. x. quam menti tenebis.

CCCXXXVI.

1 *Argumentum data instantia corruit: intellige tamen dum sit in materia. numero. 2.*

1 DAta † instantia (dici solet) argumentum corruit. gloss. est in c. sicut vrgeri. j. q. j. & in l. manumissiones quoque deiu-

sti. & iur. & in l. quia naturalis. ff. ad Macedo. & in simili in l. qui se patris. in ver. facultates. C. vnde libe. ibi dum dicit, fallit in seruis cognatis: quam ad idem inducunt Docto. verùm iudicio meo est text. in l. pluribus. in §. & si placeat. ff. de verbor. oblig. in §. pauonum. Institu. de re. diui. & in ca. ius gentium. j. distinct. Et sic non est proprium canonistarum, quos vt miseros ob id deridebat Saly. in l. precibus. in ij. colum. ad fi. C. de impuber. & al. subst. sed commune etiam Iuristis. Et hinc est quòd alibi Barto. in l. j. ff. de requir. reis. quem refert, & sequitur Præpo. Alexand. in repe. cap. per venerabilem. in §. quod autem. in cxxiiij. colum. in prin. extrà qui fil. sint legiti. eos tuetur: quoniam canones sunt optima ratione fundati. Et minimè mirum, quandoquidem ipse melius intellexerit: quam Saly. vel Cy. sophista: aut Pe. qui pari ratione semper Canonistas repræhendunt: vt refert etiam Abb. Pa. in cap. fin. in iij. & iiij. colum. de so. compe. & ita tenendum est. & declarandum amplius ita demum esse verum, si instantia † fuerit in materia: quoniam aliàs argumen. non corrueret: vt egregie docet Abb. Panor. in cap. constitutus. in iij. not. de appella. quod & si verum est, restringit multum generalitatem iurium, & glo. suprà allega. & malè. l. j. §. generaliter. cum vulg. ff. de leg. præstan. Nisi replicetur id omnimodo necessarium: qnoniam aliàs à simili non differret: vt in l. non possunt. ff. de legi. cum materia: & dixi ego in l. admonendi. de iureiu. Nec inconuenit legem generaliter loquentem restringi, si ratio subsit generalitatis restrictiua. l. quamuis. de in ius vo. l. j. C. de libe. præte. & no. Bal. in l. pactum. in iiij. col. C. de colla. & in authen. ingressi. in j. C. de sacrosanct. eccle. cogitabitis.

CCCCXXXVII.

1 *Argumentum ab eo quod non est uerisimile, est frequens in iure, & probabile: quod tamen non habet locum quando legis prouisione contrarium reperiretur statutum.*

1 ARgumentũ ab eo quod non est † verisimile, frequens est, & probabile in iure: vt in l. nõ est verisimile. ff. qđ met. cau. & in cap. quia verisimile. de præsumptio. & regulariter procedit. Sed tamen volo vos vnum notare, idipsum fallere, & limitari in casu, quando legis prouisione contrarium statutum reperiretur: vt puta, si frater fratri in eiusdem patris potestate existenti mutuo dedisset pecuniã peculij castrensis, vel quasi: nam non est verisimile fratrem creditorem velle patrem communem occidi, vt creditum consequatur: & tamen exceptio Macedoniani senatuscon. obstabit. quod videtur mirabile. l. j. ff. ad Macedon. aliàs sequeretur quòd cessante causa impulsiua de qua ibi, cessaret legis dispositio: quod non est dicendum. l. prima. §. sexum. ff. de postu. quod memoriæ commendabitis perpetuò.

CCCCXXXVIII.

1 *Lex generaliter loquens includit etiam personas priuilegiatas.*

1 AD id de quo suprà aliud nouiter addendum puto: vt lex generaliter † loquẽs, personas etiam priuilegiatas includat. l. in fraudem. §. fin. ff. de mil. testa. & ibi Bald. not. & est exemplum in filio, qui etsi non præsumatur (vt dixi) verisimiliter velle patrem communem occidi, & sic priuilegiatus in hoc, cõpræhenditur tamen à lege generaliter loquente: vt & ei etiam mutuo danti pecuniam fratri peculij castren. vel quasi exceptio senatuscon. Macedo. obijci possit, d. l. j. ff. ad Macedo. vel in eo qui sit integer vitæ, scelerisque purus, habente aliàs à lege priuilegium. vt inquit Bal. in capi. j. in fi. de archiepiscopo cantuarien. extrá vt lit. penden. & est argumen. in capi. sacrosancta. & in cap. massana. de elect. iunctis his tamen quæ habentur. in cap. his omnibus. 61. distinct. & per Sicu. in cap. adeò. in glo. pe. de rescrip. & aliquid in c. j. 57. dist. Et nihilominus includitur in d. l. j. non minus quàm superius: ratione tamen de qua ibi obseruandum.

CCCCXXXIX.

1 *Tutus exceptione Maced. si natusconsul. si soluerit, non repetit: & tamen tutus exceptione doli deceptus ultra d midiam, si rem tradat, repetit, & retinet, donec sibi iustum pretium suppleatur, & quæ sit ratio diuersitatis. 2.*

1 PRoblema est, cur † is qui tutus est exceptione senatuscon. Macedo. vt in l. j. & toto tit. ff. ad Macedo. si soluerit, non repetat. l. sed si paterfamil. §. fi. & l. sequen. ff. eod. l. qui exceptionem. in prin. ff. de condi. ind. ea scilicèt ratione, quia dicta exceptio odiosa est illi, cum quo agitur: vt clarè in d. l. qui exceptionem. dicitur, & tamen tutus exceptione doli vltra dimidiam deceptus, quæ parimodo odiosa est, si rem tradiderit, repetit, retinetque donec, & quousque iustum sibi suppleatur pretium: vt not. in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. & in l. ij. C. de rescinden. vend. & in capit. cum causa. de empt. & vend.

2 Soluendum breuiter hoc modo: vt dicamus † non esse verum exceptionem doli odiosam esse à principio, & semper, sed duntaxat tempore quo res ipsa petitur: quoniã dolus eo tũc etiam inesse videtur propter deceptionem. in exceptione verò Macedo. semper, & ideò non mirum si hac etiam parua differentia vna ab alia distinguitur, vt effectu etiam differant, & colligo ex his quæ habentur in locis præallegat. & amplius in l. qui se debere. ff. de condi. ob causam.

CCCCXL.

1 *Natura æquum non est, quem cum alterius iactura locupletari: quod infert ad quæstionem uenditoris, qui nomine emptoris soluit collectas: quoniam eas repetet.*

AEstimum hic non solet annotari, nisi de decennio in decennium: euenit quòd quis vendidit mihi domum, & tradidit, nec ratione prædicta fuit posita ad æstimum meum: sol-
1 uit venditor † collectas: an teneat ego eas sibi reficere? Dic quòd sic absque dubio, quamuis hoc mane aliqui contrarium dicerent: non plus rationis habentes, quàm asinus natura stolidus: tum quia natura æquum nõ videtur, quem cum alterius iactura locupletari: vt in l. nam hoc natura. ff. de condi. inde. & in cap. locupletari. de regul. iur. in vj. tum quia regulare est, vt qui fructus percipit, collectas etiam soluat: vt in l. si pendentes. in §. si quid. ff. de vsufr. & in l. omnes. C. sine cen. vel reliq. & in l. neque. ff. de impen. in reb. do. fac. & facit quod habetur in l. secundum naturam. de reg. iur. & in l. vnic. in §. pro secundo. C. de cad. tol. cum simil. & comperi decisionem in terminis, in l. si negotium. & ibi no. Alexand. C. de nego. gest. vbi plus dicit, quòd ego teneor etiam ante traditionem, & bene: quoniam à tempore venditionis fructus debentur. l. Iulianus. §. si fructibus. l. fructus. ff. de action. emp. & est argumrn. in l. ij. ff. de contrahen. empt. & Insti. de oblig. quæ ex contract. in prin. & non habet dubium.

CCCCXLI.

1 *Dominus olim etiam hodie præsumitur dominus: & tamen non sufficit in libello simpliciter se dicere dominum, nisi etiam se de præsenti dicat dominum. & quare.*

1 MIrabile dictu est, quòd esto quòd qui † olim dominus fuit, hodie etiam dominus præsumatur: nihilominus tamen satis non fit, si in libello se dominum simplieiter allegauerit: quoniam succumbet: nisi etiam se de præsenti dominum dicat: etiam quòd reus id ipsum confiteretur: gloss. est reputata sing. in l. certum. §. j. in ver. confessus: & ibi etiam Bartol. ff. de confe. quam ad idem exclamat Bald. & Alexand. clarius in l. si minorem. in ij. colum. C. de in integ. resti. & idem Alexand. in consi. clxxj. incip. in causa. in ij. colum. in vj. volu. post Bald. tamen in l. edita. in repe. padua. in xvij. colum. C. de eden. & hoc quia quamuis aliquid de iure præsumatur, id tamen debet allegari: vt alia gloss. dicit in clementi. appellanti. de appella. & in l. si adulterium cum incestu, in §. ijdem pollioni. ff. ad leg. Iul. de adulter. à quibus nec ego dissentio. Et infero amplius non semper esse verum quod dicitur in l. omnes. in §. Lucius. quæ in frau. cre. sufficere, si libellus præsumptiuè concludat. quia in casu isto præsumptiuè concludit: & tamen non sufficit. Nisi dicamus hoc ipsum esse, & regula procedet, quia fuisse dominum includit negationem de præsenti, quod contra naturam est rei vendicationis: vt idem Bartol. declarat, & bene. in d. §. j. ergo si non sufficit. Vel & aliter: quia factum ex quo præsumitur, est actoris proponentis: ita vt debeat etiam allegari: vbi aliàs regula procedit in facto alterius: ita Bartol. in l. cum quid. in vlt. col. ff. si cer. pet. tene menti.

CCCCXLII.

1 *Vendens merces, aut quid aliud Titio, fide habita de pretio, qui Titius statim fugam arripuit, extant merces, uenditor nihilominus in ipsis nõ præfertur cæteris creditoribus anterioribus.*

Fui in-

1 Fvi interrogatus hoc mane, si quis † vendidisset merces alicui, vel tale quid aliud, fide habita de pretio, & statim fugā arripuisset, mercésque extarent, an in ipsis cæteris creditoribus etiam anterioribus esset præferendus: Et ex tempore respondi quòd non mouebárque ratione naturali: quia iam in emptorem actu traditionis interueniente, dominium erat translatum. l. traditionibus. C. de pact. & sic non amplius merces venditoris dici poterant: ergo erimus quoque in casu regulæ. l. quoties. C. de rei vendi. & cap. qui prior. de reg. iur. in vj. cum vulga. & comperi posteà domum reuersus text. in l. quidā fundum. & in l. si pro patre. in §. si dictum. ff. de in rem ver. & in l. procuratoris. in §. planè. & in §. sed & si dedi. & in ver. & si quidem. ff. de tributo. per quæ iura potest Dyn. Bart. Bald. Ang. & Moder. Alexan. in terminis ita dicit in l. si cum dotem. in §. fi. in vlt. col. ff. sol. matr. & est menti tenendum.

CCCCXLIII.

1 *Tacens quando sibi præiudicet. & qando non.*

HAbetis singularem text. in ratione sui ad multa seruientē, in l. sicut in §. non videtur. ff. quib. mo. pig. vel hypo. so. vbi
1 creditor † tacens debitore distrahente, consentire minùs præsumitur: ex quo sciebat vbique ius sibi durare. quod tamen non est verum generaliter: quia alibi etiam (& est notandum) ratio hæc militare videtur, & tamen consentit, & sibi præiudicauit. casus est in l. Campanus. ff. de oper. lib. vbi seruus, cui libertas fideicommissaria relicta erat, sciebat ius sibi durare, ne operas præstare teneretur, & tamen (vt dixi) tacendo, nec recusando, sibi præiudicat. Et sic non semper etiam: verum est quod dici solet, rationem generalem legis efficere, si dictum particulare sit, vt idipsum ad rationis limites extendatur: vt in l. regula. in §. & licèt. & ibi per Bartol. ff. de iur. & fact. igno. quia ratio generalis est: & tamē restringitur ad dictum, de quo ibi: nec ad istud extenditur. & maximè mirandum est in casu d. l. Campanus. cum de libertate ageretur, quę si natura fauorabilis est, & cuius gratia exorbitant regulæ iuris communis: vt in l. j. & in l. si ita scriptum. ff de ma. testa. & in l. quia. §. j. in fin. ff. de alienat. iudic. mutand. caus. fact. Et ideò distinguendū est, & dicendum breuiter quòd aut de iure iam quæstio tractatur: aut de querendo in futurum: vt in primo casu quis nullo modo sibi preiudicet. & ita loquatur tex. in d. §. non videtur. secundo autem sic: vt in d. l. Campanus. Et non ab re, quoniam illud difficilius tollitur, quàm istud. l. qui autem. ff. quæ in fraud. cred. l. filius paciscendo. C. de pact. l. j. C. qui admi. cum simil. nec aliud dici potest: ideo menti tenebis.

CCCCXLIIII.

1 *Iudex si actori deferat iuramentum recusari non potest.*

1 SI iudex actori deferat † iuramentum, idipsum recusari non potest, nisi ex iusta causa: vt in c. fi. in prin. de iureiur. & in l. generaliter. in §. fin autem. C. de reb. credi. & non habet dubium: vt diximus aliàs nos in repe. l. admonendi. in euidentialibus latè. ff. de iureiu. & ibi quæ sit ista iusta causa. Nunc addere placet id, et si locum habeat, atque intelligatur, quando defert in probationis defectum, multò magis rerum esse, si deferre velit, quando idem ipse actor plenè probasset: quoniam nil aliud tunc agendum est, nisi reus condemnandus: nec ille superflua probatione onerādus. l. qui accusare. C. de eden. à contrario. d. c. fi. imò nec lex, nec consuetudo, aut statutum, hoc facere posset: quoniam rationabile non esset: vt in c. erit autem lex iiij. dist. & probatur ad propositum in c. sicut. de proba. quē tex. sing. dicit Gemi. in c. j. de iura. cal. & ipsum ad multa inducit Ias. omnino videndus in d. l. admonendi. & ipse pariter in repe. in xxxix. col.

CCCCXLV.

1 *Leges an & quomodò secundū naturam titulorum sub quibus situatæ sunt debeant intelligi*

1 QVotidiè dicimus, & idipsum obstrepit vndique, leges † secundum naturam titulorum, sub quibus situatæ sunt, intelligendas esse: probaturque optimè in l. Imperator. ff. de in diem adiec. & nihilominus quàm sæpisimè contrarium obseruauimus. Nam l. j. C. de pact. loquitur in transactione: & tamē titulus ad id non est congruus: quoniam verè & realiter aliud est pactum, & aliud transactio. l. si idem. C. de codicil. l. j. C. de iure empy. Similiter de milite dictū est in l. precipuus. C. de impuber. & al. sub. & in l. centurio. ff. de vulg. & pup. substitit. & de li. testa. Et de emphyteusi in c. potuit. de loca. quæ etiam à contractu locationis differt: vt ab alijs cōtractibus & sexcēta eius modi sunt: quæ hic aliter non scribo. Nisi ad primum respondeamus, vt dixi egò in d. l. j. in fi. Ad secundum verò quod imò titulus congruus est, ex quo de substitutione tractant: nec aliud inducant tituli, sub quibus situatæ sunt: etiam quod sit substitutio priuilegiata: vt in l. in fraudem. in §. fin. ff. de milit. testamen. Ad tertium & vltimum, id esse quia accedit potiùs ad naturam locationis, quàm alterius contractus: vt ibi per gloss.

CCCCXLVI.

1 *Iudex in quacunque parte iudicij, & quandocunque uoluerit, potest interrogare: & interrogatus tenetur respondere. fallit nu. 2. & 3.*

1 IVdex habet † latissimas habenas interrogandi in quacunque parte iudicij, & quandocunque voluerit: adeò vt teneatur interrogatus, & necessariò quidem, sibi respondere. l. vbicunque. ff. de interroga. actioni. per quem text. ita etiam dicebat Bald. in l. ij. in §. quod obseruari. in penulti. colum. C. de iura. cal. & Barto. in l. iiij. in §. hoc autem iudicium. in iiij. ff. de dam. infec. quamuis etiam conclusum esset in causa: quod videtur mirabile. vt in d. l. vbicunque. & in c. cùm Ioannes. de fid. instru. & per Spec. in tit. de renun. in prin. quem refert & sequitur Bald. in l. j. C. sen. rescin. non pos. quod non est in parte
2 admittendum, ex quo non † semper, neque indistinctè interrogat, nisi aduersus interrogatum actio ad ea instituenda sit oportètque vt æquitas adsit ex parte interrogantis, & vt in aliquo etiam releuetur, vt in l. j. ff. de inter. actio. & in d. l. vbicunque. & in cap. cùm contingat. (reddendo singula singulis (de offic. deleg. & not. Ro. in cons. ccxlix. incip. in casu. in princ.
3 Sed tamen scias velim, casum † etiam dari posse, in quo iudex partem minimè interrogat, vel si interrogat, illa eadem non tenetur respondere: quod pro limitatione suprà dictorum omnium semper memoriæ commenda, in agnoscente scilicet bono. posses. hodie, qui cùm possit simpliciter agnoscere, absque eo, quod iudex sibi aliquid decernat, interrogari nō debet ex qua causa agnoscat: ergo nec interrogatus tenebitur respondere. casus est in l. fin. C. qui admi. & not. Alex in l. quandiu. in ij. colum. eo. titu.

CCCCXLVII.

1 *In iudicio quasi contrahitur, & maximè per litis contestationē, sed quid in confessione. nu. 2.*
3 *Intellectus §. idem scribit. l. iij. ff. de pecul.*

1 QVotidie dicimus in iudicio † quasi contrahi, tum vel maximè per lit. contestationem, à qua ipsum iudicium formatum est: inchoatum verò per citationem. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. adeò vt dixerit alibi Bald. quòd tunc cùm non ampliùs res integrà dicatur, voluntas quoque mutari non poterit: sicuti nec alijs casibus. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matrimo. & not. in l. & quia. ff. de iurisdict. omn. iudic. & alibi in c. in presentia. in iij. colum. quòd ex isto quasi contractu insurgit obligatio in personam, & non in rem & alibi Alex. in l. j. in princ. ff. de edend. quòd si oblato libello etiam obscuro, & absque expresione causæ per reum non opponatur ante lit. contestatam: videtur se astrinxisse ad prose-
2 quendam causam super eo. Sed quæro † quid in confessione facta in iudicio, an posit reuocari? videretur dicēdum, quòd non, si quasi contrahitur, aliàs sic, haud quamquàm verum indistinctè: quoniam aut fit ad ipsius iudicij præparationem, & tunc reuocatur etiam ex certa scientia: aut ad lit. decisionem, & tunc nō reuocatur, nisi ex causa erroris. & sic regula. §. idem scribit. interpretabitur in decisorijs & (& erit intellectus) non etiam in præparatorijs. ita idem Bald. not. in l. is qui se obtulit. in ij. lect. ff. de rei vendi. tene menti.

CCCCXLVIII.

1 *Conciliatio l. habebat. ff. de instito. & l. Titianus. ff. quod cum eo.*
2 *Iudex appellationis ex noua causa sententiam confirmare poterit, reprobatis rationibus, quibus iudex principalis causæ motus fuerat.*
3 *Sententia lata cum expreßione causæ non iuuatur per alium, nisi appelletur.*
4 *Intellectus l. qui habebat. ff. de institor.*

1 DVas leges hodie† ad inuicem prima facie, & quàm maximè quidem contrariantes inuenimus: quarum prima est in l. habebat. ff. de institor. vbi quis tenetur ꝓbare id, ad quod se astrinxit: aliàs si verum non fuerit, nec idipsum probauerit, succumbit: secunda autem in l. Titianus. ff. quod cum eo. vbi totum contrarium legi videtur. Nisi respondeamus, & est verũ quòd ibi non astrinxerat se pars, sed iudex, cuius factum in causa apellationis corrigitur: & fuit concordia Bald. no. in l. circa. in lectu. antiq. in prin. ff. de proba. Et est text. multum
2 no. quòd iudex† appellationis ex noua causa sententiam confirmare poterit: reprobatis rationibus, quibus iudex principalis causæ motus fuerat. Vel & aliter, quòd sententia lata ex falsa causa in prima instantia, poterit in casu appellationis ex vera confirmari. Quod tamen intellige verum, (& est egregia declaratio) quando vtraque causa includebatur in primo processu, saltem implicitè: vt in d. l. habebat. & in l. Publius. ff. de pact. dota. & in l. hæreditas. C. de petitio. hæredi. Et ad pro
3 positum inde est quòd dici solet, quòd sententia lata† cùm expressione causæ non iuuatur per alium, nisi appelletur. l. qui testamento. & ibi Bald. in princi. vbi signanter allegat. d. l. Titianus. & eam dicit no. ff. de excu. tuto. Et hac ratione idem dici etiam deberet in restitutione in integrum quod tamen non est verum, vt inquit glo. quam ibi Docto. exclamat in l. si is ad quem. in prin. ff. de acqui. hære. Et erit ampliatio ad l. præfecti prætorio. ff. de mino. Et ad propositum l. habebat. cõsidera id etiam non esse generaliter verum: sed in casu duntaxat, quando ille qui se astrinxerat, non habebat intentionem fundatam de iure communi: aliàs estò quod non probaret, non propterea succumberet. l. qui accusare. C. de edend. & sensit gloss. semper menti tenenda in d. l. circa.

CCCCXLIX.

Agens cadit à causa ob actionem ineptè propositam, & idem in reo ineptè excipiente.

Reus an prohibeatur pluribus uti exceptionibus, sicut actor prohibetur plures eligere.

1 CErtum est, agentem† cadere in causa ob actionem ineptè propositam. l. j. ff. de offi. asseso. ergo idem in reo, & pari ratione, ineptè excipientè: quî eo tunc in exceptionibus actor esse dicitur. l. j. ff. de except. l. in exceptionibus. ff. de proba. & in terminis not. Old. de Ponte, in consi. cccxx. incip. breues. in ij. col. per text. in l. j. in §. Labeo. ff. de flu. Similiter pro dictæ l.
2 in exceptionibus. exornatione, addi† potest, quòd sicuti actor non potest plures actiones proponere, sed vnam de pluribus eligere. l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. ita nec reus pluribus vti defensionibus poterit: secundum Dy. in reg. nullus pluribus. de regu. iur. in. vj. Quod tamen tutum minimè videretur: ex quo fauorabiliores sunt actorib⁹. l. Arrianus. ff. de actio. & obli. l. fauorabiliores. de re. iur. Et maximè quia in eorum facultate est, quando prouocent, non autem reorum quando prouocentur: vt in d. regula not. & est arg. in l. si quando. C. de dilat. ideò cogita: & idem eadem ratione dic in actore replicante: qui reus in illis etiam est: etiam si essent contrariæ. quod videtur mirabile: vt dixi in lege. edita. C. de edendo.

CCCCL.

1 *Habitatione alicui assignata, si titulo lucratiuo, si incendio exusta sit, est periculum eius cui est assignata: si uero titulo oneroso, perijt periculo assignantis.*

1 ALicui certa habitatio† assignata fuerat: & his diebus casu incendio exusta est: quæsitum fuit cuius nam esset periculũ quidam dicebant primum illius esse, cui assignata fuerat: per text. in l. cùm hi. in §. fi. ff. de transac. alij verò contrarium, periculo assignantis perijsse: ipsũmque teneri ad assignationem alterius habitationis: nisi culpa habitanti possit imputari: vt in l. si quis domum. ff. loca. Tu dicas vtranque opi. esse verissimam: & distinctione posse concordari: vt si titulo lucratiuo assignata sit, prima procedat: si verò onerosa, secũda: ita Bal. & est (vt ipse etiam dicit. & bene) semper mẽti tenendum: in d. l. cùm hi. in d. §. fi.

CCCCLI.

1 *Iudex secundum allegata & probata debet iudicare, non secundum conscientiam, nisi sit à iure, aut ab actis informata. & nu. 3.*

1 *Iudex semper æquitatem præ oculis habere debet, dum tamen à lege approbatam.*

1 IUdex debet† iudicare secundum allegata & probata, & non secundum conscientiam. l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsid. c. iudicet. iij. q. vij. nisi illa eadem (quod nota) sit informata à iure, & ab actis: quoniam tunc idipsum erit, & poterit absque dubio: vt Alex. declarat post gloss. in l. bonorum. in fin. C.
qui admi. ad pono. posses. possunt. Et est simile, quoniam pari
2 modo dicimus† eum præ oculis æquitatem habere debere: vt in l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod cer. lo. & in l. placuit. C. de iudi. & in c. fi. de transactio. non aliter tamen nisi à iure informatam, ne lege clementior esse videatur: vt in §. oportet. in authẽti. de iudi. & fuit verbum Abb. Panormi. in c. ex parte. in ij. col. de offi. deleg. Vnde si nemo petat, nemo etiam condemnabitur. quamuis iudex certus sit, habeátque expressam, & euidẽtem scientiam: ergo multò minus si conscientiam, id est, tacitam & occultam cordis scientiã: quam nemo nouit, nisi Deus & ipse: vt not. in l. iurisgentium. in §. pactorum. ff. de pact. qui (vt diximus) eam nullo modo sequi debet: ex quo officium eius publicum est, & non priuatum. secundum Bald. in c. ecclesia sanctæ Mariæ: in iij. colum. de consti. Et hæc est ratio, vt ad Hæren. inquit Cicero, quòd apud eum non est deprecationi locus: sed apud senatum, populum, vel Imperatorem: qui sunt legum domini. l. princeps. ff. de legib. l. fina. l. digna vox. C. eo. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iac. c. cuncta per mundũ. iij. q. ix. cum similib. Et idem quod suprà dicendum est, si conscientiam habeat informatam per notorium: quoniam tunc poterit secundum eã iudicare: vt est gloss. in l. j. C. qui & apud quos. & not. Innocen. in capitu. ad nostram. de re iudica. & Angel. in authentic. de testib. in §. sancimus. & Paris de Put. in tracta. syndica. in ver. Iudex. in ij. col. & memoriæ commendãda sunt: ad declarationem. d. §. veritas.

CCCCLII.

1 *Inciuile est nisi tota lege perspecta iudicare: intellige tamen quoad substantialia negotij. &c. & ibi intellectus ad l. inciuile. ff. de legi. & numero. 3.*

2 *Testamenti aut statui particula si producatur, an fidem faciat.*

1 INciuile† est iudicare, nisi tota lege perspecta. l. inciuile. ff. de legi. & hinc est quòd si producatur particula testamenti, illa
2 eadem hac† ratione fidem non facit: neque particula statuti: secũdum Barto. in l. j. in §. fin. ff. de eden. quamuis contrarium suaderi posse videatur per tex. in l. argentarius. in §. edi. ff. eo. Sed facilis est sol. vt per Docto. in rubri. ff. de noui oper. nuntiatio. & in l. fin. C. de precibus imperatori offerendi. vnde alibi etiam Bald. in authenti. atqui semel. in iij. colum. C. de proba. post Ioan. Andr. tamen in c. vltra tertiam. de testib. dicebat ad propositum, quòd si quis attestationes in aliqua parte legisset, & non in totum, ex his non videretur dicta testium percunctatus: neque ipsius attestationis effectum sciuisse. Et alibi, quòd statutum totum debet diligenter legi, & vltimo eius verbo stari: in l. omnes populi. in 12. colum. in fin. de iusti. & iur. & probatur apertè secundum eum in c. contingit. de fide instrumen. quod tamen non est verum: & habebitis intelle
3 ctum ad d. l. inciuile. ex quo satis† est quòd substantialia negotij legantur, & intelligantur, etiam quòd totam scripturam minimè perspiciamus. l. j. §. j. ff. de his quæ in testa. delen. & no. idem Bald. in docto. capit. vltra tertiam. in ij. colum. de testib. à quo neque ego vltimo loco dissentio. Sed addendum prædictis etiam est, quòd iudices semper prę oculis literis aureis scriptum habere deberent, nonnullos esse minimè considerantes quæ cõsideranda sunt, adeò vt ea de re in erroris labyrinthum impingantur, & antè iudicent, quàm intelligant: antè culpent, quàm iterando dicta perquirant: & malè: vt in c. sciendum. xxix. distinct.

CCCCLIII.

1 *Delicta ne remaneat impunita, multa recepta sunt cõtra regulas iuris. quod exemplifica tripliciter.*

1 MVlta contra iuris regulas† recepta fuit, ne delicta remaneant impunita: iuxta l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & cap. vt famæ. de sententia excommunicationis. & alibi etiam latius suprà & in defensionibus diximus: tum vel maximè, quia videmus procuratoris vsus, quantum sit necessarius. l. j. §. vsus. ff. de procurato. & tamen in causis capitalibus, & vbi sangui-

nis po-

nis pœna ingeritur, videmus procuratorem non admitti:hac ratione inter cæteras.l.penul.§.ad crimen.& ibi no. ff. de publi.iudi.l.seruum quoque.§.publicè.ff.de procura.cap.veniēs de accusatio. Rursus statuta, & leges peccatum nutrientes nō valent.cap.fina.de consuetu.& tamen valent ex prædictis: puta si permittant bannitos interfici posse, & impunè quidem: vt not.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.& in l.vt vim.ff. eod. & in cap.quæ in ecclesiarum.de consti. Adde tu & tertio loco, quòd filiusfamil.nec olim,nec hodie habebat legitimam personam standi in iudicio.l.final. §.necessitate. C.de bonis quæ libe.l.j.in fin.C.de anna.except.cap. si annum. de iudi.in vj.& tamen habet aliàs cùm de delicto puniēdo agitur.l.si longins. ff.de iudic. & latè vt per me etiam in l.j.C.qui admi.ad bono. possess.possunt.

CCCCLIIII.

1 *Diei cuiusque maior pars est horarum septem, primarum diei, non supremarum. & quæ sit ratio.*

IN l.ij.in §.j.ff.de verbo.signi.dicit Paulus, quòd cuiusque diei maior † pars est horarum septem, primarum diei, non supremarum: vsu scilicet (vt ibi gloss.supplet) & vtilitate, ac laboribus hominum competentior, non spatio: sentitque alibi Vlpia. in l.ij.in fin.ff.de annu. leg. & ea ratione maximè, quia difficilius ascendit sol in mane, quàm descendat post meridiem: vbi multa etiā Andræas alcia. vir alioquin doctissimus, certè scitu digna adeò eleganter scribit, vt vix aliud, quod addendum sit, inueniatur: nihilominus quia perfecto spicilegio (quemadmodum Varro inquit) esse potest etiam vt festucula relinquatur: ex quo sapientes sciunt multa, non tamen omnia: idipsum ex alio comprobandum putabam: quoniam Aegyptij (vt Macrobius ait) Leonis signum in zodiaco domicilium solis appellant: ex quo Leo ex natura solis substantiam deducit, impetu & calore cæteris animalibus præstat: vt sol sideribus, & validior est pectore, ac priore corporis parte, degenerās posterioribus mēbris: vt solis etiam vis, quæ prima parte diei ad meridiem increscit: vel prima parte anni à vere in æstatem deducit: vel ad occasum qui diei, vel ad hiemen, quę anni pars esse videtur inferior.

CCCCLV.

1 *Merum imperium an in belluas cadat siue exerceatur.*
2 *Intellectus l.imperium.ff.de iurisdi.omn.iud.*

1 NOn parua esse solet disputatio inter Docto.in l.imperium. ff. de iurisdict.omn. iudic. an † merum imperium in belluas cadat. Quia pro parte affirmatiua, quòd caderet, videbatur casus in cap.mulier.xv.quæst.j.& tamen contrarium est verius: vt alibi dixi suprà: ex quo id factum ibi videtur, vt pecora tali flagitio contaminata indignam facti memoriam refricarent: vt tex.met.dicit.& sensit Archi.in cap. Cœnomanensem. 56.dist.nunc tamen aliud ad idem scitu non indignum addere placet, quòd Africani, alia tamen ratione, solēt captos Leones pro portis suarum vrbium crucifigere, vt cæteros pœnæ similis metu deterreant, ex quo eos quandoque adeunt, & iniuriam hominibus inferunt potissimum senectutis tempore, nō quòd merum (vt diximus) in belluas exerceatur imperium, quod est habere gladij potestatem animaduertendi in homines facinorosos, & non belluas: nisi rationibus suprà dictis, qđ ab his, qui de animalibus scribunt, authoribus grauissimis hausimus: notandum perpetuò. Et ad idem sciendum est adhuc
2 pro d.l.imperium. declaratione, quòd † ex hoc, cùm dicimus merum imperium esse, habere gladij potestatem, idipsum à mixto separamus, & appellatur apud Dialecticos differentia, quæ nihil aliud est, nisi propria rei nota, certam cum genere speciem constituens: acsi diceremus, homo est animal rationale: vel vt nostri dicunt, vt mandatum, quod voluntarium est: vt in l.j.ff.mand.à iussu, quod est necessarium, separatur.l.j. §.j.ff. quod iussu.

CCCCLVI.

1 *Sanguinem suum qualitercunque unicuique licet redimere, etiam mendacio & calumnia, sed tamen alteri non permittitur. quod infert ad aduocatos, qui contra conscientiam pro liberatione hominis non debent dare consilium.2.*
3 *Ciuitas nulla fœlix esse potest, nisi ubi cum prudentia sub iustitia uiuitur.*

1 VNicuique licet † redimere sanguinem suum.l.j.ff. de bon. eo. qui sibi ip.mor.consciue.& maximè notandū est, dum dicit, qualitercunque, quod alibi quoque pōderauimus, quia mendacio etiam id fieri, & calumnia permissum esse videtur: vt sentit Bart.in l.j.in ij.colum. C.de lit. contest. imò per fas & nefas: vt not.in l.j.ff. ad leg.Iul. ambi. & non habet dubium.& inde est, quòd Abraam mendacium dicit Aegyptijs, vxorem periculo adulterij committens, sororem sibi asserens, hac ratione, & quia homo in vitæ discrimine constitutus ad sui liberationem agere debet id, quod potest secundum vitam humanam: vt Gene.ca.xij.legitur.quod & in l.transigere. C.de transact.& in collectaneis.l.vt vim. quas propediem videbitis, ff.de iustit.& iur.latius explicauimus. Sed quæritur, quia dicit tex. sanguinem suum, an liceat alteri hoc idem facere, maximè in criminalibus, & cùm de hominis, vt diximus, vita agitur? Abb. in cap.super eo.de vsu.dicebat, quòd non: inferens ad aduoca
2 tos consilium † dantes contra conscientiam pro liberatione hominis captiui: adde quòd iustitia inde etiam lædi videtur, quæ est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuens: vt in §.j.Insti. de iust.& iur.& in l.iustitia. ff.eo. vsq; adeò vt in ij.de legi.dixerit Plato, malignos pœnis vexandos esse, non quia peccauerint, quia facta infecta esse non possunt, sed vt posthac, & peccatores ipsi, & qui puniri iniquitates viderunt odio iniustitiam habeant, & minus peccent. & alibi Epistola
3 vij.ad Dionem, quòd Ciuitas nulla † fœlix esse potest, nisi vbi cum prudentia sub iustitia viuitur exemploq; potest comprobari Lysimachi Agatoclis filij, qui, quoniam Calisthoni Philosopho in fouea concane simul inclusa Alexandri macedonis iussu, ad miseriæ remedium venenum præparauerat: Leoni obiectus est, quamuis egregio facto postea (historia nota est) ferā exanimauerit. Tamen scias velim alibi gloss.distinxisse mendacium & calumnias hoc casu viro alioqui perfecto non licere alijs autem sic: quibus veniali peccato idipsum ascribatur: in capitulo ne quis. xxij.quæstio.ij. prima tamen tutior est, & tenenda.

CCCCLVII.

1 *Seruus salutem domini suæ præponere debet: (lex enim eum pecudibus cōparat:) exemplo Bucephali Alexandri.*

1 ALibi diximus salutem † domini à seruo suæ præponendā. per tex.no.in l.j.in §.iuxta.ff.ad sillania. quod certè pro limitatione.l.præses.notandum est.C.de serui.& aqua nunc aliter non repetendum, sed adde pulcherrimo exemplo comprobari posse, considerando quòd lex seruum ipsum pecudibus comparat: in l.ij.ff.ad leg.Aquil.& dici sic, ipsum. ad id teneri, non secus ac Bucephalus Alexandri: qui, cùm ipse bello syndico in medios incidisset hostes, iactis vndique in regem telis, non prius ipsum remisit, quàm sessorem è medijs hostibus viuacissimo cursu, licet exanguis, & iam semimortuus, retulerit quo facto domini superstitis iam securus, animam efflauit: & ea de re ac non immeritò idem Alexander Ciuitatem Bucephali in sui memoriam gratus nominauit, vt author est Soli.

CCCCLVIII.

1 *Minima aliquando curanda, & non semper contemnenda.*

1 NVllus est qui nesciat, minima † curari non solere: idque à Iureconsultis vsurpatum esse quam frequenter, tum vel maximè si restitutione in integ.petere quispiam velit: vulg. l.scio. ff. de in integ. resti. & ad idem refertissimum tractatum de minimis confecit suo tempore vir clarus Anto. Corse. Et est verum, vsque adeò vt Aristo. dixerit (quod ad propositum huiusce rei conducit plurimum) non videre quædam melius esse & nobilius quàm videre, quem interpretando Arabs Auerroes ait, ignorare vilia, meliùs esse quàm scire: erátque eorum argumentum: qui Deum optimum maximúmque vilia non cognoscere asserebat: ne suæ diuinitatis intellectus vilescat: optima ratione ab omnibus Christianis. improbatum, ita vt hoc casu regula fallat, & alijs quàm pluribus: ex quo videmus etiam quod modica differentia facit censeri ius diuersum à iustitia: vt modicum fermenti, quo tota massa corrumpitur. secundum gl. in l. si vnus.ff.de pact.& ad propositum no.in l.j. ff.de iust.& iu.& in c.quod in dubijs.de cōsecra: eccle.vel alta. vnde non ab re parua scintilla contempta, quandoque maximum suscitauit incendium: exemplóque nobis est Draco, in oblectamentis Tiberij Cæsaris (vt ferunt) à formicis absum-

ptus:seu Coluber,qui nudum reformidat hominem: aut Leo, quem dicunt Gallinaceorum cristas, magisque etiam cantus timere:ne Elephas excipitur, qui murem abhorret: & musca rum tedio afficitur:quemadmodum tabanis vaccæ. Rursus Asinus abiectus est, & natura stolidus,ac ad solam hebetudinem genitus: & tamen aliqua in re prodesse potest,ex quo eius iecur.& vngularum cineres comitialibus morbis maximè confert: ossáque fracta & concocta contra leporis marini venenum dari solent, & lac non solùm cutis nitorem prouocat, verùm etiam qui biberit, podagra liberabitur: omnia despicimus: sicuti etiam contra regulam leges quandoque ea curasse videntur, vt alibi, aliter tamen, ne his naturæ exemplis admirabilibus diximus: quia si simul iungantur, efficient protinùs vt nihil, quod ad hanc regulã vel vtile, vel pulchrũ sit, omissum esse videatur.

CCCCLIX.

1 *Argumentum à comparatis frequentißimum esse multis exemplis commonstrat.*

PLeraque etiam de argumẽtis quibusdam, quæ succurrunt, seu locis topicis, carptim tamen, & quodammodò per trãsennam (vt aiunt) dicendum est, tum† vel maximè de eo, quod
1 à comparatis in iure est frequentissimum: sumptum ex l. vbi autem non apparet. ff. de verbo. obliga. ibi, bono melius inueniri potest. & ex decret. per tuas. de simo. ibi, ad cuius comparationem cætera crimina quasi pro nihilo reputantur: quibus excessus vti etiam natura est arg. inter casus comparatos designatur, vsque adeò vt comparatio non cadat, nisi inter plura, & locum habeat dummodo non stet in vim positiui: secundum Sal. in l. maiorem. in prin. C. ad leg. cornel. de fal. & omnes planè fatentur: nec habent dubium. Et exemplificari potest latiùs, & dici hoc modo ipsum intelligi debere, nocentẽ condemnare oportet, ne delicta impunita remaneant. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. c. vt famæ. de sent. excom. Item absoluere innocentem, ex quo pœna ibi esse non debet, vbi non est delictum. l. sancimus. C. de pœ. c. cognoscentes. de consti. Sed tamen comparatiuè loquendo, meliùs est nocentem absoluere, quam innocentem cõdemnare. l. absentem. ff. de pœ. Rursus, tam omittendo, quàm faciendo delinquimus: quod sanè negabit nullus: & nihilominus cõparatiuè, maius delictũ est in faciendo, quàm in omittendo. l. si mora. ff. sol. ma. in tantum vt arg. de eo quod consistit in faciendo, ad id quod consistit in omittendo, non valeat: vt dicit Bar. in l. licet. in §. fi. ff. de pœ. & tetigi ego. in l. vnica. in vlt. lect. C. de sent. q̃ pro eo. & idẽ de culpa, q̃ in faciendo præponderat culpæ in omittẽdo: dicebat Bal. in l. si ambo. in fi. prin. ff. de cõpensa. Dicimus itẽ & vltra, bonũ esse pignori incũbere, & in personã quoq; agere, ex quo vtroq; modo iuri agentis cõsulitur: sed tamen id lõgè meliùs quàm istud. §. furti. Insti. de oblig. quæ ex delic. multóque magis cautè agere pauca, quàm multis interesse periculosè: vt in authen. de tabellio. circa med. Item furtum esse graue, graue item & adulterium: sed comparatiuè istud illo longè grauius: quo modo intelligi debet, quod in prouerb. legitur. c. vj. culpa, cùm quis furatur: cùm impossibile sit adulterium esse sine macula culpæ: vbi aliàs furatur quis, vt esurientem impleat animam: vt ibi. Vel & sic, cælum, terra, & cætera bona sunt, sed Deo comparata, quasi nihil: vt lucerna in solis comparatione, & eo iam orto, stella: & hoc est quod Ecclesiast. c. j. dicitur, vanitas vanitatum, & omnia vanitas: id est, elementa aspicio: multiplicémque rerum varietatem admiror, ac operum multitudinem: sed cogitãs transire omnia: & suo fine senescere: solúmque Deum esse semper, cogor dicere, vanitas vanitatum: &c. Et hæc pro nunc erunt satis.

CCCCLX.

De argumento à genere ad speciem, & de toto ad partem.

EST insuper & aliud, à genere † ad speciem, cuius exemplum desideramus quàm sæpissimè, sed id vnum (alia mittentes) præcipuum sit vobis, varium, & mutabile quiddam est fœmina. c. forus de verbo. signi. ergo Dido etiam varia, mutabilisque videbitur: & quæ ex amore in odium potuerit commutare quale est etiam & illud Cice. in Verrem: nam cùm omnium prouinciarum, sociorumque rationem diligenter habere debeatis: tum præcipuè Siciliæ ô Iudices. aut aptius secundum nos in l. legatis. ff. de ali. & ciba. lega. & in l. alienationis verbo ff. de verbo. signi. & in c. nam concupiscentiam. de consti. vbi iura clara: & ferè idem est quod argumentum à toto: quod tamen ab isto differt: quia affirmatiuè valet: vt puta si domus est, vtique fundamentum est, atque paries: non econtra: nisi omnes partes enumerentur: ex quo non rectè dicet quispiam est paries, ergo est domus: à genere autem ad speciem non arguitur affirmatiuè: sed à specie ad genus sic. l. j. ff. si cert. peta. l. si quid earum. §. interemptum. ff. de leg. iij. cum simi. sensitque Stepha. de fede. in tracta. de interpreta. iu. & adeò benè, vt nil amplius possit desiderari: in j. parte: & nos quoque latius in dicta l. j.

CCCCLXI.

1 *De argumento à comparatis.*

ET si suprà proximè apophtheg. 459. arg. à comparatis suffi-
2 cienter † declaratum sit, attamen addenda etiã nunc alia, quæ succurrere putauimus: quibus ostendatis cùm opus fuerit, exempla vocis non deesse, sicuti nec Ioui (vt aiunt) fulmina: quoniã in mutuo speciale est: vt per liberam personam alteri quæratur. Item & in deposito, vt dixi in l. singularia. ff. si cer. pet. sed tamen in mutuo specialius: ita Salyc. in l. si absentis. in j. col. C. si cert. peta. Rursus in cõtractibus stricti iuris, bona fides requiritur, non minùs in contractibus bonæ fidei l. bonam fidem. C. de actio. & oblig. sed comparatiuè potius eo casu desideratur quàm isto. l. si dolo. C. de rescin. vend. l. iij. ff. pro so. & not. Bar. in l. sub prætexu. j. in vlt. col. C. de transac. & hoc est quod aiũt, vnum simile esse maius altero: hoc ipsumq; attendi debere: in l. de quibus. ff. de legi. & opposita iuxta se posita magis elucescere. l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. Et ampliùs minores fauores, habito respectu ad maiores, puta mulieris vtentis, velleia. & minoris, odia reputantur l. si apud. ff. de minorib. per quem tex. ita etiam dicebat Bal. in j. c. in præsentia. in iij. col. de proba. Item fisci & pupilli: vt in l. si tutores: & ibi not. C. de compensa. & dixi ego in l. j. C. de eden. Et pacti denique ac stipulationis, in quibus ius versari dicitur, sed comparatiuè & respectu stipulationis in pactis factum: secundum Bald. in l. si vnus. in §. pactus. in iiij. col. ff. de pact. & videtur bonus text. in c. vnum orarium. 25. dist. ibi: cuius comparatione cæteri grex dicantur. Et simile in lege Deutero. in qua concubinam habere licebat, non simpliciter tamen: quia in decalogo omnis fornicatio erat prohibita: sed comparatiuè: ex quo minus malum erat quàm mœchari. quamuis vtrunque malum sit: vt in c. meretrices. 32. q. iiij. & in c. offerrebat. 32. q. vij & in c. Dauid. 22. q. iij. & in c. duo. 13. dist. & in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aqui. perinde & nouissimè, ac si diceremus, Titius est albus, sed respectu Cygni, & comparatiuè, niger. Vel sic, Nestoris tanta est foritudo, vt Agamemnon optauit potiùs quinque Nestoras, quàm Aiaces decem: etsi etiam ipse esset fortissimus miles: aut si in hoste Peni crudelissimi iudicati sunt (de M. Attilio regulo intellige: cuius historia nota est) quanto crudelior Dolobella in C. Trebonio ciue, Asiæ præfecto interficiẽdo debet iudicare.

CCCCLXII.

1 *De argumento à coniunctis.*

2 *Signorum quædam necessaria, non necessaria alia, & quæ utraque sint.*

1 EST etiam arg. à † coniunctis: cùm dicimus multa iuuare, quæ nõ prosunt singula: vt in l. ij. in §. ætas. de excusatio. tuto. & declarauimus alibi suprà quomodo intelligatur. adde nunc, signorum (hæc enim pars artificialis probationis dici-
2 tur) quædam † necessaria esse, quædam non Necessaria, cùm hominem viuere, quia spirat, vel quia non spirat, esse mortuũ asserimus: aut tale quid aliud, quod nulla tergiuersatione celari possit, demonstratione euidentissimum: vt in c. vestra. de cohabi. cleric. & muli. & in c. olim. de verborum significatio. non necessaria verò, si cædem ab eo factam affirmemus, quẽ fugientem vidimus, aut cuius vestis cruenta inuenta sit: vel pauperẽ furem, quia sumptuosè viuat: quæ omnia nos coniecturas, seu verisimiles appellamus, minimè probantes: aut iudicium facientes: si per se fuerint: si verò simul & coniunctè sic cùm virtus vnita sit etiam, (vt dici solet) seipsa dispersa fortior. in authentica de consangui. & vte. fra. in fin. & non habet dubium.

Argu-

CCCCLXII.

1 *Argumentum de prælato ad tutorem non ualet. fallit in casu, uide infrà apophth. 465.*

SOlet quoque dubitari: nunquam arg. de prælato ad tutorem valeat: & multa hincinde etiam congeri vsque ad stomachum. Nihilominus scias tu † non valere: ex quo prælatus minus legitimus, qui de iure administrare non potest (de facto enim dubium non habet, posse) administrat tamen in casu vtilitatis, & necessitatis ecclesiæ: Tutoris aût persona nunquã legitimatur, nisi per iudicem. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. ij. & ibi no. ff. de iureiu. c. querelam. de electio. c. in literis. de resti. spolia. l. j. §. idem Pompo. (singula singulis reddendo). ff. quod fal. tu. autho. Considerando etiam in prælato reperi quasi possessionem prælaturæ: in tutore autem non; sed actum exercitij tantum: aliàs si in eo reperiretur, haberet etiã fructum quasi possessioni correspondentem: quem tamen nõ habet, vt lucrifaciat: prælatus autem sic. Bald. & subtile dictũ asserit, in l. si is qui. in fin. ff. de eo qui pro tuto. ergo nullo modo valebit. Dubium tamen facit vt valeat, quia sicuti si prælatus deteriorem conditionem ecclesiæ fecerit, vt omittendo, tenebitur ad emẽdationem damni, hæres. c. placuit. ij. 16. q. iij. ita etiam tenebitur hæres tutoris. l. quicquid. C. arbit. iu. Et sicuti ille quasi dominus dicitur. c. ij. de dona. ita etiam dicitur tutor. l. qui fundum. §. tutor. ff. pro emp. l. si fundus de cõdi. & demonstra. l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furt. Sed nihil est, quoniam omninò pinguius ius habet prælatus quàm tutor, vt inquit Abb. in capitu. edoceri. in secunda. columna de rescriptis. & in capitulo. licet Heli. de simo. & in capitulo. cùm olim in pen. de priuileg. & ita est tenendum.

CCCCLXIIII.

1 *Argumentum de tutelis ad testamenta, ualidum.*

1 QVid de tutelis † ad testamenta an argumentum valeat? dic quòd sic. idque ex eo potissimum, quoniam spes hæredis instituti excludit spem venientium ab intestato. l. quamdiu. ff. de acqui hæred. l. antequam. communia de suc. & declarat Alex. in consil. cxxj. incip. viso processu. in ij. col. in j. volu. ita spes testamentarij tutoris excludit spẽ legitimi, & veniẽtis ab intestato. casus est in l. si quis sub conditione. quam in materia tutelarum ibi cæteris meliorem dicit Bald. in princi. ff. de testa. tutel.

CCCCLXV.

1 *Argumentum de tutore ad prælatum. ualet uno casu.*

1 DE tutore ad prælatum dixi suprà arg. non valere. adde nũc quod fortè valebat † in casu, quia, quemadmodum tutor nõ potest alienare bona pupilli sine decreto interposito bona fide, & non per obreptionem, nec etiam prælatus poterit absque eo alienare bona ecclesiæ. l. j. in prin. & ibi no. ff. de reb. eo. & hoc propter formam traditam à lege, quæ à nullo omitti potest, etiam in actu fauorabili: vt in l. qui Romæ. in §. Flauius. ff. de verborum. obligationibus. & in l. constitutionibus. ff. ad mun. & in l. certa forma. C. de iure. finali. libro. decimo.

CCCCLXVI.

1 *Forma dicitur à lege tradita, cùm in ea reperitur clausula decreti irritantis, seu annullatiua.*

QVia de forma proximè suprà dictum est nescio quid, adde nunc, & obiter quidem, eam maximè traditam esse à 1 lege cum in † ea clausula decretis irritantis, seu annulatiua (quod idem est) apposita reperitur vt dicunt docto. in l. j. ff. de libe. & posth. vsque adeò vt actus nullus sit, si (vt diximus) non seruetur d. l. cum hi. d. §. si prætor. ff. de transact. Sed dubito an necesse sit petere ipsum annullari ea ratione, quia seruata nõ fuerit? dic quòd non: vt in l. quæ sub conditione. in §. fi. ff. de conditio. institut. Et in simili de testamento nullo præteritione filij. in l. posthumo. C. de bonorum possessione contra tabulas: & est verum. Sed tamen scias allegari saltem debere: vt de notorio alibi inquit glo. in clem. appellanti. de appellat. & in l. si adulterium cum incestu. in §. secundo. idem Follioni. ff. de adulter.

CCCCLXVII.

1 *Arg. de tutore ad procuratorem non ualet.*

SImiliter quia de decreto sumus loquuti, ad argumenta rede1 untes, sciendum est † de tutore ad procuratorem non valere quoniam in tutore decretum requiritur. l. fi. C. arbit. tutel. procurator: autem sola voluntate constitui solet: ita Bald. in l. fi. ff. de contraria actio. tu. & non potest negari.

CCCCLXVIII.

1 *Argumentum de hospitalarijs ad episcopum, aut contra non ualet: & quare.*

1 ARgumentum de hospitalarijs † ad episcopum, vel econtra, non valet: quoniam hospitalarij tenent locum curatorum & vendere non possunt bona hospitalis sine ipsius episcopi decreto. l. orphanotrophos. C. de episcopis, & clericis imò plus nec administrare, nisi inuentarium conficiant: ad differentiam patris in bonis aduentitijs filij, qui liberam habet administrationem: vt nota. in l. cùm oportet. in §. non autem. in princip. C. de bonis quæ liberis. & per Specu. in titul. de instrumen. edi. in §. fin. in v. column. episcopus autem vendit tãquã pater pauperum, & decreto non indiget: quoniã oportet id ipsum à se ipso accipere: haudquaquam dicendum. c. fin. de insti. l. ille à quo. §. tempestiuum. vbi bon. tex. ff. ad treb. l. in emptione. §. fi. ff. de contrahen. emp. & probatur ad propositum in §. si quis. in authẽ. de eccles. titu. & sensit Bald. in l. si prædia. C. de reb. eo. æquiparantur tamen tutoribus, eorumque officio funguntur. vt in §. finali, in authentica. de eccle. tit. in principio.

CCCCLXIX.

1 *Prælatus in bonis ecclesiæ, & pater in bonis filij æquiparantur, & de uno ad alium ualet argumentum.*

1 DIximus supra de prælato † ad tutorẽ arg. non valere: quid de patre, an prælato æquiparetur. & valeat argu. de vno ad alium? Dic breuiter quòd sic: quia prelatus vtitur rebus ecclesiæ. & ex eis percipit victum, comparaturque vsurario. vt in c. ij. de dona. & in c. fi. de pecul. cle. & not. in c. cùm ab omni. de vi. & ho. cle. Et idem facit pater in bonis filij. l. j. C. de bo. ma. & suprà proximè dictum fuit: adeò vt ab eis procurator etiã constituatur ante lit. contestatam: quod in tutore non est vsquequaque considerabile, aut dicendum: & in specie sentit Alexand. & bene, in l. neque tutores. in secunda columna. C. de procura.

CCCCLXX.

1 *Argumentum de procuratore ad curatorem non ualet.*

1 QVid de procuratore † ad curatorem, an valeat? Responde quòd non: quia curatoris officium non finitur anno 25. nisi ipse, vt suspectus remoueatur, & sic ad voluntatem reuocari nõ potest procurator autem sic. l. tutores. C. qui tuto. dar. poss. l. prima. C. de satisda. l. ante litem. ff. de procuratoribus. Et hinc dicimus (hæcque alia erit differentia, quia demonstrabitur omninò valere) quòd maritus potest esse procurator vxoris, sed non curator. l. maritus. C. qui tu. da. po. l. secunda. & ibi idem Alexand. not. C. de procurat. ergo non valebit.

CCCCLXXI.

1 *Argumentum de appellatione ad restitutionem in integrum an ualeat.*

1 DVbium est an argumentũ de † appellatione ad restitutionem in integ. valeat? & magis communiter concludi videtur non valere, idque ex eo maximè, quia appellatio extinguit & suspendit pronunciatum: extinguit inspecto præsenti statu: suspendit verò respectu futuri: quia potest sententia confirmari per desertionem appellationis: vt declarat Alexand. in l. prima. in principio. & de re iudica. vsque adeò vt si secundò appellatur appellatio non releuet: quia semel suspensum aliter suspendi non debet. secundum Bartol. in l. cùm procurator. in §. primo. in prima columna. ff. de no. oper. nuntia. q tamen minus rectè dictum videtur: & cõfundit per text. in l. sed si manẽte. ff. de preca. & in l. Valerianus. ff. de preto. & in specie

ipsum reprehendit Bald. in c. j. in §. sancimus. in ij. col. quo tempo. mil. in vsibus feudo. extinguit igitur & suspendit: nec prima appellatio absorbet secundam: vel etiam millesimam, si fiat infra. x. dies. in integrum restitutio verò suspendit tantùm: vt dicit Bar. in l. illud. ij. ff. de appellatio. & in l. j. C. si aduer. lib. & Alex. in l. si causa cognita. in prin. C. de transa. Sed dic tu ꝙ est tex. non. in l. præfecti etiã prætorio. ff. de mino. vbi præfectus ꝑtorio restituit, & tñ ab eius sententia nõ appellat. ex quo appellatio iniquitatem sententię continet: & restitutio in integrum est erroris proprij veniæ petitio, vel aduersarij circumuẽtionis allegatio. & in l. j. & ij. C. si vnus ex plu. appella. Et ratiõe etiam suadetur: quoniam sententia in causa appellationis potest ex alta causa confirmari, quàm ex ea, quam iudex assumpsit. l. Titianus. ff. quod cum eo. vbi aliàs in restitutione in integrum secus: secundum Bal. in l. si is ad quem. ff. de acqui. hære. difficultatem tamẽ facit tex. in l. præses. ff. de minor. quem ad idem inducit idem Bald. in l. j. in §. eum qui. in j. col. in j. lect. ff. de postul. & in l. minor in prin in j. lect. ff. de minor. Sed nihil est si bene legatur, quoniam esto, quòd minores ætatis beneficio consequatur, quod maioribus interposita appellatio præstat: vt ibi dicitur: non propterea elicitur de vna ad aliam argumẽtum valere. Vel dicamus non valere regulariter, quamuis fallat & limitetur in aliquibus per suprà dicta.

CCCCLXXII.

1 *Argum. de factoribus & institoribus, ad medicos, procuratores, & aduocatos non procedit.*

NEc etiam argu. valet † de factoribus & institoribus ad medicos, siue etiam procuratores & aduocatos. Et ideò licet marito imputandum sit, quia medicos habere non curauerit pro vxore infirma, quos tamen in loco insigni iuris præsumptione habere poterat, adeò vt dotis lucro priuetur: & pari modo alteri, qui procuratorem mittere tenebatur, si non miserit: non tamen imputandum est ei qui factorem vel institorẽ non mittit: & quoniam quandoque etiam in loco insigni de facili haberi non possunt: vt notabiliter declarat Bartol. & nouum esse asserit, in l. idem quærit in princ. ff. pro soc.

CCCCLXXIII.

Argum. de sententia ad libellum valet in eo, quod utroque casu impropriãtur uerba, ut sustineantur

2 *Argum. de sententia ad testamentum an ualeat.*

1 ESt etiam & aliud de sententia † ad libellum: in quo multa dicunt Scriben. sed id vnum prætermisisse videntur, maximè valere, quia vtroque casu impropriantur verba, vt sustineantur. l. & puto. §. j. ff. famil. ercis. l. si quis intentione ambigua ff. de iudi. & per Inno. in c. examinata. de iudi. Considerando etiam, quòd sicuti sententia verbis directis concipi debet, nõ obliquis, ex quo condemnatio vel absolutio per mediam personam in alteram personam transire non potest: vt in l. fi. C. de iniu. Ita etiam concipi debet libellus. l. nostris. & ibi no. C. de calum. & clarius in c. graue. de sen. excom. & in c. Episcopus. 12. q. ij. & in cap. sicut. vij. q. j. & sentit Bald. in l. si cautiones. in iij. & iiij. col. C. qui accus. non pos. & ideò bonum verbum dicebat idem Bald. in l. legitimos. in prin. ff. de legi. tut. quòd si iudex diceret sic, do, declaro, & decerno te tutorem legitimum, decretum & sententia non periret, quamuis iudex legitimum tutorem dare non possit, quoniam verbum declaro, commune est ad omnem tutelam: & vbi ponuntur verba apta & inepta, potiùs apta quã inepta attẽdere debemus. Et est improprietas vtrobique, quàm tolleret natura iudicij, quemadmodum alibi natura rei: vt in l. sed & si possessori. in §. sed etsi rerum, ff. de iureiuran. & alibi natura contractus: vt in l. si vno. ff. locat. vel intellectus communis: vt in librorum. in §. quod tamẽ Cassius. ff. de leg. iij. seu partium consensus: vt in l. si tibi. ff. si cer.
2 peta. & hac ratione etiam de sententia † ad testamentũ valere deberet, quia pari modo verba testatoris impropriãtur, vt eius voluntas saluetur. l. in ambiguo. & ibi Bart. ff. de reb. dub. & dixi ego in l. precibus, in secunda, lectura. C. de impub. & alijs. substitut. quod tamen non firmo ex toto: vt in l. prima. C. si plur. vna sentent. & in lege. in testamentis (singula singulis reddendo.) ff. de regul. iur. & in cap. cum dilecti. de dona.

CCCCLXXIIII.

1 *Arg. est quod sumitur à poßibili & soluitur per contrarium poßibile.*

1 ARg. etiam est, quod sumitur à † possibili, & soluitur per cõtrarium possibile: vt in l. si reus paratus. & ibi Bald. declarat in secunda colũ. & bene. ff. de procura. vbi possibile erat debitorem non calumniari, ex quo fortè pecuniam non habuerat ad manus: ergo cùm ad alterum possit se habere, in meliorem interpretabitur partem. l. meritò. ff. pro soc. capitulo. iuuenis. de sponsa. capitulo. significati. de homi. l. si pupillus. §. primo. ff. de reb. eo. l. cúm proponas. C. de interdict. matrimo.

CCCCLXXV.

1 *Arg. à communi usu loquendi quando ualeat.*

1 ARg. etiam valet à communi † modo, & vsu loquendi: vt in l. anniculus. ff. de verborum significatione. & in l. si ita fuerit libertas relicta. ff. de man. testam. & in l. librorum: in §. ꝙ tamen. ff. de legat. iij. sed tamen non multum vrget: ex quo non nunquam homines abusiuè loquuntur, nec proprijs nominibus, aut vocabulis semper vtuntur. l. non aliter. §. primo. ff. de legat. iij. per quem text. ita etiam in not. casũ dicebat Oldr. de ponte, in consilio. clxxx. incip. quæstio. in fin. & adeò verum est idipsum valere, vt priuilegium, & quęlibet alia dispositio interpræetationem recipiat à communi vsu loquendi: dicit Alexand. alibi in l. Centurio. in prima colum. ff. de vulga. & pup. substit.

CCCCLXXVI.

1 *Arg. à proportione commodi & incommodi, quando ualeat.*

1 ALiud etiam omittendum non est, quod à proportione † cõmodi, & incommodi appellatur: tritum aliàs, sed notandum si hoc modo deducatur: vt in l. secundum naturam. ff. de regul. iur. & in l. vnica in §. pro secundo. in fin. C de cadu. tol. & specialiùs inducendo, pulchram deciditq. quia duo nepotes ex vno fratre, & vnus ex alio, in feudo succedunt in capita, & nõ in stirpes: ex quo seruitium eo modo etiam diuidi solet: adeò vt argumento (sicuti diximus) sumpto à proportiõe cõmodi, & incõmodi, succesio etiam eo modo debeat regulari: nõ tutum tamen, & si de se verissimum sit. Idcirco egregia Bal. distinctio videnda est in auth. cessante. in ij. col. C. de legi. hæred.

CCCCLXXVII.

1 *Arg. de commendatario ad uisitatorem an ualeat.*

1 DVbitabam aliàs si argui posset de † commendatorio ad visitatorem: & dicebam breuiter quòd sic: quia sicuti cõmẽdatarius beneficij cui datur, fructus suos facere non potest: pari modo visitator prohibetur: vt in ca. nemo. de electio. in vj. & in capitulo obitum. & in ca. catinensis. 61. distinct. æquiparatur item Canonico: quia nec ille contractus facit, nec iste prębendam locat vltra tempus vitæ suæ: vt in capitulo. fin. ne pręla. vj. su. declarando tamen quod dixi de præbenda, nisi id ex causa rationabili faceret, & de consensu episcopi: vt in capitulo pręterea. & in capitulo. significauit, de censi. & est argu. in l. si hominem. ff. manda. & ideo quia quandoque id ipsum facit prælatus, & tertiò: vt in capitulo. secundo. de preca. & not. in dict. capitulo. fina. dicemus de eo ad prælatum non valere: quoniam tantam potestatem vt prælatus in bonis ecclesiæ habere non videtur: iuxta not. in c. qui plures. 21. quæstion. j. & in d. c. nemo. & tradit latiùs Gemi. in consi. 17. inci. præmitto. in secunda colum.

CCCCLXXVIII.

1 *Arguere non licet ab uno effectu deportationis.*

1 Quid si ab vno effectu † deportationis argueretur, nũquid arg. valeat? puta si dicatur sic, banniti nostri temporis æquiparantur deportatis: quia eorum bona publicantur per legem, vel consuetudinẽ: vt eorum qui deportantur dic quòd non: sicuti nec valet si dicatur sic, asinus nascitur, & moritur vt homo: ergo asinus est homo: seu homini assimilandus. & hinc est quòd vt plurimum absentes condemnantur: in deportatis haud considerabile. l. absentem. ff. de pœni. & latè not. Bald. videndus omninò in l. prima. in secunda colum. in fin. C. de hær. insti. & est menti tenendum: quia seruit ad not. in l. de

quibus.in prin.& in l.non possunt. ff.de legi. & in l.curatoris, C.de nego.gest.

CCCCLXXIX.

1 *Arg.de adoptione ad sacerdotium ualet.*

1 SOlet etiam argui de adoptione † ad sacerdotium:nunquid id ipsum rectè fiat,& tale argumen. admittatur. Prima facie dicendum videretur quòd non,ex quo adinuicem nihil commune habere videntur, ar. in l. naturaliter. in §.nihilcōmune. ff.de acqui.po.& nihilominus contrariū est verius:quia si quis legatū Titio reliquisset tanquā sacerdoti nō debet nisi Titius se sacerdotē probauerit: vt in simili de adoptiōe dicimus in l. eam quam. C.de fideicommis.& ibi hoc idem Bald.not. & bene:si sui ipsius gratia tamen sacerdos agat,& non ecclesię:quoniam aliàs etiam per putatiuum acquireretur. & idem quando qualitas sacerdotij non esset apposita per modum finalis causæ:vt in l.peto.in §.matre. in argumen.tamen. ff. de leg.ij. & in l.ossa.in fi.ff.de religio. & in l.tutor. ff.de his quib. vt indig.& not.idem Bald.in l. etiam. in prin. C.de fideicom.& est annotatione dignum.

CCCCLXXX.

1 *Argumentum ualet de synagoga quo ad Iudæos, ad ecclesiam quò ad nos. & quo modo.*

1 DE synagoga † quo ad Iudæos, ad ecclesiam quò ad nos valet etiam argumen. cumque interrogatus fuissem, dixi me id legisse. idque Bald. notabiliter dicit in consi.ccccxxviij.incip.sanctissimè.in vltim.colum.in v. volu. post Archi. tamen in cap.eccles.de consecra.distinct.j.& non ab re:quia sicuti illa congregatio dicitur, ex quo virga legis, quæ erat dura & aspera, populus ille velut irrationabilium pecorum grex congregabatur. Ita ista fidelium conuocatio appellatur: verbum Christianis hominibus conuenientius:ex quo amore spiritus sancti ad vnam fidem, velut ad Dei iudicia,& ad Christi conuiuium simul vocantur:vt pœnas audiant,& præmia futuri seculi.& hoc est quod dicebat Pau.ad Ro.cap.viij. quos prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit, & not.etiam Abb.in rubric.de consecra.eccles.vel alta. Sed notabilius tu addas ex alio esse verum: quia sicuti apud nos excommunicatus communione fidelium priuatus esse intelligitur,& nullam pœnam excommunicatione esse maiorem:vt in cap.corripiantur.xxiiij.quæstio.iij.& in l. hi qui sanctam fidē. C.de aposta. ita apud illos probro maximo datur, si quis extra synagogam eiiciatur:vt Ioan.ix. ibi. Iam enim conspirauerant Iudęi,vt si quis cæcum confiteretur à Christo illuminatum, extra synagogam fieret:quamuis hodie ex frequentia ferè contemnatur:quia prælati nostri temporis immediatè pro qualibet causa, vt alibi dixi, eam fulminant: vbi aliàs à suspensione,& interdicto incipere deberent:secundum Abb. & bene in cap.clericos.de cohabi.cleri.& mul.& ad propositum nota quòd Christianitatis bānum appellatur: vt inquit idem Abb. in c.ij.de purga.ca.in princi.

CCCCLXXXI.

1 *Iudæi quibus nominibus appellentur.*

QVoniam de Iudæis mentio supra proximè facta est, volo vos vnum non ignorare: eos non solum Iudæos à loco, 1 † verum etiam alijs nominibus aliaque de causa appellari solere:quæ hic scribere institui,& primū Sabbatarios,à die sabbati, id est, quietis obseruantia: quoniam Moses Damascena patria antiqua repetita montem Sinai occupauit, & septem dierum ieiunio per deserta Arabiæ cum populo fatigatus diē septimum sabbatum, id est, diem quietis appellauit. Deinde Verpos:iuxta illud Martial.epigramma.lib.vij.Delapsa est mi fero fibula Verpus erat: idque ob turpem digiti Verpi vsum: qui medius est,& infamis appellatur, ac impudicus:fortè quia in ignauiæ exprobrationem monstrari à maioribus solitus est:vel vt alij aiunt, quia cum longitudine cæteros præstet, parum sine alterius adminiculo valet. quandoque Recutitos: ex quo pueris cutis inguinis præciditur, & succrescit:quasi noua cute recti videntur:indeque Appellas, id est, sine pelle, quod & idem Martial.eod.lib.testatur dicens. Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum,& in Sermo.Hora. (singula singulis reddē do) ibi, Credat Iudæus appella.

CCCCLXXXII.

1 *Mulieres in Aegypto quod peperint uno partu septem filios, unde procedat.*

1 MIrum quodammodo videtur dicere mulierem filios † septem parere posse:ita vt hæc, & similia fabulis annumerentur: & nihilominus testatur Paulus multas Aegypti vno vtero totidem peperisse. in l. antiqui. ff. si pars hæred. petat. & alij alibi in l. Arethusa. ff. de statu. homi.& in l. si pater. ff. de solu. Adde tu, & perpetua obseruatione erit dignum, id forte euenisse, quia vt Trogus, & Soli. aut grauissimi authores, fœtifero potu Nili illis in locis nō tantum terrarum, sed & hominum etiam materna arua fœcundantur.

CCCCLXXXIII.

1 *Ebrietas multorum malorum causa: propter eam tamen ut propter adulterium mulier non reijcietur, nec dote priuabitur.*

1 EBrietas † quantum mali afferat, & quantum detestabilis sit, nemo est qui nesciat, vsque adeò vt veteres eam, voluntariam appellauerint infamiam. Cui si assuescatur, iam in furorem transit. qua de re Noe primùm nudauit fœmora, & nisi ebrius fuisset Loth, libidini non miscuisset incestum, nec Holofernes à Iudith interfectus fuisset. Sed tamen adde, quòd licet aliàs mulier adulterij prætextu possit reijci, & dote etiam priuati:vt in l.consensu.C.de repu. & in l. fin. C. ad legem Iul. de adulte.& in capitu.plerunque.de dona.inter vir.& vxo.quę cedat lucro mariti, & filiorum, adeò vt etiam post mortem ipsius iudicium institui possit: non tamen reijcietur, nec dote priuabitur, si inebrietur. quia ebrietas non est, vt adulterium, de moribus pudorem matrimonij lædentibus:vt no. in l. rei iudicatæ. in iij.col. ff. sol.mat. & est quotidianum, ac memoriæ commendandum semper.

CCCCLXXXIIII.

1 *Intellectus l.quod maior.ff.ad Municip.*

1 REcordor me dixisse multa ad † intellectum.l.quod maior. ff.ad Municip.in cap.cùm omnes.de constit.quòd maior pars,& totum æquiparantur. & ad idem etiam est bonus text. in l.j.& iij.C.de prædi. decu.lib.x. Adde nunc, quòd solus numerus vocem habentium, dicitur maior pars in actibus publicis,& collegiatis: in alijs verò ponderantur, qui sint ditiores.& meliores ciues. Ita Bald.& bene, in l.& suum. in §.hodie. in fin.ff.de pact. Rursus vbi vniuersitas exercet actum necessarium & consuetū, duæ partes sufficiunt,& tunc idipsum omnes fecisse vident.d.l.quod maior. aliàs secus.l.j.in prin.ff.de mag. conue.& ibi Cy.not.idemque Bald.post Innocen. in d. capit. cùm omnes. Vltimò not. quòd non habet locum in iuribus singulorum:nisi in casu l. maiorem.ff.de pact.& l.consilio.de curat.furios.& fuit verbum Ange.in l.iiij.in §. Cato.ff.de verborum obligatio. quem in not. quæstio. refert & sequit. Nel.de S. Gemin.in tract.ban.in iij.part. ij. temporis in xxxix. q. incip. quæritur.in vlt.col.

CCCCLXXXV.

1 *Dispositione quantuncunque generali nunquā quis uidetur disponere de eo, quod non est suæ potestatis.*

2 *Intellectus.l.doce ancillam.C.de rei uendi.*

HAbemus tex.in l.Lucius. in §. Imperatores. aliàs est. §.pro 1 infante.ff. ad Municip. dicentem, quòd in † dispositione quantuncunque generali nunquam videtur quis disponere de eo, quod non est suæ potestatis. & idem in l. si pater. ff. quæ in frau.cre.& in l.curatores.in §.fi.ff.de admi.re.ad ciuit.perti.& in cap.in generali.de contro.int.do.& agna.in vsib.feu. quę iura in no.q.inducit alibi Ro.in consi.c.cxcix.inci. in proposita consultatione.in ij.colum.& in consi.xlviij.incip. inspectis.in j.& hinc est, quòd in l.si verò.in §.de viro.vt ibi idem Ro. dicit in iiij.col.ff.sol.mat. (& est intellectus) consensus, quem præstat vxor marito manumittendi seruum dotalem, non inducit donationem iurispatronatus, quod infligitur ex ipsa manumissione, ex quo donatio inter coniuges est prohibita, nec pręsumitur eam voluisse donare id, quod in specie non poterat, quodque non erat (vt diximus) suæ potestatis, in socero haud considerabile. Idcircò quia tunc donatio facta pręsumeretur, ratione coniunctionis.l.si seruus communis.ff.de don.int.vir.

& vxo. & hac de re non mirum etiam si dispositio prædicta in eo sic manumittente locum non habet. de cuius veritate tamen dubito per text. in l.quod autem. in §.fina. & in l.iij.in §. prohibetur.ff.de don.int.vir.& vxo.& not.scriben.in l.si constante.ff.solut.mat.regula tamen, d.§.Imperatores. verissima est, vsque adeò vt necessario dici possit, secus si disponatur de eo, quod est in potestate disponentis: & nihilominus videmus,
2 quòd si maritus † obligaret omnia bona sua, non intelligeretur tamen obligasse dotalia, quamuis eorum sit dominus. l. doce ancillam. C. de rei vendi. testaturque Alexand. in l.pater filiam. in prin. in ij.colum.ff.ad leg.Falci.& verè quidem, vxor autem fictè, vt filius viuente patre. aliàs obstaret regula. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commoda. vt not. Porc. Instit. quib. alie. li. vel non. in prin. in ij. colum. & ad propositum fuit verbum Bald. in d. l. si constante. in §. si maritus. in prin. per illum text. ff. solu. matri. Sed responde vt alibi, aliter tamen diximus, quòd cùm dominium nō sit liberum, sed restitutioni subiectum, perinde est ac si non esset dominus. l. j. ff. de dona. l. hoc legatum. ff. de legat. iij. & ideò incidens arbores fructiferas tenetur lege Aquilia. l. sed si proprietarius. l. sed si hæres. ff. ad legem Aquil. & not. in specie Alexan. in l. diuortio. in §. si fundū. in iij. colu. ff. sol. mat. quod ad d. l. doce ancillam. intellectum quoque semper menti tenebis.

CCCCLXXXVI.

1 *Appellatio, si quis alieno nomine appellauerit, tenet, quamuis mandatum nō habuerit: & non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus.*

2 *Arg. de ciuilibus causis ad criminale non indistinctè procedit.*

1 ALiam l. habemus aliud dicentem, quòd si † quis nomine alieno appellauerit, appellatio tenet, quamuis mandatum non habuerit: & non solùm si ciuilis causa fuerit, & coniunctorum, verùm etiam si criminalis, & aliorum, imò reo quoque inuito pacisci poterit, ad eius vtilitatem: secundum Bald. in l. bonorum. in fi. ff. rem rat. hab. & sentiunt Docto. in l. transigere. vbi ego etiam multa. C. de transact. & est simile in l. j. ij. & iij. ff. de libe. caus. quod tamen intellige verum: vt idem Bald. dicit (& est not. intellectus) præterquàm in crimine notorio. in l. raptores. C. de episco. & cle. & si dubium sit, an idem qualitercunque fieri possit, & extendi dispositio. l. j. ff. de bon. eor. qui sibi. ip. mor. consci. etiam ad alios, quod cùm alibi scripserim, consultò nunc prætermittendum puto, & notandum ad propositum, quòd licet de ciuilibus ad criminalia procedat argumentum vt suprà, attamen † erit ex alio differentia
2 inter vnum & aliud iudicium, ex quo in ciuilibus ratificatio requiritur, si appellantis non intersit, nec mandatum habeat: in criminalibus autem non, cùm id cognatio naturalis suadeat. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. & declarat in specie Bald. in ca. cùm inter. in ij. columna. de electio. & erit ad l. absentem. ff. de pœnit. limitatio: vt argumentum de ciuilibus ad criminalia quantum ad hoc (vt diximus) non procedat: quàm not. & tene menti.

CCCCLXXXVII.

1 *Crimina licet morte extinguantur, attamen lucra turpia propter crimina ab hæredibus extorquentur.*

1 ET si crimina † morte extinguantur. l. j. ij. & iii. C. si re. vel accus. mor. fue. capit. quorundam xxiij. distinctione. & diximus alibi suprà: attamen sciendum est nunc lucra turpia propter crimina ab hæredibus extorqueri. casus est not. in l. in hæredem. ff. de calum. & est simile in pœna. quæ pari modo ad hæredem non transit, & nihilominus actio quod metus. caus. transit, ne transeat etiam ad compendium ipsius, quod turpiter quæsitum est: vt in l. quod diximus. in §. final. ff. quod met. caus.

CCCCLXXXVIII.

1 *Iudex non malè facit, si in dubio fert sententiam contra fiscum, contra quem etiam interpretatio fieri solet. fallit in causa animæ. nu. 2.*

1 IVdex non † malè facit, si in dubio fert sententiam contra fiscum, contra quem etiam interpretatio fieri solet: vt in l. non puto. ff. de iur. fisc. quem text. Matthesil. in singul. 71. incip. not. vnam regulam. intelligit quocunque modo dubium sit: & be-
2 ne. Sed tamen adde tu secus esse in † causa animæ. l. sancimus, C. de sacrosan. eccles. & no. Innocen. in cap. per venerabilem. de electio. mirabileque videtur ius publicum & diuinum alio casu æquiparari, isto autem non. l. fin. C. de sacrosanct. eccles. & potest exemplificari, quando fit mentio in lege de fructibus, quoniam intelligitur deductis expensis, præter quàm in decimis prædialibus, ac gabellis, ex forma statuti soluendis: vt in capitu. tua nobis. & in capitu. pastoralis. de deci. & in l. prima. vbi etiam Salicet. C. de fruct. & lit. expen. & latius quàm alibi per Bald. Paul. de Castro. & Alexand. in l. fructus. in princip. ff. solu. matri.

CCCCLXXXIX.

1 *Iniuria non fit uolenti, quod multis comprobat.*

2 *Muliere raptui consentiente an pœna raptus rapienti remittatur.*

1 TRita regula est, volenti iniuriam † minimè fieri. l. j. §. vsque adeò. ff. de iniu. l. cùm donationis. C. de transact. ca. scienti. de regul. iur. in vj. & hac ratione dicebant Docto. in l. ij. C. de bono. possess. contra tabu. filium præteritum in testamento patris posse præteritioni de se factæ omnimodò consentire. & alibi in l. precibus. C. de imp. & alijs subst. quòd mater iuri suo renunciando efficit, vt substitutus ex tacita pupillari admittatur, qui aliàs & regulariter excluderetur: vt ibi not. & in l. fina. eod. titu. Et alibi Ro. quòd licet per transitum ad secundas nuptias mariti anima contristetur, eo quia eidem iniuria fieri videtur: vt in §. quæ verò. in ver. nos igitur. in auth. de nupt. non tamen contristabitur, si consentiat. in consi. ccxx. incip. ex themate. in ij. co. & alibi Ange. in l. si vnus. in §. pactus. ff. de pa. ꝙ si consenserim vt me percuteres, nō potero agere contra te actione iniuriarum: subijciens tamen, & est not. dictum, quòd licet agere non possim ego, poterit tamen iudex pro interesse publico. & ante eum Barto. in d. §. vsque adeò. quem tamen Dec. in l. nemo. in fi. ff. de reg. iu. impugnat, ex quo consensus tollit, ne delictum sit, ergo reipublicæ ius quæsitū non erit: & malè ac contra text. in capitul. si diligenti. de foro competent. & in capitul. contingit. de senten. excom. & alijs alleg. per Barto. & Ang. in locis prædictis, & nō habet dubiū. Et pōt vltimo loco
2 ex eo etiam comprobari, quia consentit † mulier, vt rapiatur, & tamen pœna rapienti non remittitur: secundum Dy. in d. reg. scienti. & Scriben. in l. raptores. C. de epis. & cle. & Barto. in authen. de rap. mulie. in fi. dictum tamen non vsquequaque tutum: nisi distinguamur, & est singularis distinctio, quòd aut mulier voluit simpliciter, aut verbo suasa: vt primo casu parcatur rapienti: secundo verò non. ita Bald. in l. j. in pen. col. C. eo. & id quidem per text. in l. iij. in §. si quis volentem. ff. de libe. ho. exhib. Cuius etiam meminit idem Deci. ad aliud tamen: vbi suprà in j. col. cogitabitis.

CCCCXC.

1 *Institutio, exhæredatio, aut legatum in alterius arbitrium conferri non possunt: matrimonium autem sic. & quæ sit ratio.*

1 ET si dici soleat † institutionem, seu exhæredationem, vel legatum in alterius arbitrium conferri minimè posse. l. illa institutio. ff. de hær. insti. l. captatorias. C. de milit. testa. l. captatoriæ. ff. de leg. j. & no. Bald. (singula singulis reddendo) in l. j. in ij. col. C. de lib. præte. attamen in matrimonio est secus. c. super eo. de condi. appo. & non ab re: quoniam idipsum est de iure diuino: vt Gene. c. j. & ij. legitur: vsque adeò vt solus consensus sufficiat, qualitercunque habeatur: vbi testamentum aliàs dependet ex gratia: quia confertur in illud tempus mortis scilicet, quo testator non est futurus dominus: & ideò satis est quòd ipsi committatur libera testandi facultas: secundū Abb. ibi in j. colum. & not. dictum est: ad aliúdque mirabile: quoniā specialia multiplicari non debent: vt in l. j. C. de. do. pro. & in l. cum post. in §. gener. cum simil. ff. de iur. dot. Considerando etiam quòd si speciale est in matrimonio, alijs casibus, puta quod eo pretextu pluralitas actuum præsumatur, ne confundatur probatio stans pro eo: vt in c. per tuas. secundum intellectū Hosti. eo. tit. Item quòd de legatis factis vxori eorum, quę ipsius causa parata erant, non detrahitur falcidia: vt in l. si vsusfructus. in §. dos. ff. ad legem. Falcidiam. quem tex. dicit non esse alibi. Bald. in capitulo. iurauit. in fin. de prob. Nec habeat locum pœnitentia in contractibus innominatis: secundum Bartol. in l. si pecuniam. ff. de conditi. ob caus. & similibus: erit & isto multò magis ratione prædicta. Et ad idem quoque sciendum

ſciendum eſt, ac rurſus contra hanc regulam diſpenſatum fuiſſe in caſu: quoniam pater filio pupillariter ſubſtituit: & tamē ſubſtitutio ipſa teſtamentum filij appellatur. §. igitur. Inſtitu. de pupillar. ſubſtitutione l. moribus. & ibi per Do. ff. de vulga. pup. ſub.

CCCCXCI.

1 *Vſus procuratoris licèt ſit quàm neceſſarius, attamen non interuenit procurator in capitalibus, & publicis cauſis. intellige tamen defendendo: ſecus accuſando. nu. 2.*

1 Licet vſus † procuratoris ſit quàm maximè neceſſarius, vt qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt, vel nolunt, ſaltem per alios agant, & conueniantur. l. j. ff. de procurat. & ibi gloſ. Attamen fallit in cauſis publicis, & capitalibus: vt in l. penul. in §. ad crimen. ff. de publi. iud. & in l. ſeruum quoque. in §. publicè. ff. de procu. & in c. veniens. de accuſa. Sed contrà cauſa capitalis eſt quòd ſeruus in ſeruitutem reuocetur: & tamen accuſatio poteſt á patrono per procuratorem inſtitui, tex. eſt in l. ſed & hæ. in §. patronus. ff. de procura. Solue tribus modis, Primò ſecundum gloſſ. ibidem, quòd non ſolùm ſtatum, ſed etiam commodum pecuniarium reſpicit: & potiùs actio quā accuſatio dicitur: in l. pen. C. de lib. & eor. lib. Vel ſecūdò quòd loquitur, & eſt verum, ſi de eo caſtigando agatur: non ſi de eo in ſeruitutem reuocando: vt ſimiliter gloſſ. ibidem dicit. Quarum neutra placet, non iſta: quia eſt contra generalitatem illius. §. non illa quia ſtatus principaliter conſideratur: ergo id debet attendi. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. petatur. Vnde tu dicas tertiò, illud ideò eſſe ſpeciali ratione, ingratitudinis odio, quam maximè lex deteſtatur: vt alibi ſuprà diximus. Sed neque iſta placet: quoniam ſatis eſt, quòd reuocetur in ſeruitutem abſque eo etiam quòd reuocetur per procuratorem, & eſt argu. in l. j. C. de do. pro. & in l. cum poſt. in §. gener. ff. de iu.
2 do Vnde dicas quarto, in accuſatione † eſſe tolerabile: in defenſione haud dicendum: quo modo loqui videtur iura, de quibus ſuprà, & preſertim quia rationes prohibitiuæ, ne quis per procuratorem defendatur, in publicis & capitalibus cauſis, non habent locum in accuſatione. quod perpetuò nota.

CCCCXCII.

1 *Actio & exceptio differunt.*

1 Actio † & exceptio differunt, quod ſane dubitationem non habet: (diuerſitas enim nominum indicat diffinitionis & titulorum diuerſitatem: vt in l. j. C. de iu. emp. & in l. ſi idem. C. de codicil. & not. Gemi. in c. pręſentium. in §. ſi teſtes. de teſti. in vj.) Sed adde melius quòd duo iudicia ſuper actione pendere non poſſunt. l. vbi cœptum. ff. de iudic. & tamen ſecus ſi ſuper actione, aliud verò ſuper exceptione. Item ex perſona filij non poteſt pater cōueniri, niſi de peculio agendo: excipiendo autem ſic. ita Barto. in l. ſi cum filio. in §. j. ff. de compenſa. Item ius excipiendi tranſit contra ſingularem ſucceſſorem, puta emptorem: ius autem agendi non: ſecundum eundem Bar. in l. idem quęritur. in §. fi. ff. pro ſoc. Item licet quis ſuccumbat in exceptione, non tamen prohibetur illud in iudicium per modum actionis deducere: dūmodò non tendat ad eundem effectum: vt idem Bart. dicit in l. vendicantem. ff. de euictio. & non habet dubium: præterquam in caſu tamen. l. actionem. C. de procurat. vbi procurator conſtitutus ad agendum, repellitur ab actione, ſi dominum non defendat, vſque adeò vt eo caſu, & quantum ad effectum, de quo ibi, differre non videantur. Sed nihil eſt: quoniam vnum venit in conſequētiam alterius, & eſt limitatio ad vulg. regulam l. diligenter. ff. man. & c. cum dilecta. de reſcri. cum ſimil. Conſiderando etiā id eſſe, quia correlatiua dicūtur, quorū natura eſt, vt in vno diſpoſitum in alio: vulg. l. finali. C. de ind. vid. tol. & hæc ſufficiant.

CCCCXCIII.

1 *Actiones ſemel ceſſe (de directis intellige) amplius cedi non poſſunt.*

Cvm interrogaret me heri Marſilius Madarus Licieñ. homo ſanè doctus, & elegans, optimorumq; morum, & can-
1 didiſſimi ingenij, an † qui ſemel actiones ceſſiſſet, illas poſſet amplius cedere, (intellige directas, quia de vtilibus non eſt queſtio) ex quo cedens nihil haber, quod cedat. l. emptor. & ibi gloſſ. not. C. de hære. vel actio. vend. & hoc quidem, quia in foro quis de actionibus cedendis dixerat nobis audientibus, neſcio quid: reſpondi non poſſe, quamuis prima facie dubitationem faceret gl. in l. iij. ff. pro ſoc. dicens directas adeò oſſibus noſtris inherere, vt inde difficulter auellantur. caſus eſt ſingularis in l. non quocunque. in §. qui Caium. ff. de leg. j. & per quę iura ita etiam dicebat Ang. in l. ex legato. C. de leg. & eſt no. ampliatio ad regulam. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de vergo. ſigni. vt ſi quo caſu procedat, iſto procedere videatur, ceſsione (vt dixi) ſemel facta actionum directarum. Etſi apud cedentem remaneant, non poſſe amplius fieri, & limitatio ad regulam l. ſi quando. ff. de legatis j. & in c. ſi Papa. de priuil. in ſexta. cum vulg. quoniam remaneret apud cedentem inutiliter, & ſine effectu alicuius operationis, quod nota & tene menti.

CCCCXCIIII.

1 *Condemnatio dupli procedit contra negantem ex lege Aquilia, ſi damnum per iniuriam dediſſe probetur: intellige tamen in condemnatione facta ab homine, non ſi à lege. nu. 2.*

1 Contra † negantem ex aquilia, ſi damnum per iniuriam dediſſe probetur, dupli procedit condemnatio. inquit tex. in contra negantē. C. ad leg. Aqui. & in §. omnes. & in §. & ex maleficijs. Inſti. de actio. & idem perfidia negantis contractum factum neceſsitatis cauſa dicendū eſt: vt in l. j. §. j. in ver. meritò. ff. depo. & in caſu authen. contra qui propriam. C. de non nū. pecu. & religionis fauore: vt in §. fi. Inſti. de oblig. quæ ex quaſi contractu naſ. vſque adeò etiam, vt nouo libello opus non ſit: ſecundum Bald. (quod videtur mirabile) in l. j. in vj. col. in fi. de fur. Sed tamen ſcias velim (& eſt not. limitatio) hoc ipſum non eſſe verum generaliter, ſed in caſu tantum, quando con-
2 demnatio fit † ab homine: quoniam ſi à lege ſecus: ex quo fieri videtur tanquam contra confitentem, & non tanquam contra negantem: vt in l. ſed ſi damnum. in §. ſiue autem. ff. de pecu. & ibi Bald not. & fuit limitatio Bar. in l. id quod ſeruo. in §. j. per illum text. ff. de pecu. lega. vtilis propter ſtatuta imponentia pœnam ipſo iure: vt nunquam augeatur contra negantem: quia condemnatio quæ fit à lege, ipſo iure fieri videtur tantum in ſimplum, tanquam (vt dixi) contra confitentē. Et nimirum addas, quia regulare etiam eſt factum vnius diſtingui à facto alterius, mitiúſque agi cum lege, quàm cum homine: vt in l. Celſus. de arbitr. de cuius tamen intellectu multa videas per Bar. in l. ſi inſulā. in ij. & iij. col. ff. de ver. obl. & non habet dubium.

CCCCXCV.

1 *Argumentum de toto ad partem, & contrà, frequens eſt & probabile: intellige tamen ſi eadem ſit ratio totius & partis. fallit tamen in iure accreſcendi. nu. 2.*

Aliud ſingulare verbū ad dicta ſuprà p[illegible] apophthegmate à nobis quoque hodie notandum e[illegible] ſcitis arg. de
1 toto ad † partem, & econtra, frequens eſſe, & probabile: vt in l. quę de tota. ff. de rei ven. & in l. propter litem. ff. de excu. tu. & in c. frequens. de reſti. ſpolia. quod tamen intelligendum eſt eò tunc procedere, ſi eadem ſit ratio totius, & partis: vt ibi no. & per Abb. in c. paſtoralis. in §. item cum in totum. in fi. de offi. de leg. per not. in clemen. ij. de reb. eccle. non alie. & plura congerit ad idem Hippo. de Marſil. in ſing. ſuis cclvj. incip. eadem ratio. & per iſtam regulā etiā arguit alibi Bar. in l. edita. in iij. col. in prin. C. de eden. ꝙ ſicuti quis pōt renūtiare liti in totū poteſt idem facere etiā in parte, vſque adeò vt emēdatio quoque libelli fiat poſt litem conteſtatam, detrahendo. & alibi Bald. in l. ſi hęreditas. in §. qui filium. ff. de teſta. tut. quòd confirmato vniuerſali, confirmantur etiam particularia. & multa adducit Dec. in reg. cuius effectus. ff. de regu. iur. Sed
2 tamen no. (alię. etiam ad idem † & plures quidem traduntur, quas non refero) ſingularia limitari, vt locum non habeat in iure accreſcendi: quia eſto, quòd decretum interuenerit in bonorum poſſeſsione agnita, (quod intellige olim: quia hodie pręſentia tantum ſufficit. l. fi. C. qui admit.) haud tamen neceſſarium eſt in parte, quæ agnoſcenti obueniſſet, iure accreſcendi. caſus eſt in l. j. & ibi ego dixi in ij. no. C. quand. non pet. part. quod menti tenebis ſemper.

CCCCXCVI.

1 *Libellus ineptus dentibus lacerandus, etiam si reo audientia deberet negari.*

1 SOlet dici, quòd libellus † ineptus dentibus lacerandus est. in l.j.ff.de offi.asses.& in c.j.& vtrobique no.de offic.vic. etiam si reo audientia deberet negari, secundum Alexã.in l.vbi pactum. in v.col. C. de transact.& est vnus de modis, quibus dicimus instantiam perire: vt in c.examinata.de iudi.& in l.j. ff. si mens. fal. mo. di. & sicut idem facit iudex ex officio, etiam parte non opponente, ita actorem, cùm ei constat ex actis, quod caret actione, repellit, etiam reo non petente: vt per Alex. in loco præal. imò (quod semper notandum est pro limitatione.l.fi.ff.de rei vendi.) mendacium, quod maximè est puniendum vt in d.l.fi.& in l.contra negantem.C.ad leg.Aquil.& in l.j.in ver.meritò.ff.depo.& in authen.contra qui propriam.C. de non num. pecu. & suprà etiam diximus, post Bal.in l.j.in v. col.C.de fur.haud punibile est, si circa actum inualidum dicatur, puta quia libellus sit ineptus. ita idem Bald. in l. edita.in lect.Paduana.in pe.col.C.de eden.

CCCCXCVII.

1 *Boues & alia animalia & instrumenta rustica pro debito priuato non debent pignorari, ne agricultura, propter quam multa contra strictam rationem disputandi recepta sunt, deseratur. idem si debitum fuisset publicum.nu.2.*

1 COntentio in foro hodie fuit maxima, & coram me iudice mercatorum, an boues † & instrumenta aliqua rustica, pignorari potuerint pro debito priuato: tum vel maximè quia nuntij, & officiales curiæ asserabant, eum, à quo prædicta acceperant, aliundè non habere, vnde posset creditori consultũ esse, & sibi de credito suo satisfieri: & cùm multa hinc inde ab aduocatis partium dicta fuissent, & eleganter quidem, ac copiosè, in partem inclinaui tandem, pignora reuocanda esse, & reuocari debere, & ita reuocata fuerunt, & rustico restituta saluo tamen & reseruato iure creditori in cæteris rebus, & bonis, quæ agriculturæ non essent deputata, & bene, fauore ipsius: & quia etiam est multùm priuilegiata, ne sterilitas agrorum, ac fructuum exinde contingat: vt in l.j.in §.de opere.ff. de aqua plu.arcend.& in terminis est casus in l.executores.& in l.pignorum. & in authen. agricultores.C.quæ res pig.obli-
2 gar.pos.imò nec † etiam si debitum fuisset publicum, & ipse rusticus sponte ea pignorasset, haberet locum pignoratio, ratione supradicta. quod videtur mirabile, & notandum pro limitatione regulæ l. si quis in conscribendo. C. de pact.& in c.ad Apostolicam. de regular. & transeun. ad religio. & quia aliàs publicæ vtilitatis gratia, multa contra strictam rationem disputandi recepta sunt. inquit alibi Pau. de Castro in l. bona fides. in j. col. ff. deposit. per text.in l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil.& est argu. in l. vnic.in §.j.C.de cadu.tollen.& hinc legimus ob id, quod executio sententiæ fieri non potest, priùs in bonis mobilibus, quã immobilibus.d.l.executores.C.quæ res pignor. oblig. pos. quod tamen est regulare.l.à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicat. nec nouum opus nunciari in in re rustica, sed agi confessoria: vt in l.qui viam.& ibi not. ff. de no.ope. nuntia. nec compelli occupati agricolæ, messium tempore, seu vindemiarum, quouis modo venire ad ius etiam vocati: vt in l. j. ff. de ferijs. Qua de re etiam Cato, cum ab eo quæreret quispiam, quid maximè in re familiari expediret. Respondit, bene pascere. Quid secundum. Satis bene pascere. Quid tertium. bene vestire: Quid quartum. bene arare. & cùm ille adhuc instaret, quid fœnerari, tum Cato, quid hominem inquit occidere. Sentiens Cicero. teste, omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil esse agricultura melius.

CCCCXCVIII.

1 *Vsusfructus fundi si legetur, hæres inde boues, tanquam fundi instrumentum ad cõsequendum usumfructum necessarium, in præiudicium usufructuariæ amouere non potest.*

1 AD idem ferè his diebus, euenit casus, quod cũ maritus † qui dam vxori suæ vsumfructum legasset, hæres eius boues aratorios amouit: quærebatur an id facere potuisset? Multi dicebant, quòd sic, quia æquè conuenit si dicti fundi vsumfructũ consequi velit, vt boues etiam habeat, & ipsum suo incommodo, & impensa quærat vulga.l.secundum naturam.ff.de reg. iur.l.vnic.§.pro secundo.in fi.C.de cad.toll.& simile quæstio. decidit Bald.in l.cum pater.in §.mensæ.ff.de leg.ij. Sed tamen contrarium verius est, nec secus iudicatum exstitit, ipsum scilicet d. boues amouere minimè potuisse in præiudicium vsufructuariæ vxoris, & consequenter reponendos esse, ac reducendos ad locum, vnde amoti fuerant. Et hoc, quia fundi instrumentum esse dicuntur, ad ipsius vsufructuariæ commodum pertinens, vsque adeo vt regula supradicta ad casum istum applicari nullo modo posse videatur, & est text.singul. quem ibi Bald.dicit semper menti tenendum, in l.item si fundi. in §.seminarios.in j.lect.ff.de vsufruct.

CCCCXCIX.

1 *Ecclesia unita non tenetur ad debita alterius ecclesiæ cui erat unita contracta post unionem, nisi cum ambarum utilitate essent contracta.*

CVm heri Paulum de Leone, Nob. Patauinum Iuuenem quidem eruditissimum, & ita vniuersis naturæ dotibus ornatum, vt nihil sibi deesse videatur, Reuerend. Vicar. præsentaremus in Episcopali curia (volebat enim examinari, & insulis doctoralibus insigniri, prout posteà & honorificè, ac cum maxima omnium admiratione insignitus fuit) disputabatur, an
1 ecclesia vnita teneretur † ad debita alterius ecclesiæ, cui vnita erat, contracta tamen post vnionem, quia si ante, nulla iudicio meo esset dubitatio, non teneri: & cùm viderem rationibus partium hincinde auditis, aliquos sentire eam teneri, & obligatam esse ad debita prædicta, quoniam aliàs vnio nihil operaretur. quæ opinio fuit Bartol.in l.j.in §. si cohæredem.ff. ad leg Falcid.& per tex.l.si quando.ff.de leg.j.& in cap.si Papa de priuil.in vj. alios verò aliter: non tamen rationi prædictæ respondentes, in partem negatiuam tacitè, & mecum ipse inclinabam, & est verissima. & domum reuersus comperi Inno. ita tenentem in cap.pastoralis. de priuil. nisi cum vtilitate ambarum contracta essent: quia tunc æquitas nedum ius, suaderet teneri: aliàs non. Nec obst.regu.l.si quãdo.& similium, quia operatur hoc, quòd vtraque erit sub vno rectore, vbi prius non erat: & aliud, quia fructus superfluentes, poterũt occupari, ad vtilitatem etiam ecclesiæ, cui est facta vnio: vt idem met. Inn. dicit. in d. cap. pastoralis. quem refert & sequitur Alexand.in præall.§.si cohæredem.in fin.& bene, & ideò dicebat ad propositum dictæ regulæ gloss.in capit.si duo.quam ibi in ij. colum. Geminianus extollit, de procuratoribus. in sexto. quòd fallit, si detur aliquis effectus operatiuus: vt hîc: licet per omnia non sequatur. & est memoriæ commendandum tanquam quotidianum.

CCCCC.

1 *Actio realis nullam præsupponit obligationem, quod & in hypothecaria, & in hæreditatis petitione locum habet.*
2 *Actio de peculio personalis est & ei accedit fideiussor.*
3 *Fideiussor regulariter non accedit, ubi non est obligatio, nec ubi quis tenetur officio iudicis.*

1 ACtio † realis nullam præsupponit obligationem.§ omniũ. Institu.de actio.ergo idem etiam & necessariò quidem, in hypothecaria, & hæreditatis petitione, dicemus: quia sunt reales.l.hæreditatis petitio.C.de peti.hære.l.si autem. §. sed & is. ff.de rei vend.l.pignorum. (singula singulis reddendo,) §.j. ff. de pign.& no.Barto.in procem.digestorum.in §.tertij.& ideò ob id dicebat idem Barto. (quod maximè notandum est,) in l.si vnus.in §.pactus.in iiij.colum.ff.de pact. quòd licet virtus pacti de non petendo, ea sit, vt naturalem obligationem tollat, vltra alias, id tamen verum est, si interponatur super non petenda re, quæ erat in obligatione, aliàs si (vt dixi) in hypothecaria actione vel hæreditatis petitione, essemus, non tolleret, quia non est: vt in d.§.omnium. sed ipsius actionis effectum impediret.& facit, quod habetur, in arg. tamen, in l. nam & si sub conditione. in princ.ff.de iniust.rupt. irritoq; testa.& in l. decem.ff.de verborum obligatio.cum vulgar. vlterius & aliud notandum est hac ratione, actionem de peculio personalem
2 † esse, quia ei accedit fideiussor.l.creditorem.ff.ad Macedonianum.l.eo tempore.ff.de pecu.& not.Barto.in l.j.in iiij.colum. ff. eodem. & tamen regulare est non accedere, vbi obligatio
3 † non est.d.l.creditorem. nec vbi quis officio iudicis tenetur. quoniam idipsum quoque obligationem non habet.l. qui per collu-

collusionem.ff.de action. empt.sed tamen Bartol. sensit contrarium.in l.Marcellus.in prima colum.ff.de fideiusso. & Bal. in l.dominium.in fin. C.quod cum eo.Ideò videnda sunt quæ in materia dico ego in l.frater à fratre.nuper edita.ff. de condi.indeb.& ibidem etiam an in delictis insit naturalis, vel ciuilis obligatio:quoniam dubium faciebat neutram oriri.tex. in §.j.Instit.de pub.iud.dicens accusationem officium iudicis esse,& non actionem.d.l.qui per collusionem.satis bene resolutum,& hac ratione hic non aliter scribendū:tum vel maximè,vt cœpto operi finem imponamus:breuitati etiam consulentes: quæ summam habet commendationem : vbi aliâs prolixitas nimia respuitur:vt in l. ampliorem. in §.in refutatorijs.C.de appella.& in l.j.ff.de orig.iur. interim æqui boníque consulat lector,neque probet,nisi quod probandum sit:& si in aliquo defecerimus,quod esse posset(homines enim sumus, & nihil humani à nobis alienum putamus) ignoscat : quoniam futurum speramus, quemadmodum L. Actius tragediarum scriptor, dicere solitus est, vt semper meliora scribamus.

CCCCCI.

1 *Criminis qualitas membri abscisionem quoties desiderat, sola manus abscinditur.idem & multo magis si statuto caueretur,*
2 *Mulieri uerenda hominis apprehendenti lege Deuteron. manus abscinditur.*

IN auth.sed nouo iure.C.de ser. fugi.legitur, quoties nouo
1 iure† criminis qualitas,membri abscisionem[a] exigit, solam
a manum abscindi debere, quod sanè intelligo vt iacet quòdque pecunia redimi non possit.hoc idem,ac multo magis si in statuto diceretur.l.ille aut ille.§.cùm in verbis.l.non aliter.ff. de legat.iij.l.iij.§.hæc verba (singula singulis referendo) ff.de neg.gest.& singnanter in materia statuti,& non soluentis condemnationem intra mensem,vt ei amputaretur caput.ita arguit etiam Bald.in l.commissoriæ.C.de pact.inter empt.& vēdi.argumentatióque plana & materialis appellatur, vt ipsemet inquit in l.scire leges.ff.de legi. & ea de re Patauina ordinatione decretum aliâs fuit,prout statu.incip. quicunque fecerit,continetur, quod est primum sub rub. de fal.testi.& instru. falsarium amputatione manus dextræ puniri debere, quam tamen redimere possit intra dies decem , à publicatione sententiæ, pro libris ducentis paruorum , vel pro pluri,ad arbitrium potestatis,inspecta qualitate facti, seu personæ,& delicti: quoniam aliâs redimi (vt diximus)non potuisset, nec
2 habet dubium de iure.Sed tamen† obseruandum puto , aliud in lege Deuteron.præscriptum fuisse, ex quo mulier apprehendens verenda hominis,pœna tali absque vlla misericordia plecti solebat,vt habetur cap.xxv.eo.lib. sentiens (quod nec expositores ibidem negant)nisi aliud expressum sit,ex eo,redemptionem absque dubio concessam fuisse.

ADDITIO.

a Membri abscisionem. Adde quod si per statutum pœna manus vel membri imponitur , & iudex debet punire puerum vel senem,potest dispensare : non tamen cogitur,nec poterit appellare , secūdum Bald.in l.quicunque.C.de seruis fugit.arg.l.qui posthumos. in ratione illius litere. ff. ad syllan. pro hoc vide text.in l.auxilium. §.in delictis. ibi , nisi quatenus interdum miseratio ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit.& ibi gl.in verb.miseratio. ff.de minorib. vide gl.ordin.in l.quid ergo.§.pœna grauior.in verb.onerasset.in princ. ibi,sed in ipsa sententia potest minuere. ratione fortè senectutis,vel iuuentutis.ff.de his qui not.infa.& ibi hoc not.per Bar. & Doctor. Cæpoll. cautel.2.

CCCCCII.

1 *Mulieri uerendæ hominis apprehendenti,quare abscindebatur manus,*
2 *Eunuchus dicitur homo imperfectus.*
3 *Dotes multùm priuilegiatæ,& quare.*

DIctum proximè suprà, manum abscindi scilicet mulieri, Deuteron.lege,verenda hominis apprehendenti , vt ma-
1 ritum à manibus apprehensi tueretur,nullam aliam † rationem habet,quamquam in præallega.loco non declaretur, nisi (vt conijcio) istam,ex quo idem auferre conata erat ,quod ad sobolem propagandam , in creatione maris & fœminæ instituerat Deus optimus maximus , dicens etiam (vt legitur Gen.1.)postquam eos benedixisset,*Crescite,multiplicamini,& replete terram.* tum vel maximè cùm ipsa matricem habeat, seu vuluam,animal,Plato teste in Time. vel de natu.libr.xxxij.ad generandum auidum. & hinc est, quòd Onam,filius Iudæ,ex quo semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur,& rem detestabilem faciebat, iuxta illud etiam Poë. quicquid perdis Pontice, homo est, percussus fuit à Domino,
2 vt eo.lib.Gene.cap.xxxviij.quodque eunuchus† homo imperfectus appellatur,in l.eunuchis.C.qui testa.face.pos. imò in lege.xij.tab.si quis puerum castrabat, licèt preciosiorem faceret, quadrupum nihilominus præstabat,nouissimè que pœna legis Cornel.de sica.castigabatur.l.iij.§.qui hominem.l.iiij.§. constitutum.ff.ad legem corne.de sicar.l.j.& ij.C.de eunuc. Et quia in hoc quoque publicum interesse vertitur, maximèque
3 est† considerabile,& dotes amplius hac de re multum priuilegiatæ,vulga.l.j.ff.solut.mat.l.Caius.in fin.ff.eo.l.hoc modo.ff. de condi. & demonst. & ad propositum hoc idem coniectura facilè assequimur,quoniam paulò suprà dictum erat,si ex duobus fratribus vnus absque liberis mortuus fuisset , semē ipsius suscitari debere,modo & forma,vt ibi , nec aliud credi potest. Addendo etiam ad id de dote:adeò verum esse, vt si maritus pro quantitate sibi promissa accepisset speciem in solutum, quæ posteà sibi euicta fuisset, pristinam de dote actionem habeat.l.qui res.in princ.ff.de solut.& post Bart.tradit Bald. in l. libera.in ij.colum.C.de sen.& interlo.omn. iudic. & teneatur reus mulieri agenti edere instrumentum dotis, ad eius intentionem fundandam: quod tamen non est regulare , vt in l.qui accusare.C.de eden.& in d.l.j.ff. sol. mat. & in capitul.j. & vtrobique not.de proba.& ad primum rursus,quòd olim viduitatis conditio spernebatur,quòdque lex vtilis reipub. ratione suprà dicta, quanquam contra mentem testantis esset , reputabatur fauorabilis,& extensione digna , inquit idem Baldus alibi in l. ambiguitates. per illum text.C.de indic.vid.tol.& quòd denique non immeritò Ro.homines (vt memoriæ proditum est)eos mulctabant,qui vsque ad annum sexagesimum cælibes vixissent.

CCCCCIII.

1 *Defunctorum interest successores habere:quia aliâs iniuria afficerentur.*
2 *Et propterea successorium edictum introductum, & falcidia & trebellianica inuentæ,*

ID etiam & adhuc quod in præallega. ca.xxv. dicitur,si duo fratres habitauerint simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit,quòd defuncti vxorem accipiet superstes,suscitando semen fratris sui , & primogenitum ex ea filium nomine illius appellando,vt non deleatur nomen eius ex Israël, mirabile est & notandum (quid enim re ipsa sit hodie, & quomodo intelligatur authoritas prædicta , aliáque multa congesi in causa matrimoniali inuictissimi & Serenissimi Regis Angliæ, aliâs de anno.1530.agitata Romæ,quæ hic n[illegible]bo, videnda in consi.meis nuper impressis.nu.121.incip. solebam profecto)quomodo nomen alicuius deletur, si in hæreditate sua successorem non habeat, contra naturalem inclinationem, quæ est, vt hæredibus relictis apud posteros, memoria nostri haud deleatur penitùs, lege multiplici confirmandum , dum maximè dicitur , eum, qui interrogatus an sit hæres,tempus ad deliberandum impetrare debere, in l. qui interrogatur.ff. de inter.actio.non tam quia si perperam confiteretur,incommodo afficiatur:qua ratione prædicta,quia scilicet(quod in l.
1 seq.eo.tit.subijcitur) † defunctorum interesse est, vt successores habeant, aliâs iniuria afficerentur,inquit alibi text. in §. j.Insti.qui ma.non pos.& in §.adhuc.de bon pos.eo. lib.& in l.
2 j.in princ.ff.de success.edic.† qua de re(vt ibidē)successorium edictum etiam introductum est.& per Baldus in rub. C.eo.in prin. & falcidia pariter , vt Insti. de lege fal.in prin.& ad idem trebellianica,vt in §. sed quia de fideicomm. hære. eo.lib.& substitutio pupillaris amplius fauorabilis reputata , quia per eam succeditur pupillo,ita vt filio exhæredato quoque fiat,ad fideicommissariæ differentiam. l. cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pup.sub.l.j.& ibi Baldus not.in ij.colum. & alij latiùs. ff.eo. & memoriæ commendandum est,quoniam plerunque etiam fit, vt videamus decedentem sine hærede , aliquem extraneum instituere,qui nomen & cognomen suum assumat,& de domo tali vocetur,quēadmodum his temporibus in Tha-

deo Guerino Architecto ciue Patauino nostro euenit, ita iubente: vt hoc commento sobolem suam quodammodò suscitaret. Cuius rei iudicium (ego enim eum nec laudo nec reprehendo) an bene, vel malè fecerit, alijs relinquo, & ad alia transeo.

CCCCCIIII.

1 *Confeßio altero de tribus modis consideratur: uel prout est obscura, & incerta, uel prout est simplex & clara, uel prout est qualificata. numero 2. & 3.*

PVlcherrimum Philippi Macedoniæ Regis exemplum, de quo infrà præstat mihi occasionem dicendi, seu declarandi vnum, quod certè annotatu, scitúque dignum videtur. Confes
1 sionem† scilicet posse altero de tribus modis cōsiderari: quod & ad executionem, & ad responsionem commodè quoque applicari poterit. Primò igitur prout est obscura, vana, & incerta, & hæc nihil valet, nec interroganti satis facit, ex quo hoc pacto respondere, & nihil respondere, sunt paria. l. de ætate. §. nihil. ff. de interro. acti. l. prætor edixit. in prin. ff. de iniu. l. vbi autem non apparet. §. qui illud aut illud. ff. de ver. obli. imò quòd hac de causa ad torturam, & rigorosum examen procedi posset: quod sanè inuentum est ad veritatem eruendam. l. j. & toto tit. ff. de quæstio. Secundò prout† est clara, simplex, & certa, & tunc secus, nec aliæ iudicis sunt partes nisi in condēnando. l. proinde. §. fin. ff. ad leg. aquil. cap. nos in quemquam. ij. q. j. qualis SERGII GALBAE, qui (vt veterum testatur monumenta) cùm Prætor in Hispania fuisset, Lusitanósque partes Sertorianas secutos, contra fidem publicam, qua freti in eius venerant potestatem, partim trucidasset, partim vendidisset, à LIBONE Trib. plebis reus factus, contra quem etiā CATO Nonagenarius perorauerat, confessus, perfidia damnatus est: & eius quidem luisset pœnas absque dubio, nisi commendatione filiorū & nepotis, multis lachrimis commotus
3 populus ipsum absoluisset. Tertiò & vltimò, prout † est qualificata, quæ qualitas si vera sit, confitentem excusat. iuxta not. in l. vt vim. ff. de iuitit. & iur. in l. prima. in §. eum qui. ff. de vi & vi arma. & in l. prima. C. vnde vi. vnde cùm Philippo Macedoniæ Regi potentissimo, cuidam minitanti (author si bene recolo, est Iustinus) atque superbè interoganti, num verum esset, quod audiuerat, ipsum de se nescio quid mali inter epulas cum alijs dixisse: è vestigio & statim respondisset verum esse, eósque longè peiora euomisse, si plus vini etiam tunc ingurgitauissent, ebrietati omnia sic adscribens, & impudentiæ discumbentium epulonum, ad risum tam magnum eum prouocauit, vt animi etiam magnitudine & clementia, ipsius maledictis non solùm pepercerit, verùm etiam sua gratia dignum fecerit.

CCCCCV.

1 *In eclesijs corpora non sepelienda, dùm antiquitus ne in urbe quidem sepelirentur, n...*

SI antiquitus† ex rescripto diui Had. Impe. pœnā exinde etiā statuentis, si quis contrarium egisset, sepeliri quis in ciuitate non poterat, nec in ea sepulchrum fieri, imò quod magistratus etiam, qui idipsum passi fuisset, pari mulcta coercebat, lo cúmque publicari iubebat, & corpus amplius inde transferrii quod habetur in l. iij. in §. diuus. ff. de sepul. vio. & in l. xij. tab. his verbis. *In urbe sepelito.* Fortè ne ex cadaueribus (fœtent enī iuxta illud Ioan. 11. Iam fœtet, quatriduanus. est) habitatores inficerentur, & non ab re. Luc. 7. dictum est, Cùm autē appropinquaret *Iesus* portæ ciuitatis, ecce efferebatur defunct⁹ filius vnicus matris suæ, &c. quia (vt ibi expositores dicunt) sepulchra erant extra ciuitatem. Multò minus fieri deberet hodie,
2 non dico in vrbibus sed in † ecclesijs, quod tamen fit, & malè, nedum ratione supradicta verum etiam quia locus est ad orādum institutus, non ad sepeliendum: vt Mat. c. 21. ibi, Domus mea domus orationis vocabitur. imò tabernaculum Dei, a ctum. 5. legitur, sponsa Christi, significata quoque in rubo & flāma, in qua apparuit Deus Moysi, ac per altere holocausti quatuor angulos & cornua habentis, de quibus Leuit. c. 20. & Exo. (singula singulis referendo) iij. & 27. & quia denique mundissima esse debet, ne adorantes, & sacerdotes, psallantes à cultu distrahantur malo halitu, qui ex ipsorum sepulchrorum rimulis emittitur. Quæ consuetudo tamen, & tanti temporis quidem: vt non sit hominum memoria in contrarium, habēs hac de re vim priuilegij & constituti. vulga. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sing. rationabilior nihilominus, si idipsum in cœmiterijs tantùm ageretur, roborata, firmata, & (vt dixi) præscripta, cùm à maioribus toleretur, tum vel maximè pontificibus religionis curam habentibus, siue habere debentibus, nec à nobis est improbanda.

CCCCCVI.

1 *Verba, ab epistolis, pro scriba, a secretis, pro secretario, à concionibus, pro concionatore, à pedibus, pro cursore, & c. ponuntur.*

2 *Papinianus iussu Antonini, quòd parricidium noluisset excusare, occisus.*

POmponius Maranta Romanus, auditor meus, adolescens certè summæ spei, & in quo aliqui senile esse videtur, nec minus discendi curiosus, quam ego docendi anxius, casu, vt accidere solet, viso apud me quodam epitaphio (idipsum enim exemplāram inter cætera aliâs cùm Romæ essem anno coronationis Leonis Decimi Pontifi. Maxim.) quod huiusmodi est.

DIS MANIB.

LIBANO CAESARIS VERNAE AB EPISTOLIS. VIXIT ANN. XVI. M. IIII.

sciscitatus est, quid sibi verbum in eo positum, ab epistolis, vellet, nec à proposito mihi alienum visum est, quia sexcenta leguntur similia, que non facilè intelliguntur, ab his maximè, qui antiquitatis haud sunt multùm studiosi. Respondi igitur, eum prius obiurgatus. quòd Romanus homo esset, & in Latio natus, hæcque ignoraret, quæ Latina sunt, & Romæ leguntur, non secus ac Seruium Sulpi. Quin. Mutius Scæuola, cuius historia nota est, & recitata ampliùs in l. ij. in §. Seruius atem
1 Sulpi. ff. de origin. iur. id pro scriba positum fuisse: vt pro † secretario, alibi á secretis, pro concionatore, à concionibus, pro cursore, à pedibus: & modum loquendi extitisse apud antiquos, imò quòd gramatici omnia declarantes, hoc ipsum cōplexionem vocârunt, & bene, addendo etiam, dato tamen quòd loquendi fuerit modus, eos plura alia excogitasse, longè præstantiora, & quæ non audirentur, siue legerentur, nisi summa, ac maxima hominum commendatione, tum vel maximè cùm præmoritur filius, patérque eidem succedit, non econtrà ordine naturæ, filius patri, vt dicatur tunc ordo turbatus, iuxta illud, *Ordine turbato succedis Bulgare nato.* & de quo in l. nam & si parentibus. ff. de inof. testa. cuius author est Aemil. Papi. Iurisc. sua ætate disertissimus, & acutissimi ingenij vir, vt dicitur in l. cùm acutissimi. C. de fideicom. & in l. cùm virum. C. eo. ti. & in §. & hos tres libros. in procem. ffrorum. & in l. lecta. ff. si cer. pe. & sublimissima prætoriana præfectura aliquando decoratus, quem Aelius Spartianus quoque grauissimus historiarum scriptor, Iuris asylum, multiiugæque virtutis thesaurum appellauit: qui
2 † Antonini Imperatoris iussu, cùm parricidium excusare noluisset, conscientia (vt conijcio) motus, fortè criminis tam destabilis, vt not. in l. vtrum. ff. ad leg. Pompe. de par. & in §. alia Insti. de pub. iud. occisus est, Romæque postea tempore Sixti Ponti. à rustico quodam, eiusdem vrnula inuenta, his verbis inscripta, vt sic de industria elegātissimo epitaphio finiamus, sicut cœpimus, docentes hunc modum loquendi omnimodò Romanis (vt dictum est) hominibus genuinum fuisse, turbato ordine scilicet, quemadmodum loco antedicto, ab epistolis. Quod etiam Socin. retulit in l. cùm auus. in prin. ff. de condi. & demon.

AEMILIO PAVLO PAPINIANO PRAEFECTO PRAETORIO IVRISC. QVI VIXIT ANN. XXXVI.

DIEBVS X. MENSIB. III. PAPINIANVS HOSTILIVS, EVGENIA GRACILIS,

TVBRATO ORDINE, IN SENIO, HEV, PARENTES FECERVNT FILIO OPTIMO,

non, quòd idem etiam alio haud exprimerent modo, hoc loco annotādum, quod epitaphio quàm elegantissimo

tissimo pariter legitur, Romæ in regione capitelli, propè S. Marcum, in domo Francisci Nouelli, sic.

FVNDI HVIVS DOMINVS INFANS HIC IACET, SIMILIS DEO, HVNC AB ANTE OCVLIS PARENTIS RAPVERVNT NYMPHAE IN GVRGITE, MONVMENTVM QVOD FILIVS PATRI FACERE DEBVERAT, IPSE FECIT.

Et alibi in transtyberina in S. Chrisogono, idem ferè, nec secus quàm suprà.

QVOD FAS PARENTI FACERE DEBVIT FILIVS, MORS IMMATVRA FECIT VT FACERET PARENS PATER SVCCESSVS SVPREMVM PRAESTITIT OFFICIVM.

CCCCCVII.

1 *Remedium ordinarium, facit cessare extraordinarium, tamen aliquando concurrunt. nu. 2.*

1 QVanquam dici soleat, officium ordinarium † tanti esse, vt extraordinarium cessare protinus faciat. vulg. l. in causæ. ff. de min. vsque adeò vt tenuerit alibi Alex. in l. j. in vlt. co. in prin. C. de eden. quod si quis actione in factum ex illo edicto compelli potest ad edendum rationes suas, opus non erit officio iudicis, ex quo illa ordinaria est, hoc ipsum autem extraordinarium. & ad idem etiam facit bonus text. in l. quædam. in prin. ff. eo. & alibi Bald. (quod scitu dignum est,) in l. quæsitum per illum text. ff. de tutel. si Episcopo fuisset ex causa, puta infirmitatis, vel senij datus coadiutor, & posteà moriatur, quòd capitulum sede vacãte administrauit, vsque ad successoris aduentum, & non coadiutor: quoniam capitulum administrator legitimus est, & ordinarium quoddam, coadiu-
2 tor autem datiuus & subsidiarius. Nihilominùs † concurrunt alio casu, si detur scilicet actio in factum: vt in d. l. j. not. & nimirum, quia subsidiaria ipsa quoque est, & datur ex æquitate, in qua etiam officium iudicis fundatum reperitur. l. quoties. ff. de præscr. ver. Adde tu & plus, quod imo datur etiam quòd actio simpliciter competat, puta directa rei vendicatio, vel publiciana. l. si ego. ff. de publician. vel interdictum. l. ij. §. hoc interdictum. ff. ne quid in hoc public. & genaraliter in actionibus arbitrarijs & stricti iuris. l. iij. in fin. ff. de eo. quid cert. loc. nec ob. text. in d. l. in causæ. quia id locum habet in causis minorũ: vt sentit & bene Calderi. in cõsi. ij. inc. an autem. de lib. obla. & nõ regulariter, & rectè. dictum que est semper memoriæ commendandum.

CCCCCVIII.

1 *Pœna in ecclesia Dei nulla est maior excommunicatione, & appellatur bannum christianitatis. & supra. sing. 480. in fin.*

2 *Excommunicatus in uno melioris est conditionis, quam bannitus.*

1 ADeò verum est quod alibi dicitur, in ecclesia Dei scilicet pœnam nullam † esse maiorem, neminèmque grauius affligi posse, quàm excommunicationis sententia. in capi. corripiantur. xxiiij. quæstio. iij. ex quo ea innodati sunt inter homines, & nihilominus eorum dulcissimo commercio carent l. hi qui sanctam fidem. C. de aposta. quam intelligit Pau. i. ad Corinth. capit. v. dum dicit, Sathanæ in interitum carnis tunc nescio quem tradi debuisse. & alibi appellat Abb. Panor. (quod nota) in cap. ij. in prin. de purg. cano. bannum christianitatis, vt exinde etiam videbimus, quòd licèt literis ordinarij, siue testium subscriptioni minimè credatur. cap. incerta. xx. q. v. & not. in ca. j. & ij. de fid. instrum. creditur tamen, si sententia excommunicationis intelligatur. c. curæ. xj. q. iij. ca. post cessionem. de proba. & in specie Calderi. tradit in consi. iij. incip. an literas. de fide instrumen. & annotatu dignum est, ad d. pœnæ grauitatem ostendendam, quam per eiectionem extra synagogam Iudæi, quiddam quoque maximum esse existimantes, exercebant, vt Io. ix. legitur. ibi, *Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis cæcum confiteretur à Christo illuminatum, extra synagogam fieret.* & hac de re etiam, vt ibidem dicitur, ipsum cæcum, quia miraculum fatebatur, & Christum prophetam dicebat, eiecerunt foras. & longè meliùs quam alij, qui quamuis in eum crederent, hoc ipsum tamen timentes, ne extra synagogam scilicet fierent palam de eo loqui non audiebant. Sed (proh dolor) vt idem Abb. declarat in cap. clericos. de cohabi. cler. & muli. quòd frequentia nimia hoc tempore, & quia etiam leui plerunquè de causa, fertur, imò fulminatur à prælatis nostri temporis, contemptibilis facta est, vbi aliàs à suspensione & interdicto incipere deberent, demùm & vltimo loco ad eam deue-
2 nire. Est † verum (quod etiam obseruatione dignum puto) quòd excommunicatus quò ad aliud, melioris conditionis esse videtur quàm bannitus, ex quo iste impunè interfici potest, vt concludunt communiter doctor. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & in l. j. C. de accus. & in l. amissione. in §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. quod in excommunicato haud est considerabile: vt originaliter inquit Bald. in l. cum mulier. in vj. colum. ff. sol. mat. & quia de materia dixi alibi latius, nunc aliter non insisto.

CCCCCIX.

1 *Periurus an sit ipso iure, infamis.*

1 ALiud mirabile dictu videtur, quòd periurus, † cuius crimen apud AEgyptios capitali pœna feriebatur, grauéque idipsum putantes Scythæ, simili supplicio castigabant, per solium regium tantum, & non aliter iurantes, & quo denique Roma. homines nihil maius existimabant, diligentius iusiurandum violatum iudicantes, quàm aliud crimen non sit apud nos, & de iure infamis. c. quicũque. vi. q. j. c. testimonium. de testi. inducendo tamen vt per Calderi. in consi. v. incip. an periurus, de iureiur. adeò odiosum aliàs, vt sententia si transiuerit in rem iudicatam, lata nihilominus prætextu iuramenti necessarij falsi, retractetur, secundum glo. in l. admonendi. & ibi Bart. in j. colum. ff. de iureiur. in re sol. contrarij. l. imperatores. ff. de re iud. & l. sub specie. C. eo. ipséque à iurando repellatur: quoniam semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali. ca. semel malus. de regu. iur. in vj. ca. paruuli. xxij. q. v. & not. in l. Cassius. ff. de senato. & sic non erit de casibus ab ipso iure expressis, & de quibus in l. j. ff. de his qui nota. infa. pro singula. dicto tamen notandum est, quòd infamis erit, si à transactione iurata, seu pacto recesserit: vt idem Calde. inquit in loco suprà allega. per not. in l. si quis maior. C. de transact. nec simpliciter adhuc, & ipso iure, sed ita demum, si talis per sententiam iudicatus fuerit, & idem Ange. in auth. sceni. non solum si fideiuss. præstent ad fi. asserens ad istam distinctionem reduci debere, quæ habentur in d. cap. testimonium de testi.

CCCCCX.

1 *De enthymemate, siue sylogismo imperfecto.*

1 AD ea, quæ not. in l. j. ff. si cert. pet. de enthymemate, † quod nihil aliud est, quàm mutilitatus syllogismus, cùm maior, vel minor omittitur: vt in l. Titiæ textores. vbi etiam Ias. mutat, in j. colum. ff. de legat. j. videtur mihi quod sit melior text. de iure in l. aut facta. in §. fi. ff. de pœn. ibi, multis personis crassantibus exemplo opus est, ex quo sequitur necessariò, ex hoc maleficia exacerbari debere. & fortè non aliter intelligitur, quod dicit Inno. quoque in ca. j. de constitu. ex causa scilicet licere leges transgredi. Vel & melius, quia paulò suprà hoc idem text. prædictus, si rectè legatur, dixisse videtur, quicquid alij sentiant alibi, exemplum istud sic inducentes, & malè, nec ipsum Iurisconsultum, si sic dixisset, reprehendi potuisse affirmemus, quoniam (quod proximè declarabam) figuratus modus loquendi fuisset: vt alibi etiam in l. j. ff. de pact. & in §. est & aliud. Insti. de dona. & in §. sed ius quidem. de iur. natu. eo. lib. & in l. illicitas. in §. ne tenuis. ff. de offi. præsi. & in capitul. forus. vbi glo. magistra in ver. parte ablata. de verb. signi. & sexcenta sunt huiusmodi non negligenda, quæ quoniam ad vnguem omnia in dialogo de figuris propediem vulgando congessimus, non refero aliter, sed ad alia statim & e uestigio transeo.

CCCCCXI.

1 *Mater à filio heres instituta: rogatque de restituendo, non imputat fructus in quartam, & parentibus debet relinqui iure institutionis: nec sufficit quoquo relicti titulo.*

Intellectus l. non est parentibus. ff. de inoffi. testa.

MAxima hodie fuit contentio in foro, an mater à filio instituta, & rogata hæreditatem restituere, computaret † fructus in quartam? tenebantque multi audacter quòd non. per tex. in l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testamen. vbi in simili, turbato ordine, hæreditas liberorum non minus parentibus debita est, quàm econtrà, parentum liberis: vsque adeò, adastu, vt sicuti ascendens tenetur descendentibus relinquere titulo institutionis legitimam, ne testamentum subuertatur, ita teneantur econtrà, descendentes ascendentibus, nec sufficit idipsum facere quoquo relicti titulo: secundum gloss. in ca. si pater. de testamen. in vj. per quam ita etiam dixit Imol. in l. his verbis. in fin. ff. de hæred. institu. & sicuti filius habet annum ad petendam bonorum possessionem. l. j. §. largius. ff. de suc. edict. ita habet pater. l. penul. §. fin. ff. quis or. in bonorum pos sess. serue. & sicuti vltimo loco eiusdem filij hodie legitima aucta est, ita est aucta legitima parentum: vt in authen. de trien. & semi. in princip. & in authent. nouissima. C. de inoffi. testamen. & not. Bald. in l. pater filium. in prima lectura. in prin. & in repe. in vltim. colum. ff. de inoffi. testamen. ergo pari ratione idem dicendū videretur hoc casu: quia filius (primi gradus intellige) similiter haud computat. l. iubemus. C. ad Trebel. & per Scriben. latè in l. Marcellus. ff. eodem. in authen. sed cum testator. C. ad leg. Falcidiam. Sed tamen contrarium verius est, & ita decisum fuit, ex quo text. in d. l. iubemus. resistit, vetatque extensionem fieri debere ad casus in ea non expressos. & quando nō resisteret, haud esset quoque dicendum, quoniam nostrum non est legem extendere. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrimo. l. si seruum. §. non dixit Prætor. ff. de acquiren. hæred. l. in conuentionalibus. ff. de verborum obligatio. l. j. §. in re igitur dubia. ff. de exercito. actio. imò quòd videtur casus ad literam, in l. filiusfamil. in fin. ff. ad leg. Falcid. nec in terminis secus tenuit Barto. in l. in fideicommissariam. ff. ad Trebel. & Calde. quem palàm legimus, vt veritas melius iudici innotesceret, in consi. xlj. incip. an mater. de testamen. nec facit ob id decisio d. l. nam & si parentibus. & similium: quia procedunt in casibus suis, in quibus planè id decisum esse reperitur, non isto à lege omisso, & in quo non militant rationes, quæ locum habent in filio, haud computantes fructus prædictos. & est determinatio certè memoratu digna.

CCCCCXII.

Parentes tenentur thesaurisare filijs, non contrà. Rursum patri licet uendere filium ex causa tamen: non contra.

De materia l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa.

ET si multa dicta sint suprà proximè, facientia ad materiam l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testamēt. hoc aliud tamē prætermittendum non est, scitu etiam dignum, & memorabile, quòd quamuis naturali quodam † debito parentes filijs thesaurizare teneantur, & debeant, non tamen idipsum facere debebunt, aut tenebuntur filij parentibus. Aposto. ij. ad Corin. teste. cap. xij. legitur in capit. prædicator. xvj. quæstio. j. & in argumen. in l. fina. ff. de bon. dam. & in cap. ius naturale. j. distin. traditque Calde. & in not. q. quidem in consil. i. incip. pater. in iij. colum. de dona. inter virum & vxor. Nec filio rursum permissum esse videtur, vendere patrem ex causa, vt patri permissum est filium distrahere. l. ij. C. de patribus. qui fil. distra. aliâs non esset tam magna potestas eiusdem patris in filium, quantum sibi tribuitur, haud dicendum. l. in suis. ff. de libe. & posthu. l. iij. C. de pat. pot. & hoc idem in lege Deutero. quoque cauebatur. cap. xxj. his verbis. *Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audierit patris, ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehendant eum, & ducant ad seniores ciuitatis, & dicant, Filius noster iste proteruus est, & contumax, monita nostra audire cōtemnit, comessationibus uacat, & luxuriæ, atque conuiuijs, lapidibus eum obruat populus ciuitatis, & moriatur, ut auferatur malum de medio, & uniuersus Israel audiens pertimescat.* Imò & ad propositum, quòd nec in lege xij. tab. causa allegabatur simpliciter dicente sic. *Vendendi filium patri potestas esto.*

CCCCCXIII.

Necessarij hæredes quare dicantur.

POsteaquam de lege. xxij. tab. facta est mentio, nec aliud ignorandum censui, dum dicitur in §. necessarij verò. Insti. de hær. quali. & dif. quòd † ideò appellantur necessarij, quia omninò siue velint, siue nolint, tam ab intestato, quàm ex testamento, ex lege. xij. tab. hæredes fiunt. Verba scilicet eiusdem, successionem tamen intestati tantùm comprehendentia, hæc fuisse, quæ, vt antiquitatis nihil penitùs ignoretur, iuxta dictum Imperatoris, in prin. de testa. eo. lib. & in l. vnic. in §. & cùm triplici. C. de caduc. tol. quod etiam re assumpsit Bald. in §. quibus. in ij. col. in proœ. C. hic etiam subijcere decreuimus, & sunt huiusmodi. *Intestatorum hereditates primo suorum hæredum, uelint nolintue sunto, his deficientibus, agnatus proximus familiam habito.* & de materia aliâs in l. in suis. ff. de liber. & posth. & in l. qui se patris. & ibi nos multa. C. vnde lib. & in l. & si fine. in §. sed quod Papianus. ff. de inoffic. testamen.

CCCCCXIIII.

Magiæ tres species.

IN eadem lege xij. tabul. adhuc continebantur verba hæc, *Qui fruges excantasset, pœnas dato, neue alienam segetem pellexeris excantando.* Indigent declaratione. Ideò dic, quòd ex tribus † magiæ speciebus, hæc venefica appellatur: aliarum autem vna naturalis, altera vero mathematica, earúmque sectatores, magi, quos sacrorum euangeliorum interpretes, Caldeorum Philosophos exponunt: & sic magiam naturalem, Philosophiam quādam intelligentes, ijque multi fuerunt, tum vel maximè qui Christum natum muneribus salutârunt, Apollonius Thianeus, Hiarchas, Testio, Budda, Numa Pōpilius, Zamolxides, Abbatis, Hermes, Zoroastes, & alij innumirabiles, quorum Brachmanes, Gymnosophistæ, Babilonij, Romani, Thracæ, Hyperborei, Aegyptij, & Persæ, maximè gloriabantur. multi item Mathematici, præcipuè Architas Tarentinus, Mercurius, & Albertus Magnus, à quibus statuæ loquentes, siue columbæ volantes, miro quodam artificio fabricatæ fuerunt. Venefici propemodum infiniti, ita vt quemadmodum hic fruges excantari posse dictam et lex sensit, verbis prædictis, Magis amplius & veneficis pœnam minitans, quod Virgil. quoque in Buco. ostendit, dicens.

Has herbas, atque hæc Ponto mihi lecta uenena.
Ipse dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto.

Pari modo homines aliquando in lupos versos fuisse: vt Demarchus Parrhasius, extis in sacrificio degustatis, aliaque multa fieri posse, credere debeamus. Quandoquidem etiam Nabuchodonosor in Bouem (historia nota) versus sit. Tempestatém que hymno compescuerit Orpheus, & Vlyssi tandem sanguis verbis restrictus fuerit. dicta omnia cùm scitú, tum etiam non minus, quàm alia, meram iuris peritiam sapientia ad d. legis. xij. tabu. declarationem, seu potius exornationem, memoratu digna, & quia apud nos plerunque istorum facta est mentio, quæstionésque accidunt sæpissimè: vt in capitul. qui fine. xxvj. q. ij. & in c. si quis Episcopus. xxvj. q. v. & in capitul. Episcopi. & in c. nec mirum. ea. q. & cau. & in l. nemo. C. de malefic. & mathe. imò & toto tit.

CCCCCXV.

Clericus in ludo niuis cùm cadat alio impellente, ita ut sanguis exeat, impellens incidit in canonem, si quis suadente diabolo, & indiget absolutione.

IN ludo niuis quidam clericus, his diebus ludendo, vt fit, cecidit adeò grauiter, alio clerico tamen ipsum impellente, vt ei è naribus, & ex ore pariter exiuerit sanguis: quærebat à me Aegidius Tapia Hispanus, scolaris quàm maximè doctus, & ex nostris auditoribus lectissimus, qui cùm non minus semper dubitet, quàm iuri operam nauet, efficit vt credam facilè, ipsum breui euasurum in magnum virum, an dictus clericus † impulsor esset excommunicatus, anque incidisset in canonem Concilij Lateranens. si quis suadente diabolo. xvii. q. iiij. cui dixi tunc non recordari vbi præcisè & in specie quæstio hæc tradetur, & responderi amplius potuisse, quòd sic, si verba odiosa dicta fuissent, quoniam vt plurimum rixæ & rumores sequi solent, taliter vt ludus noxius possit, & iure meritò quidem appellari. ludus autem noxius est in culpa. l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil. capitul. j. de præsum. ca. recurrerit. xxxij. q. iij. & de materia aliâs in capitul. continebatur. de homi. ergo non potuit non dici talis. & in terminis domum reuersus comperi decisionem Calde. ita declaratis & tenentis, & bene, vsque adeò

adeò vt absolutio etiam fuerit necessaria, in consil. suo incip. clericus. sub rub. de senten. excom. & est quotidianum ac singulare.

CCCCCXVI.

1 *Libertas licèt non detur per procuratorem, potest tamen dari per filium iussu patris, item & per patrem de consensu filij, & in hanc rem multa in discursu.*

PEtrus Leonissa Patauinus iuuenis multijugæ virtutis, & optimarum artium perquam studiosus, hodie, que fuit dies vltim. Decembr. M D XXXVIII. habuit in punctis. l. nec mulierem. C. de vind. libr. quam pro singulari, iuncta tamen glo. &
1 dum recitaretur, cogitantes obseruauimus, quod licèt† libertas per procuratorem dari non possit: vt ibi. & in l. seruus furiosi. ff. de manumis. eáque ratione, quia in administratione patrimonij manumissio nõ est dari, dari tamen potest per filiũ iussu patris. l. surdi. ff. de ma. vind. l. j. in fin. C. commu. de manumiss. & econtrà filij consensu per patrem. l. pe. C. de his qui à nõ do. ma. & not. in d. l. j. argumentúmque optimum est in l. nam & si parentibus. ff. de inof. test. & consensu filij diximus de industria, quia non videtur conuenire, ipsum patri iubere debere: vt econtrà patrem filio. l. filio famil. C. de iur. delib. & ibi declarat Sali. dictum certè pro exornatione l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hær. egregium. & idem habetur etiam in l. nepos. ff. de manumis. & in l. si pater. ff. de manu. vind. & non ab re: quia libertas fauorabilis est, quam fouere, & tueri amplius. Roma. legibus, & præcipuè Imperatorio nomini, peculiare est: vt in præal. l. j. text. met ait. & in simili in d l. si pater. & facit, quia videmus quoque manumissionem ex causa semel approbatam per iudicem, retractari non posse, etiam si posteà falsa appareat. §. eadem. Insti. quib. ex cau. ma. li. Item quòd mulier pro nullo intercedit. nisi idipsum pro libertate faciat. l. j. ff. ad Velleian. l. pe. C. eo. & quòd seruus denique libertatẽ consecutus, minore restituto, eam nõ perdit. l. & si sine §. sed quod Papin. & ibi per Doct. ff. de inof. test. Quæ ratio tamen mihi non placet, ex quo ea attenta, deberet etiam per alium dari posse, & tamen (vt regula ipsa dictat) non datur, nec isto casu locum habet, quod traditur in l. j. in §. vsus. ff. de procu. & in regu. qui per alium. de reg. iur. in vj. considerando etiam hoc non dici in d. l. j. per modum rationis: & si ratio est, non videtur finalis. Ea igitur (vt conijcio) assignari potest, quia lex identitatem personarum cogitauit. l. fin. C. de imp. & alijs subst. l. in suis. ff. de lib. & posthu. rata hoc ipsum in patre & filio tolerari, quemadmodum alia multa alibi à me scripta, quæ hic non repeto. quod ex eo etiam nouissimè videre licet, quia in d. l. j. emancipati excluduntur, in quibus non habet locum, quod dicitut in d. l. fin. & similibus. & hac de causa ipso patre mortuo, testes esse poslent in negotijs ipsius: secundum Baldum in l. qui testamento, in §. quæcunquè. ij. colum. ff. de testam. & in terminis probatur in l. qui in potestate. C. de in ius vocan. & in l. lis nulla. ff. de iud.

CCCCCXVII.

1 *Arbitri, seu arbitratores partium consensu electi, & semel approbati, possunt tamen ut suspecti recusari, & quæ sit ratio.*

1 ALiud mirabile etiam mihi semper est visum, quòd† arbitri, seu arbitratores, partium consensu electi, & semel approbati, possint vt suspecti recusari, quodque recusatio non sit temeraria. arg. sumpto ex his quæ habentur in simili in l. postquam liti. C. de pact. & in l. j. in §. qui semel. ff. de succes. edic. & in capitul. quãm sit periculosum. vij. q. j. & in regu. quod semel placuit. de reg. iur. in vj. Considerando etiam tertij præiudicium, cui ius ex dicta electione acquisitum esse videtur: quod inuito eo ei auferri non debet. vulga. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. l. fin. ff. de pact. Sed nimirum, quia causa semper excepta videtur in quacunque dispositione. l. si hominem. ff. mand. & quia nouo indigent auxilio, quæ de nouo emergunt. l. de ætate. §. ex causa. ff. de inter. actio. cap. cæterum. de iur. cal. Considerando etiam durum esse coram iudice suspecto litigare, quanquam eum quoque nos elegerimus, antequam suspitionis causa superueniret. l. apertissimi. C. de iudi. cap. quod suspecti. iij. q. v. & ita in terminis tenuit Calde. in cons. vj. inc. an officiales. sub rub. de app. nec secus dicendum censeo.

CCCCCXVIII.

1 *Emancipato filio pupillariter substitui non potest, exhæredato tamen sic & quæ sit ratio diuersitatis.*

1 EMancipato† filio pupillariter substitui non potest, quanquàm substitutio huiusmodi fauorabilis sit, gratia pupilli introducta à lege: vt no. in l. j. & ij. ff. de vulg. & pu. subst. & in l. ex tribus. C. de inof. testa. cui tamẽ pater stipulatur. l. quod dicitur. & ibi per Bar. in vlt. col. ff. de ver. ob. durum certè. & prima facie à ratione penitùs alienum, cùm sit maximè, quod substitutiones longè magis fauorabiles sint, quàm contractus: secundũ Bal. in l. humanitatis. in xij. col. C. de imp. & alijs subst. & in l. sancimus. ad fi. C. de ver. sig. & probatur in l. in testamentis. vulga. ff. de regul. iur. & in capit. cùm dilecti. de donatio. adeò vt nec hodie sublata sit differentia emancipationis & patriæ potestatis. iuxta ea quæ habentur in §. si verò in versicul. nullã. in authen. de hære. ab intest. venient. & in l. meminimus. C. de legi. hær. idipsum permittatur, ex quo sublata est tãtùm in successione intestati, non autem testati: vt declarant Doct. in l. si emancipati. C. de colla. & in l. sicut. C. de milit. testa. & in l. ventre. vbi Bart. in vj. col. ff. de acqui. hæred. & Ias. latiùs in l. Gallus. in §. & quid si tantùm. in vij. ff. de liber. & posthum. Nisi dicamus, & perpetua dignum est obseruatione, quòd quamuis aliàs fauorabiliores sint substitutiones, & vltimæ voluntates generaliter, alijs casibus, quàm contractus, non sunt tamen in isto, quoniam inuentæ de iure ciuili, Lacedæmoniorum moribus. d. l. ij. non immeritò etiam patriam potestatem desiderant, quæ nullo alio iure inuenta dicitur. l. nam & ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. qua ratione exhæredato fieri etiam permissum est, ex quo tunc & eo casu potestas patria non amittitur. l. quemadmodum. ff. de inoffi. testa. §. non solum. Insti. de pup. sub. & in prin. eo tit. & lib. aliàs mater quoque filio, vel pater ipse naturali tantùm posset substituere, & frater fratri pariter, quia ipsi etiam stipulatur, vt habetur in l. stipulatio ista. in §. alteri. ff. de verbo. ob. & tamen falsum est. l. si mater. l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. sub. §. igitur. & in prin. (singula singulis referendo) Insti. de pup. substi. & dixi ego latiùs in l. precibus. in iij. lectu. in ix. q. textualium. C. de impub. & al. sub.

CCCCCXIX.

1 *Pacta nouissima prioribus derogant, quando illis sunt contraria: & nouissima sint in uiridi obseruantia. & an sit perpetuum.*

1 PActa† nouissima prioribus derogant, quando illis sunt cõtraria. l. pacta nouissima. C. de pac. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. j. aliàs secus. l. non ad ea. ff. de condi. & demon. & tradit Alex. in l. si quis eum. in prin. ff. de vulg. & pup. substi. si nouissima tamen sint in viridi obseruantia, & vtentium moribus approbata. l. ij. ff. eo. l. Arriani. C. de hæretic. & per Bald. in authen. omnes peregrini. in vlti. col. C. commu. de suc. & Archid. in c. fin. iiij. dist. Sed contrà (& videtur singulare dictum) quòd imò non derogent, & fortius, quia si statutum, quod de adulterio & furto omnes iudices ciuitatis cognoscant: & nouum factum sit statutum posteà, quòd cognoscat solus capitaneus, non propterà cæteris adempta est iurisdictio: & tamen ex suprà dictis contrarium dicendum esset. Ideò videndus est Ang. vbi rationem etiam assignat, in l. j. per illum text. C. vbi & apud quem.

CCCCCXX.

1 *Deceptis & non decipientibus iura subueniunt. fallit in doctore, si causam perdat, & in integ. restitui postulet: item in mercatore, si se in actibus mercantiæ deceptum dicat.*

1 DEceptis, † & non decipientibus iura subueniunt. c. cum vniuersorum. de rerum permu. l. ij. §. verba. ff. ad velleia. l. si fine. C. eo. & tamen (quod nota, & obserua) mercator minor descriptus in matricula mercatorum, si se deceptum in actibus mercantiæ dicat, non auditur. ita Angel. in l. j. C. qui & aduer. quos. maxima certè admiratione dignum, cùm inter eos non agatur nisi de bono & æquo. l. Quintus. ff. manda. & not. Bal. in l. cùm fidem. C. de non nume. pecu. & in l. si pro ea. in vlti. col. C manda. & in l. fi. in pe. C. de hære. vel actio. ven. nisi hoc idem esse ea ratione dicamus, quia quodammodo turpitudinem suam allegat: & est verum. & idem in doctore, qui se peritum profiteatur, & causam perdat, vt non audiatur, si in inte-

grum restitui voluerit.l.transactio.C.de transact. l.prima.C. de furt.capitulo. inter dilectos.de donatio.& est argumen.in l.ij.in §.Seruius autem Sulpitius.ff.de orig.iur.

CCCCCXXI.

1 *Qui in utero est cùm de eius commodo agitur, habetur pro iam nato: non si de eius incommodo: præscriptio tamẽ ei currit: pupillo uerò non. & quæ sit ratio.*

1 QVi in vtero † est, cùm de eius commodo tractatur, habetur pro iam nato.l.qui in vtero, vulga.ff.de sta.homin. non si de eius incommodo.capitu.ij.& ibi Abb.Pa. not.extrà qui fil.sint leg.& multa in collecta.super. d.l.qui in vtero.congessimus, videnda alias. Hoc vnum tamen nunc haud prætermittentes certè annotatu dignum, & quod ibidem etiam retulimus, quòd pupillo præscriptio non currit: ei verò qui in vtero est, sic.l.sicut.C.de præscript. 30. vel 40. anno.l.etiam ei qui prius.ff.de mino.& per Bal.in ca.j.in ij. no.de præscri. & Ang. in d.l. qui in vtero. & tamen aliquo respectu de eius commodo agi videtur.& annotatu dignum esse dixi, quia præscribit, & nihilominus contra neminem præscribitur, secundum Bal. in loco præallega.dicentem alibi non reperiri. Interim tu diuersitatis rationẽ cogita, & nouissimè vide Fran.Bal. in tract. præscri.in j.par.vi.par.principa.in 33.casu, in prin.& in vij.co. in ver.& de ista materia.

CCCCCXXII.

1 *Filiusfamilias non debet esse deterioris conditionis, quàm extraneus. fallit. numero 2.*

1 FIliusfamiliàs † deterioris cõditionis esse non debet, quàm extraneus.l.Celsus.§.fi.ff. de leg. ij. vbi pluribus hæredibus institutis, si vnus rogetur legatum restituere, isque portionem sibi debitam repudiet, cæteris accrescet, nec ad onus repudianti iniunctum tenebitur, multoque minus filius, aliàs deterioris conditionis esset quàm extraneus, haud dicendum, vt suprà.

2 Et tamen (quod nota) deterioris † conditionis est alio casu. quoniam non vsucapit pro hærede, extraneus autem sic. l. nihil.C.de vsucap.pro hæred.l.ij.§.filium. ff.eo. nisi ex capite agnatorum veniat: quia tunc secus, vt inquit Alex. in l.j. in vlti. colum. C. qui admit.ad bo.possess. ex quo continuatio dominij, de qua in l.in suis.ff.de libe.& posthu. resistens fortè ne vsu capiat regulariter, non est hoc casu considerabilis, & in d.l.j. nos etiam latè diximus, & latius in l. qui se patris. in euidential.C.vnde lib.& est arg.in l.si pater.ff.de adop.& in l. pro hærede.ff.de acqui.hęre.& in l.tutor.in prin.ff.de fideiusso.& mille sunt huiusmodi, quæ non refero,

CCCCCXXIII.

1 *Argumentum ab effectu adeò est efficax, ut simile dicatur.*

1 ADeò † efficax est argumentum ab effectu, vt simile dicatur, quod idem est taliter, Alexan.teste in l.qui liberis. in prin. ff.de vulg.& pupil.substi.qui etiam dicit alibi in l.j.in §.lex Falcidia.in iij. colum.ff.ad leg.Falc.non referre, an interpretatio sit extensiua, vel effectiua, ex quo ius in nomine non consistit, nec talis disputatio alijs quàm pertinacibus est relinquenda. iuxta glos.in rub.ff.sol.matrimo.& alibi Bald.in l.legitimos. in fin.prin.ff.de legi.tuto.quòd cùm iura effectum, non autem formulam verborum considerent.& inter tria requisita in tutelis, necessarium sit tutorem promittere, quòd pupillum inde sensum non relinquet.paria erunt, quòd formaliter in promissione dicatur, sine vlla cunctatione. vel verba æquipollentia ponantur.l.omnium.l.quoniam indignum.C.de testa.& alibi Ang. Vltimo loco (quod est quotidianum) in §.hæc autem. in ij.colum.in procem. fforum, quòd si quis percutit aliquem, præsumitur eum appensatè percussisse. qua de re fortè inoleuit practica, quòd assessores hoc ipsum faciant verisimiliter lucri causa, & vt pecunias ab infœlicissimis reis his hamis expiscantes extorqueant, scituri hac theorica deinceps, & posthac, iuridicè fieri, nisi aliter ex processibus constet.

CCCCCXXIIII.

1 *Homo dignissima est creaturarum.*

2 *Actio personalis reali dignior.*

3 *Persona aliquando facilius alienatur, quàm res.*

1 HOmo † dignissima creaturarum est.l.iustissimè.ff.de ædil.edic.l.cognitionum.ff.de varijs & extraor. cogni.l.in pecudum.ff.de vsu.vnde Virg. alibi nob.Poëta, *illi cœlestis origo est.* idipsum Gene.j. sentiens, quod eum Deus optimus maximus ad imaginem & similitudinem suam creauerat, relatum etiam in capitul.hæc imago.xxxiij.quæsti.v. vnde Ouid. quoque alibi.

Pronaque cùm spectent animalia cætera terram:
Os homini sublime dedit, cœlúmque uidere
Iussit, & erectos ad sydera tollere uultus.

& alibi Claudia.

Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum
Erexisse caput? pecudum si more pererrant,
Auia si frangunt communia pabula grandes?

dicente etiam Psal. *Minuisti eum paulòminus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, constituistique super opera manuum tuarum: omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues, & pecora campi.* dixi que ego multa in dialogo de hominis dignitate & excellentia, quem propediem vnà cum alijs Deo dante, publicauimus. &

2 hac ratione † actiones personales sunt realibus digniores, vt not. in rubr.ff. si cert.pet.nec rei appellatione, quamquàm generalis sit, l. j.ff.eo. venit homo, vt ibi diximus, & not. etiam in l. j.ff.de rer. diui. aut rei minoris accessio esse debet, vt in d. l. iustissimè, præterquàm in casu. capitul. multorum de Iudæ. connexitatis & adiuncti ratione. Ni-

3 hilominus vnum noteris velim, quòd interdum † faciliùs persona alienatur, quàm res, probo, quia minor seipsum alienat, & tamen non alienat bona, ita Ang. in l.& seruorum. in princi.ff.de sta.ho.Item paterfilium vendit.l.ij.C.de pat.qui fil.distra. & tamen de re filij non transigit. l. de re filiorum.ff. de transac.cogita.

CCCCCXXV.

1 *Aequalitas in iudicijs seruanda, & ideò publicato processu si minor restituatur ad probationes inducendas, eius aduersarius prædicto beneficio utetur.*

1 MInor, † publicato processu, restitutus est ad probationes inducendas: dubitabatur heri in foro, nunquid aduersarius suus beneficio prædicto vti potuisset? Dicebant aliqui cauillosi aduocati, licet hoc ipsum fortè haud sentirent, quòd non, quia restitutio facta est mero fauore ipsius minoris, vsque adeò vt ad ipsius læsionem non debeat hoc modo retorqueri. vulga. l. quod fauore. C.de legi. capitul. quod ob gratiam. de reg. iur.in vj. & malè, quoniam in iudicijs æqualitas seruanda est.l.fin.C.de fructi.& lit.expen.l.amicissimos.§.Lucius.& ibi Baldus in ij.colum.ff.de exc. tutorum.l. petendæ.C.de temp. in integ.rest. pot.& ideo dicebat alibi idem Baldus in l. hac edictali. in iij. colum.C.de secun.nup. quòd licet in prouidentia testatoris inæqualitas esse possit, æqualitas tamen esse debet in lucro legis. & hoc modo, quo solent.d.l. quod fauore, & similes limitari, vt ibi Baldus.in vij. opp.declarat, læsio prædicta dicetur rationabilis, & in ipsius fauoris consequentiam venire.l.cùm ex oratione. §.fin. ff.de excu.tutorum & ad propositum ita tenebat Angel.in l.qui res. in §.huic applicatur.ff.de sol.& in d.l.petendæ.in j.colum. ad fin.nisi aduersarius fuisset in dolo, quia tunc secus, nec eidem patrocinari deberet.l.in fundo. ff.de rei ven. capitul.sedes apostolica.de rescrip.

CCCCCXXVI.

1 *Forma petendi restitutionem.*

1 QVoniam † vidi quàmplurimos etiam errare grauiter in formatione libelli cum petitur restitutio, volui practicam Ange. subnectere, certè non spernendam, vt semper dicat petens, seu petat quis, dicens, ipsum læsum restitui debere aduersus id, quod sibi læsio abstulit, in l.cùm & minores.in j. colum.C.si aduer.rem iudi.quoniam id quoque regulare est. l.quòd si minor.§. restitutio.ff. de mino.l. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posthu. & tradit Alexan. in l.cùm quidam.in princip.in ij.colum.ff.de acquir. heredi. ita vt si rem abstulerit, ad rem etiam fiat restitutio: si actionem, ad actionem, si

ne, si ius denique, quod in processu & in sententia habebat, ad sententiã & processum pariter: aliàs nõ esset in pristinũ statũ repositio, & in quo læsus reperiebatur, antequam læderetur: imò quòd si bona alicuius dudum exiticij ciuitatis venderentur, tenebitur venditor, hac ratione, si ipsi exiticio reintranti bona restituantur, secundum eundem Ange. in l. j. in ij. not. C. de pericu. & com. rei vendi.

CCCCCXXVII.

1 *Forma per assessores uisitandi cadauer. & quid facere debeant, & unde sumatur practica illa.*

1 ASsessores† etiam, cùm aliquis interfectus est, statim visum & repertum scribi faciunt, vulnera enumerantes, locũ vulnerum, & armorum genera, quibus illata sunt, & ampliùs interfecti nomen, sexum, ætatem, habitationem, & similia. Ignorãtes tamen vnde practica hæc sumpta fuerit, & propter quid, vt notarij clausulas in instrumentis multiplices apponentes de consuetudine, quas tamen non intelligunt: secundum Bart. in l. j. in iij. colum. ff. de iure codi. & Bald. in l. iam hoc iure. in fin. ff. de vulg. & pupil. substi. & in l. quoties. in j. colum. C. de hære. insti. ideò sciendum est hoc ideò fieri solere, vt suppositum ante omnia probetur, & liqueat, posśitque inde veritas inquiri. l. j. C. vbi caus. fisc. l. diuus. ff. de mil. testa. l. si quæramus. ff. de testa. & puniri quoque delinquens, sumptùmque fuisse ex l. j. §. item illud sciendum ibi, *Liquere igitur debet, scelere interemptum.* ff. ad Sil. vbi Angel. etiam not. & bene, estque memoriæ commendandum perpetuò.

CCCCCXXVIII.

1 *Accusans aliquem de falso, debet narrare accusatum ea intentione testamentum, seu instrumentum occultasse, ne ueritas appareat.*

1 VOlo† te docere aliam practicam, ne aliquem de falso accusando succumbas, & ignorantis aduocati etiam nomẽ subeas, vt non simpliciter dicas, testamentum, vel instrumentum tibi occultatum fuisse, quoniam tunc (vt dixi) succumberes, nec incideret accusatus in pœnam falsi: sed narres, quòd ipse testamentum seu instrumentum occultauit animo & intẽtione, vt veritas non appareat. & hinc est, quòd qui idipsum fecisset aduersus vnum tantùm, in dictum crimen non incideret, ex quo aduersus omnes occultandum est, ne veritas (vt suprà) quoquo modo appareat. l. j. §. si quis dolo. & ibi idem Ang. adhuc not. & menti tenendum semper exclamat. ff. de tabu. exhiben.

CCCCCXXIX.

1 *Litigans cum aliquo qui se tutorem pupilli dicit, non potest habere nisi copiam tutelæ, & principium & finem inuentarij. & quare.*

RE cordor alibi dixisse quantum sit satis, Pupillos semper præcipuum meruisse fauorem omni lege, miseratione ætatis maximè. l. ex pluribus. in fin. ff. de admi. tuto. l. penulti. C. de ser. pigno. dat. ma. dicente etiam alibi Iuris. ex rescripto Diui Pij, *Scito me omnem rationem adhibere subueniendi pupillis cùm ad curam publicam pertineat.* in l. iij. ff. qui pet. tu. nunc autem & nouissimè addendum puto, hoc adeò verum esse, ad dictarum legum exornationem, vt litigans† cum aliquo, qui se pupulli tutorem dicat, non posśit habere nisi copiam tutelæ, & principium ac finem inuentarij tantum, ne pompa aut paupertas eiusdem pupilli detegatur. ita idem Ang. in l. j. in §. solet. ff. eo. titu. de tab. exhi. & plus, quod ipse, tutore tamen auctore, manumittit: nec peculium manumissum sequitur, & nihilominus in maiore manumittente secus. l. pupillus, iuncta gloss. ff. de manumiss. vindi. Neque aliud, nisi hoc ipsum, sibi vult quod habetur in l. fin. in §. omnem. C. de admi. tut. dum iurant tutores, promittentes ipsorum defensionem suscipere formaliter, & sine aliqua dilatione.

CCCCCXXX.

1 *Taciturnitas consensum operatur in his quæ concernunt tacentis commodum aliàs non.*

1 DE taciturnitate multa dici solent, an† consensum operetur, necne: tum vel maximè in c. qui tacet. de reg. iur. in vj. & in l. ij. in §. fi. ff. sol. ma. latè Baldus in l. si sine. in ij. colum. C. ad Velleia. & quod idem operetur in concernentibus fauorem tacentis, testatur Alex. in l. iij. in j. colum. C. de repud. hære. quòdque præsens confirmatus, si taceat, & non contradicat, consentiat. Baldus in l. Caius. ff. de excu. tuto. nec secus vltimo loco in actu voluntariæ iurisdictionis, si ad idem tamen concurrat minoris fauor, probatur in l. cum ostendimus. in §. fin. ff. de fideiuss. tuto. & per doc, vbi etiam quod in contentio sa, in l. si pater. in prin. ff. de adop. Sed quæro, pone quòd debitor meus mihi dicat. Ecce centum, quæ tamen tibi debeo, & non vltrà: tu verò tacens ea accipias, an videaris consensisse, & in residuo fecisse sibi quietationem. Videretur dicendum quòd sic, ex prædictis: & nihilominus contrarium est verius. text. est in l. si quidem. ff. de excep. & not. Ang. in l. si cùm dos. in prin. ff. de actio. re amot. & in l. si ex pluribus. in fin. ff. de sol. & vt quotidianum, obliuioni non est tradendum. Considerando etiam, quod nec supradicta aliud probant, (vt dicebatur) quoniam iam testati sumus, consensum ex taciturnitate haud præsumi, nisi in concernentibus tacentis commodum, hoc casu autem esset incommodum, ergo &c.

CCCCCXXXI.

1 *Libellus obscurus, si à parte opponatur, repellendus: qui dicitur obscurus altero de quinque modis. nu. 2.*

1 LIbelli† obscuri & generalis facta est mentio, in l. fin. C. de annal. excep. vt nihil valeat scilicet, & reijciatur, si tamen oppositum sit à parte: secundum Barto. in l. edita. in iij. colum. & ibi nos multa. C. de eden. aliâs secus ex quo poterit declarari ex alijs actis. l. j. §. si quis argentum. ff. depo. capitul. fin. de lig. obla. adeò quod exceptio etiam generalis iuuat excipientem: vt tradit Ang. in l. j. ff. de exceptio. & est limitatio ad no. in ca. pastoralis. cùm non sit generaliter verum: extrà eod. titu. & habetur etiam in l. scire oportet. in §. scire. ff. de excus. tuto. & ideò esto quòd iudex debeat intelligere, quòd coram eo. agitur. l. coram. ff. de vera. signi. intelligit tamen satis, si quid in genere fiat. & hinc est pariter, quòd bonorum possessionem agnoscens non tenetur exprimere ex qua causa agnoscat. l. finali. C. qui admit. & per Alexandr. in l. quamdiu. in secunda columna. C. eod. Sed ad propositum, quia non declaratur, quã

2 do† obscurus dicatur: declara tu, dici altero de quinque modis. Primò ratione æquiuocationis. l. quoties in stipulationibus. ff. de verborum obligation. Secundò ratione generalitatis. l. prætor edixit. in prin. ff. de iniur. Tertio ratiõe alternationis l. prætor. §. quod aũt. Quartò ratione non coarctatæ locutionis. l. item exigit. ff. de dolo. Quintò & vltimò, ratione indefinitatis. l. si seruitus. ff. de seruitu. vrbanor. prædior. & sentit Bald. quamquàm ad aliud, in l. veteribus. in j. lect. in j. col. ff. de pact. obseruandũ perpetuò ad dict. l. fi. C. de annal. exception. interpretationem.

CCCCCXXXII.

1 *Ex pluribus requisitis si unum deficiat, uana sunt omnia: ut in baptismo, in tutelis, & furto, &c.*

1 CAlderin. alibi in consil. v. incip. puer. in fin. de regula. not quæstio. dicit, quòd† aliquo deficiente ex pluribus requisitis, vana sunt omnia, per text. in capitulo primo, de baptis. vbi verbum, quod ad ipsius sacramenti substantiam inter alia necessarium, si defuerit, vitiat baptismum, nec puer baptizatus dici potest. Adde pulcherrimam Augusti. de pabtismo loquentis authoritatem, & sic dicentis, si verbum tollas, quid aliud restat aqua, nisi aqua: si verò addas elemento, idipsum e uestigiò & statim fit sacramentum. & si magis dignum trahit ad se minus, idque in suam conuertit naturam, quod maximè notandum est. & ad propositum Calderi. facit etiam tex. in l. tertia. in §. hoc autem interdicto. ff. de itin. actuque priua. & in l. & an eadem, ibi, *quæ nisi omnia concurrant.* ff. de except. rei iudica. & in l. quæcunque. in fin. ff. de publicia. & hinc est. quòd in tutelis tria requiruntur decreta: vnum à principio, aliud in fine, & quòd tutor promittat non relinquere pupillũ indefensum. quorum alterum si omittatur, efficit, vt tutela vitietur. l. fin. §. pe. C. de admi. tutor. l. tutor. qui repertorium. ff. de admi. tut. & no. Bal. in l. legitimos. in fi. prin. ff. de legit. tut. & in l. ad testiũ. in §. si quis ex testi. ff. de testa. & in furto quod res aliena, & ad furandũ volũtas concurrat, qm aliâs nõ erit furtũ. l. interdũ. §. qui rectè. ff. de fur. & in simili per Imo. videndũ omninò in l. is qui putat. ff. de acqui. hæred. quoniam aliâs al-

terum sufficit, puta seruum occisum fuisse, vt pœna ratione culpæ imponatur, licèt occidens non habuerit animum occidendi. l. si putator. ff. ad leg. Aquil. vel quòd quis rem bona fide vsucapiat, quamquàm credat suam esse, ita vt quandoque veritas, interdum verò opinio attendatur, & vt ibidem ipse latiùs docet.

CCCCCXXXIII.

1 *Promittens præsentare iudici maleficiorum ad carceres accusatum, siue inquisitum de maleficio, an ad id perpetuò teneatur, an uerò poßit aliquando liberari.*

1 ALiquis promiserat præsentare iudici † maleficiorum ad carceres, accusatum de maleficio, siue inquisitum: quærebat à me non minùs acutus, quàm asiduus disputator, Scipio Trigona Siculus, & ingenio adeò acri, ac multiformi, vt natus ad omnia videatur, nunquid esset dare casum, quo aliquando liberaretur, an verò ad id teneretur perpetuò? Prima facie videbatur dicendum quòd non, & sic quòd semper teneretur, (vt dixi) ad id, si à iudice requiratur. considerando maximè, verti in hoc publicum interesse, vt delicta puniatur, nec inulta ita transeant. & ampliùs quòd si fidem fallere graue est, atque nefarium. l. j. ff. de consti. pecu. quæ hosti etiam seruari debet. l. j. §. non fuit. ff. de dolo. grauissimum erit absque dubio, & plusquam nefas, eam iudici, quem virum bonum appallamus, & ad quem spectat improborum hominum inquisitio, vt pacata atque transquilla sit ciuitas, quam regit, frangere. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt famæ. de sen. excom. l. vir bonus. ff. iud. sol. l. æquissimum. ff. de vsuf. l. congruit. ff. de offi. presi. arg. optimum in l. j. in §. ius publicum (singula singulis referendo) ff. de iusti. & iu. & tamen contrarium verius est, si instantia ex forma statuti perempta sit. casus est, quem ibi docto. ad istud not. & menti tenendum exclamant, in l. græcè. in §. & post litem. ff. de fideiusso. & hoc stante suprà dicta dubitationem facientia etiam corruent, quæ intelliguntur regulariter, & casu quo statutum non extaret. modo prædicto ipsum liberans: & quia alia via iudici quoque consultum esse potest, putà exilio, si proclamatus non venerit, ne delictum impunitum remaneat.

CCCCCXXXIIII.

1 *Promißione facta de præsentando reum sub certa pœna, si reus per iudicem capiatur, an & quando promissor liberetur.*

1 SEd ferè ad idem quero adhuc, pone quòd eidem iudici † promissio facta sit de præsentando reum, sub certa pœna, reusque per iudicem capiatur, & posteà aufugiat, an promissor sit liberatus? Videretur dicendum quòd non, quia industria iudicis captus est, & non à fideiussore præsentatus, quæ non proptereà eidem obesse debet, & officium suum sibi quodammodo esse damnosum. l. si quis ex signatoribus. ff. quemadmodum testa. ape. l. si seruus communis. §. quod verò. ff. de fur. & in simili per Alex. in l. de die. in §. j. in ij. colum. ff. qui satis. cog. Sed contrarium verius est, & tenendum, cum distinctione tamen, non minùs quotidianum, quàm suprà dicta, si pro eadem causa scilicet capiatur, ex quo semel ei satisfactum est, nec à quo satisfactum sit, refert. l. fin. ff. de condi. insti. l. iij. ff. manda. & sic omnis obligatio extincta. & hoc, quia si capiatur pro alia, promissor non esset liberatus, nisi in casu, quando protestaretur habere ipsum pro præsentato, quoniam tunc secus, & verbalis hæc præsentatio sufficeret: quandoquidem in carcerem coniectus præsentari actualiter non possit. & ideò assessores cauti esse debent, tum vel maximè iudex ipse maleficiorum, vt in promissione clausulam apponi faciat, promittentem teneri, & esse obligatum, ipsum præsentare toties quoties iudici videbitur, quoniam tunc vnica præsentatio fortè non sufficiet, nec protestatio eidem opitulabitur, virtute promissionis prædictæ obligatio, vt in simili not. in l. alimenta. & in l. officio. C. de neg. gest. & in l. Nesennius. ff. eo. & tradit Ang. in l. ij. in §. qui exhibendi. in ij. colum. ff. de custo. reo. subijciens tamen, per secundam fortè liberari posse. l. fideicommissa. §. si quis decen. ff. de leg. iij. respondendo amplius contrario. l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. vt per eum, à quo ex alio etiam non dissentio, quia infinitas vitanda est, præcipuè in obligationibus, quæ sunt stricti iuris, & sui natura odiosæ. l. fin. in fin. C. de fide instru. l. fi. §. sed quia. C. de iure do. c. cum in multis de rescrip. in vj. l. obligationum substantia. §. j. ff. de actio. & obli. & tradit Calde. in consi. x. incip. si debitor, (singula singulis referendo) de iudi.

CCCCCXXXV.

1 *Vtile per inutile regulariter non uitiatur.*

1 QVoniam indiuidui mentionem facere quam sæpisimè contingit, tum vel maximè (mitto quòd de materia habeatur plenè etiam in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. ob.) cum dicimus vtile per inutile † non vitiari regulariter. c. vtile per inutile. de reg. iur. in vj. l. siue generalis. ff. de iur. do. l. sancimus. C. de dona. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. l. eos. §. j. ver. si quis autem. C. de vsu. l. certi conditio. §. quoniam. ff. si cer. pet. l. donationes quas. C. de dona. inter vi. & vxo. l. proprium. ff. commu. prædio. & mille sunt huiusmodi, nisi simul proferantur & vnum totum constituant, & indiuidua sint, quoniam tunc vitiatur, & totum quoque corruit, vt in d. regu. vtile per inutile, not. & tradit etiam Bal. in l. per seruum. in §. si vsusfructus. ff. vsuf. quemadmo. caue. volui hoc loco ad ipsorum declarationem nonnulla inserere, quæ aliquando nedum ad id, vtrum etiam ad aliud, nobis seruiant, quòd interdum indiuidua iudicantur aliqua, ratione voluntatis disponentium, vt in l. Pædius. ff. de arbit. nonnunquam ratione dependentiæ, seu cuiusdam appendicij, vt in l. tunc inutilis. ff. de pecu. lega. & sæpè etiam ratione impossibilis separationis. l. j. §. item quæritur. & §. Trebatius. ff. de aqua quot. & æsti. & vltimo loco adhuc propter formam traditam à lege vt in obligatione fideiussoria. §. si plures. Insti. de fideiusso. l. græcè. §. illud commune est: & ibi Angel. latè. ff. eo. titu.

CCCCCXXXVI.

1 *Hæreditas sustinet uicem defuncti non hæredis: intellige dum hæreditas speratur adiri. nu. 2.*

1 SOlet etiam dici, quòd † hæreditas sustinet vicem defuncti, & non hæredis. l. hæreditas enim. ff. de acqui. re. do. §. seruus alienus. Instit. de hær. insti. l. mortuo reo. ff. de fideiuf. aliter dicit Calde. (& est notandum) in consi. xxxiiij. incip. statuto Ferrariensi. in in ij. colum. de testa. quòd testatore mortuo, succedit ei quoddam ius, quod appellatur hæreditas, defunctum repræsentans, & quod est illud quod per aditionem acquirimus, & quo quæsito, defuctum repræsentamus, vt ipsa hęreditas primitùs faciebat ante aditionem. §. j. in auth. de iureiu. à mor. præsti. l. mortuo. ff. de iudi. l. legato. ff. de cōdi. & demon. l. non solum. ff. de resti. in integ. cum simi. Sed tamen aduerte non ita ruditer hoc ipsum intelligendum esse, sed sano modo, & est
2 pulcherrima declaratio, cum † scilicet speratur hęreditatem adiri debere, ex quo aliàs bona vacantia simpliciter appellarentur. l. si fideiussor. §. fi. & ibi Bart. & omnes. ff. de fideiusso. & cum defunctus hæredē habere potest de iure communi, quoniam si solum ex priuilegio, & de iure speciali, nunquam hæreditas erit, & neminem repræsentabit. l. si seruus Mæuij. in prin. ff. de stipula. seruo. & est argu. in l. mulieri & Titio. ff. de condi. & demon. & sentit egregiè Ang. adhuc videndus omnino, in d. l. mortuo reo. ff. de fideiuf.

CCCCCXXXVII.

1 *Fideiussor licèt in plus non obligetur, quàm reus principalis sit obligatus: fallit tamen si plus sit in actionis potentia: item efficacius, & alio modo potest obligari. nu. 2.*

1 ET si dici soleat, fideiussorem in plus † non obligari, quàm reus in principalis obligatus sit. §. fideiussores. Insti. de fideiusso. l. græcè. §. illud. ff. eo. aliquid areti. in consi. xcix. incip. longitudo. in ij. colum. obligari tamē potest (quod annotatu dignum) si plus sit in actionis potentia, nec fideiussio vitiabitur. tex. est in l. sed hoc ita. ff. de re. iud. coniuncta gl. in d. §. illud. & tradit idem Ang. in l. hi qui accessionis. in prin. ff. eo. & annotatu dignum esse dixi, quia hoc modo non idem potentia, quamquam deducibilis ad actum, operabitur quod actus pro limitatione eorum, quæ habentur in l. abesse. & in l. qui mittuntur. ff. ex quib. cau. maio. & in l. pe. ff. de mil. testa. & in l. quęsitum. in §. illud fortasis. ff. de lega. iij. cum si. & ad fideiussoris propositum redeundo, sciendum est, quòd licet in plus obligari non possit, quàm reus principalis, vt dicebam, potest ta-
2 men obligari † efficasius, & alio modo. l. j. §. si quis ita. & ibi per doc. ff. de verb. oblig. tradentes simile etiam vt præcipuum quod-

puum quoddam obseruandum, quòd pari modo iuramẽtum, haud porrigibile ad aliàs res sui natura, efficit tamen, vt ea quę in dispositione comprehensa sunt debeantur efficacius, & aliter idque latiùs in l. sed & si quis. in §. quæsitum. ff. si quis cau. & in l. cum pater. in §. filius matrem. ff. de leg. ij. & in d. §. si quis ita. & sic de iuramento ad promissionem fideiussoriam valebit arg. saltem hoc casu.

CCCCCXXXVIII.

1 *Fideiussor abundans diuitijs, & conueniendi facultate si recusetur, poterit agere contra recusantem actione iniuriarum.*

IN materia fideiussoria aliud etiã quotidianum silentio non inuoluo, imò & mirabile, quòd fideiussor † abundans diuitijs, & facultate conueniendi, si recusetur, poterit agere contra recusantem actione iniuriarum l. si arbitrio. ff. qui satisda. cogan. & sentit idem Ang. in l. fin. post gl. ibi. ff. rem. pup. sal. fo. & diuitijs abundans dixi. ac conueniendi facultate, quóniam suum consequi aliàs creditor non posset, & his casibus semper locus est recusationi, iuxta not. in l. ij. ff. qui satisda. cogan. & in l. nam is. ff. de dolo. & in l. itaque fullo. in princi. ff. de fur. & in c. olim. vobis de resti. spolia. & præsertim si fuerit nobilis, & Neapolitanus, qui maximè hac ratione curat ab alio his modis non deludi. & est arg. in l. fin. C. de in iu. & in l. nemo. ff. de resti. in integ. & magis in terminis in c. j. de dona. quem text. in materia nobilitatis ponderat Corse. in repeti. c. grandi. in xij. colum. de sup. negli. præla. in vj. subijciens promissa nobilium esse debita. aliquid And. de Iser. in c. j. in §. hoc intelligendum, qui suc. tenean. in vsib. feudo.

CCCCCXXXIX.

1 *Amor nullus est qui uincat paternum: & hac de causa pater filio impuberi substituit pupillariter: nec filio patrem habenti tutor datur: fallit tamen si pater sit turpis, & abiecta persona. nume. 2.*

1 NVllus † amor inuenitur, qui paternum vincat. l. fin. C. de cura. furio. l. nec in ea. ff. ad leg. Iul. de adult. l. isti quidem §. fin. ff. quod met. cau. Vsque adeò, vt si filium exhæredauerit, non præsumatur eum exhæredasse ex causa, nisi probauerit. §. causas. in auth. vt cùm de appel. cogno. & not. Bart. in l. diuus. ff. de adim. leg. & hac ratione introductum est, vt solus pater pupillo filio suo, ob ętatis defectum non valenti sibi prospicere, pupillariter substituendo prouideat, & hæredem habeat, iuxta text. in l. & quia. ff. de interrog. actio. & in §. sed quia. Insti. de fideicom. hære. & in §. sed adhuc. de bon. pos. eo lib. etiã quòd esset exhæredatus, vt in §. non solùm. Insti. de pup. substi. siue bona siue mala mente exhæredatus sit, vt dixi in l. precibus. in iij. lectu. in ix. q. text. C. de impube. & al. sub. & quòd habenti patrem amplius tutor dari non debeat. d. l. fin. C. de cura. furi. 2 nihilominus † pro singulari dicto aduertendum est, quia etiam hoc casu tutor dari poterit, & obuiari amplius, ne eidem pupillariter substituat, si turpis & abiecta persona fuerit. l. fin. §. minores. vbi not. casus. C. de sent. pass. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. mat. & tradit Bart. in l. j. ff. de vulg. & pup. sub. & in l. sed si vnius in §. filio famil. etiam per illum text. ff. de iniur. & in l. non autem in fin. prin. C. de bonis quæ libe. Conari igitur debent patres esse tales, vt exemplo sint nedum filijs, verùm etiam cęteris, & ne vno eodemque tempore administratione priuentur, & infamiam subeant. Considerantes quoque nomen bonum (vt aiunt) melius esse, quàm sint diuitiæ multæ. quòdque bona & laudabilis vitæ conuersatio, seu fama est thesaurus hominis iucundus, & inæstimabilis, dãs suauitatem odoris vt lilium: secundum Bald. in l. j. in v. colum. C. de confes.

CCCCCXL.

1 *Matre ultima tantùm die anni petente tutorem dari filio, eius successione priuari non debet, si posteà casus accidat.*

2 *Verba, intra annum, uerificantur in ultima die anni.*

1 DE facto euenit, matrem tutorẽ † filio suo pupillo intra annum non petijsse, quemadmodum not. in l. sciant. C. de le. git. hær. & in l. matres. C. ad Tertul. sed vltima die tantum ipsius anni, dubitabatur an eius successione priuari deberet. cùm posteà casus accidisset. multi dicebant quod sic, tum quia dicit text. in d. l. sciant. peti debere intra annum: tum etiam quia in mora petendi videtur fuisse, & quodammodo fraudulenter distulisse hoc ipsum facere. Nihilominus contrarium determinatum extitit, me ita suadente & in terminis Roman. post multa oretenus allegata, ostendi in consi. ccxxi. incip. super isto. per totum, dixique posteà in l. precibus. in iij. lectu. in glo. omnimodo, in iij. q. vbi etiam quod si fuisset minor, & maior facta adhuc non petijsset. C. de impu. & alijs substi. ita vt
2 verbum ad propositum, intra annum, hoc casu quoque possit intelligi, & verificari, nec in matre fraus verisimiliter in dubio præsumatur. l. fin. C. de cur. furi. l. nec in ea. ff. ad leg. Iul. de adulte. l. isti quidem, §. fin. ff. quod met. cau. aliquid Bart. in l. diuus. ff. de adimend. leg.

CCCCCXLI.

1 *Argumentum à contrario sensu non sumitur, ubi absonus & absurdus intellectus resultaret.*

2 *Conciliatio l. diuus. ff. de offic. præsid. & l. absentem. ff. de pœnis.*

ETiam mediocriter eruditi sciunt, imò ij quoque, qui legalis Philosophiæ prima rudimenta vix attigerunt, arg. à con
1 trario † sensu in lege non sumi, vbi absonus, absurdus, & iuri repugnans intellectus resultat. l. ij. C. de condi. inser. quòdque tunc si sumatur, nec probabile est, nec necessarium: secundum Baldum in l. qui testamento. in §. mulier. ff. de testa. & not. aliàs in l. conuenticula. C. de epis. & cler. & in l. apud antiquos. C. de fur. & latiùs quam alibi in l. j. ff. de offic. eius. vbi & nos ad saturitatem multa. Sed contrà de l. diuus. ff. de of. præsi. in
2 illis † verbis (casus enim planus & vulgatus.) *Nec subest ulla suspitio, &c.* innuentibus à contrario, si imminuisset suspitio aliqua, quod ebrius ibi condemnatus absque dubio fuisset, & tunc contrarietas legum resultat, & absurditas non parua, ex quo nemo est ex suspitionibus condemnandus. l. absentem. ff. de pœn. quod tamẽ intellige præterquam in casibus à iure expressis: vt declarat Bart. in l. quod Nerua. in vj. colum. ff. depo. Sol. facilis est, si dixeris in l. præall. factum fuisse certum. in d. l. absentem. verò incertum, vsque adeo vt mirum etiam non sit, quod ibi docuit in j. colum. Ang. & bene, si vno casu condemnatio fiat, alio autem non, vt diximus, & est simile, quia Imperator facto incerto non respondet regulariter, certo autem sic, nec ius ex vno, ex alio, si incertum sit, oriri potest. l. Arethusa. ff. de statu. homi. l. eum quem temere. §. j. ff. de iudi. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. & declaro ego in l. precibus. C. de impub. & alijs substitu.

CCCCCXLII.

1 *Debitor ex uarijs causis debens tempore solutionis potest eligere in quã causam uelit solutum. fallit si soluat procuratori creditoris: & quæ sit ratio diuersitatis.*

1 DEbitor, vt pari modo notum est, & de iure, si ex varijs causis debeat, † tempore solutionis eligere potest, in quã causam soluat. casus est in l. j. ij. & iij. ff. de solu. & quoquomodo limitatur, quod habetur in l. ij. in §. j. ff. si cer. pe. & nimirum, quia sibi à lege datur facultas hoc ipsum faciendi, etiam inuito creditore vt alibi quoque in §. pe. in auth. de fideius. & in §. j. Insti. quib. mod. tol. obli. & vtrobique no. Sed contra, quia qui per alium facit, per seipsum facere videtur. l. si procuratori pręsentis. ff. de ver. obl. l. singularia. ff. si cer. pe. l. iij. §. fi. ff. de do int. vir. & vxo. l. qui autem. §. fi. ff. de consti. pec. l. eo. in fi. C. de vsu. multa in regu. qui per alium. de regul. iur. in vj. & maximè in his, in quibus acquisitioni factum vertitur. l. certè. §. j. ff. de precar. l. j. §. nunc autem. C. de cad. tol. c. accedens. de preben. & tamen si quis ad exigendum procuratorem deputauerit, cuius vsus hac de causa inuetus est, vt qui rebus scilicet suis atque negotijs interesse non potest, ea omnia per procuratorẽ agat, mandatum habentem. l. prima §. vsus. ff. de procur. eidẽ
2 hoc † modo, & vt domino solui nõ potest. l. Lucius. in princip. ff. de sol. Solue breuiter, & dic illud ideò esse, vt ibi declarant Doctores & bene, quia procurator deputatus erat ad vnam causam tantum. & de materia aliàs in l. vero procuratori. ff. eo. & mirũ ad ꝓpositũ videt, ꝙ potuerit creditor hac libertate fraudare debitorẽ. l. fi. ff. de pac. l. id ꝙ nostrũ. ff. de reg. iur. nisi

respondeamus,& est verum,ipsum fraudatum non fuisse, ex quo soluere potest dominó,& in quam causam soluat eligere, vt suprà.& dictum est certé scitu annotatúque dignum. quod etiam in d.l.Lucius.exclamat Ang.menti tenendum.

CCCCLIII.

1 *Procurator non potest ita constitui,ut sit irreuocabilis: & quare.*

QVia de procuratore mentio facta est, quæro an constitui
1 †possit,vt sit irreuocabilis?Videretur dicendum prima facie quod sic,quia contractus ex couentione partium legem accipiunt.l.j.§.si conueniat.ff.de depo.l.legem.C.de pac.l.cótractus.ff.de reg.iu. & est argu. ad idem in l.in re mandata. C.máda.& in l.sed & si lege.in §.cósuluit.ff.de peti.hær.Imò & in terminis hoc videtur sensisse glo.in l.Stichum.in §.vsumfructum.ff.de sol.& tamen contrarium verius esse arbitror,quia pactum est cótra substantiam actus, aufertque sibi dominus constituens potestatem non exercendi voluntatem suam ad libitum.vt in simili in testamento dicitur in l.si quis in principio testamenti.ff.de leg.iij.& in specie tenuit Bar.in l.cum precario.ff.de preca.& ratione,vltra eum,suaderi posset, quia alias præberetur occasio delinquédi, & malè, vsque adeò vt pactum hoc tanquam contra bonos mores, nullo modo valeat, nec si pœna adiecta sit,peti queat,quemadmodum apud Florentiam quoque testatur Ang.in d.§.vsumfructum consuluisse, & bene.& ad propositum facit, quod habetur in l.si vnus. in §. illud.ff.de pac.& in l. conuenire. ff.de pac. dota. cum vulga.

CCCCCXLIII.

1 *Alteri per alterum an & qualiter acquiratur. Vide suprà apoph.402.*

1 SImili modo an † alteri per alterum acquiri posit, dubitabam proximè apopht.401. & incerti iuris non est, eo casu quod si,sedq̃ nó alter alteri stipuletur.l.stipulatio ista.§.alteri. ff.de verb.obl.regulariter intellige, quoniam in mutuo alias secus l.singularia.ff.si cert.pet.Ité in dote.l.Caius.ff.solu.mat. l.j.in prin.ff.de colla.do.Bal.in l.cum patrem.in.ij.colu. C. de iu.do.& etiam in casu l.si procuratori præsentis .ff.de verb.obli.alleg.in apoht.ante dicto,seu quãdo sacerdos idipsum alterius nomine faceret.l.j.§.j.ff.de iusti.& iu.& est simile in c.cũ parati de appel.& alijs casibus,quos breuitatis gratia nó scribo.nouissimè autem dico quod fortè Anabatistæ hæretici hac legali vltra alias authoritate subnixi,gratiã alteri per alterum nullo modo acquiri posse tenebát,opi.reproba,& non tenẽda quouis pacto,quando quidem Centurio,vt Matt.viij. legitur, pro puero suo paralitico gratiam sanitatis à Christo Iesu Domino nostro impetrauerit,& ex magna fide,qùam habuit,exaudiri etiam promeruit.& ideò euangelium quod non in verbo scripturarum consistit,sed in sensu,non in superficie,sed in medulla,non in sermonum folijs,sed in radice rationis.vt ad Gal.v.&in c.Marchion.j.q.j. aud habuerunt humana docen... sicuti nec Marchion,& Basilides.qui duo principia esse dixerunt,& Christum passum non fuisse, alijque innumerabiles bestie,& monstra,quorum blasphemias multiplices stomachatus non scribo.

CCCCCXLV.

1 *Blasphemia,quæ hæresim sapit, si scienter & appensatè committatur, non minus ecclesia læditur,quàm ab hæreticis.*

EX quo de blasphemia , incidenter tamen suprà proximè mentionem fecimus, de hereticis loquentes, vnum silen-
1 tio inuoluẽdũ haud duxi,quod ex ea,quæ heresim † sapit,si sciẽter tamen & appensatè committatur,iteretur sæpius non minus ecclesia leditur,quam ab hæreticis:vsque adeò vt opprobria illius tolerare non debeat,qui nostra pertulit, quoniam grauius etiam est,& longè maius æternam lædere maiestatem,quam temporalem.c.in nónullis.de Iudæ.c.vergentis.de hære.c.inter scisma 24.q.iij.& in specie occurrendo obiectionibus quibusdam testatur Calde.in consi.ij.incip. Iudæus.de Iudæ. & hinc est quod in lege Moysi,qui hòc crimine irretiti fuissent, lapidabantur,vt filius Israhelitæ mulieris,de quo Leui.c.24.dicente quoque alibi Io.c.x.de bono opere non lapidamus te sed de blasphemia.alibique ob id Augu. omne peccatum huic cóparatum esse mitius.nec aliud nisi magnum quid dam sonant verba illa Matth.26.c.ecce nunc audistis blasphemiam. & illa Luc.v.quis est hic, qui loquitur blasphemias: & illa.j.reg.c.ij.quando Heli filijs suis dixit, si peccauerit quis in virum placari potest dominus,si autem in dominum , quis orabit pro eo?Imò quod Antiochus rex potentissimus blasphemus à Deo optimo maximo percussus est pessimè,& vt ipse alios tractauerat,peregrè in mõtibus miserabili obitu functus, quemadmodum .ij.Machab.legitur.c.ix.argu.apertissimum, similes resipiscere debere,ne iram Dei super se prouocent,lento procedentis gradu,vt tarditatem supplicij. tandem grauitate compenset.

CCCCCXLVI.

1 *Vulgaris & fideicõmissariæ substitutionis quando est facta mentio,in electione est substituti hæreditatem capere ex directa uel ex fideicommissaria: una tamen electa,non potest redire ad aliam.*

1 CErtum est quã do vulgari † & fideicommissa riæ substitutiónis facta est mentio,in s electione esse substituti, hæreditatem capere ex directa, vel ex fideicommissaria.l.si quis seruo.ff.de testamen.l.recusare.§.Titius.ff.ad Trebel.& tradit not Bar.in l.centurio.in antepe.col.ff.de vulg. & pup.sub. sed tamen dubito ad idem , an electa vna via,regressum habeat ad alteram?dic quod non,& est dictum annotatu dignum,sed illud tantum sibi quærere (vt diximus) quod elegerit,siue in iudicio,siue extra iudiciũ electio facta fuerit,quæ tamen in actis appareat.l.si mulier.§.fi.ff.quod met.caus.eritque hoc idẽ vnum ex his,quæ electione tolluntur,iuxta no.in l.edita.C. de eden. & magis proprie in l. quod in hæredem.in.§.eligere.ff. de tribu actio.Ita Bal.dicta iura declarando in fi.in.iij.col.C. de codicill.& dixi ego latius in l.precibus.in iij.lectu.in vj.q.ij. conclusionis glo.magnæ,in ver.fideicommissi.C. de impube. & alijs substi.

CCCCCXLVII.

1 *Pater non potest filium legitima priuare.eum tamen si sibi sit inobediens potest ducere ad iudicem dicturum quam sententiam pater uoluerit, & ex causa eum uendere, & etiam interficere. & quæ sit ratio diuersitatis.nu.2.*

1 MIrum † mihi semper visum est, patrem posse filium suum inobedientem & improbum , ac malis moribus imbutum,ad iudicem ducere,dicturum sententiam, quam ipse pater voluerit.l.iij.C.de pat.pot.& ex causa vẽdere.l.ij. C. de pat. qui fil.distra.Imò, quod omnium maximum est, etiam interficere.l.in suis.ff.de libe.& posth. legitima verò eum fraudare minimè.§.cæterum.in auth.vt cùm de ap.cogno.& not.Bald. in l.pater filium.in vij.colum ff. de inof. testa. etiam quòd ipsi patri(vt dixi)non obediat.§.si quis autem & ibi declarat Ange.in j.colum.in auth.de hære.& fal.nisi dicamus hoc ideò esse †quia iure naturæ debita est,id est,ex quadam æquitate,& instinctu naturali,vt in l.cùm ratio.ff.de bo.damna. & in l.scripto.ff.vnde liber.& per Bar.in loco præallega.de hære.& fal.in prin.in.in ij.col.& de trien.& semiss.in prin.pariter eod.lib.& legis prouidentia simul,sicuti quod vendatur,interficiatur, & ducatur ad iudicem,cui nó potest quouis modo, priuata prouisione per patrem derogari,nec patria etiam potestas tolli.§. sed naturalia quidem insti.de iu.nat.§.final.de legi.agna.tute eod.libr.l.ij.§. final.ff.de vsufru.ea.re.quæ vsu consu. clem.ne romani de elec.c.cum inferior.de maio.&obediẽ.&quoniam etiam alimentorum loco esse dicitur, quæ legari non possunt secundùm Cy.in l.sancimus.C.de nup.& Baldus in l. vnica.in iiij.colum.quando non peten. par.vsque adeò vt hac ratione emancipati etiam iure ciuili cogniti sint l.legatum.ff. de capit.dimi.l.si quis à liberis.in princip.ff.de lib.agno.& testatur Bal.in loco præalleg.& est arg.in c.pasce fame morientem.86. dist.& ita tene.

CCCCCXLVIII.

1 *Hæreditas codicillis neque dari neque adimi potest.Et an & quando possit testator disponere de rebus suis absque hæredis institutione , nume.2.*

1 HAereditas(vt omnes sciunt) in codicillis † nec dari , nec adimi potest.l.ij.C.de codicil.Sceuola.ff.ad Treb.in tantũ vt hac ratióe, si substitutio directa in his facta fuerit, quæ nihil

nihil aliud est quàm secunda substitutio, vt latè dixi in rub. C. de impub. & alijs substitu. non valeat eo iure, sed benigna interpretatione obliquetur. d. l. Scæuola. & no. in l. precibus. C. eod. titu. de impub. & alijs substitu. & in l. centurio. ff. de vulg.
3 & pup. sub. & non habet dubium. Verum quæro † an sit dare casum, in quo quis disponat de rebus suis absque hæredis institutione, quia nõ omnis testator scit, dicere, hæredem instituo, & dispositio valeat, deficiente etiam solennitate solita, quæ in actibus morientium debet adhiberi? exempli gratia, quia testator bona sua pluribus, vel etiam vni assignasset. Dic breuiter, quòd aut hanc assignationem fecit per verba vniuersalia, præsentibus tot testibus, qui sufficiant ad hæredis institutionem, & tũc vim institutionis habebit, ratiõe suprà dicta, quia non omnis qui testatur, scit dicere, hæredem instituo. & quia sufficit quòd ipsius verba hæredis institutionem significent: si verò disponere non poterat per modum institutionis, ex defectu solennitatis, vel numeri testium, tunc perinde erit, ac si per modum codicillorum disposuisset: aut eam fecit sub nomine certæ rei, & hoc casu nunquam dicemus, vel verbo assigno, vel adiudico, aut alio communi, esse hæredis institutionem, sed relictum aliquod particulare, & codicillum ab intestato. ita gl. quam ibi & bene declarat Bald. in l. quoties. in ij. colum. C. famil. ercis. & Barto. in l. illa institutio. in princi. ff. de hæred. institu. & Dy. in l. cogi. in §. generaliter. ff. ad Trebel. & est vtilitas, quia si assignatio prædicta vim testamẽti habet, rumpi poterit posthumi natiuitate, sin autem nõ, quia codicilli hoc prætextu non rumpuntur. l. penult. ff. de iu. codicil. tene mẽti, quia quotidianum est & vtile.

CCCCXLIX.

1 *In fideicommissis non, hæredi restituenti, & grauato, sed testatori succeditur.*

2 *Mater si non petijt tutorem filijs, priuatur omni eorum successione: si tamen fideicommissi petitio ex alieno iudicio descendat, non erit perempta.*

1 OMnes, cum dicimus, in fideicommissis, non † hæredi restituẽti, sed testatori substituenti, non grauato, sed grauanti, semper succedi. ad tex. recurrunt in materia præcipuum in l. cohæredi. in §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. substi. per quem dicebat Alexan. in l. j. in iij. col. C. de pact. quòd hac ratione pactum de successione viuentis factum, & improbatum à lege, valet tamen, si fiat inter grauatos & alibi in l. ex facto. in §. si quis rogatus. in iiij. col. ff. ad Treb. quòd si filius legitimus & naturalis testatoris substituatur per fideicommissum, non excludetur à naturali tantum, nato ex instituto. & alibi ego in l. precibus in iij. lect. in ij. q. vlti. par. gl. magnæ. C. de impub. & al. sub. quod verba directa obligãtur facilius quam econtra. Sed aliũ text. egregiũ hoc ad literam dicentem volo obseruetis, à docto. tamen ad aliud allegari solitum. in l. credendum. in. §.
2 si verò. ff. qui pet. tuto. vbi mater, quæ † non petijt tutorem filio suo, priuatur tanquam delinquens omni successione, & à bonorum vendicatione (inquit tex. totaliter filiorum in testatorum repellitur. & tamen si fideicommissi petitio ex alieno iudicio descendat, perempta non erit, puta (exponit ibidem glo.) mariti testantis, cuius prætextu non deliquit, & cui etiam in fideicõmissis succeditur & ita quoque declarat Bar. in ea lege, & latius in l. ij. in v. col. ff. eo. & de materia aliàs habetur in l. sciant. C. de legiti. hæredi. & in l. matres. & in l. omnem. C. ad Tertul.

CCCCCL.

1 *Legatum hospitali factum ad unum usum, potest ex causa ad alium conuerti.*

1 COntentio hodie fuit quam maxima inter deputatos nostros ad regimen hospitalis. S. Francisci, de legato facto ad vnum vsum, an † ad alium conuerti posset, ex causa intellige, quia aliàs quæstio dubitationem non haberet. Et multi breuiter dicebant quòd sic, quoniam regulare est, in quacunque dispositione causam semper subintelligi. l. si hominem. ff. manda. l. si mater. in fin. prin. ff. de excep. rei iud. l. hodie. ff. de pœn. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. l. qui iurato. ff. qui satisd. cogan. Imò dicebam ego inter eos minimus, & Clarisci. Iuriscon. assiduæque lectionis vir, mihique pater hono. D. Hiero. Tergulinus pariter, ex ipsis deputatus, esse text. in terminis in l. legatum. ff. de de vsuf. & in l. legatum ff. de admi. re. ad ciui. perti. Considerando plus, quòd si his casibus interrogaretur testator, non secus responderet verisimiliter. l. tale pactum. §. finali. ff. de pactis. l. Titius. §. Lucius. & ibi Alex. multa. ff. de lib. & posth. & tamen nõ est simpliciter verum, quando sensit præcise de impletione formali, alias violaretur eius voluntas. quod fieri non debet. §. disponat in authentica de nup. l. si quis pecuniam. in prin. ff. si quis omi. cau. testa. l. fideicommissum. ff. de iudi. & ita erat questio nostra decisa, postea á maturiori cõsilio alia die, quia ita dicitur etiam in l. liberto. in §. Lucius. ff. de annu. lega. & in d. l. legatum. & vtrobique not. Barto. & Bald. latiùs in l. dictam. in ij. & iij. col. C. de condi. ob cau. & certè scitu punctus est, annotatũque dignus, & memoriæ amplius (vt in d. loco Baldus ait) commendandus.

CCCCCLI.

1 *Relictum à testatore factum fratribus sancti Francisci pro pitantia tali die: si non aliud dicatur, semel tantùm debetur. 2.*

IN facto pariter euenit his diebus, quòd venerandis fratri-
1 bus. S. Francisci in testamento † nescio quid pro pitantia relictum fuerat, die puta. S. Antonij confessoris, & nihil aliud dictum: dubitabatur an quolibet anno fieri deberet tali die? Et breuiter prima facie videbatur dicendum quòd sic, per text. in l. cùm quidam. ff. de annu. lega. vbi legatum relictum in diem reiterabilem, intelligitur esse annuum. & idem in l. legatum. in prin. & in. l. annua. in §. fin. & in l. pen. ff. eo. & quia indefinita locutio est, quæ sui natura æquipollet vniuersali. l. si pluribus. ff. de leg. ij. l. ordinarij. C. de rei ven. cõsiderando maximè, hoc idem alimentorũm appellatiõe venire posse, quæ præcipuum gratia dictorum patrum veneran. merẽtur fauorẽ. vt in tract. nuper edendo, de alimentis, dixi latè nouissimè adeò verum esse addo, vt eorum causa pia esse dicatur, secundum Barto. in l. alio. ff. de alim. leg. & filius religionem exire teneatur, pro alendo patrem. l. qui cum vno. §. fin. ff. de re militar. & obligetur quis ex pluribus præstationibus in futurum. l. j. C. de fideicom. nemóque rem suam condicat, præterquàm à fure: & tamen in alimentis secus l. j. vbi Bar. C. de dona. quæ sub mod. Imóque si eorum legatum incertum sit, valet. l. si cui. ff. de annu. lega quod tamen non est regulare secundum Bart. in l. si
2 certis annis. in ij. col. C. de pact. Nihilominus † contrarium verius est l. eum qui kalen. ff. de verb. oblig. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. l. cùm pater. §. pater ad fin. ff. de leg. ij. semel tantum scilicet deberi, & ita tenuit idẽ Bar. in d. l. cum quidam. Nec ob. secundum eum decisio illius legis, & similium quia ex qualitate relinquentis, & cui relinquebatur, eo casu interpretatio aliter à iuriscon. fieri haud poterat. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & habi. nullo modo considerandum hic, imò quòd incapacitas dictorum vener. patrum idipsum indicabat. clem. exiui. de verbo. sig. & in specie not. Bar. in l. legatum. ff. de cap. dimi. in tantum vt nec indefinita obstet. cum maximè affirmatiua hominis sit, iuxta not. in d. l. si pluribus. nec alimentorum fauor aliúd quàm hoc ipsum suadeat: ex quo negari quo que posset, eorum appellatiõe venire, nisi largo sumpto vocabulo, cum non subministrentur singulo die, aliàs venirent etiam medicinæ, merces magistrorum, domus, vestiarium, calcearium, & similia, quæ tamen non veniunt. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. sol. mat. l. si cum dotem. §. si marit⁹. ff. eo. l. qui filiũ. ff. vbi pup. edu. de l. cum hi. §. qui trãsigit. & vbique no. (singula singulis referendo) ff. de transact. & ita tenendum est.

CCCCCLII.

1 *Relictum ecclesiæ &c. perpetuò, non debetur ultra centum annos. & quæ sit ratio. nu. 2.*

1 RElinquit alius certum quid ecclesiæ, soluẽdũ ab † heredibus suis perpetuò: dubitabatur pariter an possent prætextu alicuius temporis se excusare. Videbatur dicendum quòd non: quia constat testatorem ita voluisse, à cuius verbis quando clara & aperta sunt, ne eius voluntas violetur, haud est recedendum. §. disponat. in auth. de nup. l. ille aut ille. §. cùm in verbis. l. non aliter. ff. de leg. iij. & maximè cum relictum sit pro anima, & ad pias causas, quæ duo præcipuè fauorabilia sunt. l. si quis. Titio. ff. de leg. ij. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fun. auth. similiter. C. ad leg. Fal. aliquid Baldus in l. hæreditas. in §.
2 fin. in j. lect. ff. de peti. hæredit. Et tamen † contrarium est & in hoc quoque verius, quod pari modo de facto accidit nunc, hoc ipsum scilicet intelligi vsque ad annos centum tantum.

& non vltrà, casus est in l. annua. in §. Attia, & ibi glo. & Barto. ff. de annu. lega. per quem text. ita etiam tenuit Alex. & testatus est amplius sic aliàs consuluisse, in l. ij. in prin. ff. sol. mat. & & not. etiam idem Barto. in l. si vsusfructus. ff. de vsuf. leg. & cùm de iure ita sit, nec à ratione dissentaneum, à verbis non recedemus vt suprà: sed verba interpretabimur, iuxta ea quę tradit Baldus in l. j. in §. domini. iij. ff. ad silla. & in l. j. in antepenul. colum. C. qui accu. non pos. nec dicemus secus, nisi relictum pro anima fuisse ad pias causas, & fauorabilia ambo quam maximè, sed non vt vltra annos centum debeatur, quia ita à lege decisum est, quæ cùm ecclesiæ faueat vsque ad dictum tempus, efficit vt post non sit ampliùs in consideratione, & ad propositum est simile in eo, qui simpliciter, vel in perpetuum prohibitus est alienare extrà familiam, vt intelligatur prohibitus vsque ad quartum gradum tantum gl. est not. in auth. de resti. fideicom. in ver. voluisse. quam ibi ad hoc Iac. de Bel. Ang. & alij exclamant. & etiam in eo, qui vendidit rem pacto apposito, vt eam posset recuperare quandocunque, & in perpetuum, quoniam intelligitur vsque ad annos. xxx. secundum eundem Ange. in consi. lv. incip. Guilielmus, in fin. & ita fuit etiam determinatum. quod tamen ego limitarem, nisi vltra processisset dicendo, perpetuò, & donec mundus durabit in secula seculorum, quia tunc secus, & hoc modo dubitationem facientia militabunt: nec ecclesia relicto fraudabitur.

CCCCCLIII.

1 *Falcidia & Trebellianica detrahuntur de hæreditate, quando est legatis & fideicommissis exhausta: ne scilicet testatores moriantur sine hærede fallit in testamento militis. & quæ sit diuersitatis ratio,*

Mihi maximè mirum semper visum est, quòd ea ratione
1 † Falcidia & Trebellianica detrahantur ex hæreditatibus, quando sunt legatis & fideicommissis penitùs exhaustæ, ne testatores absque hærede moriantur, & eorum testamenta destituantur, vt in §. sed quia Instit. de fideicom. hæred. & in §. & cùm quæsitum esset. de leg. Fal. eo. lib. cum simi. istud ipsum que militet etiam in testamentis militum, & tamen in eis non detrahantur. l. in testamento. C. de mil. test. l. in testamento. C. ad leg. Fal. l. j. §. denique. ff. ad Treb. maximè de iure fforum, & C. quoniam nouissimo authenticorum secus. §. pe. in auth. de hære. & fal. Nisi respondeamus, & est verum, admiratióque cessabit, quòd cùm hæres nullum sit damnum passurus, ex quo non tenebitur vt alius in testamento pagani, & est regulare, quando maximè inuentarium non confecit, vltra vires hæreditatis, creditoribus & legatarijs, cogetur adire, militis fauore, & hoc modo hæredem habebit, nec eius testamentum destituetur. ita Ias. & bene in d. l. in testamento. C. de test. mil. & latiùs in d. §. denique aliàs priuilegium ipsius ad hæredis læsionem traheretur, quod esse non debet. l. impuberi. ff. de admi. tuto. l. cùm filius. & ibi Ang. ff. de mil. testa.

CCCCCLIIII.

1 *Priuilegium vnius ad alterius iniuriam trahi non debet: fallit. nu. 2.*

Aliud ad idem ferè apophthegma hic scribi posset, sic, quo modo
1 vera † sit regula, quòd priuilegium vnius ad alterius iniuriam trahi non debeat. d. l. impuberi. ff. de admi. tuto. d. l. cùm filius. ff. de mili. testa. vsque adeò vt in substitutione militis, quæ etiam post tempora pubertatis valet iure directò. l. Centurio. ff. de vulg. & pu. subst. l. milites etiam l. is. ff. de mil. testa. non veniant bona filij: vt in locis præal. & dixi ego in l. preci-
2 bus. in gl. fin. C. de imp. & alijs sub. & tamen † trahatur in casu, quoniam in testamento eiusdem militis non detrahitur Trebellianica, nec Falcidia, & nihilominus hæres compellitur eius hæreditatem adire: quod sanè dubium non habet, & potest resolui, vt suprà proximè, quod est etiam releuatus in hoc, vt non teneatur creditoribus & legatarijs vltra vires hæreditatis cogita.

CCCCCLV.

1 *Donatio inter uirum & uxorem regulariter non ualet, fallit aliquibus casibus.*

2 *Pecuniæ donatæ ad ædium refectionem, quæ incendio consumptæ sunt, donatio ualet inter uirum & uxorem, quoniam interesse publicum est urbem ruinis non deformari.*

1 ET si donatio † aliàs facta inter virum & vxorem haud valeat. l. j. ff. de don. int. vir. & vxo. quod vulgatum ius dicit alibi Iurisc. in l. cùm hic status. in §. si inter. ff. eo. cùm scilicet donans efficitur pauperior. l. si sponsus. §. si maritus hæres. & l. seq. l. sed si vir. §. quod vir vxori. & seq. ff. eo. valet tamen in aliquibus casibus: vt in d. iuribus legitur. & vt statim dicam, vsque adeò (inquit alibi text.) vt hac de re, & non amarè, nec tanquam inter infestos ius prohibitæ donationis tractadum sit, sed vt inter coniunctos maximo affectu, & solam inopiam timentes. in l. si id quod. in §. si quas serui operas. ff. eo. eiúsque verba reassumunt dom. de Ro. in no. q. in deci. suis antiq. ij. sub. rub. de pac. incip. consuetudo. in fin. valet igitur quando maritus consequeretur ex ipsa donatione ius patronatus tantum, ex quo (vt suprà diximus) non efficitur locupletior. l. naturalis. §. fin. & l. seq. ff. de præscrip. ver. l. planè. ij. in fin. ff. de leg. j. & per Alex. in l. si constante. in §. siue autem. in fin. ff. sol. mat. & idem pari ratione in casu l. sequens quæstio. ff. de leg. j.
2 Tertiò si ad ædiū † refectionē, quæ incendio cōsumptę fuissent, pecunia donaretur: vt in l. quod si vir vxori. ff. de do. int. vir. & vxor. ex quo acipiens de suo tantum amisit. Sed tamen pro singulari dicto volo te scire, hoc vltimum non tam ea de causa à lege introductum fuisse, vt donatio scilicet valeret, quàm alia, quoniam non minus interesse publicum est, vrbem ruinis non deformari. l. ij. §. si quis nemine prohibente. ff. ne quid in loc. pub. l. ij. & iij. l. si quis post hanc. l. singularum. C. de ædifi. priua. & ideò tignum iniunctum ædibus vendicari non potest, nisi cum ruina ædificiorum: secundum Baldū in l. in rem. in §. tignum. in j. lect. in prin. ff. de rei vendic, qui alibi etiam bonam q. determinant in l. parietem. in ij. lect. in prin. ff. de ser. vrb. præd. dando amplius intellectum ad text. in l. cum duobus. in §. idem respon. socius qui cessantis. ff. pro soc. & latiùs post Barto. ad idem Ias. in l. quominus in xxiij. colum. ff. de flu. vt per eos.

CCCCCLVI.

1 *Adiuncti ratione multa consequemur, quod aliàs non consequeremur. fallit. nume. 2.*

1 Ratione adiuncti † multa concedit lex, quæ non concederet aliàs & simpliciter. casus est in l. si cōmune. ff. quemad. ser. amit. vbi si quis vna cum pupillo fundum habeat, viam retinet non vtendo, propter pupillum. quod tamen non est regulare, vt in §. si is qui aquam ead. l. & est argumen. in l. Aristo. ff. quæ res pigno. obli. pos. Imò quòd si statutum puniat laicos, dicitur contra ecclesiasticam libertatem, (quod nota pro ampliatione eorum, quæ habētur in authen. casu. C. de sacrosan. eccles.) si clericis coniuncti sint. ita Bald. in l. hæres meus. in §. quod in fraudem, per illū tex. ff. de condi. & demō. subijciens, quòd sicuti ius commune prohibere non potest appellationes siue appellantes, pari modo disponere non poterit aliquid circa coniunctos appellantium. & not. etiam in l. ij. ff. in ius voc. vt eant. & in l. si quis ab alio. ff. de manumis. & in l. milites agrū. in §. penul. ff. de re mili, & in l. cùm scimus. in §. fi. C. de agrico. & censi. lib. xj. & melius quàm alibi in cap. multorum, de Iudę. vbi Iudæo hac de re licet habere Christianum mancipium, si fundum colonum ascriptitium habentem emat, & tamen si habuerit aliter, capitali pœna punitur. l. j. C. ne christia. mancip.
2 Nihilominus pro singulari dicto obserua, casum † etiam dari posse, in quo adiuncti ratio non est habenda, & suprà dicta limitabuntur, quoniam extraneus vsucapit pro hęrede, filius autem non, etiam dato sibi cohærede extraneo. l. nihil. C. de vsucap. pro hæred. & hoc propter dominij continuationem, ac suitatem, in ipsius persona considerabilem, quæ efficit, quamuis cū alijs succedat, vt nullo modo tolli possit, nec id agat, quod extraneis non est alia de causa negatum. & dixi ego latè in l. qui se patris. in j. euiden. C. vnde lib.

CCCCCLVII.

1 *Identitas cuiusque rei altero de tribus modis consideratur: uerè uidelicet, fictè, simpliciter & genericè.*

Dvm hoc mane legerem successorij edicti materiam, quādoque mixta consideratione, esse capitis & gradus, nedum de capite in caput, de gradu in gradum, & de persona in personam, vt in rub. eo. tit. in prin. Bald. not. & Ias. in l. qui se patris in vij. col. C. vnde lib. per text ad literam exemplum etiam subijcientem. in l. j. C. eodem de suc. edic. oblatum mihi est argumen.

argumen. declarandi, cuiusque† rei identitatem posse altero de tribus modis considerari: dictum certè scitu dignum. Primò verè, Secundò fictè, Tertiò & vltimò simpliciter & genericè. Verè, vt in l. eum qui. ff. de vsucap. cùm dicimus vnam eandém que rem diuerso iure communiter censeri non debere, in ædibus exemplificantes, quæ eadem sunt quamquam pluribus cõstet partibus, idémque in iudicio & causis. l. nulli. C. de iudi. Fictè, in patre & filio, domino & seruo, testatore & hærede: & similibus. l. fi. C. de impu. & al. sub. §. ei qui Insti. de inutil. stipu. §. j. in authen. de iureiu. à mo. præsti. Simpliciter & genericè in matre & filia patruo succedentibus, quoniam eadem est bonorum possessio in genere, & non in specie, matris scilicet vnde agnati, filię verò vnde cognati, vt in d. l. j. & in actione vtili & directa docet gl. in l. fi. ff. de magi. conue. imò text. alio tamen casu in l. ij. in prin. ff. si cer. pet.

CCCCCLVIII.

1 *Vno ex quinque filijs exhæredato triens tantum ex substantia defuncti detrahendus, & nõ semis: quia exhæredatus habetur pro mortuo, nec consideratur à lege.*

DVbitabatur hodie in foro coram me iudice arbitro, in quadam magna causa á partibus voluntariè electo, an
1 vno ex† quinque filijs exhæredato, locus esset decisioni auth. nouissima. C. de inoffi. testa. & semi. ex substantia defuncti. id est, dimidia pars eius, quod ab intestato fuissent habituri detraheretur, an verò triens tantum, id est tertia pars, nec computaretur ipse in numero aliorum. cùmque multa hincinde dicta fuissent, & maximè quòd computaretur, ex quo aliorũ fauore exhæredatio prædicta facta videbatur, quæ ad eorum læsionem retorqueri non debet. vulga. l. quod fauore. C. de legi. c. quod ob gratiam de reg. iur. in vj. existimaui ego contrarium fore verius, & tenendum de iure, nec secus tunc laudo fuit determinatum. Id vnum solum considerans, quod habetur pro mortuo quodq; non vocatur à lege, imò quòd nec ab ea etiam respicitur. l. i. §. si pater. ff. de coniungen. cum eman. lib. §. exhæredatos. (singula sigulis referentes) in auth. de hær. & Fal. & in terminis reperi Bald. ita declarantem in repe. l. pater filium. in pe. col. ff. de inof. testa. qui tamen arg. non respondet. Ideò dicas tu, fallaciam habere, antecedénsque haud esse verum, vt in d. §. exhęredatos. & in §. aliud quoque capitulum. vt cùm de ap. cog. eo. lib. ergo & consequens falsum.

CCCCCLIX.

1 *Conciliatio l. si is cui. ff. de leg. ij. & l. cùm is. §. fi. ff. de condi. inde.*

MAgnum & vrgens contrarium reperi hoc mane duarum legum, quibus solutio non satis condemna applicari posse videtur. nã si Sichus & Pamphilus alternatiuè alicui relinquantur: isque ratus Stichum tantum sibi relictum fuisse, ipsum eligat, & ab herede vendicet, non poterit postea mutata
1 opinione, Pamphilum velle. l. si is cui. ff. de leg. ij. & tamen† contrarium directò (vt dixi) habetur in l. cum is. in §. fi. ff. de condi. inde. intantum vt hac de re multi fuerint, qui dixerũt (quod vtrobique refertur) vnam ab alia corrigi, nec probandũ, nec laudandum. l. j. C. de inoffi. do. l. fi. C. de ind. vid. tol. & in simili per Alex. in l. fi. in iij. col. ff. quod quisque iu. Et ideo cogita tu si dici possit non esse contrarias, quia vna in stipulatione loquitur, alia verò in legato, & vltima voluntate, quorum non est par, eademq; ratio. Vel in promissione generis. d. l. cũ is. in l. vero, si is. cui. in obligatione speciei. aut ꝙ ad incertũ de incertis ibidem teneretur, hîc autẽ incertum de certis deberet: & concordabuntur. & comperi posteà Abb. sensisse in d. l. si is cui. & & lætatus sum valdè.

CCCCCLX.

1 *Emancipatus an de iure ciuili omninò incognitus in successione intestati.*
2 *Intellectus §. emancipati. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.*

1 ALiud simile perpendi, eodem instanti ferè, quo modo possibile sit, quòd si filius† emancipatus diceretur de iure ciuili incognitus penitus, in successione intestati, non etiam testati, iuxta not. in §. emancipati. Insti. de hęre. quę ab intest. defe. & per Bar. in l. si ex duobus. in prin. & in l. illud. in §. fi. ff. de bo. pos. contra tab. qua ratione quoque auum sine testamento mortuum fuisse dicimus alib in l. qui se patris. C. vnde lib. & sic eo casu ab eo, qui in potestate patris esse reperitur, non differre, cùm tamen hodie differentiam prædictam sublatam esse legamus in quacunque successione. casus est in §. si verò. in ver. nullam. in authen. de hære. ab intesta. veni. Sol. facilius est, si arg. negaueris, verba prædicta generalia restringendo solùm ad successionem intestati, tum quia idipsum indicat titulus, sub quo d. §. situatus est, vulga. l. imperatores. ff. de in diẽ adiec. tum etiam quia ibidem in fi. dicitur ad literam, & est verissimum, nec secus teneri potest.

CCCCCLXI.

1 *Posthumi præteriti natiuitate regulariter rumpitur testamentum. fallit in casu l. si quis filio exhæredato. in principio. ff. de iniust. rupt. irrit. testamento.*

1 POsthumi† præteriti natiuitate regulariter testamentũ rumpitur. l. iij. §. ex his l. posthumorum. ff. de inia. rup. irrito que testa. & tamen non rumpitur in casu, l. si quis filio exhæredato. in princi. ff. eod. titu. fortè quia pater ipsum pręcedebat in gradu, ita vt ne fuerit necessarium ipsum instituere, aut exhæredare, aliàs sic, vt ibi. & in §. posthumorum. Insti. de exhæred. lib. & ideò regulariter dixi, quia oportet rumpentem tenere primũ locum in suitate, verè vel fictè. l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de libe. & posthu. Imò quòd gradus prioritas est de substantia ipsius. d. l. posthumorum. in princi. intantum vt hac ratione si filius & nepos in potestate fuerint, & velit nepos, repudiata patris hæreditate, venire ad successionem auitam de iure ciuili, non possit, si pater ipsum tempore mortis aui pręcedebat in gradu. Considerando etiam suitatem adeò nobilem esse (quod omnes attestantur) vt non capiat nisi vnum gradum. l. j. §. sciendũ. ff. de suis. & legi. §. sui. Insti. de hære. qual. & diffe. & ad propositum tradit Bartol. in l. qui se patris. in j. colum. vbi nos etiam multa. C. vnde libe.

CCCCCLXII.

1 *Emancipati & si aliquando iure ciuili fuerint incogniti, nunquã tamen fraudati fuerunt legitima sibi iure natura debita.*

REgulariter etiam dici solet, emãcipatos incognitos esse de iure ciuili, & lege xij. tab. taliter vt ad successionẽ ascẽdendi non admittantur. §. emancipati Insti. de hære. quæ ab inte. defe. & dixi de iure ciuili, qui aliàs fuerunt æquitate prætoria recogniti, vt ibidem, & in §. quos autem. Insti. de bonor. possess. & nouissimè posteà sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, vt supra declarabã in apopht. 560. incip. aliud. & probatur in §. si verò. in ver. nullam in auth. de hære. ab inte. ven. recogniti etiam erant quòad dimidium bonorum, per titulum de coniugen. cum emancipatione. lib. l. j. eodẽ titul. sublatum pariter. quia filius quamquam emancipatus, semper tanquam primus in gradu succedit, in gloss. alibi in l. fina. ff. de liber. & posthumis. & Bartol. in authen. de hæred. ab
1 inte. veni. in fi. princ. Nihilominus sciendum† est, nullo iure, quo ad alimenta, & legitimam sibi instinctu naturæ debitam fraudatos fuisse. l. cùm ratio. ff. de bo. dam. l. eas obligatio[illegible] & l. legatum. ff. de cap. dimi. l. si quis à liberis. in prin. ff. de libe. agno. & tradit not. Bald. in l. vnica, in iiij. colum. C. quando non peten. par. facit regu. l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. & l. ius agnationis. ff. de pact. & §. sed naturalia quidem. Institut. de iur. natu. & capit. pasce fame morientem. & cap. non satis. 86. distinct. & in simili arguit Rot. in consi. clxxix. incip. amplissime doctor. in v. col. in fin. & in consi. cxciiij. inci. in proposita consultatione. in vlt. & Sicu. in consil. l. incip. illud afferam. in iij. volumine.

CCCCCLXIII.

1 *Defunctus si contingat ipsum sine hærede decedere, maxima afficitur iniuria: adeò ut nepotes nec instituti nec substituti admittantur, ne sine hærede decedat.*

DIcebã supra in apopht. 503. incip. Id etiã. quòd maxima iniuria afficitur defunctus, si contingat ipsum sine successore mori, quódque affectat quisque habere hæredem: nunc
1 placet: aliud addere, hoc adeò verum esse, vt† nepotes admissi sint alio casu, quamquàm nec instituti nec substituti fuissent: si enim aliquo modo vocasset eos testator, res dubitationem non haberet, quando scilicet institutus filius reperiretur sub conditione potestatiua, quæ vltimo vitæ spiritu impleri non possit: quoniam tunc nepotes succedunt testato[illegible]

redibus moritur, ab intestato tamen, dictumque & singulare. l. fin. ff. de condi. insti. & idem si pater fuisset exhæredatus, hærede extraneo instituto, isque hæreditatem repudiasset filio mortuo. l. j. §. de su. & legi. l. scripto. ff. vnde libe. & minimè mirum, quoniam lex subordinat successiones secundum naturalem hominum charitatem, quæ est, & commune votum parentum pariter, vt ad posteros & nepotes, more fluentis aquæ, decurrant. ita Sicut in repe. l. cùm acutissimi. in xcv. col. C. de fideicom. & memoriæ commendandum. Sed quo modo potest naturale votum parentum & charitas in his considerari, cùm fuerint præteriti? Sol. nō est propriè præteritio, ex quo pater ipsos præcedebat in gradu, quos nec instituere, nec exhæredare tenebatur. l. si quis filio exhæredato. in prin. ff. de iniu. rup. irritòque testa.

CCCCCLXIIII.

1 *Emancipati admittuntur ad successionem in feudis.*

1 MVltiplici ratione decisum est, & communiter etiam tenetur, quòd filij emancipati † in feudis admittantur, & maximè, vt alia omittamus, breuitati inseruientes, quia in successionibus ab intestato differentia (quòd alibi quoque suprà, licèt ab aliud, tactum fuit) emancipationis & patriæ potestatis sublata est. §. si verò. ver. nullam. in authen. de hære. ab inte. veni. sed in feudis de successione testati quærendum non est. c. j. de suc. feu. in vsib. feu. ergo & malè iudicio meo, quoniam (vt dixi aliàs in l. qui se patris. in glo. facultates. in princi. in iij. q. C. vnde libe.) sequeretur hoc, quòd filius institutus à patre pari modo eidem succedēs in feudo, idipsum & alia consequeretur ex testamento & ab intestato, & quòd taliter etiam esset mortuus: nullo modo dicendum. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Ideò videndus est Bald. in c. j. (opi. enim communis verissima est, nec aliter sentio) in prin. in iij. colum. de suc. feu. eo. lib. vt suprà.

CCCCCLXV

1 *Maritus locans fundum dotalem Titio, si ab uxore Titius expellatur, & id quidem iuridicè, habet contra maritum actionem.*

1 QVidam his diebus locauit fundum Titio, & † cùm ab vxore ipsius locatoris de facto expulsus fuisset. volebat vt locator ipsum tueretur, dubitabatur quid iuris? (intelligo enim in fundo dotali, quoniam aliàs quęstio difficultatem non haberet.) Multi dicebant maritum non teneri, quia tunc locatione facta periculum in accipientem transit. l. expulsos. C. de actio. empt. quod secus tamen esset, si iuridicè ipsum expulisset vt per d. l. declarat, & longa. quidem distinctione Bald. in l. non solùm. in §. si status. ff. de procu. & tamen contrarium est verius. l. damnum. C. loca. l. & hæc distinctio. ff. eod. & ideò donec fructus pendent in agro, damnum pari modo contingens in eis contingit in re domini, & eidem absque dubio nocet, quia carentię sunt habentium. l. Titio vsusfructus. ff. de cō di. & demō. Idémque Bald. not. in l. licet. in ij. col. C. loca. Nec ob. text. in d. l. expulsos. quia loquitur in contractu emptionis & venditionis, quæ & si proxima eidem sit locatio & conductio. l. ij. ff. loca. non tamen hoc casu eandem habet naturam, vt tradunt docto. in l. si filiofamil. in §. si vir in quinquēnium. in prin. ff. sol. mat. & ita fuit determinatum.

CCCCCLXVI.

1 *Accusatus, quòd insultum fecerit, & mox uulnus insultato intulerit, intelligitur quòd statim, & non cum temporis interuallo.*

MAli ac improbi assessores præ oculis Deum non habentes, plerunquè in eorum inquisitionibus, cùm aliquis est accusatus, quòd insultum fecerit, mox vulnus insultato intulerit, adijcere solent verbum, cum temporis interuallo, & si non ita veritas se habeat, vt sic insultan[illegible] de insultu & de vulnere pariter puniant, & hoc casu nō est difficultas, insultū vulneri haud inesse. Sed quæritur quid si adiectum † non sit, intelligitur ne cum temporis interuallo, an verò confundentur, ita vt insultus insit, quemadmodum dixi, ipsi vulneri. Prima facie dicendum videbatur, intelligi debere, cum temporis interuallo, vt delicta puniantur: verbum mox, hac ratione ita interpretando, & si aliam quoque significatioēm habeat, vulga. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt famæ. de sent. excō. adeò vt sententia etiam exequi debeat sine dilatione: quoniā quandoque ex superuenienti & inopinato casu eluditur executio. l. contra maiorem. C. de appella. l. quoniam nonnulli. eo. lib. & declarat Calde. in consil. j. incip. an executio. de sen. & re iudica. Nihilominus contrarium teneri debet, & in mitiorem partem verbum prædictū interpretari, iuxta no. in l. qui de crimine. C. de accusa. & in l. illud. in §. si. ff. ad leg. Aquil. & tradit Bal. in terminis, quem ibi sequuntur omnes, in l. diuortio. in iij. col ff. sol. mat. & potissimùm per regulam l. si præsens. & l. interpretatione. ff. de pœn. cum si. Nec ob. quòd delicta puniri debeāt quia verum est, quoties innotescunt, & constant: at hîc dubiū: est, ergo (vt diximus) in partem mitiorem inclinandum. Cōsiderando etiam quòd non ex toto remanent impunita, quòdque vnus est finis: inquit idem Bald. in l. si familia. in j. lect. ff. de iur. om. iud. & in l. quicunque. in j. col. C. de ser. fugi. & in l. cùm mulier. in ij. ff. so. mat. & præambulum ordinatum naturaliter, quod per se non censetur, vt osculū in adulterio, dicit alibi idem adhuc in l. aduersus. in ij. col. C. de fur. & ita tenedū censeo.

CCCCCLXVII.

1 *Titius accusatus, quòd uulnerauerit & insultauerit aliquem, in dubio si nihil aliud appareat. non est puniendus de uulnere & insultu, sed de altero tantùm*

FFrè ad idem aliud non est omittendum, in practica quotidianum. Nam quidam Titium accusauerat sub hac for-
1 ma, quòd vulnerasset, & insultasset † fratrem suum: Dubitabatur, an de vulnere & insultu pariter puniri deberet, & ita signā ter & formaliter testes deponebant. Nonnullis visum est, quòd sic, idipsum hac de re existimantibus verum, quia id, quod prius est in ordine scripturæ, prius etiam esse præsumitur in ordine temporum. l. quoties. ff. de vsufruct. §. quibus. in j. constitu. Cod. in dubio & vbi aliud non apparet, intelligendum secundum Ang. in proœm. ff. orum. in prin. in vij. col. Alijs vero contrarium, quorum sententia præualuit, ex quo accusatio prædicta incerta est, & in humaniorem partē (vt proximè dicebā) interpretenda. & nouissimè facit quod habetur in l. si post mortam. C. de peti. hær. & in c. inter dilectos. de fid. instru. & in simili per Anch. in repe. c. canonum statuta. in 194. col. de consti. & Bald. in l. j. in ij. ff. sol. mat. & in terminis in d. l. aduersus. C. de furt.

CCCCCLXVIII.

1 *Præsumptio iuris & de iure, tantæ est uirtutis, ut quis se fundando super matrimonio uero, si probet de præsumpto præsumptione iuris & de iure, obtineat*

1 IN materia pręsumptionis, quę iuris † fit & de iure, vnū legi aliàs perpetua obseruatione dignum, & addendum festinā ter ad no. in l. antiquæ. C. ad Velleian. quòd tantę virtutis est, vt si quis se fundauerit super matrimonio vero, probando præsumptum, præsumptione tamen iuris & de iure, obtineat absque dubitatione. ita Abb. Pa. in c. per tuas. in j. col. de condi. appo. & nimirum, quia tantum debet operari, quantum veritas in foro iudiciali: vt idem Abb. declarat in c. is qui fidem. in prin. de spōsa. & in c. veniens. eo. tit. vbi etiā quid sit, declaratur, & præsertim in c. is qui fidem. & in l. si duo. vbi Ang. in fi. ff. de acqui. hære.

CCCCCLXIX.

1 *Res minorum mobiles, quæ seruando seruari non possunt, ueneuntur sine aliqua solennitate: immobiles uero non nisi cum iudicis decreto.*

2 *Res dicuntur seruando seruari non posse. quando triennio non sunt duraturæ.*

1 RES minorum † mobiles, quæ seruando seruari non possunt permissione legis venduntur sine aliqua solennitate. l. lex quę tutores. in fin. C. de admi. tu aliæ autem non nisi imminēte necessitate, & cum decreto iudicis: vt ibidem. & nimirū, vltra, quia earum vilis est & abiecta possessio, vbi aliàs pecunia humanæ necessitati deseruit. l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fideiuss. qua ratione, quamuis huiusmodi sit, vt seruando seruari non possit, eius alienatio etiam concessa est: secundū gl. in l. j. in §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. quam peregrinam exclamat Bald. in l. j. in prin. ff. de reb. eo. dictum sanè adeo verū vt in venditionibus quoque mendicantium nihil desideretur nec ob id quia pretium succedat loco rei, vt sensit Archi. in c. de viduis.

de viduis.xxvij.quæst.j.eorum regula infringatur, ex quo eorũ etiam dominium momentaneum est.l.fin.in fi.C.de bon.quæ libe.& tenuit vltimo loco idem Bald.in cap.cùm causa.in fin. de re.iud.Sed pro prædictorum declaratiòne quæro, quo mo-
2 do† cognoscatur, quòd res seruando seruari non possit? respõ de si triennio non sit duratura.ita Ang.(quod nota) in l.j.C.si aduer.vsucapio.

CCCCCLXX.

1 *Tutor debet promittere pupillum indefensum non relicturum &c. & hæc sunt de forma, adeò ut præter amitti non poßint: itẽ & quòd defentionẽ sine ulla cunctatione suscipiet.*

SCiunt etiam omnes, maximè notarij, quia ita quoque inoleuit practica, postquam de minoribus locuti sumus proxi-
1 mè, quòd tutor† debet promittere indefensum pupillum non relinquere. vtiliáque facere, & innutilia prętermittere penitùs imò quòd hęc & alia multa sunt de forma, vsque adeo vt nullo modo prætermitti possint. l.fina.§.omnem.C.de administra. tutor.& no.in authen.matri & auiæ.C.quando mul.tute.offi. fun.pos.& in l.legitimos.ff.de legi.tuto.& in l.tutor qui reperto rium.ff.de admi.tut.Sed nesciunt aliud specialissimum capitulum. scilicet addi debere, obseruandum perpetuó, ne contra instrumentum tutelæ aliquando opponatur, quòd defensionem sine vlla cunctatione suscipiet. ita glo. quam ibi signat Bald in l.j.in princip.ff.de tute.& ra.dist.quod tamen ego parum curarem, dummodo essent in eo verba æquipolentia, & comprehenderetur ex alio, ex quo iura effectum, & non formulam verborum considerant. l.omnium.l.quoniam indignũ.C.de testamẽ.l.j.C. de formul.& eundẽ Bald.cũperi posteà sibijpsi contrariũ, nec secus tenentẽ in d.l.legitimos.in fi.prin. ff.de legi.tuto. cogita

CCCCCLXI.

1 *Maritus uxorem suspectã de adulterio habens si adulterum coram tribus testibus monuerit. ipsum poterit posteà impunè occidere, si inueniat cum colloquentem cum uxore. & quæ ratio.*

1 MIrabile dictu videtur, quòd si quis† vxorem suspectam de adulterio habuerit, & adulterum coram tribus testibus admonuerit, ipsum impunè interficere poterit, cum vxore loqui inuentum, ex quo hoc modo suspitio præcedens, & admonitio sequens spreta probationem delicti inducũt. authẽt. si quis.C.ad leg.Iul.de adul.& tamen hoc idem de directo videtur contra tex.inc. si quisquam de coha.cleric.& mulie.vbi prima, secunda, & tertia admonitio requiritur. Sol. illud ideò esse dicas, quia difficulter temperatur tã iustus dolor.l.si adulterium cum incestu. §. Imperatores.ff.ad leg.Iul.de adult.c.si verò de sentent.excommu: Vnde si insultatus (quod nota) insequatur incontinenti insultantem, eumque interficiat, non tenetur hac ratione de occiso, sed vulnere, ex quo etiam omicidium dolosum esse debet, vbi hoc casu aliàs sola culpa est in consideratione, inquit Abb. in c.cum olim.in vij.col.de resti. spo.& exclamat Felin. in c. delicti filij.in pe. de excep.& ita in facto sæpius determinatum fuit, vsque adeò, & ad propositũ, vt decisio quoq; d. auth.si quis.extendi non debeat.l.ius singulare.l.quod verò contra.ff.de legi. c.quæ à iure.de regulis iuris in sexta. & declarat idem Abb. in d. capitulo si quisquam & bene.

CCCCCLXXII.

1 *Pluribus constitutis administratoribus si simpliciter fuerint constituti, qui non administrauit, non potest petere ab alijs ut sibi rationem reddant.*

1 PLures† commissarij simpliciter relicti fuerant his diebus vt communiter fieri solet, in quodam testamento, quorum vnus volebat ab alijs, qui testatoris bona administrauerãt, sibi rationem reddi: dubitabatur an posset hoc idem petere? Plerique prima facie dicebant quòd sic, nec à ratione alienũ videbatur, quoniam si vnicuique officium prædictum iniunctum est, iure merito quoque, is qui non administrauit, nec administrationi interfuit, repræsentans quodammodo defuncti ac cõmitentis personam, debet posse idipsum petere. Et tamẽ contrarium verius est, & sine dubitatione, ex quo simpliciter (vt dixi) tales constituti fuerunt, & non insolidum quilibet, ita vt propter parem potentiam insistentis & resistentis, vnus in alterum possit nihil.l.ille à quo.§.tempestiuum.ff.ad trebel. l.nam magistratus.ff.de arbi.l.j. C. de cõtractib.iudi.& est simile in pluribus procuratoribus, in l.qui duos.vbi in terminis etiam Bald.hoc ipsum decidit, signandum perpetuò.ff.de procurato.

CCCCCLXXIII.

1 *Publica utilitas priuatæ præferenda.*

1 DE publica† vtilitate, quòd priuatæ præferatur.l.j.§.fi.C.de cad.tollend.l.vtilitas.C.de primipil.lib.xij.cap.bonæ.j.de postulat.prælator.recordor alibi dixisse multa, ꝑpositio adeò vera nouissimo loco.vt ea de re quisque sine dubitatione proprio iure priuari possit. l. ita si verberatum. §. j. ff. de rei ven. nec valeat inferior magistratus impedire ea:quę sunt meri imperij:secundum Alex.in l.dies.in §.j.in fi.ff.de dã.infect.imò ꝙ vltimę voluntati etiam derogatur, publicę vtilitatis gratia.l. testamento.& ibi not.ff.de hære.insti.& est simile in voce: vt in. pręalle.l.testa. probat:quia si decurionis ꝙ fuerit, plus valebit cæterorum ciuium, testatur Bald.in l.j.in iiij.col.ff.sol.mat.& non immeritò ad propositum quia bonum gentis Aristo.etiã test.ethi.j.melius est quam vnius hominis. pulcherrimo exemplo nunc quoque confirmanda Cornel.Cel.medici præstantissimi, dicẽtis in lib.de re medi.de tertia medicinę parte tractãs quam Gręci chirurgicam nominant, optimè Herophilum & Erastratum fecisse, qui nocentes homines à regibus ex carcere acceptos inciderunt, vt eorum viscera & intestina scrutarẽtur. nec crudele fuisse, vt plerique arbitrabantur, quoniam (nota) paucorum & priuatorum quidem nocentium suplicijs remedia propè infinita populis innocentibus seculorum omnium querebantur.

CCCCCLXXIIII.

1 *Mulier an poßit esse testis in testamento.*
2 *Legitimi tantùm, & non bastardi memoriam parentum perpetuant.*

MVlier in testamento testatis esse non potest.l.qui testamẽto.§.mulier.ff.de testam. aliàs autem & regulariter, sic, in qualibet alia vltima voluntate: vt post Specu.in titu.de testib. in §.j.& in §.compendiosè.de instrum. edit.tenuit Calder.in consil.viij.incip.testa.vel si testamentum sit ad pias causas, aut inter liberos: vt in d.§.mulier. not.& in authent.quod sine. C.de testamen.& in l.pe.vbi Bald.in fin.(singula singulis referẽdo) C. de sacrosanct. ecclesi.& disputat Ro.in authen.si militer.in xv.special.C.ad leg.falc.id maximè de causa pia, & Deci.in l.fœminę.in iiij.& v.columna.ff.de regu.iur.nec planè hæc dubitationem habent. Sed quid in testamento patris bastardum instituentis, poteritne mulier in testem adhiberi? Multi senserunt quòd sic, nec absque ratione, quoniam vt idẽ Bald. dicit in d.authen.quod sine.in ij.col.rigor, quo masculi desiderantur, hoc casu remissus videtur, quia sicuti permittit lex tutorem dari à patre in testamento minus solenni.pari modo permisisse videtur, mulierem testem esse [illegible] casu isto. & quia denique similibus relinqui potest. l. ij.§. humanitatis. C. de natu. libe. tamen quia bastardo non debetur hereditas ab intestato, testamentum imperfectum legis auxilio confirmari non debet: & dixi contrarium esse verius: nec facit quòd rigor remissus sit: quia verum est in liberis legitimis & naturalibus, non in bastardis à lege reprobatis.auth.ex cõplexu.C.de incest.nupt.minùsque quòd detur tutor in testamẽto minus solemni: quia nec istud falsum est, sed tamen datio non valet, nisi à iudice confirmetur, à quo etiã hac ratione denominari debebit. l.adoptio non iure facta.ff.de ado.l.j.§.omnia. C.de vet.iur.enu.& per doct.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. Non etiam & vltimò quòd similibus relinquatur: quia fateor nec hi esse possunt nisi legitimati, quibus cùm omnis macula abstersa sit [illegible] perialis. §.j. C. de nupt.aditus etiam ad succedendum potere debet & vtrobique Bald. adhuc. licet nõ ita latè. in d.locis sensisse videtur, tum vel maximè in d.mulier. in fi. & in d. authen. quod sine. & bene, & ita teneo. Et quia
2 de bastardis locuti sumus, sciendum est, eos† memoriam parentum non perpetuare: sed solos legitimos, qui præclaram & illustrem etiam ciuitatem reddunt: vt in auth.de nup.in prin. per quẽ tex. ita quoque dixit Bald. in l.j. in v.col.ff.sol.mat.& hęc sufficiant.

CCCCCLXXV.

1 *Communionis ratione quis admittitur ad agendum, etiam sine mandato: duobus tamen concurrentibus, siue ex his altero. per totum.*
2 *Intellectus l. licet. ff. de procurator.*
3 *Amicus pro amico, sicut consors pro consorte, ad agendum admittitur.*

1 COmmunionis † ratio facit, quis admittatur ad agendum, etiam sine mãdato. l. ij. C. de consor. eius. lit. duobus tamẽ concurrentibus, siue ex his altero, si præsens scilicet paratus sit cauere, rem ratam dominum habiturum, vel, si iudicatum solui satisdet. quanquam obstare aliquantulum videatur tex. in l. licet. in prin. ff. de procu. sed verè: vt inquit Bald. in §. is cui. ea. l. non obstat: quia † loquitur in actione populari, quæ vnica est, & non dinumeratur in singulos de populo, quantum ad essentiam, sed solùm quantum ad nudum ministerium agendi, vsque adeo vt vnus alium procuratorem non constituat. & latius vt per eum. & si cõmuniõis ratio ad propositum hoc idem facit, multo magis faciet ratio affectionis, ex quo amicitia æquipollet affinitati. l. cùm allegas. C. de castren. pecu. lib. xij. & sicuti coniunctus admittitur, & (vt dixi) consors, pari
3 modo † admittetur amicus, probaturque in l. j. & in l. at qui natura. in §. cùm me absente. ff. de neg. gest. per quæ iura ita etiam sensit idem Bald. in l. sed si hæred. in prin. in ij. colum. ff. de procur. & Alexand. in l. exigendi. in iij. C. eod. & nimirum, quoque, quia amici vna anima in pluribus corporibus esse dicuntur. Aristo. teste, ita vt hac ratione, non minus gratia eorũ qui seipsos tuentur, & coniunctos, condita fuerit. l. vt vim. ff. de iust. & iur. quàm amicorum suorum. inquit ibi idem Bald. in ij. colum. & verbum sui, factum non ministerium iuris designabit. alibi declarat in l. j. in penul. colum. C. vnde vi. Imò si contra absentem procedatur, affines & amici sunt vocandi. l. fin. vbi bo. text. ff. vbi pup. edu. deb. & si conductor, (quod perpetua annotatione dignum videtur) recessurus est, domino primum, ne ad pensionem teneatur, idipsum notificare debet, posteà amicis & affinibus, si dominus non sit in ciuitate. l. prima. §. fina. quem ad hoc not. dicunt ibi Docto. ff. de eo qui pro tuto.

CCCCCLXXVI.

Sententia nulla quomodo ualidetur partium consensu: & an hoc sit indistinctè uerum. nu. 2.

1 QVod dicitur in l. ij. C. com. vtri. iud. sententiam scilicet nullam, valere † partium consensu, quodque iudicium minus legitimè inchoatum à filio, pari modo consensu patris reconualescere potest. in l. si qui mihi bona. in §. iussum, & ibi per Docto. ff. de acquir. hæred. non simpliciter verum debet intelligi, prout intellexit gloss. in l. j. C. qui pro sua iurisdictio. sed in vim pacti, sic posteà declaranda, quoniam consensus partium aliàs iurisdictionem tribueret: & malè, ac contra tex. in l. priuatorum. C. de iur. om. iudi. & latè tradunt Cano. in cap. prudentiam. de offi. deleg. & Calde. in consil. viij. incip. an sententia. in ij. colum. de sen. & re iud. & vtilitatem ex hoc resultantẽ, an vt sententia valeat, vel vt pactum, declarat Aret. in cons. lvj. inc. post absolutum. in ij. colum. Sed ad idem dubito, nunquid
2 hoc ipsum verum † sit indistinctè. & in sententia cuiuslibet iudicis. tam ordinarij quam delegati? Videretur prima facie dicendum quòd sic, quia delegati æquiparantur arbitris. l. sicuti. ff. de arbitr. & arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt. l. j. ff. eod. & tamen contrarium tenetur: quia non per omnia æquiparantur: vt in d. l. sicuti. & per Bald. in rub. de offi. delega. in ij. colum. & ideò quamuis sententia ordinarij nulla reconualescat ex ratihabitione efficaci. l. cùm minor. §. fin. ff. rem rat. habe. vel ex pacto vt hic, & melius, secus tamen est in sententia delegati, quia mandatum deficiat, vel forma repugnet. l. instar. & ibi not. C. de iure. fisc. libro decimo. & in specie declarat. idem Bald. in rub. præalleg. in vltim. colum. in fin. & est verissimum.

CCCCCLXXVII.

1 *Pecunia debita superioris mandato, lege, uel statuto si moneta mutetur, attenditur tempus solutionis, & quæ sit ratio.*

MVlta in materia solutionis faciendæ, cùm moneta mutatur, scribunt Docto. in l. Paulus. ff. de solut. & in l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. restitut. non est necess. & in specie Specu. in tit. de oblig. & sol. in §. nunc aliqua. & maximè si pecunia ex contractu, vel testamento debita sit, quodnam que tẽpus attendatur, quæ scribere hic non intendo, quoniam clara sunt, & difficultatem non habent. Sed quid si debeatur superio
1 ris † mandato, lege, vel statuto? Dicas breuiter, & est quotidianum, tempus absque dubio solutionis attendi debere, ex quo lex, cùm sit semper in viridi obseruantia, semperque loquatur. l. Arriani. C. de hæred. contingente mutatione pecuniæ post eam, de ea etiam loqui videtur: & quia mutata pecunia, intelligitur ad nouam mutationem, mutata quoque lex, seu statutum prædictum. l. penult. C. qui admi. l. ij. C. de cõsti. pecu. l. vnic. §. j. C. de rei vxo. actio. & tetigit Spec. in d. §. nunc aliqua. & Bald. in l. illud. in fin. C. de sacrosanct. eccles. & But. in cap. quanto. in ij. char. de iureiur. nec potest negari, nisi in casu, quando soluens fuisset in mora: quia tunc tenetur ad id, prout moneta prædicta currebat, tempore quo soluere tenebatur: vt Docto. in locis præalleg. dicunt. & signanter Bellenzi. in tractat. de charita. subsid. in lxxxvij. quæstio. incip. dicitur in ij. & iij. colum.

CCCCCLXXVIII.

1 *Beneficium epistolæ diui Adriani, de quo in l. fi. C. de consti. pecun. habet locum inter curatores.*

IOan. Anto. Tripona Siculus, vir certè omnium horarum, & adeò ardens, ac cupidus huiusce diciplinæ legalis, vt nil aliud cogitet, nil loquatur, nil denique cupiat, nisi quod à nobis, vel à quouis alio etiam discere possit, inter loquendum, vt fit, dubitabat (disserueram enim tunc nescio quid maximẽ conducens ad intellectũm l. fin. C. de constitu. pecu) an beneficium epistolæ diui Adriani. de quo ibi, & in l. si dubitetur. ff. de fideiussor. & in §. si plures. Institut. eodem locum haberet
1 † inter curatores: & non immeritò, quia Barto. in l. secunda. in §. fina. ff. de curat. bo. dan. glossa. reprehendit ibidem hoc ipsum quærentem, & ineptè quidem, ex quo text. in materia præcipuus, & quem not. dicit Areti. in consilio lxvj. incip. viso. puncto. in vj. colum. in d. l. fin. vult. solùm habere locum inter fideiussores & mandatores accessoriè obligatos, ergo non inter alios. l. si veró. §. de viro. ff. solut. matri. & tamẽ dixi ego contrarium esse verius, & ita teneo ex ipsomet text. iuncta gloss. quem nec secus inducit Areti. in loco præalleg. imò quòd subsistente eadem ratione, ad casum sibi parẽ essem per extendi debet, & nedum eo, sed etiam alio, vt ad longum probat Stepha. de Feder. in tracta. de interpreta. iu. in lxxv col. & seq.

CCCCCLXXIX.

1 *Donantis assertioni standum, asserentis se donare pietatis causa, & eleemosynæ affini suo alioqui egeno, & inopi.*

DOnauerat quidam aliàs affini suo egeno & inopi, numerosáque familia onerato (quod ego cõsultus verè sciebã) notabilem pecuniæ quãtitatem, & in instrumento donationis amplius apposuerat, se idipsum fecisse pietatis causa, & intuitu eleẽmosynę. Dubitabatur, an eidem crederetur, & asser
1 tioni † huic standum esset? Breuiter difficultatẽ faciebat text. in l. si donatione. C. de collat. & in l. qui testamentum. ff. de probationib. & in l. data. C. de dona. vbi donatio coniunctus per sonis facta non valet, nisi interueniente actorum testificatione conficiatur, & insinuetur, ex quo (vt subiicitur in d. l. data) clandestinis ac domesticis fraudibus facilè quiduis pro negocij opportunitate confingi potest, vel id, quod verè gestum reperitur, aboleri. & est arg. in l. in fundo. ff. de rei vendi. & in l. sub prætextu. C. de transact. & in c. sedes apostolica. de rescrip. Considerando quoque quòd ad id, vt fraudibus scilicet obuietur, cùm publica, tum priuata etiam nos suadet vtilitas. l. si libertus. ff. de iur. patron. & tradit Calderi. in consil. xxj. incip. Episcopus. in prima columna de constitutionibus. Nihilominus contrarium existimo verius fore, & tenendum, quòd imũ valeat, quoniam prædicta procedunt, & intelligũtur in coniõctis simpliciter, & quando aliud non est speculandum: sed in casu isto donatarius erat coniunctus, & inops pariter: ergo præsumetur omninò donans magis misericordia motus, quàm affectu & sanguinis ratione. casus est nor. & obliuioni nunquã mandandus in l. liber captu. C. de captiuis, & postliminio reuersis. per quem dixit alibi Bald. in l. sed & si. ff. soluto matrimonio. quòd si pater pari modo condemnationem filij soluisset, videretur intuitu pietatis soluisse, & non repetendi animo & in terminis nostris posteà idem met in l. illud. in prin. C. de sacrosanct.

crosanctis ecclesijs.

CCCCCLXXX.

1 *Animus amicitiæ, & inimicitiæ coniecturis probantur: nec uerè aliter probari possunt.*

2 *Cesß o alicui facta an præsumatur in fraudem facta, an uerò necessario probari debeat.*

1 ANimus verè probari† non potest, nisi coniecturis. l. dolum C. de dolo. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. capitul. ij. de renunciation. in sexto. nec secus amicitia & inimicitia, quoniam pari modo ex animi affectione contrahitur: vt declarat Abbas Panormitanus in c. repellantur. in princip. de accusatio. & notanter in dolo in capitul. super literis. in quinta col. de rescript. & singul. quæstio. Sicul. in consil. xxxxxvij. incip. illud. in vij. in tertio volumin. & ideò quamuis dictum testis necessariò concludere debeat, sufficit tamen si cõcludat etiam pręsumptiuè, & præsumptio iuris sit, ac talis, vt ad condemnationem sufficiat: secundum Bartol. signanter in dolo exemplificantem in authentic. ingressi. in repetitio. in vltim. colum. C. de sacrosanct. eccles. & dixi ego latè in l. j. ff. si certũ 2 petatur. Sed quæro† quid in cessione alicui facta, nunquid in fraudem facta præsumatur, an verò probari necessariò debeat? Responde, in clerico præsumi, & de iure canonico, quod mirabile videtur ad limitationem c. absit. xi. q. iij. in laico verò & de iure ciuili non ita Alexan. in l. qui stipendia. in prin. C. de procurator. & in dolo ad propositum quorundam Hispanorum cautelam recitat gloss. in d. l. dolum. qui Aldricum ad prandium inuitarant vt fideiuberet, dantes exinde & vinum album rubeo mixtum, vt inebriaretur, simili exemplo comprobandam Mirrhæ Cinaræ Regis filiæ quæ cũ nephasto amore patrem deperisset, cum eo, ebrio nutricis opera facto pariter concubitum habuit. Et vtinam vt meliores Icari, similiter ebrij fecerunt, qui (vinum enim sibi haud solitum exhibuerat) ipsum interfecerunt, Hispani ab Aldrico, & à Cinara Mirtha, interfecti fuissent: vt alijs exemplo essent, ne huiusmodi fraudibus, & rebus cum dictu, tum etiam auditu, nedum fœdis, & turpibus, verum etiam incredibilibus, operam darent, nisi ioco Accursij ascribamus & Poetarum figmẽtis, nõ quòd vera fuerint, dicta fuisse credamus.

CCCCCLXXXI.

1 *Agens, fundamentum suæ intentionis probare debet: aliàs succumbit.*

2 *Crimina undecunque claruerint, punienda sunt, siquidem proposita & probata fuerint.*

3 *Infamatus licet nihil sit probatum contra eum, non tamen absoluitur simpliciter, sed indicitur sibi purgatio propter infamiam.*

1 REgulare est (vt sciunt omnes) agentem † fundamentum intentionis suæ probare debere, alias succumbit. l. ei qui l. in exceptionibus. ff. de proba. l. qui accusare. C. de eden. ali quid Alexan. in l. is potest. in iij. col. ff. de acquirend. hæred. & quemadmodum rhetores dicunt, confirmatio appellatur, qua causæ nostræ dubiæ, & controuersię authoritatem impartimur, fidémque argumentis facimus, quæ ei (vt diximus) incumbit, qui proponit, & non ei, qui negat: quoniam nulla nec naturali, nec ciuili ratione ad idem cõpelli potest, imò ꝙ ipso proponente non probante, absoluitur, vt in iuribus prælleg. & in cap. j. vt eccle. benefic. sine diminutio. confe. quamquàm nec iuret aliter, declarat Bartol. in §. si tamen. ad fin. in auth. de instru. cau. & fid. & probat text. in dict. l. qui accusare, ibi, *Et si nihil ipse præstiterit &c.* & notat quòd non probasse dicetur etiam, quamuis probauerit id, ad quod alia cõpetebat actio. l. j. §. docere. ff. vi bon. rap. & est argu. in l. quoties. ff. qui satisd. cog. dixique ego aliàs in l. quid ergo. in §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. & id, quod vulgò dici solet, crimina vnde- 2 cunque† claruerint punienda esse: vt in c. ecce. 24. quęstio. iij. intelligi debere verũ, siquidem proposita & probata fuerint & secundum modum etiam propositum: quia quandoque per accusationem, quandoque per inquisitionem, nonnunquam & verò per denuntiationẽ, & exceptionem procedit. l. illicitas. §. veritas. l. congruit. ff. de offic. præsi. ca. super his. & ibi not. 3 Abbas Pan. in ij. col. de accusa. in inquisitione† tamen dico obseruandum esse, quòd quamuis nihil probatum sit contra infamatum, nihilominus ipse non simpliciter absoluitur, sed indicitur sibi purgatio propter infamiam: vt ibidem Abb. declarat, in cap. cùm oporteat. in ij. col. eo. titu. & plus, quod plerumque etiam fit condemnatio in casu absque probatione. l. si quando. C. vnde vi. cap. fin. quod met. cau. specialiter propter tria, quæ sunt, dolus rei, difficultas probationis, & quia denique reus ipse difficultatem induxit, vt ibi Bald. not. & bene, nec secus dicendum est. & ad regulam redeuntes, distingui posset, nec à ratione videtur alienum, & distinguit Bartol. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. quòd quandoque actor probat plenè & tunc vincit, quandoque nihil, & succumbit: quandoque semiplenè & isto casu negotiũ & lis deciditur iuramẽto. & dixi etiam in dict. l. qui accusare.

CCCCCLXXXII.

1 *Curator datus tantum liti non conficit inuentarium.*

LIti erat datus curator, quo casu sciunt omnes. ipsum ad id compelli posse, nisi legitimam habeat excusationem. l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusat tutor. l. munerum. §. defensores. ff. de mun. & hon. l. nullus. C. de decur. lib. x. §. quibus. 1 Insti. de satisda. tuto. Sed quæro, nunquid † etiam inuentariũ conficiat? Videretur dicendum quòd sic, primum quia regulare est. l. tutor qui repertorium. ff. de admini. tuto. demum vt mala suspitio subtractarum rerum vitetur, quemadmodum in hærede legitur in §. si verò. in aut. de hær. & falcid. & quia expedit ei etiam, cui datus est l. fin. & ibi not. C. arbi. tute. Sed nõ est verum, ex quo datus est simpliciter ad litem, ita vt iure merito, cùm nullum habet ipsarum rerum administrationem, sed litem tantùm instruat, nec inuentarium conficiat. gl. est egregia & singularis in l. de creationibus. C. de episcopo. audi. & ita practicatur, & seruatur quotidie, secundum Cyn. & Bal. in l. qui habet. in prin. ff. de tutel. & non ab re quoque ac vltra eos: quia si grauatur in hoc, vt inuitus acceptet, & litem instruat, suáque negocia deserat, vt aliena agat. l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemad. testa. ape. in alio etiam debet releuari, ne inuentarium conficiat, si maximè (vt diximus) bona non administret. vulg. l. eum qui. ff. de iureiu. l. quidam decedens. §. j. ff. qe admi. tut. l. incendium. C. si cer petat. l. periculi. ff. de nauti. fœno. & declarat Odofr. in rub. eo. titu. ex quibus rationes dubitationem facientes sublatæ manebunt, haud aliter scribendæ.

CCCCCLXXXIII.

1 *Delicta non solum punienda, uerùm quoque publicanda, ut infamiæ nota sontes aspergantur.*

IN l. fustibus. C. ex quibus cau. infa. irrog. ibi, *Cui per præconem ita dictum est.* συκοφάντας obseruat Bald. præconem aliàs condemnatos præcedere solitum, exclamans continuò eos sycophãtas, & calumniatores & nimirum addas tu, vt crimen detestaretur, & vt alij deterrerentur amplius. & idemquoq; VENETIIS seruatur, cùm ad suppliciũ ducitur nocens: quoniã præco pariter ipsum anteit, dicens horrida voce, *Ecco il malfattore*, è vestigio delicti qualitatem astantibus & audientibus sub narrans. Institutum etiam obseruatum Alexandri Seueri temporibus in Turrino quodam, qui cum eiusdem Alexandri Domini sui audientias mercaretur, stipiti alligatus fumo necatus est, præcone similiter exclamante, fumum vendidit Turrinus, fumo necatus est, argu. planè apertissimum, delicta nedũ 1 † puniri debere, verum etiam publicari. vt infamię nota sontes aspergantur, & alij (quod proximè quoque dictum est) ab ipsis abstineant. imò quod eodem pręcone, templum Cereris ingredi prohibeantur impij, dicente adhuc (& scitu dignũ est) *Procul ò procul este profani.* quemadmodum contrà, ipse pariter olim in ludis Gymnicis victoris nomen, laudésque dicebat, & corona victoriæ etiam eum honestabat: vt v. AEnei. Poeta his versibus orsus est.

Victorem magna præconis uoce Cloanthum,
Declarat, uiridique aduelat tempora Lauro.

CCCCCLXXXIIII.

1 *Vxor uestem lugubrem, qua ob mariti mortem uti debet, habere debet de patrimonio mariti, nisi in contrarium sit consuetudo.*

1 FVi multoties interrogatus, an vxor, † quæ ob viri morte m veste lugubri vti debet, eam sibi suis sumptibus faceret, an verò haberet de patrimonio mariti? Respondique semper mariti sumptibus, & de ipsius patrimonio fieri debere: & est verissimum, si maximè consuetudo dictet: vt hic Patauij. & non ipsi-

me videtur casus in l. decreto rectè intuendi. C. ex quib. cau. in fa. irroga. per quem ita signanter etiam dixit Ang. in l. sed & si quid. in fi. princip. ff. de vsufru. & vt quotidianum, notandum perpetuò.

CCCCCLXXXV.

1 *Consuetudo iurisdictionem priuato non tribuit. fallit in casu cap. cùm contingat. de for. competent.*

1 QVamquam consuetudinis authoritas parua non sit. l. j. C. quæ sit long. consuetu. haud tamen † tanta est, vt iurisdictionem priuato tribuat. l. j. C. de emancipa. lib. vbi de sola prorogatione fit mentio, & est communis inductio. argu. sanè apertissimum, de nouo tribui minimè posse, ex quo id longè facilius quàm istud à lege permissum videtur. l. sed si manente. ff. de preca. & est verissimum, præterquam in casu. c. cùm contingat. de for. compet quod vnicũ dicit Ang. in l. imò. in prin. ff. de legi. & ad Plebanum certum territorium non habentem extendit Calde. in consi. ij. incip. an commissio in princip. de elect. imò quòd Abb. in c. ad nostram. in j. col. de consue. & Ancha. in consi. cxxxij. incip. in primo dubio. in ij. & Rom. in consi. ccc. incip. in casu. in prin. hoc idem generaliter procedere. nedum in casu d. c. tenuisse videntur. Sed primum verius est & tenendum: vt declarat etiam Archid. in c. conquestus. ad fi. ix. q. iij.

CCCCCLXXXVI

1 *Actus voluntarij diebus feriatis etiam in honorem Dei, fieri possunt. Item & latrones insignes puniri. non tamen utrunque potest fieri coram iudice incompetenti, nu. 2.*

1 ACtus † voluntarij diebus feriatis, etiam in honorem Dei, fieri possunt, & latrones insignes amplius puniri. l. actus. l. prouinciarum præsides. C. de fer. & nimirum, cùm primo casu de substantia non sit causæ cognitio, secundo verò multorum incolumitas & salus procuretur: vt in d. l. prouinciarum dicitur. & sensit etiam Bald. in l. obseruare. in §. proficisci. in v. colum. in j. lectu. ff. de offic. proconsf. & Fede. de sen. (singula singulis reddendo) in consi. xj. inci. quæritur. in ij. & iij. colum. & quantum ad ista duo non dubito, quæ ex decisione Bal. quoque nouiter confirmantur, ad idem multa allegantis, in l. iij. in §. quolibet. ff. de tutel. Sed quæro in vtrunque pariter possit

2 fieri † coram iudice incompetenti? Videretur dicendum prima facie quòd sic, ex quo lex vtrunque (vt diximus) permittendo quocunque tempore, feriato & non feriato, permisisse videbitur etiam, vt fiat coram quocunque iudice quamquam incompetenti. l. qui plures liberos. ff. de vulg. & pup. substi. & no. in l. conuenticula. C. de episco. & cleri. Sed tamẽ contrarium est verius. l. j. C. vbi peta. tu. l. testamenta omnia. C. de testa. l. j. & ij. C. vbi de cri. agi opor. §. si verò. in authen. vt nul. iud. & in specie per Areti. in consil. xciiij. incip. respondeo. in ij. colum. & ita tenendum est: quia argument. de tempore ad personas non procedit, vbi secus à lege reperitur decisum, maximè in casu nostro. & est argu. vltra eum in l. si tuto. C. de neg. ge. & in l. si non le. Aelij sententia. ff. de hæred. institu. & in l. quod verò. ff. de legibus.

CCCCCLXXXVII.

1 *Actus voluntarij causa cognitionem non desiderantes, diebus festis expediri possunt alias secus.*

1 NOn ab re proximo apoph. dixi, actus † voluntarios causæ cognitionem non desiderantes diebus festis, etiam in honorem Dei, expediri posse: quoniam aliàs secus. l. dies festos. C. de fer. ibi, *Sit idem dies à cognitionibus alienus, præconis horrida nox silescat.* dictum sanè exemplo Nehemiæ comprobandum: qui vt ij. Esa. c. 13. legitur, videns homines torcularia calcantes, oneráque portantes venalia, in sabbatis, obiurgauit eos acriter, quòd diem ipsum prophanassent. Imò quòd qui tunc ligna collegisset: vt *Man, ut* numer. 15. habetur, in præceptum Domini faciens lapidabatur, igitur vt Poe. inquit, & ad idem,

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator.
Et graue suspenso uomere, cesset opus.

Qui alibi etiam ait.

Prospera lux oritur, linguis animisq; fauete,
Nunc dicenda bona sunt bona uerba die.
Lite uacent aures, insanaq; protinus absint.
Iurgia, differ opus liuida turba tuum.

Quid quòd Delphis religiosis quibusdã diebus responsa reddi minimè solutum fuit. vt Pluter. in Alex. refert, meminit & Auso. ad Paulinum, Papiniique imitatio est, apud quem milites Argiui sic Amphiaraum deflent.

Multisq; diu plorabere Delphis.

& Claudia. quoque in ij. de Proserpi. rap. sic,

Delphica quum etiam fratris delubra tacebunt.

Scitu omnia, memoratuque digna, & adeò legem hanc exornantia, vt pluris ea facienda sint sine dubio, quàm ipsa lex, sancta tamen aliàs, & nullo modo à nobis negligenda.

CCCCCLXXXVIII.

1 *Religiosi licet ex concessione Papæ non possint excommunicari prætextu decimarum, eis tamen ob id non censetur remissæ: alijs enim remedijs poterunt compelli.*

1 PApa † religiosis quibusdam concessit, ne pretextu decimarum possent excommunicari. dubitabatur nunquid propterea decimę viderentur remissæ? Ipsi dicebant, quòd sic, & fortè non absque ratione, quia si excommunicari non possunt, nec ad soluendum compelli, eas sibi habebunt pręcipuas, & si non expressè, tacitè saltem, ac in consequentiam omninò remissæ videbuntur. Nos verò contrà, & verius existimamus, quia esto quòd pœna excommunicationis ad id astringi non possint) nulla enim in ecclesia Dei ea est maior. l. hi qui sanctã fidem. C. de aposta. c. solet. de sent. excom. in vj. c. corripiatur. 24. q. iij. aliquid Abb. Pa. in c. postulasti. de Iudæ) alijs remedijs nihilominus compellentur. casus est singularis. in l. omnibus. & ibi Bald. signanter notat. C. de vecti. & videtur quotidianum.

CCCCCLXXXIX.

1 *Intellectus l. cùm acutissimi. C. de fidei com.*

2 *Consuetudines & iura feudalia an trahantur ad consequentias.*

L. Cùm acutissimi. C. de fideicom. quam solenniter etiã repetiit Andr. Barbat, adeò vtilis est, vt silentio à nobis nũc non sit transeunda, & inter alia apoph. hoc ipsum luceat: vt inter stellas Luna minores, argumentúmque mihi præstitit solertissimus legum scholaris, nec minus acutus, quàm nobilis, Frãciscus Fumatus Dalmata, cùm à me sciscitaretur, an locum

1 haberet in legatis particularibus. Sciendum igitur † est primũ pro ipsius intellectu, & declaratione, quòd loquitur de conditione, si sine liberis decesserit, non expressa à testatore, sed sub intellecta à lege, & hoc passim ibidem admittunt omnes. & in l. ex facto. præcipuè Alexand. in §. si quis rogatus. in iiij. colu. ff. ad Trebell. Secundò, quòd eo casu naturalis non excludit substitutum: vt idem Alexand. dicit in loco præalleg. & tamen est regulare. Tertiò, quòd habet locum non solum in hæreditate, sed etiam in legatis particularibus. l. generaliter. §. cùm autem. C. de insti. & sub. sub. condi. fact. quem tex. reputant Doc. sing. vt idem Alexand. refert in d. §. si quis rogatus. in v. colum. & Aretin. latius in consil. xcij. incip. viso legato. in iiij. & pari modo in donatione causa mortis, ac Quarto loco, quia procedunt à pari. l. legatum. ff. de leg. ij. l. fin. C. de dona. cau. mort. §. j. Institu. de dona. Quintò, quòd etiam in matre intelligitur. d. §. cùm autem. & no. Barto. in l. cùm auus. ff. de condi. & demonstr. Alexand. in d. §. si quis rogatus. in præalleg. v. colum. sed non tamen in fratre rogato restituere fratri, nec in filio adoptiuo: vt ibidem. & in d. §. cùm autem. Et non solùm in vltimis. Sextò loco, verùm etiam in contractibus: vt idem Barba. sensit in d. repe. sua in xlij. colum. motus per tex. in cap. j. in §. cùm verò. qui feu. da. poss. in vsib. feudo. cuius sententiam prima facie non probo: quoniam consuetudines † & iura feuda-

2 lia sunt extrauagantia, & non trahenda ad consequentias. iuxta doctrinam Bartol. in l. vt iurisiurandi. in §. si liberi. in prin. ff. de oper. lib. nisi replicetur, quòd imò trahi debeat hoc casu, quoniam non potest inter contractus, & vltimas voluntates bona diuersitatis ratio reddi, ita vt de vno ad aliud argumentum sine dubitatione procedat. l. quæ de legato. l. seruili filij. §. eum qui chirographum. ff. de lega. j. Cogita tamen, quia imò in vltimis voluntatibus interpretatio semper fieri debet latior, quàm in contractibus. l. in testamentis. ff. de reg. iur. ca. cùm dilecti. de dona. aliquid Bal. in l. j. in iij. col. in ij. lect. ff. de leg. ij. & hæc sufficiant, ne apoph. naturã transcendere videar.

Vxor

CCCCCXC.

1 *Uxor si relicta sit usufructuaria à marito donec castè vixerit, si semel stuprum commiserit, priuatur relicto, nec ad illud amplius datur regressus.*

1 TEstator † quidam uxorem suam usufructuariam in testamento reliquit, donec castè vixisset, primo anno voluntati testantis obtemperauit, secũdo non, tertio verò religionem ingreditur, dubitabatur, nunquid legatum, quod perdiderat, reassumat. Arbitrabantur quidam quòd sic, & fortè ex eo, quia hoc verbũ donec, nihil aliud indicare videtur, nisi ipsam talẽ esse debere toties, quoties castè vixisset, sed castè nunc tempore ingressus viuit, ergo debebitur: Considerando ampliùs, quòd alibi Bartol. quoque in l. ambiguitates. C. de usufructu. dicebat dictionem esse importantem conditionem quandam extensiuam. & malè ac perperam, quia statim quòd stuprum commisit, legato priuata est, ita ut à priuatione ad habitũ regressus sit impossibilis. l. qui res. §. aream. ff. de sol. l. postquã liti. C. de pact. l. j. §. qui semel. ff. de suc. edict. l. homo liber. ff. de sta. hom. Imò quòd perceptum etiam restituit. l. sororem. C. de his quib. ut indig. l. si fideicommissum. C. de fideicom. & in terminis ita decidit Bal. in l. Titius. & bene in prin. ff. de exc. tut.

CCCCCXCI.

1 *Fideiussor licet habeat beneficium excussionis, si tamen se neget fideiussorem, & de mendacio conuincatur, illud perdit.*

DE mendacio multa dici solent, quæ & nos etiam alibi quandoque scripsimus, nõ aliter repetenda, & potissimum ad hoc tendentia, ut beneficia à lege induta, si quis huiusce vitio maculatus conuictus fuisset, perdantur illicò. Sed unum nouissimè, & nunc non prætermitto, cùm scitu, tum etiam annotatu dignum, quòd
1 licet † beneficium excussionis, iuxta formam auth. præsente. C. de fideiuss. locũ habeat regulariter, etiam quòd quis se principalem debitorem constituisset, ut quotidie fit, & declarat Cyn. ibidem, perditur tamen, si constituens se talem neget, & pari modo conuincatur. ita Salic. in d. auth. præsente. in viij. quæst. & Ang. in l. si dubitetur. ff. de fideiuss. & Bald. in auth. contra qui propriam. C. de non nu. pecu. & ita iudex ad officium ursi in practica aliàs seruarit sępiùs. & in decis. Thol. quoque refertur. lxxx. incip. aliquis. nec secus seruandum est.

CCCCCXCII.

1 *Testamenta duo eodem die confecta non valent propter incertitudinem, valet tamen alterum in quo venientes ab intestato fuissent instituti, & hoc fauore ipsorum.*

FAuore venientium ab intestato multa conceduntur à lege, quæ non concederentur aliàs. l. si duobus. §. si priùs. de bon. pos. contra l. fin. in fi. C. de codic. l. posthumus. ff. de iniust. rupt. irrit. test. & ideò pro singulari dicto
1 adde, quòd hac ratione, quamuis † duo testamenta eodem die facta non valeant, sed reiiciantur, si producta fuissent, propter incertitudinem, valet tamen alterum, in quo similes instituti reperirentur. ita Bart. in l. j. in §. non autem. ff. de bonorum possessione secundum tabu. quod seruiet etiam nobis ad ea, quæ habentur in l. hac consultissima. in §. si quis autem. C. de testamentis. & dixi ego latius in l. fi. in ult. col. C. de edicto diui Adriani tollendo. in utraque lectura, & est memoriæ semper cõmendandum.

CCCCCXCIII.

1 *Principalis prius excutiendus, quàm fideiussor.*
2 *Expensæ officio iudicis debentur.*

PLerunque vel ignorantia rudium, vel auaritia, quod potius existimandum est, maximè istorum, qui in dedecus nostrorum hominum doctissimorum legaliter patrocinãtium loqui, imò magis garrire permittuntur, & causas, non agere, sed prodere, ut infœlices litigantes graui iactura, & duplicata quidem, afficiãtur, causæ committuntur, & protelantur iudicia, quia dubias easdem suadent, cùm tamen indubitatę sint, & apertam habeant iuris decisionem, nec committi debeant. Ideò occludendum calamo unum non censui, quod huiusmodi erat, nõ tam lege, quàm naturali ratione clarum, & nihilominus commissa causa, adeò res ultro progressa est, ut iniustam fouens partem, quam tamen similis nebulonis & rabulæ suasione iustissimam arbitrabatur, nedum sententiam contra se reportauerit, verum etiam in expen. fuerit acriter condemnatus. Idque est breuiter. Nam sciũt omnes,
1 debitorem † à creditoribus excuti debere priusquàm executio fiat contra fideiussorem, ut etiam, licet ad aliud, dicebam proximè, præalleg. aut. præsente. C. de fideiusso. quod tamen nouissimè intelligas, nisi excutiatur priùs fideiussor, ipséque excussionẽ principalis haud opponat: quia tunc iudicium valeret secundum Bart. in l. si mancipium. in §. j. ff. de euict. modò & ad propositum, à creditoribus debito ordine excussio facta est, & quò ad principale debitũ, excussus repertus soluendo, sed non tamen respectu expensarum, volebant Scurræ antedicti & latrones, pauperes excoriantes: & ut cæci sine lumine incedentes, nec cõsiderantes Iuriscon. sæpissimè hæsitasse, quanquam (ut dixi) casus iste naturali ratione, ubi leges non haberemus, decidatur, creditores adhuc posse experiri & agere prætextu isto quoque cõtra fideiussorẽ: & tamẽ hoc facto sua sione eorum ut suprà contrarium decisum est, &
2 bene quia non iure † actionis, sed officio iudicis debetur. l. si mandauero. §. j. & ibi Bald. not. in fin. ff. manda. cúmque ego essem in causa iudex, ut verum fatear, graui reprehensione eos compescui.

CCCCCXCIIII.

1 *Defensio non solum naturali lege, ciuili & canonica nobis est permissa, sed etiam euangelica.*

IN passione Christi, apopht. enim huic tempori hebdomadæ sanctæ aptissimũ est, quam scribit Luc. c. 22. ibi, *Qui habet sacculum, tollat similiter peram, & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.* elicio, † non solùm natu-
1 rali lege, ciuili, & canonica, verùm etiam euangelica defensionem nobis permissam fuisse: ut in clem. pastoralis, de re iudi. & in c. si verò, de senten. excommun. & in l. ut vim, singula singulis referendo, ff. de iustit. & iur. & ibi in collecta multa ad saturitatẽ diximus. & hoc ideò euangelica lege, ad propositũ: quia sensus nullus alius Christi loquentis erat, quanquàm apostoli non intellexissent, nisi ut sibi gladium emerẽt, quo se etiam ab hominibus tuerentur martyrium sufferre ultrò non valentes. & obseruatione perpetua est dignum.

CCCCCXCV.

1 *Titulus de incestis nuptijs, non habet locum in regnis infidelium.*
2 *Circuncisio quare Abrahæ & semini eius iniuncta.*

SImili modo notandum est verbum Bal. in l. fœminę. in
1 j. lectu. ff. de statu hom. quòd titulus † de incest. nup. nõ habet locum in regnis infidelium, quasi dicat [illegible] omnia passim belluarum more permissa esse, instituto pulcher-
2 rimo circuncisionis confirmandum, quæ † Abrahæ & semini eius primum iniuncta est ut quæ maximè eo in loco libido dominabatur, castitate & continentia resecaretur. & ut fomes ac originale peccatum, quod à primis parentibus contraximus, concupiscentia corrupti, quæ pariter in loco illo magis dominatur quàm in alio tolleretur, & ut breuiter ab infidelibus circuncisi, & qui lauacro regenerationis illis sunt similes, quoniam baptismus circuncisionis loco succesit, differrent penitus, quibus pudibunda sunt libera, nulláque lege coarctata, imò potius omni scelerum genere coinquinata, nobis verò fornicatio, & omnis illicitus coitus interdictus, dicente Paul. 1. ad Corin. c. vj. quòd neque fornicatores, neque adulteri, ut omnia huiusce generis comprehenderet, regnum Dei possidebunt.

CCCCCXCVI.

1 *Locator an pensione soluta ante tempus tenetur inquilino cauere de ea restituenda si non patiatur ipsum commodè uti re conducta.*

1 INquilinus D.Lucij Berardi mihi vti fratris semper honorandi, pensione soluta ante tempus,† volebat sibi de ea restituenda caueri, si passus non fuisset cōmodè ipsum vti re conducta, prout conuenerant, dubitabatur an præfatus D.locator ad id teneretur? Aliqui affirmabant, & id quidem pro certo, quòd nō: quia omnimodo ad idem tenebatur absque alia cautione.l.si tibi.& ibi not. ff. loc. ita vt fieri non debeat hac de re, quod factum non releuat.l.hæc stipulatio.§.diuus.ff.vt leg.no.caue. & in simili per Bart.in l.ij.in §.quod obseruari.in j.col.C.de iur.cal. & tamen malè, casus est in auth. cui relictum. C.de indi. vidu.tol.& in l.fi. &,ibi in specie tangit & decidit Bald.ff. de confir.tut.& hæc opinio præualuit: quoniã etiam hoc modo ad id efficacius obseruandum adstringi poterit.

CCCCCXCVII.

1 *Legitimatione omnis macula abstergitur, & legitimatus quartam habere debet.*

1 ADeo verum est, legitimatione† omnē maculam abstergi penitus, prouisione.l.imperialis.§.j.C.de nup. vt is non secus ac legitimus & naturalis, institutionis titulo, quartam habere debeat. quod annotatu dignum videtur, & per multa declarat Ias.in auth.nouissima.in iiij. col.C.de inoffi.testamen.& de materia Anchar.in consil. ccviij.incip.prima facie.in j.& Rom.in consi.ccxvj.inci. electio.in ij.& Bar.in §.sit igitur.in auth.quib.mod.natu. effic.sui. & est simile in eo, qui monasterium ingreditur, quoniã tunc ingratitudo purgatur, & omnis peccati macula aboletur sine dubio: secundum Iacob.de Aren.in l. Deo nobis.C.de episcop.& cleric. & Bart. in §.nullam.in aut.de sanct.episcop.& in adultera pariter, si pari modo recipiatur seruata forma. auth. sed nouo iure. C.ad legē Iuliam de adulter. & idem Barto.not. in §. si quando.in auth.vt nul.iudi.

CCCCCXCVIII.

1 *Duo quando sunt parificata vetri iure, dispositio noua superueniens in vno extenditur ad aliud: intellige tamen quando loquitur in casu in quo parificatio facta reperitur.*

1 SOlet dici vulgò, quòd† quādo duo sunt parificata veteri iure, dispositio noua superueniens in vno extenditur ad aliud.l.si quis seruo. C.de furt.l.quod verò contra. ff.de legi. c.quanquam. c. quamuis. c.qui contra.de ele.in vj.c.de multa.de præ. Nihilominus scias haud esse generaliter verum, quicquid alibi in materia dixerimus, sed locum habere tantum, quando noua dispositio superueniens loquitur in casu, in quo parificatio facta reperitur, quoniã si superueniret in vno ex parificatis, alio tamen casu, quàm in quo parificatio facta est, tunc extensioni locus non esset, nisi ipsa per legem fieret expressè secundum glos.in c.j.in ver.declaramus, ne cleric. vel monac.in vj.& est casus in l.si furiosi. C.de nupt.quem ad idē dicit Roma. sing.in consi. clxxix.incip. amplissime doctor.in iiij.col.

CCCCCXCIX.

1 *Titulus in cessione requiritur nec inter absentes fit, nisi nuntio vel epistola interueniente.*

1 IN cessione† regulariter titulus requiritur.l.j.C.de natu. lib.l.j.C.ne li.po.& vtrobique no. ita vt possit teneri hac ratione, inter absentes fieri non posse, nisi nuntio, vel epistola inueniente: quia nec titulus vnquam cadit inter viuos, nisi his modis.l.nec ambigi.C.de donatio.& ad propositum videndus est Bal.in l.in causæ.in §.fi.in prima lectura.in ij.col. ff.de procura. Sed ad omnem dubitationem tollendam cautela adhibēda est, dicendo sic. Cedo tibi actionem pro tāto pretio, quoniam tūc istud ipsum sufficiet, & includetur in titulum emptio, facta pretij mentione: vt singulariter inquit gloss.in l.fin.C.de prædi. cur.lib.x.& in l.dedisse.de verborum signifi.& tradit Gulielmus de Cu.in l.ij.C.de vsucap.pro empto.&Spec.in §. fin.de cessio. actio.& idem Bald. in l.cùm hi. in §.si cui.in ij.lectu.in fi.ff.de transactio.

DC.

1 *Pater filium naturalem instituit hæredem in testamento eum simpliciter filium nominando: ex hoc solo actu est legitimatus: quinque tamen concurrentibus, num.3.& 4.*

2 *Legitimandi triplex modus.*

1 PAter† filium habebat naturalem, quem in testamento reliquit hæredem, eum filium simpliciter nominando. dubitabatur, an per istum actū solum esset legitimatus? Videbatur prima facie dicendum quòd non, & hoc potissimū: quia legitimatio residet in principe, vsque adeò vt possit fieri etiam per procuratorem, ad differentiam emancipationis residētis in patre: vt declarat Bal. in l.excusare. ff. de excusat.tut. ergo non in alio. Et hinc
2 est, secundò quòd triplex legitimandi † modus reperitur in iure, per oblationem curiæ, per rescriptum principis, & per matrimonium, vt not.idem Bald. in l.eam quam. in octaua columna. C.de fideicom. ergo non ex sola testatoris nominatione. Tertiò quia solennitas est extrinseca, quæ præsumi non debet, nisi probetur. l.sciendū.ff.de verb.signi.l.si donatione.C.de collatio.l.in bello.§.factæ. ff.de capt.& postli.reu. Quartò quia mater hoc idem facere non posset: secundum Bald. in l.mulierem.in fin.C. de adoption.ergo nec pater.l.fi. C.de indic.vidui.tollen. Quintò & vltimò videtur casus in capit. per tuas. extrà qui filij sint legiti. vbi ex simplici nominatione, & plus, addito verbo etiam legitimatio non inducitur. Quibus
3 tamen non obstantibus, contrarium verius† est de iure, quod imò erit legitimus, authoritate legis factum defuncti confirmantis. casus est in c.transmissæ. qui filij sint legitimi.& in §.si quis verò.& in §.sit igitur licentia.in authen.quib. mod.natu.effic.legit.& in authen.si quis.C.de natu.lib.per quem text.ita etiam dixit Innocen.in dicto cap.per tuas.& Ange.in d.§.si quis verò.& Bart.in quæst. incip.habeo filiam naturalem. & ratione suadetur, quia legitimatio inducitur per dicta iura, ex præsumptione in idem resultāte, quòd scilicet matrimonium cum matre contraxerit: vt in §.ad hoc.in auth.vt lic.mat.& auiæ. vnde sumitur dicta auth.si quis. sed si matrimonium contraxisset, vtrique fuisset legitimus, ergo. Itē & vltimò quia semper in dubio fieri debet interpretatio, vt actus, qui fit, valeat, & meliori quidem modo, quo valere potest.l.quoties.ff.de reb. dub. l.j.in prin. iunct.glo.j.in fin. ff.de iudi.
4 quinque tamen † concurrentibus. Primò quòd mulier, ex qua natus est, sit talis, cum qua tunc matrimoniū contrahi potuerit, propter verbum possunt, positum in d.§. ad hoc.quod est præsentis temporis.l.si ita.ff.de aur.& ar. leg.l.quod Seruius. ff.de cond.ob cau. Secundò nisi fuissent disparis conditionis, quia regula est, nos non posse, quòd honestè non possumus.l.filius.ff.de condi.insti.l.nepos Proculo.ff.de verb.significatio.l.iij.§.si emancipatus. ff.de bon. poss.contrata. Tertiò quod verba principaliter prolata fuerint propter se, & principaliter, non propter aliud & causa demonstrationis, l.ij.ff.de condi.& demonstratio.l.ex his verbis.C.de mili.testa.l.ex facto.ff.de hære.insti.c.si propriam.de dolo. Quartò quòd filius prædictus natus sit ex concubina, quam indubitato affectu tenebat: vt in §.si quis autem defunctus. in authen. quib. mod.natu.effi.sui. Quintò & vltimò quòd non extēt alij filij legitimi & naturales: vt not.in d.cap.per tuas. Item & Sextò addas tu, quò ad successionem, non quò ad veram & plenam legitimationem, quia testator potestatem non habuit. Ex quibus planè adducta in contrarium sublata manebunt. nam primum verum est, & secūdum pariter, sed non vt non resideat etiam in patre testante, & non sit alius legitimandi modus, quemadmodum ostēsum est. Tertium item verissimum, quòd solennitas extrinseca non præsumitur, sed non hic, ex præsumptione (vt diximus) matrimonij, sui natura adeo fauorabilis, vt nil fauorabilius reperiatur in iure. non ob. Quartum, quia illud est, ex quo matres filios in potestate non habent. §. fœminæ. Institu.de adop.& est arg.in l.illud.in §.finali.ff. de bonorum possessione contra tabulas. non Quintum denique & vltim. quia (vt ibi Innocentius declarat &

tar & bene) eo casu erant alij filij legitimi & naturales in con
sideratione. & iam est dictum suprà, nec repetendum
amplius.

ADDITIO.

a Filium simpliciter. Adde ad hanc materiam plenè Cæ-
pol. cautel. ducentesimo quinquagesimo quinto incip. legiti
matio fieri potest.

DCI.

1 *Datum legatis & ambasiatoribus sibi ipsis acquiritur, nec id domino, cuius*
personam repræsentant, restituendum est. nu. 2. dum tamen legatio non
sit procurata. nu. 3.

1 LEgatis † ad Cæsarem destinatis, & missis his diebus, dono
aliquid datum est, quod fortè ascendebat ad summam du
catorum trium millium: dubitatum fuit, nunquid ipsum sibi
acquisiuissent, an verò domino restituere tenerentur? Prima
facie tenebat aliqui, Domino esse restituendum, & hoc potissi
mum, quia donatio facta videtur ipsius intuitu, ratione repre-
sentationis, idque sine dubio est præsumendum. l. liquet. in fin.
C. de sum. trini. & fid. cathol. l. 3. §. omnia. C. de vete. iur. enucl.
& in simili per Bartol. in l. stipulationem. in tertia columna. ff.
de verborum obligation. Secundò quia nullum sentiunt dá
num, certum habentes salarium de publico. l. idemque. §. idẽ
Labeo. ff. man. l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemadmod. te
stamen. aperian. l. post legatum. §. si pater. in fin. ff. de his quib.
vt indig. l. cùm postulassem. in fin. ff. de damn. infec. tradit Bar.
in l. si seruus communis. in §. quod verò. ff. de furt. ergo pariter
nec lucrum consequi debebunt. l. secundum naturam. ff. de re
gulis iuris. l. vnic. §. pro secũdo. in fin. C. de caduc. tol. Tertiò
& vltimò hoc ipsum decidere videtur gl. per illum text. in l.
qui proprio. in §. procurator. in ver. nomine. in fin. ff. de procu
ra. in consulibus Mediolanensibus missis Constantinopolim
ad Imperatorem. imò tex. in simili tamen, & ibi per Doctor.
in l. pe. C. de iur. delib. & in c. requisisti. de testa. Quibus tamẽ
2 non obstantibus, contrarium † verius est, & ita aliàs fuit deter
minatum. & primò quia videtur casus in l. diuus. ad fin. de bõ.
damn. vbi nuntij, & similes, solent his muneribus honorari, &
hoc ipsum sibi ipsis retinere: ergo ita nunc factum præsumetur
nec erit donatum restituendum. l. iuris gentium. §. pactorum.
ff. de pact. Secundò videtur casus in l. socium qui in eo. in fin.
ff. pro soc. vbi obuenientiam lucra ratione societatis commu
nicantur, non autẽ intuitu personę, cui donatur: ergo nec hîc
donatum hac ratione restituetur. Tertiò ad idem in l. cùm
multa. C. de bon quę lib. vbi donata ab Imperatore filiofa. pa
tri non acquiruntur absolutè, nec quò ad vsum fructum, sed
loco castrensis peculij ea habet sibi præcipua: ex quo conue-
nit, sicuti Imperialis fortuna omnes aliàs super eminet: vt prin
cipalis liberalitas culmen habeat præcipuum, per quæ iura
ita etiam dixit, & conclusit Barto. in l. si verò. in §. item quic-
quid. ff. solut. matrimonio. & est verissimũ: maximè si legatio
3 † procurata non sit. l. tria onera. ff. de excu. tut. l. inter causas
§. non omnia. ff. man. l. sed & qui data. ff. ex quib. cau. maio. Si
donum personis eorum fuerit condecens, vt vestes, torques,
aut libri, & tale quid aliud. de quo per Calde. in capitulo postu
lasti. de concess. præben. & facit tex. etiam in l. fin. in fin. C. de
vsufruct. & deniquè sub nominibus proprijs, non appellatiuis
iuxta not. in capitulo quoniam Abb. de of. dele. & in capitulo
si gratiosè. de rescript. in vi. & per Cy. in l. manifestissimi. in fin.
C. de fur. Ex quibus adducta in contrarium sublata mane-
bunt, quoniam primum non est verum, cùm liberi homines
sint & potuerint sibi acquirere, nec persona extrinsecus subau
diatur, nisi expressè dictum sit. l. ciuitatibus. ff. de leg. 1. l. ita sti
pulatus. §. Chrisogonus. ff. de verborum obligation. Dominũ
repræsentantes quò ad legationis munus, non, quòd sibi do-
natum non acquisierit. Et minus Secundum ex quo stant si
mul ista, quòd damnum non sentiat. & tamen lucrum conse-
quantur, quoniam (vt diximus) ita fieri solet. Vel dic quòd dã-
num sentiunt, saltem ex eo. quòd à proprijs auocantur nego
tijs. l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemadmo. testamen. aperi
an. ergo & lucrum sentient. & argumen. retorquebitur: consi
derando maximè donum ex qualitate personarum non ita
magnum esse, vt restitui debeat. argum. in l. solent. ff. de offic.
proconsul. & in capitul. & si quæstiones. de simo. Non obstat
Tertium denique & vltimum: quia verum est, ex quo tanquàm
ambasiator & nucius acceperat, nõ tanquàm quilibet, igitur
nõ mirũ etiã, si restituit, hîc verò secus. nec aliter probat iura
ad idem alleg. & ita est transeundum.

DCII.

1 *Fur contra quem iudex inquirit, non liberatur pœna furti, licet dominus*
rei furtiuæ dicat furtum factum fuisse sua uoluntate. numero 2. & per
totum.
3 *Factum priuatorum non debet præiudicare reipublicæ.*

1 IVdex inquirit contra aliquem de furto, comparet dominus
rei subtractæ, & dicit illud factum fuisse eo volente: † dubita
tur an ob hoc liberetur ab actione furti? Videbatur prima fa-
cie dicendũ quod sic, & hoc potissimũ, quia furtum est cõtra-
ctatio rei alienę inuito domino fraudulosa, lucri faciendi gra
tia. l. j. §. furtũ. ff. de fur. l. iij. §. si rẽ. ff. de acqui. pos. l. si quis ser-
uo. C. de fur. ergo furtũ non erit, quia volente domino factum
est. l. i. §. vsque adeo. ff. de iniur. l. cùm donationis. C. de trans-
actio. l. quarta. §. toties. ff. de damn. infect. Secundo, quia
furtum priuatum delictum est l. prima. ff. de priuat. delict. l. pri
ma. ff. de public. iudic. nec inuito domino potest quis accusa
re, aliàs à publico nõ differret: haud dicendũ. vt Insti. de publi.
iudic. in princip. & hoc modo arguit gloss. in l. iurisgentium.
in §. si paciscar. ff. de pactis. ergo nec iudex inquirere, cuius offi
cium succedunt loco paris. l. properandum. §. & si quidem. C.
de iudic. l. si ob causam. C. de euiction. l. de pupilio. §. memini s
se. ff. de noui operis nuntiatione. & hinc est, vt not. in capitul.
diuersis. de cleric coniung. aliàs in capitulo. cùm oporteat. de
accusatio. quod inquirenti potest opponi, quod est inimicus
parti, vel testi. & tradit Bartol. in l. secunda. in §. si publico. in
quinta. columna. ff. ad legem Iuliam de adulte. Tertio vide-
tur text. in l. inter omnes. in §. rectè. ff. de furt. vbi non est fur,
qui rem domini voluntate attingit: & idem in l. qui vas. in §.
vetare. ff. eo. vbi vetare eum dicimus. qui ignorat, idest, (subij
cit text.) qui non consentit: ergo non qui consentit: vt hic. &
idem vltimo in §. placuit. Institut. de obligation. quæ ex delicto
nasc. Quibus tamen non obstantibus, contrarium verius
2 esse existimo: † & hoc. quia sic preberetur occasio delinquendi
delictáque ipsa remanerent impunita, & ab actione furti quis
facile posset furtem liberare: dictu absurdissimum. l. conueni
re. ff. de pact. dotali. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliem. &
tradit Bartol. (singula singulis referendo) in d. §. rectè. Secun
do quia speciale videmus, si fur cõsanguineus esset comparen
tis vt per d. § rectè. tenuit Bar. ibi, & Bald. in l. si sine volunta-
te. in ii. col. C. ad Velleiam. & est arg. in l. Aurelius in §. Titius
ff. de li. leg & in l. cum alienã. C. de lega. & in l. de tutela. C. de
in inte. restit. & in l. minor. 25. an. adito preside. ff. de min. Vel
etiam amicus. quod tamen ego interpretor maxima amicitia
coniunctus, quoniam tunc consanguineo comparatur, [illegible]
aliter. l. latæ culpę. ff. de verborum significatione. l. cùm allegas
C. de cast. pecu. mil. li. x. capitulo. requisisti. & vbique no. de te-
sta. ergo in contrarium erit iuris communis dispositio. l. ius
singulare. l. quod vero contra. ff. de legib. Tertio & vltimo,
quia sicuti confessio filij vel serui, in dependentibus à facto
eorũ non prejudicat domino. l. quæro. in fi. ff. de edil. edict. l. cũ
3 probatio. ff. de prob. multo minus † præiudicabit Reip. in casu
nostro, cui ius quæsitũ ex hoc facto priuati. l. licitatio. §. quod
illicitè. ff. de publica. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. &
hinc est, quod in criminalibus non requiritur conclusio, quód
que conclusio non aufert potestatem iudici. l. quos prohibet.
ff. de postu. & tradit Bartol. in l. quod ergo in §. pœna grauior
in secunda columna. ff. de his qui no. infam. & in simili inquit
Bald in l. prima. in vltima columna. C. commu. de lega. quod
licet exculpatio testatoris efficiat, vt ex iudicijs reus torqueri
non possit. quod prodesset quoque in præsenti casu, ex quo iu
dicium habet innocentiæ pro se. l. Paulus. ff. de bo. lib. non ta
men tollit quo minus puniri possit, si de crimine constet. Et
ex his adducta in contrarium sublata manebunt, quoniam
primum verum est, sed non propterea vt possit iuri iã quæsito
Reipup. ex inquisitiõe, præiudicari, & idipsum tolli, quominus
(vt diximus) delinquens puniatur. & est argũ. nouissimè. in l. j.
& toto titul. C. res inter ali. acta. quæ regula si locum habet in

ciuilibus, habebit & multomagis in criminalibus.l. si cui.§. ijsdem.ff.de accusat.& simile in l.transigere.in glossa. prohibitum.C. de transact. hinc dicit quoque Bald. quod reconciliatio inter virum & vxorem non preiudicat iuri tertij,& quòd si duo nobiles,facientes pacem sub pœna applicanda ecclesiæ, ea rupta, se posteà conciliauerint, non præiudicabũt ecclesiæ in l.in insulam.in §.finali.ff.soluto matrimonio.per illum tex. Non obstat. Secundum: & quia ipsum adhuc verum est, quod iudex scilicet assumit partis personam simpliciter,idest, cuiuslibet accusatoris, sed non iniuriati simpliciter iniuriam prosequentis, aliàs inquisitio priuatam,& non publicam respiceret vtilitatem, haud dicendum,iuxta not.in l.secunda.in §. si publico.ff.ad legem Iuliam. de adulter. Non obstat Tertium denique & vltimum: quia fortè procedit specialiter in consanguineis,amicis, & similibus,vt suprà.quamquàm iura ad idem allega. generaliter loquatur,ex alijs sic distinguendũ l.vt gradatim.§.& si lege.ff.de munerib.& hon.l.non est nouũ l. sed & posteriores.ff.de legi. Vel dic,& melius,vera esse,intelligique debere, casu quo iudex non inquisierit, & ita tene.

D CIII

1 *Fur an remittendus ad locum commissi delicti, si alibi apprehendatur.nu.2. & per totum.*

1 ALiquis✝fecit furtum VENETIIS, & cũ re subtracta hîc reperiebatur,dubitatum fuit aliàs,an iudex huius loci posset:ipsum punire? Prima facie videbatur dicendum quòd sic: & potissimum, quia arg. de dominio ad iurisdictionem valet. l. qui furere.ff.de stat.hom.adeò vt neutrum præscribatur longo tempore absque tutelo: sicuti nec seruitus,quæ se habet ad instar dominij.l. finali. C. de præscrip. long. tempo. & tradit Bald. in l.finali.C.ne de stat.defuncto.& si concedatur territorium, iurisdictio etiam concedi videtur, sicuti dominium,cũ dari res debet,& quod in ea reperitur:secundum Bald.in l.prima in vltima columna.ff. de iurisdictione omnium iudicum. sed mutato dominio, noua nascitur actio furti.l.si dominiũ. ff.de furtis,ergo & mutata iurisdictione. & ita ibi etiam tenuit idem Baldus. Secundò,quia prorogatio de loco ad locum valet,& tenet.l.si vt proponis.C. quomodo & quãdo iud. & notat in capitulo. P.& G.de officio.delegat. sed portando rem secum,prorogatio facta videtur, ita vt non habeat locum pœnitentia,cùm sit iuris & de iure, ergo hic absq; dubio puniri poterit. Tertiò, quia cum ex presenti in preteritum presumamus.l.si hi qui.C.ad legem Iuliam.de adulter.l.quicunque.C.de apopht.pubes.libro decimo. & hic reperiatur, ab initio eo animo fuisse videtur & eius propositi, vt in aliud territorium se transferret causa securitatis: ergo hic etiam puniri debebit,quasi hic delictum fuerit consummatum.& est simile in cap.primo. & ibi notat.Felin.de presumptio. iunctis his,que habentur in c.dilecti.& in ca.significasti.& in c. fin.de foro compet.& in capitulo primo, de rapto. Quartò, poterit puniri saltem ex generali arbitrio,quod habent iudices,per l. congruit.ff.de officijs presid.purgandi prouinciam malis hominibus,vndecunque sint:& quia delictum posset de facili impunitum manere,contra l.ita vulneratus.ff. ad leg.Aquil.&c. vt famæ.de sentent.excommunic. & est argumen.in l.j.& ij.C. vbi de crimin. agi oport. quia sic discurrens etiam vagabundus videtur. Quintò,quia propter absentiam in loco Venetæ contrectationis puniri non potest,ergo punietur hic.l.j. C. de noxa.vbi actio,quæ non potest oriri ex prima contrectatione,oritur ex secunda. Sextò,quia si res vendita fuisset, puniri non posset,ex quo pretium factum esset suum,l.qui vas. §. final.ff.de furt.& quia rei suæ non fit furtum.l.penult.ff. de cõdit.ob caus. ergo secus si rem (vt dixi) secum habeat. Septimò,& vltimò videtur casus in l.quo destinauerit.ff.de furt. vbi fur est quis,si inuentus fuerit in loco,quo rem perferre destinauerat: iste est huiusmodi,ergo.

2 *Quibus tamen*✝ non obstantibus, contrarium fortè est de iure verius, & tenendum, ex quo aliàs non fieret remissio ad locum delicti perpetrati,& malè.l.si cui.§.fin.ff.de accu.§.si verò quis comprehensorum.in authen.vt nul.iud.& in authen.si verò. C. ad leg. Iuliam. de adult. vt ibi punitus cæteris sit exemplum.l.aut facta. §.finali. l. si quis fortè. §. si quos.ff.de pœn.l. prima.C. ad legem Iuliam. repe. & hoc est quod alibi dicitur, dirumpi neruum ecclesiasticę disciplinæ,si vnicuique sua non seruatur iurisdictio,in capitulo peruenit.xj.quæstione prima. Secundò, quia initium semper in maleficijs spectamus, vsque adeò vt continuatio nihil officiat,nęc sit in consideratione ad effectum,de quo quæritur,si maximè tunc delictum consummatum fuerit.l. omnem. de iud.l.eum qui. §. in popularibus. ff.de iureiuran.aliàs secus.l.quod ait lex. §. primo. & ibi Bart. ff. ad legem Iuliam. de adulteris sed furtum consummatum est VENETIIS ex contrectatione rei.l.prima.§.furtum.ff. de furtis. ergo. Tertiò, quia si hoc esset verum, furti actio procederet in infinitum,dictu absurdissimum.l. prima. C.de sententia.quæ pro eo quod int. §. omnes. Institut.de action.& est argumentum. in l. hæres absens. ff. de iud. Quartò, quia si ex variatione loci variaretur actio, variaretur etiam delicti qualitas, quoniam respectu vnius posset esse furtum manifestum,respectu alterius autem non,haud dicendum. l. tertia.§. finali. cum tribus legibus sequentibus.ff. de furtis & est argumentum.in l.eum qui ædes.ff.de vsucapio. Quintò, quia furtum est delictum actu permanens, non autem actu transiens, vnusque animus,& vna res,vt not.in l.inficiando. in §.infans. ff. de furtis. ergo iure optimo VENETIIS etiam & non hic puniri debebit. Sextò, quia actio semel nata, non debet nasci amplius.l.secunda.§.finali.ff.de noxa.l.de his.C.eodem. Sed in casu isto nata est in loco delicti,& non hic: ergo nec hic puniri poterit.argumentum.in l.si pupilli.in §. videamus.ff.de nego.gest. & sentit Bartol. in l.ei qui.in fin.ff.de furtis. Septimo & vltimo. de contractibus ad delicta valet argumentum. l.omnem.ff.de iud.bonus text.in l.si verum.ff.de re iudic. Sed primo casu attenditur locus contractus,& illuc, vbi celebratus est,partes remittuntur.§.hoc considerantes.in authent. vt omni. obed. iud. ergo & isto, & hoc modo arguit gloss. signanter in d.cap.fi.de foro compet.

Et tenendo sic,vt teneri etiam debet, cum declaratione tamen ne remittatur, nisi remittens requiratur, iuxta not. in d. authent.si vero,& in dicta l.si cui.in fin.ad adducta in contrarium facile respondebitur, & maximè ad primum idipsum non procedere in omnibus casibus, quoniam similitudo in aliquibus est.in aliquibus vero non,vt ibi not. Vel & Secundo id esse eo casu fauorabile, quia de iurisdictione retinenda agitur:isto autem odiosum,in quo de obligatione inducenda tractatur, quorum non est par eademque ratio.l.cùm quidam ff.de liberis & posthumis.capit. odia. de regulis iuris.in sexto. Vel & Tertio quod æquiparatur iurisdictio dominio vniuersali,non particulari.l. fina. C. vbi & apud quos. Non obstat. Secundum, quia difficilius fit prorogatio de loco ad locum, quàm de persona ad personam,vt not.in l.prima.ff.de iudi.& in l.prima. C. de iurisdictione omnium iudicum. Vel dic quod cùm iurisdictiones sint separatę,nec expressè,multoque minus tacitè fieri poterit.l.omnes.C. de episcopis & clericis. l.fina.ff.de iurisdictione omnium iudicum. clement.pastoralis,de re iudi. Non obstat. Tertium, quia imo (vt probauimus) delictum prima vice VENETIIS consummatum est, taliter vt ibi puniri debeat, nec repeto. Non obstat. Quartum, quia non est verum, ex quo delictum alibi commissum

3 est.&✝pro dictæ l.congruit. declaratione videndus est Barto. in l. secunda. in §. si publico. in secunda & tertia columna.ff. ad legem Iuliam.de adult. Imo plus, quod loquitur de inquisitione facti, quæ fit ad informationem curiæ,ergo non de ea, quæ fit ad criminis punitionem, secundum Baldum. in l. ea quidem.in quinta columna. (& erit intellectus) C. de accusatio. Non obstat. Quintum, quia puniri poterit, absentia non obstante,si ad locum remittatur,vt supra dicta l. si cui.§. final. ff. de accusatio. cum similibus. Non obstat. Sextum, quia antecedens verissimum est,consequens autem falsum,ex quo puniri potest, sed à suo iudice, non ab alieno. Non obstat denique. Septimum, & vltimum, quia responsionem habet secum, id intelligi debere quo ad finem,an fur sit manifestus,necne,ergo non quo ad aliud, habens legislator pro absoluto,remitti debere.l.qui testamento.ff.de testamen. & ita tenuit Bald. in l.si abducta.& latius ibi Salice. testatus etiam sic Collegium Patauinum aliàs consuluisse in secunda colum.C. de furt. Sed aduerte,quia ex generali consuetudine Italiæ hęc remissio fieri non solet: vt notanter firmat Bartolus. in l. sepulchri. ff. de sepulchris violatis. Sicuti nec etiam, quod affectus puniatur: vt per Specul. in titul. de accusationibus. in §.pri-

in §.primo.& Alexand.in l.prima.§.finali.in fin.ff.quod quisque iuris.

DCIIII.

1 *Vxor cui dos est à marito relicta, eaque hæres instituta, & rogata de restituendo hæreditatem, ante tamen dotem non deducet, quam constet quid quantum deduci debeat.nu.2.*

1 Testator † dotem suam vxori reliquit, eámque hæredé vniuersalem instituit in testamento,& rogauit amplius vt hęreditatem alteri restitueret: dubitatum fuit in contingentia facti.an dos ante omnia deduci posset, quam fortè ducatorũ mille fuisse asserebat, absque eo, quòd aliter probaretur? Prima facie dicendum videbatur quòd sic: & hoc potissimùm quia habemus, nunquam fieri deberej, quod factum non releuat.l. hæc stipulatio.§. diuus.ff.vt leg. nomin. caueat.l.j. ff.de iur.deliberand.Bartol.in l.ij.in §.quod obseruari. in j.col.C. de iuramen.calum.melior tex.de iure cap.ij.de probatio.per quem ita arguit Abb.in cap.bonę.in tertia colum.de electio. sed probatio non releuat,ex quo testator idipsũ confessus est, taliter vt confessio sua probationem inducat.l.cùm quis.§.codocilis.de leg.iij.ergo. Secundo, quia à simili hoc idem videmus, si vt dicebam suprà apophth. 600. in testamento nominasset aliquem filium, qui tamẽ filius fuisset naturalis tantum vt statim efficiatur legitimus, authentic.si quis. C.de natu.lib. & no. in cap. per tuas. qui fil. sit legiti, ergo pari ratione hic præsumitur voluisse dotem vxori restitui absque alia probatione.arg. in l.prima.ff.de actio.rer.amot.& in l.aduersus. C. de cri.expil.hæ.& in cap. si quis.39.q.iiii. Tertio videtur casus in l.si sic in §.primo. & ibi Bartol.not.ff.de legat.j.vbi si testator legaret tibi decem,quæ debet,valet legatum, quamuis nõ appareat ipsum ad dicta decem teneri:ergo idem etiam in casu isto, maximè dotis fauore. l. j.ff.solu. mat.l.assiduis.C.qui potio. in pign. hab.

2 *Quibus tamen* † non obstantibus, contrarium fuit determinatum,& est verius,quia non æquè conuenit, vt dotem deducat,nisi constet quid, & quantum deducendum sit. l. ei qui.ff. de probat.l.actor,quod asseuerat.C.de probatio.l.qui accusare.cum simili.C.de edend. Secundò, quia voluntas testatoris in dubio semper præsumitur talis, qualis esse debet de iure. l. hæredes mei.§.cùm ita.ff.ad Trebellian.l. tale pactum. §. fin. ff.de pact.l.si vnquam.C.de reuo.donat.tradit Bald.in l.precibus. in 15.col. C.de imp. & alijs substit. & clarius in l. j.in iij.C. de sacrosanct. eccle.Sed de iure quisque fundamentum intentionis suæ probare debet,vt proximè dictum est.& nouissimè habetur etiam in l.eum actũ. ff.de nego.gest. & in l. in illa stipulatione.ff.de verbo.obligatio. ergo. Tertiò probatur in l. qui vxori in princip.& ibi Bartol.notat.in terminis.ff.de aur.& arg.leg.

Et tenendo sic, non obstabunt adducta in contrariũ: quoniã antecedens primi verissimum est, consequens verò falsum vt suprà & nouissimè probatur in l. Lucius.in §.quisquis.ff.de le. ij. & in l. Lucius.in §.j.ff.de lega.iij.& in l.Aurelius in §.fi.ff.de lib.leg.nec facit ad idem tex. in d.§.codicillis. quia ibi testator iurauerat, quò fit,vt non possit eo casu non inducere probationem,tum quia iuramentum aliquid operari debet,tum quia semper habet clausulam,ipsum valere omni meliori modo,quo valere potest.l.cùm pater.§.filius matrem .ff.de legat. ij.& no. Barto.in d.§.quisquis. Non obstat Secundum, quia simile non procedit,ex quo verba hęc enunciatiua esse videntur, non propter se principaliter prolata, sed incidenter,& ad aliud taliter vt non inducant iuris dictionem. l.ex hac scriptura. ff.de donat.cle. si summus.de senten.excommunicatio.in casu autem prædicto sic: igitur non mirum si disponunt: vt filius naturalis & legitimus dicatur.& ita in d.locis tenetur. Non obstat. Tertium & vltimum quia ibi quantitas erat expressa, & etiam de voluntate testatoris constabat, vsque adeò vt ex falsa demonstratione, ex quo substantia non deerat,legatum nõ vitietur.l.demonstratio falsa. ff. de conditio. & demonstratio. & est simile in l. si non designata. C. de fal. cau.adiect.& in l.prima.in §.adeó.ff.de dot.pręleg.hìc autem non, ergo non ab re si probari debet, etsi econtrá eo casu atquè ibi legatum debetur. nec adduci meruit fauor dotis,quia eidem non ita debitores sumus, vt alijs iniustitiam faciamus. cap.ex tenore.de for.compe cap.nuper. de donation.int.vi.& vxorem. & ita gloss.respondet in dicta.l. assiduis.nec secus tenendum est.

DCV.

1 *Inæqualitas discordiam parit.*

2 *Patrimonij facta confusione non est in consideratione, quod mater dedit.*

3 *Testator quando vult omnia inter filios esse communia,id exprimit.*

4 *Filij interest habere rem matris, & progenitorum suorum integraliter.*

Testator rursum, filijs hæredibus institutis, quos ex diuersis susceperat vxoribus,iussit,vt post mortem suam æqualiter diuiderent, è quibus vnus prædium volebat, quod mater sua patri in dotem dederat:quærebatur,an esset exaudiendus alijs contra dicentibus? Breuiter & prima facie dicendum videbatur, quòd non: & hoc potissimum, quia si pater hoc ipsum mandauit, non est ratio, qua possit is dictum prædium desiderare.l.parentibus.l.cùm quæreretur.C.de inof.testamẽ. l. Titia.§. Lucius.ff. de legat. ij. vbi inæqualiter hæreditatem suam potest ipsis relinquere,dummodo non fraudentur legitima, nec possunt conqueri, dictæque voluntati aduersari.& idem in l.hac edictali.in §.j.C.de secun.nup. & in §.pe.in aut. de nupt.& in l.si filia. in §.si pater.ff.famil.ercis.ergo nec in ca
1 su præsenti. Secundò,quia † inæqualitas,maximè hoc casu,discordias pareret,quibus est omnimodò obuiandum.l.cum pater.§.dulcissimis. ff. de leg. ij.& fuit verbum Odofr. in l. cùm oportet in secunda columna.C. de bon. quæ liber.Imò nihil est,quod magis optet pater inter fratres,quàm pacem & concordiam,cuius forma & materia est ęqualitas:secundum Bal. in rubr. C.de colla.in secunda columna & hac de re substitutio facta personis imparibus interpretatur eo modo, quo possit omnibus congruere.l.hæreditatem.l.quamuis.C.impub.& alijs substitution. l. in testamento. C.de militar.testamen.l.iã hoc iure. ff. de vulg. & pupil.substitution.l.Lucius.in princip. ff.eodem. diuisitque ante mortem portiones suas filijs Abraã
2 vt Gene.xxj. capit. Tertiò & vltimò quia facta † confusione patrimonij, non debet esse in consideratione,quod mater ipsum dederit in dotem. l. prima.§. veteres. ff. de acquiren.pos. l.sed si plures.§.filio.ff.de vulg. & pup.substit.l.prima.§. præterea.ff.de sepa.bo.l. hæres per seruũ.de acqui hæred.l. si alieni. ff. de sol.

3 *Quibus* tamen non obstantibus, contrarium determinatũ extitit,& bene. Et primo,quia qñ † testator hoc vult,exprimere solet. vel quod omnia communicentur, vel quod æqualiter omnia diuidantur:etiã propria. casus est in l.fi.in §.Lucius.ff. de legat. ij. & in l. Lucius. in princup. ff. ad Trebel. verùm hìc non expressit, ergo, &c.& est arg. in l.vnic.in §. sin autẽ.C.de cadu. tollend.& in l.si seruum.in §.non dixit prætor.ff.de acqui. hære.& in l.prima.ff.si men.fal.mo.dixer. Secundo,quia
4 † ipsius filij intererat habere rem matris suæ & progenitorem suorum integraliter, ita vt non paruum interesse putetur.l.ex quæ tutores.ver.nec vero. C .de admi.tuto.l. in exceptione.ff. de mi.l.si cui.ff.de leg.ij. Tertio videtur casus in l.magis puto. in §.fi.& in l.sequenti.ff.de rebus eorum.& magis in terminis, vbi hoc idem signanter not. Bartol. in d. l. cùm pater. in d.§. dulcissimis.ff.de lega.ij. Ex his adducta in contrariũ tollentur facilè: quia primum verum est, & loquitur in casu claro, nos autem in dubio, quorum duorum non est par eadémque ratio l. tutor.§.non est.& ibi Bartol.ff.de admi.tut.& in simili in l. & si pluribus. ff. de authorita.tutor.& in l.cùm aurũ.aliàs est l. & si non sunt.in §.perueniamus ff.de auto & argen.legat. & in l.iii.in §.si duobus.in fin.de adimendis legatis.& ideo donata inter viuos imputantur in legitimam, si expressum sit: aliàs nõ.l.quoniam nouella.& ibi not.C.de inoffcio.testamẽt. Non obstat. Secundum,quia idipsum non est in consideratione, ex quo prædium fuerat matris petentis, vbi obiectũ aliàs procedit in bonis paternis, & dato, quod inconueniens sit,toleratur,ne detur maius,quod is suo iure priuetur.l.ita vulneratus. ff.ad legem Aquil. l. in concubinatu.ff.de concu.l.j.§. toties. de ventr.in pos. mit.l.ij.C.de Carbo.edict. Non denique Tertium & vltimum, quia non est facta consuetudo taliter,vt non possit idipsum velut maternum & præcipuum sibi adiudicari, vt suprà & est arg. amplius in l. vnic. in §. igitur.& ibi Bald.no.C.de rei vxo.actio.& in l.j.C.bo.mater.& in l.debitori.C.de pact.& ita est tenendum.

DCVI.

1 *Blasphemia quid, & quis blasphemus. 2.*
3 *Binus aut trinus actus consuetudinem blasphemandi non inducit.*
4 *Blasphemi pœna. & nu. 7.*
5 *Statuto stante pœnas maleficiorum in palatio communis duplicari debere, duplicabitur blasphemanti. & nu. 7.*
6 *Pœnæ potius molliendæ, quàm exasperandæ.*

1 PRo intelligentia sciendum est, blasphemiam dici,† quãdo turpia & scelerata verba in Dei contemptum proferuntur, adeò vt delictum sit in Spiritum sanctum, non facilè remissibile. c. qualis. 25. dist. c. ij. de maledi. & tradit Bart. in l. itẽ apud Labeonem. in §. ait prætor. in fi. ff. de iniur. vnde Augu. Omne peccatum blasphemiæ comparatum mitius est. Secundò sciẽdum est, quòd blasphemia, quæ iniuria appellari potest, secundum Bar. in d. §. ait prætor. taliter detestatur, vt omnibus cõmunis sit. l. manichæos. C. de hære. vsque adeò vt hac ratione si iudex seculari: iurisdictionem exercet contra sacrilegos. & violatores ecclesiarum. c. fœlicis. extra de pœn. in vj. c. j. in fin. de maledi. l. si quis in hoc genus. C. de epis. & cleri. exerceat multo magis in blasphemantẽ, auth. multo magis. C. de sacrosan. eccle. & per Ancha. in consi. 196. incip. magnifice. in. vlti.
2 col. Tertiò sciendum est, blasphemum† eum esse, qui ex consuetudine hoc facit. §. fi. in authen. vt non lux. contra nutu. & declarant Cy. Bal. & Sali. in l. ij. in princip. C. de reb. cred. Quartò
3 sciendum est, quòd binus† aut trinus actus. qui aliàs consuetudinem inducit. l. iij. C. de episc. aud. non habetur pro consuetudine blasphemandi. sed requiruntur multò plures reiterationes, vt in d. loco not. vt blasphemia dicatur, qua non minus ecclesia læditur, quàm hæresi: vt tradit Calde. in consi. ij. incip. iudeus. in prin. de iud. Quintò & vltimo sciendum est, de iure
4 ciuili† blasphemiam puniri capite[a] d. §. fi. canonico vero, si
a ecclesiasticus fuerit blasphemator. depositione, si laicus, anathemate. cap. si quis. 22. q. j. & aliter, prout municipali lege fuerit constitutum, iuxta not. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur.
5 Modo in facto dubitare contingit. si staret† statutum in palatio communis. pœnas maleficiorum duplicari debere. an duplicetur blasphemanti in d. loco? Breuiter & prima facie dicẽdum videbatur quod non: & hoc potissimum, quia verba statuti strictè capienda sunt, cùm & ipsa sint stricti iuris, & ad instar stipulationum. l. quicquid adstringendæ. ff. de ver. oblig. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. cap. in nostra. de iniur. Abb. in cap. primo. in ij. colum. de arbi. & declarat Bart. in l. Cæsar. in ix. ff. de publican. sed strictè aliud est maleficium, & aliud maledictum, vt in simili etiam per Bar. in d. §. ait prætor, ergo Secundo, quia à simili maleficium in omittendo non cõprehendit pariter, si de maleficio loquatur, ex quo maleficium nõ est propriè. l. si mora. ff. sol. mat. l. cum duobus. §. fin. ff. pro soc. l. omne delictum. & ibi not. ff. de re mil. ideò dicebat Barto. argumen. non valere de eo, quod in faciendo consistit in omittendo. in l. licet. in §. fin. ff. de pecu. & alibi, quòd de maleficio commisso in faciendo transigere non licet, in omittendo autem sic, in l. diuus. ff. ad Silla. ergo nec blasphemia in casu isto.
6 Tertio & vltimo, quia† in pœnalibus & odiosis semper debet fieri interpretatio in mitiorem partem, pœnæque potius molliendæ sunt, quàm exasperandæ. l. interpretatione. l. si præses. ff. de pœn. l. proximè. ff. de his quæ in testa. delend. adeo vt hac de relata culpa etiã non æquipararetur dolo. l. j. §. culpa. in prin. & ibi Bar. ff. si quis testa. lib. esse ius. fue. quod tamen est regula re. l. quod Nerua. ff. depo.
7 Quibus tamen non obstantibus,† contrarium exterminatum extitit, & bene, quia duplicatio pœnæ a statuto facta est propter atrocitatem delicti, quę hic maior resultat ratione loci, ergo blasphemanti duplicabitur sine dubio, & facit quod habetur etiam in l. præsenti. C. de his qui ad eccle. confu. & in l. cum ancillis. & ibi Bal. in ij. colum. C. de incest. nup. & Deuto. cap. 22. Secundo, quia statuentes semper præsumuntur statuisse in casu, in quo si interrogati fuissent, ita verisimiliter respondissent. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. l. Titius. §. Lucius. ff. de libe. & posthu. l. fin. C. de posthu. hæredi. institu. & est locus à coniecturis. & hoc modo etiam arguit Iason. in l. Barbarius. in j. colum. in fin. ff. de offi. præto sed si fuissent interrogati, non aliter respondissent verisimiliter, ergo. Tertio & vltimo, arguendo de personis ad locum, vt in l. j. in §. Off. lius. ff. ne quis eum eum qui. videtur casus in l. atrocem. C. de iniur. vbi atrox iniuria reputatur ratione personæ: ergo & ratione loci, tanto magis quia blasphemis incidebat in factum iam à statuto damnatum, & signanter ita tenuit Bald. in l. ignorantia, in fi. C. de crimi. stellio.

Et tenendo sic, adducta in contrarium non obstabunt: quoniam primum verum est, nisi casus à statuto omissus, secundũ largam significationem sub expresso comprælendi possit l. filium habeo. ff. ad Macedo. & no. in authen. vt hi qui oblig. habe. perhib. res mi. in princi. & per Alexand. in l. j. in §. hoc autem senatusconsultum. in fin. ff. ad Trebel. sed largè blasphemia maleficium dici potest, & comprehendi à statuto, ergo. Non obstat secundum, quia delicti atrocitas eo casu non erat in consideratione vt hic, resultans maior ratione delicti, igitur nec mirum, si delictum in omittendo aliàs non comprehendit, hic autem blasphemantem in palatio communi sic. l. à Titio. per locum á contrario. ff. de verborum obliga. Non denique tertium, & vltimum. quia imo fauorabile esse videtur, vt delictum tam enorme puniatur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. cap. vt famæ. de sen. excommu. & in simili per Bart. in l. quemadmodum. ad med. C. de agri. & censi. lib. xj. & Bald. in l. qui se patris in vlt. col. C. vnde lib. & est arg. in l. per omnes. C. de desen. ciui. & in cap. mulier. 15. & in c. j. & ibi Inn. de consti. & ita tenendum est, cum declaratione tamen, pœnam duplicari posse, vt not. Bart. in l. Lucius. in §. impuberem. ff. de de leg. ij.

ADDITIO.

a Puniri capite. pœna blasphemantium Deum, de† iure cõ-
8 muni est abscisio capitis: vt in authent. vt non luxu. ho. contra naturam. per totum. & notat gloss. vigesima secunda, quæstio prima. si quis per capillum. & Ang. de Aret. in tracta. malefi. in verbo, verba contumeliosa & iniuriosa. versi. quæro quæ pœna erit contra istos sacrilegos. & talis pœna habet locum etiã, si taliter blasphemans blasphemaret de quadam sua consuetudine: vt volunt Cy. Bald. & Salyce. in l. iurisiurandi. C. de re cre. & Bald. in l. ij. C. ad l. Iul. ma. licet hodie talis pœna sit communiter diminuta per statuta Italię, vt etiam attestatur Bald. in d. l. iurisiurandi. quia in aliquibus locis imponitur pecuniaria: vt est in nostra ciuitate Brixiæ, & etiam hic Paduæ: in aliquibus alijs imponitur pœna linguæ, vt quasi per totam Alemaniam, vt mihi aliàs relatum est, vbi etiã obseruatur, & præcipuè in mulieribus, quòd ligantur ad funem & proijciuntur in aliquod flumen, & posteà extrahuntur: & iterum proijciuntur. & ita pluries fit, adeo quod multoties moriuntur, & aliæ diuersæ pœnæ imponuntur, prout statuentibus videtur. Modo quidam blasphemauit Deum, vel suos sanctos, quo casu vigore statutorum debet ei, puta euelli lingua, vel aliqua alia magna pœna imponi. quo remedio poterit vti, vt non possit puniri pœna illius statuti punientis blasphemias? Dic quod cautela est, vt inspiciat, an sit in ciuitate statutum, vt reperitur in multis locis, disponens, quod pro criminibus, de quibus quis habuerit pacem ab offenso, imponat talis pœna: & tũc videat an illa pœna sit minor illa, quæ imponitur blasphemantibus: & si sic, tunc vadat ad confitendum peccata sua, quia habita à sacerdote absolutione, & sic peccatorum remissione, intelligitur fecisse pacem cum Deo, qui per blasphemias principaliter offenditur: vt habetur in d. authen. vt non luxu homi. contra naturam. & isto casu, iste non poterit puniri pœna statuti punientis blasphemantes, sed gaudebit priuilegio alterius statuti punientis delinquentes, qui ab offenso pacem habuerint. ita singulariter consulendo tradit Bartol. in suo consil. clxvij. incip. quod minister fratrum, de pœnitentia. quem referunt, & sequuntur Petr. de Ancha. & Ioannes de Ana. in x. colum. in cap. fina. de maledi. & Fely. in capitu. de his. in ij. colum. versi. tertio. fallit. de accus. & Philip. Deci. in suo consi. cxxxvij. inci. & diligenter pro tenui facultate mea. in ij. colum. versi. & cum in isto delicto. Thom. Ferrat.

DCVII.

1 *Pactum de non petendo, actionem ipso iure non tollit. fallit in casu &c.*

1 PActum† de non petendo, actionem ipso iure non tollit. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. & ibi not. omnes, communisque est conclusio, limitata tamen in casu, quando pactum factum esset

esset debitori,tuto exceptione senatu(con.Macedoniani, seu
Velleiani,quoniam tunc absque dubio tolleretur, secundum
gl.in l.legitima.ff.eo.& ratione suadetur, quia duplex vincu-
lum est,quod hoc ipsum omnimodo debet operari.argumen.
in l.ij.in §.ætas.ff.de excu.tutô. & in l.j.in §.idem Cornelio.&
ibi Bart.ff.de quæstio.& in capitul.j.de treu.& pa.& quia in si-
mili,si post pactum sententia absolutoria sequatur, idem effi-
cit, vt in d. §. pactus legitur, & nimirùm, quia pactum iam
naturalem sustulerat, adeò vt aliud non restet, nisi quòd sen-
tentia tollat ciuilem.l.Iulianus verum debitorem.ff.de condi.
inde.& in pacto nudo geminato licet videre,quoniam si actio
nem producit.l.j.§.debitum.ff.de consti.pecu. §. de pecunia
autem constituta. Institu. de actio. & non habet dubium, vt
tradunt scriben.in rubr.ff.de verborum obliga. multo magis
eam tollet,& ipso quidem iure.l.j.de his qui sunt sui vel alie.iu.
l.fina.ff.de lega.iij.l.fin.C.de legib.ergo & pactum nudum, fa-
ctum ei,qui erat exceptione tutus. Sed contrà, quia exceptio
de se sufficiens non est.d.l.Iulianus.& ibi Bart.nume. xviij.mi
nùsque pactum,quia nudum, & factum continet, quod non
tollit actionem, quæ est iuris.§.j.Institu.de actio. ergo nec si
simul iungantur.l.spadonem.§.qui iura. ff. de excusat. tuto.
l.j.C.qui numer.tutel.& ad literam probari videtur in l.iij.in
§.nunc de effectu.ff.de liber.legata.Solutio facilis est, si ad pri
mum non obstare dixerimus, quia cùm ipsa tendant ad tol-
lendam actionem,simul iuncta iuuant,licèt singula minùs pro-
sint,non si ad diuersa ordinarentur, quoniam tunc quæ non
prosunt singula, nec multa simul collecta iuuãt. & ita loquan
tur iura in contrarium allegata, & aduertit Barto. in dicto §.
idem Cornelio.& ad idem quòd text.in dicto §. nunc de effe-
ctu.parum facit, imò quòd concordat, quoniam legatarius
non solùm petere potest per acceptilationem liberari, verùm
etiam per pactum,vt ibi Bartol.declarat,& bene,& consonat.
l.iij. C. de institutionibus & substitutionibus sub conditione
factis,fauore etiam liberationis.& quia ibi Iurisconsul. nar-
rat,siue enunciat,non autem disponit. & hinc est si acceptila-
tio peccet non in forma, quia sit facta inter absentes in diẽ,vel
sub in conditione.l.iij.iiij.& v. ff. de acceptila. hoc enim casu
non valet, sed in materia, puta super obligatione iurisgen-
tium,quòd vim habet pacti.l.an inutilis,& ibi gloss. ff.de ac-
ceptila.& ita tene, & aliàs quare non tollat obligationem iu-
risgentium,stipulatio verò sic,declarat Cy.in l.fin.C.eo.

DCVIII.

1 *Formæ maius est peccatum,quàm materiæ.*

1 MAius† peccatum formæ, quàm materiæ: quia illa est quæ
dat essentiam rei.l.Iulianus.§.sed & si quis.ff. ad exhiben.
l.Seia.ff.de au.& argen.lega.l.quidam decedens. in princip. ff.
de admi. tuto. vsque adeò,vt ea non seruata actus corruat.l.
qui Romæ.§.flauius.ff. de verborum obligationib. l. cùm hi.
§.si prætor.ff.de transact.l.scio.ibi, quasi forma quadam ob-
strictus.ff.de appella.&,ideò inferri posse videtur hac de re,di-
ctùmque est notandum,mirum non esse,si acceptilatio fiat,in
formáque peccet,vt puta in diem,vel sub conditione, aut in-
ter absentes nullo modo valere, si autem in materia sic: quia
super obligatione iurisgentium interposita sit, quoniam va-
let saltem in vim pacti, vt etiam suprà proximè, & tunc simus
in casu regulæ,si quod ago,non valet vt ago,valet saltem vt va
lere potest.l.an inutilis.in d.a glo.ff.de acceptila. plenè Barto.
in l.j.in §.si quis ita.ff.de verborum obligatio.

DCIX.

1 *Maritus non est dominus rerum dotalium.*

SI maritus in rebus dotalibus arbores fructiferas inciderit,
tenebitur pœna legis aquiliæ. ita Ale. in l.diuortio.in §.si
fundum.in iij. colum. ff.sol.mat. ergo commodè inferretur i-
1 psum non esse dominum† dotis,& est verum,vel si est, est fictè,
non verè, nec dominium ipsius habet liberum,& propterea
sciendum est,mulierem habere bona triplicis generis, dotem
primò,Item bona tradita extrà dotem,quæ appellantur Para
phernalia. Et vltimo loco,alia, quæ marito tradita non sunt.
In dote ipse Dominus est fictè.l.doce ancillam.C. de rei ven.l.
vbi adhuc.l.pro oneribus.C.de iure dot. In paraphernalibus
est procurator.l.fin.C.de pact.conuen. in alijs autem,nec do-
minus,nec procurator.l.maritus.& ibi Bart.in j.lectu.in j.op-
1 po.C.de procura.& est menti tenendum: aliàs si esset dominus
verè,dominio priuari non posset,quod tamen est falsum:quia
si ad inopiam vergat, fit restitutio dotis nec administratio-
nem assumit ampliùs,aut dominium, qualecunque sit, etiam
quòd efficiatur diues.l. si constante. & ibi Bald. in fin.prin.ff.
solu. matrimo. l. seruus effectus. ff. de actionib. & obliga.
l.non vt à patre.ff.de capt.d.l.vbi adhuc. vbi glo. in terminis.
C.de iure dot.

DCX.

1 *Conciliatio.l.si unus.§.pactus.ff.de pact.& l.fin.C.de nouat.*

1 VIdeo† duos text.penitùs contrarios,& hac de re bona con
cordia indigentes, quorum alter est in l.si vnus. in §. pa-
ctus.ff.de pact.dum ad differentiam pactorum dicit,ex quo in
eis factum versatur,stipulationem à stipulatione ipso iure tol-
li.in quibus ius versatur, si hoc actum sit,idest,expressum à par
tibus.& tamen (hic quæ est alius) in l.fin.C.de noua. hoc idem
nouiter dispositum esse videtur, quòd tenent omnes, & est o-
pin.magis communis. Solu.plana videtur, si tria tempora
considerauerimus,antiquum,fforum,& Codicis.de iure anti-
quo,nouatio facta intelligebatur,siue ex secunda stipulatio-
ne aliquid esset additum,vel detractum,siue non.l. obligatio-
num ferè §.fin.ff.de acti.& obli.de iure fforum fiebat,si plus ad
ditum fuisset:quia tantundem,vel minus haud sufficiebat,nisi
dictum fuisset, hoc non obstante.d.§. pactus. de iure Codicis
indistinctè,dummodo expressè dicatur, & hoc est quod dixit
Roma. in consi.ccxj.incip.allegationes. in j.column. & glo.
not. in §. præterea. Insti.quibus.mod. tol.oblig. & Barto.
in l.qui vsumfructum.in prima & secunda column.ff.de verb.
obligat.

DCXI.

1 *Nouationum alia uoluntaria,alia necessaria.*

1 AD materiam nouationis, etiam sciẽdum est,nouationum
aliam† esse voluntariam, aliam necessariam. Voluntaria,
de qua in l.j.ff.de noua. Necessariam,si fiat per litis contesta-
tionem.l.j.C.de iudic.l.aliam.ff.de noua. quòdque in volun-
taria aliquid innouatum est.l.fin.C.de noua.allega. etiam su-
pra proximè,in necessaria nihil, vt tradit Barto. in l.solutio-
nem.in prima colum.ff.de solu. Vel dic, quòd cùm impropriè
sit nouatio.d.l.j.ff.de noua. in consideratione esse non debet.
l.j.C de noua.l.delegare.ff.eo.aut nimirum qualiscunque sit,
quoniam lex succurrit magis facienti actum ex necessitate,
quàm ex voluntate.l. si fideiussor. §.si necessaria. ff.qui satis-
da. cogan. & quoniam causam nostram, actionem ex-
ercentes, non deteriorem, sed meliorem facimus. d.l.a-
liam.ff.de noua.

DCXII.

1 *Factum quare in pactis,in stipulationibus uerò ius uersetur.*

IN l.si vnus.in §.pactus.ff.de pac.laborant valdè doc. ratio-
1 nem quærentes,quare † sic in pactis factum versetur, in stipu
lationibus verò ius.& respondent tandem aliqui, quæ tamen
fuit Bald.opi.in rub.extrà de pact.in princi.& Ias.in l.auus. in
fin.ff.eo.multis recitatis,versari factum in pactis, propter ex-
ceptionem,in stipulationibus ius,propter actionem, quæ est
huiusmodi.§.j.Institu. de actio. l.nihil.ff.de verbo.significa.
quasi sentientes exceptionem esse facti, & malè:quoniam a-
ctionis est exclusio.l.j.ff.de excep.ergo iuris omnino, quoniã
sic factum ius tolleret, & pactum de non petendo actionem
pariter,& tamen non tollit.d.§.pactus.& quia sic ab exceptio
ne intentionis & facti, quãdo obijcitur illi, qui actionem non
habet vt Institu.de excep.in princip. non differret, & rursum
malè,vt ibidem,& in l.ij.ff.eo.ideò à communi non recede,id
esse,intelligique debere verum, propter formam stipulationi
à iure traditam,vbi aliàs pactum à mero partium consensu,&
voluntate procedit.

DCXIII.

1 *A malo abstinemus amore,ratione & timore.*

VVlgata carmina sunt hæc,
Oderunt peccare boni uirtutis amore:
Oderunt peccare mali,formidine pœnæ.
¶Et refert gl.in l.j.ff.de iusti.& iu.& in c.irrefragabili.in §.j.
1 de offi.ordi. Adde† latiùs tu,& dic,à malo nos abstinere, ratio

ne, amore, & timore, Ratione, quia ad imaginem & similitudinem Dei facti sumus, vt Gene. j. & in ca. hæc imago. xxxiij. q. v. & in l. si quis. C. de pœ. qua ratione ipse optimus maximus Angelo iussit, vt Adam adoraret, ante tamen creato, & non de limo terræ, dixitque Mercurius Trimegistus ipsum hominem in Dei naturam transire, tanquàm ipse sit Deus, & ad imaginem ac similitudinem Dei rursum, quia Deus vnus est: capit. primo de summa trinitate & fide catholica. vna hominis anima, videns omnia, & inuisibilis, & sic anima, non dormiens, quemadmodum nec in corpore anima, non inquinabilis sordibus orbis, nec anima sordibus corporis, replés totum mundum, anima totum corpus. Amore, beneficia considerantes, quæ ab eo accepimus, quòd fecit mundum maximè, quòdque illi nos præfecit. iuxta dictum Psalm. Omnia subiecisti sub pedibus eius. & quòd denique doctrinam ignorantibus, consilium dubitantibus, exemplum pigris, sanitatem infirmis, vitam mortuis, mundiciam leprosis, cibum esurientibus, visum cæcis, surdis auditum, & claudis gressum donauit, dedit, & impartitus est. Vel & melius, magno beneficio nos affecisse dicas, quos de nihilo creauit. Item magno amore, ad imaginē (vt diximus) & similitudinem suam, nec non magna charitate, quoniam nostrûm gratia omnia etiam facta sunt, & inæstimabili bonitate. ex quo vltimo loco quoque nos benedixit. Timore verò, propter pœnam. ca. factæ autem sunt leges iiij. distinct. Honor etiā Deo debitus est, timor & amor aliter, hísque tria quàm maximè correspondere dicimus primum decalogi præceptum, quod est, Honora patrem tuum, &c. Secundum Ecclesiæ. 1. Initium sapientiæ est timor Domini. Tertium. Mattheum. xxij. Diliges dominum Deum tuum, sicut teipsum.

DCXIIII.

1 *Voluntas nostra non fertur circa incognita. fallit nu. 2.*

DVm dicitur in l. non est ferendus. ff. de transactio. quòd voluntas nostra † non fertur circa incognita, adeò vt hæres extraneus, codicillos etiam scire non præsumatur: secundum Barto. in l. eius qui in prouincia. in v. colum. ff. si cert. peta. nec intelligatur animo tutoris geri, quod geritur ab ignorante. l. fin. & ibi Bald. C. de contra. actio. tute. & de materia latè aliàs in l. mater decedens. ff. de inoffic. testamen. Adde Philosophicum hoc esse, quoniam, vt inquit Aristo. iiij. Metaphy. com. viij. Homines non decipiuntur, nisi in eo quod nesciunt, aut in eo, cuius cognitio eis non est valde manifesta. Amor etiam à cognitione procedit, nec amantur quæ non cognoscuntur, & quanto magis cognitionem habemus eorū, propensius ama-
2 mus. † Nihilominus his non obstantibus, duos obserua casus singulares: vt matrimonium valeat, cum ea contractum, quam ignorat contrahens solutam, & si adultus sit quis, credátque se pupillum, & contrahat, vt valeat contractus pariter. l. qui se. & ibi idem Bald. ff. de acqui. hæredit. & ad propositum regulæ. malè dixerunt aliqui, quòd acceptilatio, quę est de iure ciuili, [illegible] citur de iure gentium, ex quo ipsam approbauit. l. j. §. omnia. C. de veter. iur. enuclean. l. lege. xij. tab. ff. de regul. iur. cùm fuerit post, nec ius potuerit approbare incognitum penitus, nisi dicamus (& erit tertia declaratio) in genere approbasse, saltem si non aliter. l. qui iure militari. ff. de milita. testa. l. j. & ibi Barto. in prin. ff. de condi. ex lege. & dixi in l. j. in glo. constitutione. in j. & ij. lect. ff. de offic. eius.

DCXV.

1 *Ius speciale a communi distinguitur.*

1 IVS † speciale à communi distinguitur. l. ius singulare. l. quod verò contra. ff. de legi. l. eius militis. §. militia missus. ff. de mili. testam. capi. præsenti. §. loca. de præbend. in vj. cum vulga. sicuti genus à specie, vsque adeò vt vnum extendatur, aliud nō, vnum tollatur faciliùs quàm aliud, & generi per speciem derogetur, non econtrà, vt in iuribus præallega. & in ca. generi per speciem. (singula singulis referendo) de re regu. iur. in vj. Adde, quòd non ab re Aristo. vij. metaphy. sensit, de ente per accidens speculationem non dari, quasi dicat, regulare attendi debere, non quod specialem aliàs habet rationem, & ibidem com. vi. quòd illud, quod est per accidens, scitur quando accidit, & non permanenter. & vij. metaphy. rursum singularium non esse scientiam, neque diffinitionem, ex quo in eis est aliquid, quod potest esse, & non esse. Tria valde conducentia ad prædicta, tanti viri authoritate comprobata.

DCXVI.

1 *Doctor semel propter delictum priuatus doctorea dignitate, non potest amplius doctoralibus decorari insignibus. idem in milite, tabellione, &c.*

1 DOctor † exauthoratus, vt fit Neapoli sæpè, & priuatus dignitate doctorea, propter delictum, non potest ampliùs examinari, & doctoralibus decorari insignibus. l. ij. & ibi Bal. in terminis in fin. C. de lib. & eo lib. nec miles pariter amplius militare, vel tabellio instrumenta conficere, vel quiuis alius officium exercere, etiam de facto restitutus. l. iij. vbi idem Bal. adhuc. C. de vin. lib. & nimirum, vt ibi subijcit, & in simili in l. j. in §. eum qui. in j. lectu. ff. de postu. quia facilis descensus auerni, Sed reuocare gradum, superásque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. c. quam periculosum. vij. q. j. l. postquàm liti. C. de pac. l. j. §. qui semel. ff. de suc. edic. l. homo liber. ff. de sta. ho. §. fin. Insti. de ingen. aliàs leges essent ludibrio conditæ, nō putandum. l. si prætor. ff. de iudi. l. cùm non solùm. §. pe. C. de bonis quæ libe. & propter delictum dixi, quia si aliter defectu scientię reprobaretur, secus, vt de Cy. ferunt, & not. in l. j. C. de iu. om. iud. experientiáque docet, magistra rerum efficax. ca. quàm sit. de elect. in vj. & ad propositum Philosophus dicebat, Ethi. ij. cum circa difficilia fiat ars, & virtus, malum facile esse semper, bonum verò difficilè. & rectè, próque singulari dicto obseruandum perpetuò reor, nec illum esse doctorem, qui vna die reprobatur, alia autem examinatus iterum admittitur, quoniam tempore, & quidem longo, non momento ipsius scire possumus, & disciplinis imbui, quarum ignarus iam iudicatus est, vsque adeò, vt non possit dici, si hoc ipsum fiat, nisi precibus, & largitione factum fuisse, & malè, & plus, quòd hac de re statutum non valeret, reprobatum, iterum post sex menses tamen, seu post annum, examinari posse, ex quo iuris præsumptione, parum profecisse credetur tam paruo (vt diximus) tempore, argu. in l. si ventri. in §. in bonis. ff. de priuile. credi. & in ca. ponderet. 50. distinct.

DCXVII.

1 *Mortui non sepeliendi in urbe, nisi qui uirtutis causa legibus haud tenerentur.*

MVlta aliàs diximus ad materiam. l. iij. §. diuus. ff. de sepult. viol. facientia, de non sepeliendis mortuis in vrbe, Apo-
1 phtheg. 505. Adde nouissimè Duellioco SC. cautum † fuisse, ne quis in ea sepeliretur, nisi qui virtutis caussa, legibus haud teneretur, vt

Val. Publicola,

Tyburta,

G. Fabritius.

Imperatores, &

Virgines uestales denique. Et hac ratione decipi eos, qui hoc idem propter ignis periculum, factum esse dicebant: quia nec his, qui virtutis caussa, legibus haud tenebantur, concessum fuisset, quos paulo ante memorauimus. Vulcani templū, alij quoque senserunt, vrbe exclusum fuisse iussu Romuli, ibique colendum, ne vrbs incendijs adhuc esset exposita, quemadmodum nec Martis phanáue Veneris libidinibus assuesceret: & rursum malè, quandoquidem eiusdem Romuli ætate, mille tantum erant habitatium domus, eoque ambitu perraræ admodum, vt incendij metus esse non posset. Alia igitur de caussa factum esse dicemus, quam ignoramus. l. non omnium. ff. de legi. vsq; adeò vt clerici, vel impudentia, ac temeritate moti, vel auaritia potius, legibus non obtemperantes, quacunque ratione idipsum prohibuerint, iuxta oculos sepeliant, sibiq; legem faciant, à qua nullo modo, vt inquit Bar. in l. nemo. in prin. C. de sacrosan. eccle. recedere oporteat.

DCXVIII.

1 *Deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis successit.*

1 ANtiqui † olim interdictione aquæ & ignis vti solebant, in cuius pœnæ locum successit hodie deportatio. l. j. §. hi qui bus. ff. de lega. iij. l. iij. ff. ad leg. Iul. pecu. l. eius qui. §. j. ff. de testa. l. Imperator. ff. de sta. homi. Adde quamuis nefas videretur, ma-

tur,malos homines vltimo afficere supplicio, interdictionem tamen prædictam non leue incommodum eis fuisse,quandoquidem earum rerum vsu vita nostra constet, errauerùntque valde Heraclitus,dicens ex igne omnia nata esse, Thales verò Milesius,ex aqua,quoniam si alterutrum fuisset solum , neque aqua ex igne,neque ignis ex aqua nasci potuisset: vnde verius est,ex vtroque cuncta constare,generari,& coalescere:aliàs & rursum,cùm virtus Dei sit in calore & igne,nisi ardorem,vímque eius,ad mixta humoris, frigorísque materia temperasset, ne nasci quidquàm,nec cohærere potuisset, vt Lactan. diuin. institu.lib.ij.c.x.dicit,& bene.

DCXIX.

1 *Confugiens ad focum aut puteum inde non est extrahendus.*

1 OLim† ad statuam principum confugientes erant tuti, nec inde auelli poterant , sicuti nec ab ecclesijs hodie,nec à Cardinali, nec à sacerdote corpus Christi deferente. l.ij.ff.de his qui sunt sui , vel alie.iur.l.præsenti. C.de his qui ad eccle. confu.l.addictos.C.de appel.& ibi Saly.capitul.quæsitum.xiij. q.ij.ade(quod ad proximè dicta conducit valde) nec à foco, vel à puteo,quibus quid religionis inesse videtur , extrahi pariter potuisse quempiam , & fortè propter aquam , à qua viuimus,& ignem,quæ duo vitæ sunt principia,vt suprà , & in dict. l.præsenti in collectane.diximus,nec repetimus.

DCXX.

1 *Conciliatio l.iurisgentium.§.quinimò.uersicu. ut puta.ff.de pact.& l.si unus.§.pactus.ff.eod.*

1 VRgentissimum contrarium† in iure reperio,inque eius solutione docto.valdè laborantes.§.quinimò.ver. vt puta.l. iurisgentium.ff.de pac. & §. pactus ne peteret.l.si vnus.ff.eod. quoniam hic dicitur, si creditor agat, debitor verò excipiat, pactum de non petendo factum fuisse, quòd replicari poterit, pactum posteà factum fuisse pariter de petendo: ibi verò si agat mulier,pacta ex interuallo,post diuortium dotem sibi reddi statim,non expectata dilatione legali.de qua in l. vnica.in §.exactio.C.de rei vxor.ac.& excipiatur , quòd replicari non poterit,ergo contrà.Sol.igitur est,quòd imò in d. §. quinimò. replicatio non denegetur,quæ idem operatur , respectu exceptionis,quod exceptio aduersus actionem.l.ij.l.exceptio.§.replicari.ff.de excep.tradit Bartol. in l.si ex falsis. in j. colum.C. de transa.& consonat,quia dicit solúm id fuisse inductum, ne actio ex pacto nudo daretur : ergo replicatio necessariò.l. cùm prætor.ff.de iudi.c.nonne. de præsump.non tuta , quoniam replicatio datur ad coadiuuandum actionem,sed actio nata non erat,vel si erat,non dabatur,obstante dilatione legali,ergo.Alij.aliter dicebant,quòd non mulier pactum fecerat, sed tertius , & non immeritò sibi ius actionis de dote quæsitum haud fuisse,ergo nec replicatio competebat, quod indicat verbum conuenit,impersonaliter ibi positum, secundum eos.& rursum malè,quia intelligitur conuenit, idest,conuentum est , verisimiliùsque videtur , mulierem pepigisse potius, quàm alium,& consequenter attendendum.l.in obscuris.ff.de reg.iur.& propterea reor,dici posse, replicationem non competere,in.d. versi. vt puta,quia pactum condemnationem augebat,& ius quodam agendi insurgebat , propter interusuria medij temporis quæ debentur,nec possunt auferri.l.si socer.§. lucius.& ibi Bald.in j.colum.ff.sol.mat. verùm actio nasci nō poterat, quoniam pactum erat nudum factum ex interuallo, ergo nec replicatio competere,in §. pactus.haud considerabile, vbi actio non alterabatur in aliquo & de nuda replicatione agebatur,ergo non erunt contraria. Nec ob. si diceretur, quòd imò pactum non augebat condemnationem,quia actio dabatur ad totum,quòdque tempus non obligationi,sed exactioni inerat:quia respódebitur paria esse non dari vel dari,& minus efficaciter.l.& eleganter.§.seruus pactionis. ff.de dolo. l.non videtur.ff.de reg. iur.l.nihil interest.ff.eod.

DCXXI.

1 *Actionem ipso iure tolli,uel ope exceptionis,differunt.*

1 MIrum est etiam, quòd iura differentiam† faciant,an actio tollatur ipso iure,vel exceptionis ope,vt in l. si vnus. in §. pactus.ff.de pac. proximè allega. & in l.qui fundum. in §.qui fundum.ff. de lega.j. & in l.qui decem.ff. de solu. cùm habeamus duo hæc parificari,quòd quis non habeat ipso iure actionem,vel habeat, sed exceptione elidibilem.l. & eleganter.§. seruus pactionis.ff.de dolo.l.non videtur. l. nihil interest.ff.de reg.iur.Sed admiratio cesset, quoniam hoc ipsum verum est quò ad effectum,non tamen quod vtilitas inde nasci non possit,aliàs dubitatio vana esset,& elusoria, non dicendum l. j.§. dixerit aliquis.ff.de publica.& potest ex eo demonstrari: quia si exceptio non opponatur, reus condemnabitur , non autem si liberatus esset ipso iure.ita Bart.in d.§.pactus.in j.colum.in versi.secundò nota.& in l.eum qui ita.in §. qui ita .ff. de verb. obliga.& in l.exceptionem.C.de proba. quem refert & sequitur Areti.in §.omnes.in ij.colum.Insti.de actio.& Deci. in d.l. non videtur. in princ. & bene , & est argumen. in l.fina.C.de anna.excep.

DCXXII.

1 *Intellectus l.Stichum aut Pamphilum.§.naturalis.ff.de solutio.*

1 QVid sibi velit Iurisconsul.in l. Stichum , † aut Pamhilum. in §.naturalis.ff.de solut.dum dicit iusto pacto tolli naturalem obligationem,& iureiurando:vt numeratione. (non enim discutio quomodo solui possit,cùm sit difficilimū contrarium ad l.si vnus.§. pactus. ff.de pact. quia ad ibi dicta est recurrendum)responde & declara, iusto pacto intelligi , non legitimo:vt dicebam ego aliàs,ex not.in l.legitima.ff.de pact. & in l.iij.in §.de illo.ff.pro soc.& in l.iusta. ff. de verb.signifi.& in l.j.ff.de testa.& malè , quoniam illatio ex præmissis non esset,vinculo æquitatis scilicét,quo solo substinebatur,æquitatis vinculo tolli,sed bona fide ad propositum facto!, quemadmodum ibi exponit Alberic.& bene huic tacitæ obiectioni,& sentit Bald.in l. qui exceptionem, in §.fin.ff.de condi.indeb. item iureiurando,voluntario scilicet, & iudiciali propter consensum.l.cùm amplius.§.is natura debet.ff.de regu.iur.& no. in l.ij.& in l.fin.ff.de iureiuran.& in §.æquè.Insti. de excep.non necessariò,quoniam solùm præstatur in defectum probationis:& numeratione quoque,dicit tolli , quoniàm actus naturalis est.l.ea quæ ciuiliter.ff.de acquirend.rer.domi.l.ita stipulatus.§.Crisogonus.ff.de verb. oblig.l. non omnis.& vtrobique not.ff.si cert.peta.

DCXXIII.

1 *Serui legitimam personam licèt non habeant , agnoscunt tamen bonorum possessionem,&c.& quæ sit ratio.*

1 MIrum mihi semper visum est, seruos† pro nihilo reputari, neque in aliquo legitimam habere personam, nedum ciuili iure,verùm etiam prætorio.l.seruitutem.l.quod attinet.ff. de reg. iur.l.qui testamento.§.seruus.ff.de testa.l.j.ff.de iur.de liber.imò quid esset seruum infamia est.l. diffamari. C. de inge. ma.adeò vt nec iniuria affici possint , cùm nec agere valeant.§.serui autem.Insti.de iniur. & qua de re fortè Iurisco. alibi mulis eos comparat in l.qui duos.ff.de leg.iij.& pecudibus in l.ij.ff.ad leg.aquil. alibique vilissimos homines appellat,in l.si ex duobus.ff.de noxal.actio.& tamen bonorum possessionem agnoscit.l.seruus.ff.de bon. pos. agitque in iudicio vt certa sibi alimenta pręstentur. l. seruos. ff. de alim.& ciba. lega.& supplicat denique.l.vniuersis.C.de prec.impe.offe.& si quis eum occidat,tenetur pœna legis Corneliæ de sica.Nisi ad primum dicamus id esse, quia absenti etiam , & ignoranti, conseditur:vt in d.l.seruus.not. Ad secundum verò , quod id pariter alimentorum fauor operatur,vel quod officium iudicis implorat,non quod agat,dicamus:vt ibi,& in l.j.C.qui admi.Tertium secum responsionem habet, quod ex certa scientia princeps,lex animata in terris,eum admiserat: & quartum pariter,ex quo vita communis est,& hominis dignitas,quę efficiunt,vt quantum ad hoc inestimabilis res esse dicatur,& eo quoque lex Cornelia locum habeat , secundum Bald. in rub. C.de iur.fisc.in iij.colum.

DCXXIIII.

AD l.Titia.§.ff.de manu.testa.ibi, Onesiphore,adde nomen antiquum fuisse,quo veteres vtebantur , quod tum reipsa videri potest,tum etiam argumen. probari , quoniam eo anno,quo fœlicis recordationis. LEO, X. ad summi potificatus dignitatem electus fuit,vbi ea de causa accesse[illegible]

gione Ripæ, in carcere Tulliano, epitaphium, vetustate quasi deletum, legimus, sic dicens.

D. M.

FLAVIA TROPHIME
CVM MVDIO EVA-
FETI PATRONO.
ET, FLAVIO
ONESIPHORO TATE
SVO BENE MEREN-
TIBVS FECIT.

Et ad materiam simile (allegatur enim quòd ex dispositionibus negatiuis, non resultat habitus, siue affirmatio) demonstrationem affirmatiuam esse pariter negatiua potiorem, secundum dialecticos, quoniam hæc per illam ostenditur, ex solisque affirmatiuis fit demonstratio, non autem ex solis negatiuis, ergo etiamnum dici potest, impossimile, ex negatione affirmationem resultare posse, & de prædictis latius aliàs in l. j. ff. de offic. eius.

DCXXV.

1 *Promissio de soluendo omne id quod creditor declarauerit, ut ualeat, declaratio debet fieri uiuo debitore.*

1 SI promitat† quis, se soluturum omne, & totum id, quod creditor declarauerit, pro singulari dicto notandum est, viuo debitore declarationem fieri debere, ex quo posteà hæredibus non efficeret. l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verbo. obliga. adde, hoc ideò decisum fuisse, quia lex semper præsumit paciscentem, non solùm sibi, sed etiam hæredibus suis prospicere voluisse, in eo, quod illis esset vtile, & non damnosum, item liberando, non obligando. l. tale pactum. §. fin. ff. de pac. l. si pactum. ff. de proba. considerando quoque obligationes sui, natura, odiosas esse, non minus, quàm sit liberatio fauorabilis. l. obligationum substantia. §. j. ff. de actio. & obli. l. damni. ff. de dam. infect. & tradit Angelus in l. si certis annis. in repe. in vj. colum. infrà eod. quòdque mirabiles non sunt de vna persona in aliam l. quis ergo caius. ff. de pecu. l. iij. ff. pro socio. & est argumen. in l. vnum ex familia. in §. si rem. ff. de leg. ij. & in l. quia ratio. in prin. ff. de condi. insti. & longam distinctionem in pulcherrima q. ponit etiam Bald. videndus omnino in l. ij. C. de pac. inter emp. & vendit.

DCXXVI.

1 *Cessio fideicommissarij non ualet ante factam restitutionem fideicommissi.*

1 INterrogatus fui hoc mane, an fideicommissarij† cessio valeret, ante restitutionem sibi verbaliter factam, quia si realiter, tunc de cessione non ageretur amplius. Et breuiter licèt prima facie videretur dicendum, quòd sic, quoniam dicta est respectu iurium, siue actionum, cedenti competentium contra aliquem: vt declarat Ioan. And. in capitul. quia intentionis. in prin. de priuileg. respondi contrarium, quòd non valeat text. est in l. si mulier. in §. ex asse. ff. de iur. do. quem singularem etiam dicit Iac. de S. Geor. in l. post venditionem. in fin. C. de pact. & Alexan. in l. post dotem. in penul. colum. ff. solut. matri. aliam quæst. & quotidianam quidem, determinans, est, vt priuilegium vicinorum, quòd primi requirantur in alienatione rei, aliàs venditio non valeat, cedi alij pariter non possit. Et ad propositum cessionis fideicommissi, id est fortè, vt inquit alibi Bald. in l. ij. in i. opposi. C. de pact. ne inuitis creditoribus, ius passiuum in aliud transferatur. refert, & sequitur, recolendæ memoriæ Alexandrinus, mihi velut frater dum viueret compater, & collega. in repe. l. non solum. in d. §. morte. in ii. colum. in illa quæst. an nunciato noui operis cedi possit. ff. de noui ope. nunt. & est notandum perpetuò.

DCXXVII.

1 *Deputatus ad debitum exigendum non potest prorogare debitori terminum solutionis.*

1 ALiquis† erat deputatus ad debitum exigendum, dubitabatur, an posset prorogare debitori terminum solutionis? Prima facie videbatur dicendum, quòd sic, si maximè prorogatio erat futura breuis. quoniam non propterea aufertur quod differtur, nec mora modici temporis est in consideratione: & plus, quia dicitur alibi, non esse præsumendum, tam cito veniat debitor cum sacco paratus. l. quamuis. ff. de arbitr. l. si debitori. ff. de iudic. l. quod dicimus. singula singulis referendo. ff. de solutio. & tamen contrarium verius est. l. qui Romæ §. Calimachus. ff. de verborum obligationibus. quem tex. ad idem exclamant Doctor. in l. seruus. C. de pact. quod tamē ego limitarem in facto, naturale spacium exigente. & sensit Bald. in l. aduersus. in ij. colum. C. locati. quamuis alio casu loqui videatur, aliàs & ad propositum si posset prorogare, in simili procurator etiam appellationi renunciaret, quod tamen est falsum: vt per d. §. Calimachus. determinat etiam idem Baldus in l. j. in §. j. in ij. lect. in ij. colum. ff. si quis iusdic. non obtemp.

DCXXVIII.

1 *Minor restitutus, restituitur non solùm aduersus damnum, sed etiam quia lucrum amisit, etiam si sit incertum.*

1 CErtum est, si minor† restituatur, restitui non solùm aduersus damnum, verùm etiam quia lucrum amisit, & sic eo casu, non solùm de damno vitando tractari, verùm etiam de lucro captando, quorum duorum tamen non est par, eadèmque ratio vulga. l. fin. C. de condicil. & sic de lucro certo quod omnes admittunt in l. j. C. de resti. in integ. verum quæritur, quid de lucro incerto, & verisimili? Videretur dicēdum ipsum ob hoc restitui non debere. l. sciendum. ff. ex quib. cau. maio. & tamen contrarium verius est. l. cùm quidam. in prin. vbi. text. aureus. ff. de acqui. hære. Nec ob. text. in d. l. sciendum, quia eo restitui petebat cum iniuria alterius, vt in d. l. j. not. & bene, & in l. iij. in §. Labeo. ff. de acqui. pos. ego regulariter) vt dixi) locum habebit.

DCXXIX.

1 *Intellectus l. in albo. C. de decurio. lib. x.*

COntendo sæpè, volóque in itinere ab his præcedi, qui filios habent, & si me ætate sint minores, egóque tum ætate, tum ordine collegij nostri maior, quoniam viridicum etiam est, & à ratione non alienum. l. j. ff. solu. mat. & in terminis est casus

1 in l. in albo. C. de decu. lib. x.† si non sit tamen minor quispiā annis. 25 quoniam tunc monstrum quodammodò esset eum, quamuis filios habentem, præcedere, & maximè quia læsus etiam, restitutionem in integrum petit, hoc non obstante, præcedi igitur volumus ab his tantum, qui filios habent, nec ætate multum à nobis differunt, & ita. d. l. in albo. interpretari. con considerantes vltrà, non tam quid fieri debeat quàm quod honestum sit. l. conditione. ff. de condi. insti. l. nepos Proculo. ff. de ver. signifi. c. magnæ. de voto.

DCXXX.

1 *Si quis promittat me facere securum, sola stipulatio sufficit: nisi uerbum idoneè, aut legitimè fuerit appositum.*

1 ALiquis promisit mihi dare centum, & me amplius facere securum, dubitabatur, † an sola stipulatio sufficeret, absque eo, quod præstaretur fideiussio? Quolibet prima facie diceret, quod non & tamen contrarium verius est, & cōmunis ita Bar. in l. j. in §. si communes. ff. de præto. stipu. præterquàm in casu, quando in promissione esset appositum verbum idoneè, aut legitimè, quia tunc secus. tex. est not. & singu. in l. mandato Titij. in §. fin. ff. manda. per quem ita dicunt etiam docto. in l. j. C. si aduer. sol. & in practica quotidianum, est, ac perpetua obseruatione dignum, vt cauti simus in promissionibus assecurationis.

DCXXXI.

1 *Minores aliquando restituuntur aduersus id quod curatoris authoritate gesserunt.*

1 MInores† præcipuum merētur fauorem, quoniam ætas eorū huiusmodi est vt cōsilo egeat multis captionibus exposita. l. j. ff. de mino. imo quòd plerunque restitutionem petunt (dictúmque est mirabile) etiam si quid egerint curatoris authoritate. & exaudiuntur. puta quia solutio sibi facta sit, & pecunia postea deperdita, vel ipsius minoris, vel etiam curatoris prædicti, facilitate. casus est in l. j. C. si aduer. sol. quod etiā

pro ii-

pro limitatione.l.qui res.§.aream.ff.de sol.est notãdum, obligationẽ semel extinctam reuiuiscere, & ideo cautela est, vt soluẽs plenissimã liberationẽ consequatur, iussu iudicis hoc ipsum fieri debere.l.ait prætor. §. permittitur. ff.de mino. Sed pro singulari dicto obseruandum est, nec ipsum esse restituẽdum, si casu fortuito fuisset deperdita. gl.est valde not.in l.verùm.in §.sciendum.ff.eo.

DCXXXII.

1 *Bonorum tres species item & pœnarum.*

1 EX nominib⁹ † debitorũ fit tertia quædam species, qũ nec mobilia, nec immobilia sunt bona. ita Bart.in l. si cõuenerit.ff.de pig.act.aliquid in l.potest.ff.de auth.tuto.& in l.quam Tuberonis.in §.in peculio.ff.de pecul.& hinc sumptã fuisse practicã à tabellionib⁹ addas, quã tñ ignorãt, quũ in testamẽtis addũt, in oĩb⁹ autẽ aliis suis bonis mobilib⁹, & immobilibus, iuribus, & actionibus tũc. Sed vnde illa, amputetur ei caput à spatulis, ita q̃ anima separetur à corpore, quæ in causis capitalib⁹ seruãt, & quare sic assessores dicunt? Responde, sumptã fuisse ex l.præsenti.C.de his qui ad eccle.confu.traduntq́; scriben. latè in l.transigere, vbi & nos quoque.C.de transact.& dici sic ampli⁹, quia pœna capitalis triplex est, & ne de exilio fortè in partem mitiorẽ intelligatur, & vt denique tollatur omnis dubitatio.l.ij.ff.de pœn.l.ij.ff.de pub.iud.& plenè per doct.in l.imperium.ff.de iurisd.om.iud.alia etiam practica est, boues & instrumẽta aratoria, pro pignore auferri non posse, quãto rursum, quare, & vnde pariter sumatur? Dic agricolationis fauore inductũ fuisse, & sumptã ex not.l.exequutores, & seq.& ex authẽ.etiã ibi posita.C. quæ res pigno.obli.poss.

DCXXXIII.

1 *Verbum habere, quandoque fictionem, quandoque veritatem importat.*

1 ET si cõmuniter verbum habere, † fictionẽ importet.c. cùm haberet.de eo qui du.in mat.quã pol.per adul.l. si ex pretio.C.si cer.pe.ibi, simulatis habitis pro infectis, quia verè facta, pro infectis haberi non possunt.c.cùm in iure peritus.de offi.dele.l.in bello.§.factæ.de cap.& postli.re.l.non dubiũ.& ibi Bar.in iiij.col.C.de legi.l.si maritus.§.legis Iuliæ.ff.ad le.Iul.de adul.vbi longè diuersa pariter putantur duo hæc, quẽ esse ciuem, & quẽ haberi pro ciue, attamẽ alibi aliam, & verã quidẽ habet interpretationẽ, in l.imperium.ff.de iur.om.iud.& in l.nomẽ filiorum.in §.habere.ff.de ver.fig.& in l.stipulatio ista.in §.habere.ff.de ver.ob.& in materia iuris congrui, dictũ singulare est, eũ, cui præsentatio facta sit, effectualiter teneri ad rei petitæ restitutionẽ, nec liberari, quãuis ad factũ obligatus sit, soluẽdo interesse, aliàs agnatus rem nõ haberet, vt verba sonãt in lege posita, & malè, limitabiturq́; regu. l.si quis ab alio.§.fi.ff.de re iud.& l.stipulationes nõ diuidũtur.ver.Celsus.ff.de ver.obl.& nimirũ, quia factũ est in obligatione ex legis dispositione, secundum Bar.in simili in l.si cum exceptione.in §.sed & si quis.ff.quod met.cau. & in locis suprà alleg.aliqualiter not.

DCXXXIIII.

1 *Artis principia variè tradi.*

EXpedit scire, vt plerunq; diximus alibi, qñ in lege tradãtur artis principia, qũ tũc dubitatio apud nos necessaria non erit, nec ab ipsis principiis recedẽdum, quæ semper sunt certa, iuxta illud Philosophi, in foribus quis

1 delinquet? quasi dicat, nullus. Ideo declara, tradi † pluribus modis, exẽpli gratia, vnde ad alias leges inferri commodè postea poterit, in l.imperiũ.ff.de iur.om.iud.citata etiã, p̃ximè, dum Iurisc.imperij primũ mentionẽ facit, quod verbũ ambiguũ est, multisq́; cõuenit, maximè principi, respectu omniũ.l.j.ff.de cõsti.prin.Itẽ cæteris magistratib⁹, in eos, qui suæ iurisdictioni sunt suppositi.l.ij.ff. de in ius voc.Item Abbati in monachos, Patri in filios, & Dño in seruos, ac similibus.c.si religiosus.de elect.in vj.l. in suis.ff.de lib.& posth.l.j.ff.de his qui sunt sui vel alieni. Secũdò diuisionẽ, vt dilucidius idipsum intelligerem⁹.l.j. ff.de excep.do.§.igitur.in proœ.Insti.§.sed nõ vsq;.Instit. de lega.eo.lib.& diuisionẽ dixi, quia à partitione differt, quæ est, quum res in partes, vel mẽbra discerpitur.l.stipulationes nõ diuidũtur.ff.de ver.obl. Postea exẽpla, quę ad docẽdum præcipuè sunt necessaria.l.vt responsum. C. de trãsac.l.bona fides.ff.depo.l.prætor.§.Iulianus.ff. de colla.bo. Vel & aliter tradi dicas, dũ ponitur genus tanquã vniuersale, & à quo pẽdet prius oĩs nostra cognitio.l.j.ff. de iusti.& iu.l.j.ff.si cer.pe.§.his igitur.Insti.de iusti.& iu. posteà id in species distinguitur: vt per eas efficiatur certius.l.qui duos.ff.de leg.j.l.Męuius.§.duob⁹.ff.de lega.ij.l. in ratione.§.incertæ.ff.ad le.Fal.& appellatur secundum Bal.alibi in l.cõuenticula.signãter per istũ text.in iij.col. C.de epis.& cle.arg.à generis diuisione, quũ species scilicet enumerant, vbi ars minuitur, alteratur, & declaratur deniq; vt ibidẽ. Vel & vltimò, quodãmodo à partib⁹ sufficiẽter enumeratis, quia dicit, imperiũ esse merũ, mixtum, nec merũ, nec mixtũ, ita vt nil aliud sit amplius in cõsideratione, hæcq́; tria omnia in materia cõprehẽdant. merum, quia à natura alterius cuiusq; rei abstractũ est penitus.l.cùm seruus ff.de cõdi.& demõ. Mixtũ, quia de duobus participat simplicib⁹.l.ij.ff.de ver.obl. Nec merũ nec mixtũ, vt iurisdictio, quæ largo sumpto vocabulo, imperium etiã potest appellari.l.fi.ff.de offi.eius.& est simile in iurisdictione, ordinaria, vt in d.l.imperiũ, extraordinaria.i.delegata.l.j.§.qui mãdatam.ff.e.nec ordinaria nec delegata, quam notionem appellamus.l.ait prætor.ff. de re iudi.quæ omnia nota, & tene menti.

DCXXXV.

1 *Manus, acceptio multiplex.*

OLim in initio vrbis, Pop. Rom. incerto quodã iure agere instituit, & taliter quidẽ, vt oĩa manu etiam à regib⁹ gubernarẽtur.l.ij.in prin.ff.de orig.iur. quod ver-

1 bum † declara, id est, p eorũ arbitrio, sicuti Venetiis nũc, & apud Tartaros ius exercetur.l.rerũ.& ibi Bar. in ij.col ff.de actio.re.amo.cõgessiq́; ego multa in rub.C.de edẽ. nu.144.& in d.l.imperium, in ij.lect.& ad propositum manu dixit, quia organũ organorũ est, pro authoritate vsurpatũ, pro potestate, pro dominio, pro corpore, & quia instrumẽtum est breuiter, quo omnia cõficiuntur, secundũ Bald.in c.significasti.per illum tex.de elect. dum dicit, q̃ palliũ debet assumi à corpore beati Petri, & per text. optimum in l.manumissiones quoque.ff.de iusti.& iur.

DCXXXVI.

1 *Abstractum quid: quid item concretum.*

SAepissime arguẽdo, dicere cõtingit, imò soluẽdo, aliquid in abstracto cõsiderandum esse, idipsumq́; in cõcreto, & maximè ad euitandam cõtrarietatem. exempli gratia, legẽ esse certã; itẽ & dubiam, vt in abstracto semper certa sit.l.cùm quidam.§.quod dicitur.ff.de acquir. hære.l.iij.ff.de nata.resti.tradunt doct.in l.j.ff.de reb.du. in concreto verò dubia.l.quod Labeo.ff.de Carbo. edic.

1 Sed pro † declaratione, quæro quid sit abstractũ, quidq́; concretum? Solue breuiter, & vnico quidẽ verbo, quemadmodum Dialectici dicunt, abstractum esse formã aliquam cum exclusione subiecti, vt albedo, concretum verò, id, quod eandem formam significat cum hærentibus subiecti, vt album.

DCXXXVII.

1 *Diuiduũ sui natura an ratione adiuncti dicatur indiuiduum.*

1 RAtione † adiuncti multa cõceduntur, quæ non cõcederentur aliàs, & regulariter.l.si cõmunem.ff. quẽadmodum ser.amit.c.quod in dubiis.de conse.eccl. vel alta.c.multorũ.de Iudæ.in tantum etiã, exẽpla enim in locis prædictis data sunt, vt id, quod est diuiduum de sui natura iudicetur indiuiduum ratione adiuncti.l.si ita fuerit.§.hæc quęstio.ff.de ma.test.tradit Bar.in l.iiij.in §.Cato.in x.col.ff.de verb.obli.stipulatioq́; vti frui, quæ facti est, sit tamen iuris, si verbum huiusmodi in ea adiiciatur. l.stipulatio ista habere licere.§.si quis ita.& ibi idẽ Bar.in ij.col.eo.sed contrà vsusfructus sine vsu esse non potest, hacq́; ratione indiuiduus dici deberet, & tamen dicitur factum diuiduum: ergo propositio non semper vera, cogita. vel pro sol.videas eũdem Bar.in l.stipulationes non diuiduntur.in xj.col.ff.eo.

DCXXXVIII.

1 *Spurium manifestari reipublicæ interest, & quare.*

SI te spuriũ appellauero, teneor actione iniuriarũ, nisi
1 verũ sit: quia tũc secus, ex† quo reipublicæ interest, tales manifestari, ne ad dignitatẽ admittãtur. qđ nota: quia ad similia tibi etiã seruiet, & fuit verbũ Bar. in l. eum qui nocẽtem. ff. de iniur. & ꝓptereà hi, nec habẽt agnationẽ, nec familiæ noĩe cõtinentˀ, nec agnatis, vel cognatis succedũt, iure Lõgobardo excepto, qđ ipsos admittit, ita vt in aliquo à naturalib. & legitimis haud differãt: secundũ eundẽ Bar. in l. fi. in j. col. C. de ver. sig. & habetur etiã in §. filium. in auth. qui. mo. nat. effi. sui. & in l. si fuerint. in Lõgobarda, singula singulis referendo, de succesio.

DCXXXIX.

1 *Intellectus l. quod maior. ff. ad municipa.*

FActũ cũ maiori parte, non dicitur concorditer factũ,
1 nec ob. tex. in l. quod maior. ff. ad municip. † quia id ipsum intelligi debet verũ iuris fictione, & propterea si hoc dicatur in instrumento, malè dictũ erit, ac perperã: secũdum Alex. in l. iurisgentium. in §. hodie. in j. col. ff. de pact. subiiciẽtem tñ in vlti. ibidẽ, ꝙ in actibus expediendis à collegio, vel vniuersitate, requirũtur in cõgregatione duæ partes ex tribus, & quod postea facit maior pars, habebit effectum perinde, ac si factum id ab omnibꝰ fuisset, pro intellectu. d. l. quod maior, notandum. & alibi, qđ etiam scitu est non indignum. in l. rescriptũ. in prin. ff. e. si lex, aut statutum cõmittat aliquid antianis, Antiani enim dicti sunt, quasi antes columnæ, totius vrbis oneri incumbentes, quos non deputatos ad vtilia vocamus, quod intelligetur, omnibus, vel maiori parti eorum, esse commissum, & quòd in duobus etiam si eorum mẽtio facta sit, in dispositione hominis poterit verbũ ipsum, Antianorum, verificari.

DCXL.

1 *Obligatio naturalis impedit soluti repetitionem.*

1 OBligatio† naturalis impedit repetitionẽ soluti. l. naturales. ff. de act. & obl. l. si eius. ff. ad Trebel. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiuss. l. Iulianus verũ debitorẽ. ff. de cõdi. inde. & vbique etiã not. Sed cõtra, quia præscribens soluẽti similis est, & tẽpore liberatus, adhuc obligatus manet naturaliter, & nihilominus soluens repetit. l. si pupillus. ff. de admin. tuto. sol. licet naturalis obligatio non tollatur, tollitur tñ omnis eius effectus. l. fi. §. j. & ibi Bar. ad longum. in prin. ff. rem ra. hab.

DCXLI.

1 *Conciliatio l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutio. & l. si vnus. §. pactus ff. de pact.*

1 MAgnũ† cõtrariũ est l. Stichũ aut Pãphilum. §. naturalis. ff. de solu. & l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. qm̃ in d. §. naturalis. pacto, ipso iure tollitur naturalis obligatio. in d. §. pactus. verò, ope replicationis. in cuius resolutione gl. vtique, & maximè in d. §. pactus. multũ laborat, longeq; magis Bar. & cæteri. Breuiter hæc vera esse videtur, nec secus teneri potest, ꝙ sicuti tollitur in d. §. naturalis. ita inducta per pactũ de non petẽdo ne paciscens scilicet petat per aliud de petẽdo in dicto §. pactus. absque dubio tollitur. Nec dicatur hoc stante, ꝙ cessabit exceptio inducta pariter per pactũ, ex dicta obligatiõe orta, de directo cõtra illũ tex. quia respõdebitur ex æquitate pacti ortã esse, nõ ex obligatione ipsa, vsq; adeò, vt opponi posit, & replicatione elidi, & nihilominus naturalis, vt suprà, ipo iure simul sublata sit. Vel dic, vt dicebat etiã in d. loco Azo, ꝙ in pacto liberatorio, obligatio naturalis ipso iure non tollatur. d. §. pactus. in obligatorio autẽ sic. d. §. naturalis. & ibi gl. hoc ipsum etiã sentit, & bene. l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. l. Arrianus. ff. de act. & obli. nec facit generalis ratio d. §. pactus. tam in liberatoriis, quã obligatoriis verificabilis, quia ad id, qđ verisimile est, restringi debet. l. q̃uis. ff. de in ius voc. sed verisĩle est, & iuri cõsonũ, potiùs obligatoria tolli, cõsiderando etiã & nouissimè, obligationes sui natura esse odiosas. secundum Angel. in l. si certis annis. in vij. col. C. de pact. ergo. Dicebã quoq; ego aliàs in d. §. naturalis. pactũ fuisse vestitum legis auxilio, ponderãdo verbũ iusto. & videtur simile in l. tale pactũ. in §. qui ꝓuocauit. ff. de pact. & argumẽtum optimũ in l. iusta. ff. de verb. sig. & in l. iij. in §. de illo. ff. pro soc. & in l. j. ff. de testa. Sed quia illatio ex præmissis non esset, nec ratio de dicto, à suprà dictis, hac relicta, recedẽdum non puto, & intelligẽdum amplius iusto pacto bona fide facto: vt ibi exponit, & bene Alber. & declarat Bar. in l. qui exceptionem. in fi. ff. de condi. inde.

DCXLII.

1 *Intellectus l. tres fratres ff. de pact. & per totum.*

2 *Dolus nemini debet patrocinari.*

MAximè mirũ videtur, ꝙ in l. sub prætextu. & in l. fratris. & in l. causas. C. de trãsac. & in l. post decisionẽ. C. de fur. & in l. Lucius. in §. fi. ff. ad Treb. nõ posit, transigens venire cõtra trãsactionẽ, nec cõtra diuisionẽ frater, quo minus in pœnã incidat in l. qui Romæ. in §. duo fratres. ff. de ver. obl. quod etiã tenuit Bar. in l. si quis cùm aliter. in iiij. col. ff. de ver. obl. & Bal. in l. ordo. in j. ad fi. C. de execu. rei iudic. & tñ veniat Seius ac Mæuia in casu. l. tres
1 fratres. ff. de pact. † Ignorãtiaq; supina & crassa sibi haud officiat. iuxta not. in l. regula. ff. de iu. & fact. igno. & in l. cũ sex. ff. de ædil. edict. & in l. quisquis. cũ sim. C. de rescin. vẽ. Sed nihil est, qm̃ supra dictis oĩbus casibꝰ trãsactio, siue diuisio vim trãsactionis habẽs, bona fide facta erat. in d. l. fratres, autem, Titius dolosè versatus in ea, ex quo tacuerat, nec de pecunia: quam subtraxerat matri mẽtionẽ fecerat, igitur† dolꝰ sibi patrocinari nõ debet. l. Titio.
2 ff. ad muni. l. verũ. §. tẽpus. ff. ꝓ soc. c. sedes apl̃ica. de rescri. nec ipse maiorẽ partẽ habere, minorẽ verò alij: vt in simili in sociis dicit in d. l. verũ. in §. cũ in tres. ff. ꝓ soc. & ad ꝓpositũ rectè, qm̃, vt ibidẽ in prin. societas instar fraternitatis habet, & si agẽtibꝰ dictis Seio & Mæuia eis pacti gñalis cõuenti exceptio obiiciatur, de dolo efficaciter replicari poterit, & Titius cõpelli pro portionibus hæreditariis, ad pecuniæ subtractæ restitutionem, quæ exceptio vt actio verriculũ ab Aquilio appellatur, quo euertãtur hominũ fraudes, inuẽta amplius ad terrorẽ subdolorum, & continens restitutionem fauorabilem his, qui dãnum patiuntur, patrimoniiq; diminutionem: secundum Bar. in l. & eleganter. in §. seruis. ad fi. ff. de dolo. nec ignorantia crassa, aut supina dici potest, quia thesaurus communiter solet occultari, qua de re fortè pecuniã auream dixit subtractam fuisse. §. thesaurus. Insti. de re. diui. l. peregrè. ff. de acqui. possess.

DCXLIII.

1 *In confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando dũ tamen confessio sit certa, & in iudicio facta. nu. 2.*

1 SOlet dici, in cõfessum nullas alias esse † partes iudicis, nisi in cõdẽnando. l. proinde. §. fi. ff. ad le. Aquil. c. nos in quẽquã. ij. q. j. etiã si ꝓcessus esset nullus, ratione ordinis non seruati. c. Pisanis. de resti. spo. l. sed & si possessori. §. pe. ff. de iureiur. tradit Bal. in l. cũ mulier. in xij. col. ff. solu. mat. documẽtumq; est reis, ne hoc faciãt, sicuti nec adultera, quæ non respondit pariter Christo interroganti
2 Mar. 14. c. declara verũ, dũmodo† cõfessio sit certa. l. certum. ff. de cõfess. l. admonẽdi. & ibi Bar. in vij. col. ff. de iureiur. qm̃ aliàs certa sententia ferri non posset, & malè. §. curare. Insti. de actio. l. vt fundus. ff cõmuni diui. l. fi. C. de fideicõ. lib. c. licet Heli. de simo. Itẽ si in iudicio facta fuerit, qm̃ si extra, secus. & declarat gl. multum not. in l. fin. in §. necessitate. magna, ad medium. C. de bo. quæ libe. & in c. dudum. ij. in ver. responsionem. de elect. & hac de re fortè, quod nota, alibi dixit Iurisconſ. in l. tale pactũ. in §. qui prouocauit. in fi. quòd *Iudex appellationis iustam conuentionem, veluti confessi. eo casu sequetur.* ff. de pact. quia scilicet in iudicio facta non erat.

DCXLIIII.

1 *Causa appellationis, & restitutionis in integrum non in omnibus æquiparantur.*

1 LIcet† caussa appellationis, & restitutiõis, æquiparari videatur, quia ꝓcurator datus ad caussam principalẽ, exercet etiã caussam restitutionis, secundum Bar. in l. inuitus.

inuitus.in ij.lectu.in ij.colum.C. de procurat. aliquid Bal. in l.j.in §.eum qui.ff. de postul. tamen differunt communiter. l. præfecti etiam prætorio ff.de mino.ex eoque probatur vltra, quia appellatio pronunciatum extinguit,non restitutio, vt idem Bart.dicit in l.illud.ff. de appel.& ad longum videndus est Alex.in l.si causa cognita.in j.col.C.de transac.& est simile in l.si expressim.ff.de appell.& in authen. quæ supplicatio. cũ not.vtrobique.C.de preci.imperat.offe.& latius declarat Philip.Deci.in l.fin.num.50.vbi & nos multa.C.de edic.di.Adria. tollen.

DCXLV.

1 *Intellectus l.minor annis xxv.cui fideicommissum.ff.de minor.*

1 NOn † ita ruditer debet intelligi,quod habetur in l. minor annis xxv.cui fideicommissum.ff.de mino.q̃ sententia habet executionem paratam,ad quod etiam allegari solet, sed ita demum,si iudicis officium imploretur.l. intra dies. & ibi Bar.ff.de re iudi.qui hoc idem disputat etiã latius in l.ne quidquam.in §.vbi decretum.in ij.col.ff.de offi. procons. Adde p̃ singulari dicto nimirum esse,quia ipsum quoq; officium iudicis huiusmodi est,vt idem Bart.inquit in l.si creditores.in vj.& ix.C.de pigno.

DCXLVI.

1 *Iudex si præter solitum à tribunali discedat,non nocet comparenti: nec dicetur contumax.*

1 IVdex præcipiti festinatione,& præter † solitum, à tribunali discesserat: dubitatur,an comparenti hoc ipsum noceret,& an hoc non obstante diceretur contumax? multi tenebant q̃ sic,fortè quia subesse videtur quid,quod ipsi potest imputari: cùm non vigilauerit.arg.in l.pupillus.ff.quæ in frau.credi.tamen contrarium verius est,& memoriæ semper commendandum: quia errant in hoc multi,& p̃batur breuiter,in l. si cùm ipse.vbi Bal.ad fi.ff.de excu.tuto.& in l.diuus.ff.de restit.in integ.dictumq; hoc exclamat Sicul.iure merito,in c. ad nostrã. in iij.col.de consue.

DCXLVII.

1 *Legitima filio debita non succedit loco alimentorum.*

1 SOlet dici rursum,legitimam filio debitam † iure naturæ, id est,quodam instinctu naturali,de iure tamen ciuili.l. scripto.ff.vnde lib.l.cum ratio.ff.de bo.dam.tradit Bartol.in authent.de hæredi.& fal.in prin.loco alimentorum succedere. §. prohibemus.in auth.de trien.& semiss. vsque adeò vt ea fraudari non possit.l.si quis à liberis.§.si vel parens.& ibidem Bartol.ff.de lib.agno.quod tamen mihi nunquàm visum est verum,quoniam nec viuens pater posset eam dissipare,& tamen cùm debita tunc non sit,l.final.ff.de liber.agnoscen.potest. l. j.ff.si quid in frau.patr.l.non vsque adeò.ff.si quis à pa.fue.ma. declarat.Bald.in l.j.in ij.C.de bon. authorit. iudic. possiden. nec est verum,quòd loco alimentorum succedat: quia ea causa impulsiua fuit,non finalis, & consequenter non attendenda.l.j.§.sexum.ff.de postulan.probo,quia si filius haberet vnde se aleret,pater eam sibi relinquere non teneretur. dicta l. si quis à liberis.dicto §.si vel parens. de liber. agnoscent. & tamen tenetur,nisi dissipata fuerit vt suprà §. aliud quoque capitulum.in authent.vt cùm de app.cog.& not.latius in c.Raynutius.de testa.

DCXLVIII.

1 *Libertates olim & iure digestorum,legitimam minuebant,sed non iure nouo Codicis.*

1 LIbertates † adeò fauorabiles sunt.l.ij.§.j.de alie.iudi.mut. cau.fac.vt quartam etiam iure naturæ debitam, minuãt. quod videtur mirabile,secundum Paul.de cast. in l. Papinianus.in §.quarta.in ij.colum.ff.de inoffic.testa.quod tamen intellige tu,& declara,verum olim,& de iure digestorum,non hodie iure nouo Codicis,quoniam filio debetur absque aliquo grauamine.l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.testa.§.prohibemus.in auth. de trien.& semiss. & si legitimam minuebant,multomagis minuebant falcidiam alio iure debitam. d.§.quarta.quem text.in versic.sed an & libertates,sic restitue, vt somnia gloss.Bart.& aliorum,ac phylateriæ cessent, & re ipsa tollantur.

Sed an libertates, quartam minuat uidendum est: Namq; si quum quis ex asse hæres institutus est, ideò non potest dicere in offi ciosum, quia habet falcidiam, falcidia autem libertates non minuit. Igitur potest dici deductis libertatibus, quartam incundam. Cum igitur, &c.

DCXLIX.

1 *Adiuncti ratione multa conceduntur,quæ alias non concederentur.*

1 ADeo † verum est,adiuncti ratione multa concedi à lege, q̃ regulariter nõ concederentur aliàs,quod exemplo videri potest in l.si cõmunem.in princ.ff.quemad.ser.ami.& in l.loci corpus.in §.si fundus.ff.si serui.ven.& in c.multorũ,de Iudæ.& vltra,quia diuiduum sui natura ea de re iudicatur indiuiduũ. l.si ita fuerit.§.hæc quæstio.ff.de manumissi.testa.tradit Bar.in l.iiij.in §.Cato.in x.col.ff.de ver.ob.stipulatioq; vti frui si adijciatur verbum dicitur esse iuris,vbi aliàs est facti,secundũ eundem Bart.in l.stipulatio ista habere licere.in §.si quis ita.in ij. col.ff.eo.& vsusfructus deniq; indiuiduus,cùm tamen factum diuiduum sit.eodem teste adhuc in l. stipulationes non diuiduntur.in xj.col.ff.eod.vt à propria significatione verborũ recedere pariter possimus: & limitabitur quod habetur in l. nõ aliter.& in l.ille.in §.cum in verbis.ff.de leg.iij.& in l.j.in §. in re igitur dubia.cum similibus.ff.de exerci. act. casus est egregius,& singularis,quem ibi in specie ad istud not.Bal.in l.si seruus.in §.qui quinq;.ff.de legat.j.vbi dictum dubitatiuè,pro dicto sine aliqua dubitatione habetur,exempli gratia,vix ratio patitur,pro nullo modo patitur,eo addito (casus enim aliàs est satis clarus) quia certum corpus,quod in rerum natura nõ erat,quodammodo legatum videbatur, & est vtile, quia etto in simili,q̃ testis deponens per verbum credo, non probat. l. quid tamen.§.j.ff.de arbitr.probat tamen si dixerit,credo, q̃a vidi,& præsens fui,ratioq; addita,potius quàm dictum attenditur,& vt in d.§.qui quinquè.latius.

DCL.

1 *Testator si legauerit uxori omne frumentum,quod in domo habet, & illud consumat,si tantundem reponat,an cedat uxoris lucro.*

1 TEstator † legauerat vxori suæ omne frumentum,quod habebat in domo:deinde illud cõsumpsit.dubitabitur,si tantundẽ in domo reposuisset,an illud vxoris legatariæ lucro cederet,necne? Dicebant aliqui,q̃ sic,quia subrogatũ loco primi esse videtur,argu.sumpto ex his,quæ habentur in l. si eum. in §.qui iniuriarum.ff.si quis cau.& in l.j.in §.hęc actio.ff.si quis testa.lib.esse iussus fuerit.& in §.fuerat.Instit.de actio.ali; contrarium,quia dispositio testatoris in rebus præsentibus verificari debet,non etiam futuris:aliàs à lege non differret:l.lege. C.de legi.c.fin.de consti.dicendum minimè,quia testator semel loquitur,lex autem semper,secundum Bart.in ij.col. ff.de condi.ex leg.& sic non semper de lege ad testatorẽ argui poterit.quamuis lex eius voluntas sit,respectu eorum,quæ in testamento ordinãtur.§.disponat.in authen.de nup.& hæc opi. placet,veriorq; videtur,nisi idipsum repositum fit per modũ subrogationis,quia tunc secus.casus est in d.l.si seruus in d. §. qui quinq;.& ibi Angel.in specie.ff.de legat. j. quotidianũ nãq; est,semper memoriæ commendandum.

DCLI.

1 *Deponens mandato tertij,aut alias,ne in mora constituatur,pecunias,apud eum qui ab omnibus opinionis integræ reputabatur,si per eius fugã deperdantur,nihilominus liberatur.*

FVi interrogatus hoc mane,si quis,aut ratione officij,vel q̃a debitor,ne in mora fortè constitueretur,aut mandato tertij,pecunias deposuisset,& apud eum quidem,qui integræ opinionis homo erat ab omnibus reputatus,hæque perditæ fuissent ob ipsius fugam,an teneretur, & esset obligatus petentibus tantundem soluere? Prima facie videbatur dicendum, quòd sic,ex quo egisse non videtur,vt agere debebat,& quemadmodum fecisset quilibet diligentissim' paterfamilias.l.cum de indebito.paulopost princ.ff.de proba.l.quod Nerua.ff.depon.si constante.§.si maritus.ff.sol.matrim.Et tamen respondi,verissimumque est,contrarium, quoniam imò hoc casu haud est imputandum,aliàs autem tutores & curatores,q̃ quotidie minorum thesauros,ne dicam pecunias, apud campsores,& nummularios deponunt,ad quorum fidem semper recurrimus.l quædam.§.nummularios.ff.de eden.hoc casu etiam tenerentur. & tamen clarum est,atque indubitatum non teneri,

Singul.Doctor.

ergo nec in casu præsenti deponens: casus est in l. pignus. ff. de pigno. ac. & in l. si res pupillaris, ad literam. ff. de admini. tut. & in l. si à bonæ fidei, & ibi Angel. in specie. ff. de rei vendi. ex hoc verum non erit argum. dubitationem faciens, quod aliter nō repeto.

DCLII.

1 *Vsusfructus si legetur alicui isq; prohibitus sit ipsum alienare, valet legatū, & legata censetur proprietas.*

1 INterrogarat, etiam alius me paulopost, si legaretur vsusfructus † alicui, isq; prohibitus fuisset ipsum alienare, an legatū valeret? Cui dixi prima facie, quòd non: quia onus adiectum rei haud videbatur conueniens, vsq; adeò vt ex hoc præsumatur testator legare potius voluisse: posteà recordatus ꝙ imò verba impropriāda sunt, vt volūtas testatoris seruetur, quodq; in dubio nunquam est præsumendum, ipsum actum elusoriū, facere voluisse. l. quoties. l. in ambiguū. & ibi Bart. ff. eo. l. fi. ff. de man. testa. l. mutianæ. ff. de condict. & demonstrat. mutaui opinionē, & conclusi ex hac prohibitione ipsum proprietatem consequi debere: & est verior, tenendaq; sine disputatione, & in terminis ita tenuit Angel. in l. Proculus, per illum text. ff. de vsufru. soletq; ad hoc allegari, quòd si verba in proprio significato nihil operari possunt, ab ipsis recedim⁹ etiā impropriando. & idē. in l. si cùm ante. C de do. ante nupt. & in l. si tam angusti. ff. de serui.

DCLIII.

1 *Tempus an sit modus tollendæ aut inducendæ obligationis.*

1 SOlet dici sæpè, quòd tempus non est † modus inducendæ, vel tollendæ obligationis. l. obligationū ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig. l. nemo potest. ff. de legat. j. l. eum qui. §. qui ita. & ibi Bart. in prin. ff. de verb. oblig. qua de re ignorans etiam, & infinitis vicibus soluens, hac ratione sibi nō præiudicat, vt inquit idem Bartol. in l. & si inutiliter. in j. column. C. de fideicom. præsumiturq; obligatus hodie, qui obligatus erat olim. l. si minorem. & ibi Odoff. ad si. C. de restit. in integ. & sic quod habet, quòd hodie præsumitur verum id, quod rectò constat verum fuisse, procedit in his, quæ cursu temporis non mutantur. Ideo & vltimò stipulatio annua perpetua est, & post mortem durat, quamuis hæres tamen exceptione repellatur. eodem Bart. teste in l. si Stichum. in §. fi. ad fin. ff. de verb. obligat. ¶ Sed contrà: quia nec etiam iuramentū inducit, aut tollit obligationem. l. ij. & ibi not. ff. de iureiur. & tamen ex eo oritur actio. l. actori. C. de iureiuran. ergo & obligatio. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. quod & clarius probatur per tex. in l. si pupillis. ff. de admi. tut. ibi, qui tempore liberatus est. & in l. illud. C. de lega. nisi ad primū dicamus, quòd loquatur, quando interpositum est super aliquo de præterito, & ad litē decidendā, ergo non si super aliquo futuro præstando. Ad secundum vero, id non de tempore simpliciter intelligi, sed de præscriptione annorum 30. quæ solutioni similis est, vsq; adeò vt omnis actio tollatur regulariter. l. omnes. l. sicuti. l. cùm notissimi. C. de præscri. 30. anno. at solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio. vt Insti. quib. mod. tol. oblig. in prin. ergo & præscriptione. & ad idem facit gl. no. in rub. de diuers. & tēp. præscrip. ad tertium respondet ibi Bar. quem non refero aliter, & clarius in dict. l. nemo potest. in iij. col.

DCLIIII.

1 *Differentiam inter concessionem personalem & realem*

1 SI tu nescires differentiam inter concessionem † personalē, & realē, declarabo tibi, dummodo velis discere, & sine disputatione. scitusq; est dignum, quoniam ea personalis est, si verborum formā, natura rei, & causa cōcessionis adfuerit, realis verò, si istorum nullum, ex quo in beneficio principum debet semper fieri latissima interpretatio. l. fi. ff. de consti. princ. & not. in l. forma. in §. quanquam. ff. de censi. & in l. ij. de pact. inter em pt. & ven. & in c. cùm venissent. de insti. & exemplum, si dixerint, industria propriè electa, quod ex verbis concessionis dicitur. c. quoniam Abbas. c. fin. de offi. delegat. Concedo quòd partē iurisdictionis exerceas. Item concedo tibi vsumfructum castri, declaratque Bald. & bene hoit multa. in l. cum seruus. in §. si quis. ff. de lega. j. aliquid Bar. in l. pater. in j. col. ff. de serui. lega.

DCLV.

1 *In cautione damni infecti quilibet admittitur ad defendendum partem suam: sed non in actione noxali: & quare.*

1 QVare est, quòd in cautione damni infecti † quilibet admittitur ad defendendum partem suam. l. si communes. ff. de nego. gest. non autem in actione noxali, quæ iudicatur indiuidua; & tamen damni infecti quasi noxalis dicitur. l. Prætor. §. hoc edictum. ff. de dam. infec. Solutio facilis est, si dixerimus, hoc ideò inductum fuisse, quia primo casu nihil est in obligatione, sed totum petitur officio iudicis. l. cùm postulassem. ff. de dam. infect. l. iiij. §. hoc autem edictum. ff. eo. ideò ad nullū inconueniens potest deueniri. secundo autem sic, ex quo animal vel seruus non est in obligatione, sed quantitas damni. l. miles. §. decem. ff. de re iudi. & posset contingere quòd dominus vellet seruum defendere: alius verò eum dare pro noxa: igitur non mirum si defensio pro parte non admittitur. & dictū mirabile videtur, inconueniens esse vitandum, quantum possibile sit, ad quod potest etiam commodè induci text. optim⁹. in l. Papinianus. in §. quarta. ff. de inoffic. testa. & ad propositū ita declarat Bart. & bene, nec aliud dicendum puto in d. l. si cōmunes. & in l. suprà. in §. officium. ff. de aqua plu. ar, quem refert & sequutus est pariter Flor. de Sancto Petro. in l. hæredes. in §. si vnus. ff. famil. ercis.

DCLVI.

DVbitabam etiam quare est, quòd. l. j. in fin. ff. de exceptio. doli. de exceptione loquatur secundum naturam tamen tituli sub quo situata est. l. Imperator. ff. de in diem adiect. locumq; habeat etiam in appellatione. l. non distinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbitr. & nihilominus à lege rigorosa non appelletur. l. fi. ff. de appel. re. l. prospexit. ff. qui & à quib. c. in istis. iiij. dist. dolus autem qui committitur in legibus condendis per superiorem corrigi. d. l. j. in fin. solutio etiam plana est, hoc casu non mirum, quia iniquitas specialis non omnes tangebat, sed paucos: illo verò generalis. quod ex no. hincinde colligitur. & præsertim in d. l. fi. & clarius quàm alibi in l. ij. in §. posteà. vbi Bald. quoq; in ij. lect. ff. de origi. iur. & est arg. in l. de ætate. in §. nihil. ff. de inte. actio. & in l. prætor edixit. in prin. ff. de iniur. & in l. cùm incertus. ff. de leg. j.

DCLVII.

1 *Decurio in memoriam præcedentis dignitatis non torquetur, quod instrætur ad multa per discursum.*

1 IN memoriam præcedentis † dignitatis, decurio torqueri [a]
a non potest. l. fi. ff. de decu. & est generale dictum, seruiens ad multa. & idem in l. vnius. in §. seruus. ff. de quæstio. aliquid Iaso. in l. ita stipulat⁹. in §. Chrisogonus. in viij. col. ff. de ver. obl. & hinc est. quòd pater succedit in simili in bonis filij emancipati, non quia ei sit agnatus, sed in memoriam præcedentis agnationis. §. fin. insti. de legi. agnat. su. §. fin. iunct. gloss. de tutel. eo. lib. & dixi ego in l. qui se patris. G. vn. lib. quodque desinente tutela testamentaria, non ipso iure, verum iudicis ministerio excusationem admittentis, ad datiuam deuenitur, non ad legitimam, propter reliquias præcedentis durantes: secundum Bald. in l. si quis sub conditione. in ij. col. ff. de testa. tutel. & quòd denique est maxima differentia inter tabellionem, q nunquàm fuit, & inter eum, qui fuit aliquando, quoniam remanent reliquiæ tabellionatus inseparabiles: vt not. in l. si pluribus. ff. de auth. tut. & tradit idem Bal. in l. ad testium. in §. j. in ij. ff. de testamentis. & hoc est quod dubitandi rationem faciebat in l. liberti. ff. de assessor. ne libertus assessor esse posset, in præcedentis seruitutis memoriam, sed tamen ibi posteà deciditur contrarium, alia ratione, quę dubitationem tollit. nec refero. Dico etiam ego adhuc in l. j. C. de edend. à simili, quòd in odium præcedentis delicti in vsurario, admittit lex: vt ante vsurarum restitutionem, licèt eas exercere desierit, tenetur edere librum rationum suarum actori, etiam ad fundandam intentionem. & idem Bal. ad propositū. de quo suprà in l. Caius. in ij. col. ff. solut. ma. ꝙ quando ascendens habuit in potestate descendentem, in memoriā ipsius eidem quærit vtilem actionem. Sed ꝓ singulari dicto, cæteris sepositis, obseruandum vltimo loco videtur, hoc adeò verum esse: vt etiā degradatum clericū percutiens. iuxta no. in cap. cùm non ab homine. de iud. quando scilicet deuenit in profundum malorum, incidat in sententiam

tentiam excommunicationis concilij Lateranensis. c. si quis suadente Diabolo.17.q.iiij.in memoriam præcedentis qualitatis,& quia character semper durat semel impressum: vt in c. sanè.& in c.cùm quidam.& in c.consultationi.de tempo. ordin.& est argum.in l.iij.§.de illo.ff.pro soc.& in l.quis ergo casus.& in l.quod debetur.de pecu.& ita breuiter sentit glo. multum not.ad hoc in c.degradatio. in verbo,priuilegium.de pœnit.in vj.

ADDITIO.

a Torqueri. Ad hanc materiam adde plenè Cæpol.cantel.ij. nu. 11.& seq.

DCLVIII.

1 *Verba enuntiatiua non inducunt dispositionem nisi in ultimis uoluntatibus.*

1 VErba † enuntiatiua non inducunt iuris dispositionem,nisi in vltimis voluntatibus.declarando tamen latiùs vt no. in l.ex hac scriptura.ff.de do.& ideò si in noui oper.nunciatione dicatur, *Nescie quare me impedias*, non videtur peti,vt causa exprimatur,ne nunciatio dicatur inepta: secundum Barto.in l. j.in iiij.colum.ff.de no.oper.nun.aliàs ex eis acquireretur quoque dominium,siue possessio,haud dicendum.l. quod meo, & ibi idem Bartol.in princip.in ij.colum.ff.de acquir. poss. Sed tamen quòd inter viuos etiam disponant, videtur casus in l.si quis mihi bona.in §.pater. vbi Bartol.adhuc.ff.de acquir.hæred.& est verius.Nec obst.supradicta: quia imò idipsum peti videtur,& plus,quòd verba sunt potius dispositiua, quàm enuntiatiua.l.&eo modo.l.etiam.ff.de leg. j.& tenuit ipsemet in d.l.j.& bene.

DCLIX.

1 *Pœnitentia in transactione non habet locum.*

2 *Iudicia omnia absolutoria sunt,non condemnatoria.*

1 LIberationis † fauor maximus est,adeò vt in transactione non habeat locum pœnitentia,licèt sit contractus innominatus,quod est notandum pro limitatione.l.si pecuniam.ff.de condi.ob caus. ita Bartolo.in l.si causa cognita. C.de transactio.& in l.de di.in princip.ff.de condi.ob cau.sententia etiã secunda contra sententiam valet,licèt non sit regulare; vt idẽ Bartol.dicit in l.nam posteaquàm.in §.si damnetur. in princ. ff.de iureiur.& hinc est quòd facilius hac ratione datur exceptio,quàm actio.l.sicut.§.j.ff.quib.mod.pign.vel hypo.sol.l.si hæres pecuniam.ff.ad trebell.tradit Alexand.in l. si cùm dotem.in vj.col.ff.solut.matri.& Bartol.ante eum in l.j.in §.nũc tractemus.in j.colum.ff.de tutel.& ra.distra. & quia beneficio cessionis quis consequitur ius agendi,beneficio verò diuisionis,excipiendi.potius isti,quàm illi,fauendum est, eodem Alex.teste in l.j.in ij.column.C.de transact.dicimus rursum,iu-
2 dicia omnia absolutoria † esse,non autem condemnatoria. §.fi.insti.de perpe.&tempo.ac.& bene.Sed tamen nota sing.dictum,quòd licèt hac de re iudex pœnam moderetur reo condemnato,non valenti ob inopiam soluere,non tamen eum restituit,si posteà de eius innocentia appareat.l.j.§.fi.ff. de offic. præsi.l.j.§.fi.ff.de quæstio.

DCLX.

1 *Alimenta qui ex dispositione testatoris habet, habebit etiam expensas in studio.*

EX oratione testatoria habebat quis alimenta, dubitabatur,nunquid expensas etiam habere deberet in studio? dixi quòd sic,simile adducendo,de quo in l.qui filium.ff.vbi pup. edu.debe.Sed contrà de l.legatis.ff.de alimen.& ciba. leg. vbi ad literam dicitur,legatis alimentis,cibaris & vestitus, ac habitationem tantum,contineri,non quæ ad disciplinam pertinent.Sol.facilis est,si dixerimus ex dispositione testatoris deberi: vt hic,non legis: vt ibi,argu.in l.Celsus.ff.de arbit. multaque concessi ego in tracta.de modis soluendi.in ij.parte. in x.modo,impresso nuper.

DCLXI.

1 *Fideiussor non potest in plus obligari quàm principalis: quod declara.*

1 FIdeiussor † nõ potest in plus obligari [a] quam principalis. l. Græcè.§.illud.l.hi qui accessionis.ff.de fideiussorib.§.fideiussores.Institut.eo.& patet (vt aiunt) lippis & tonsoribus. Nihilominus tamen pro intellectu nota, verum esse in his,quæ principaliter deducũtur in obligationẽ,sed in his,quæ ex post facto.propter aliquod factum,vel non factum incipiunt deberi,in plus teneri potest,ideò licèt principalis pœnam non promiserit,& fideiussor intercesserit,promittendo pœnam,non vitiatur fideiussio,& licèt principalis teneatur officio iudicis, hoc casu tamen fideiussor iure obligationis teneri potest: secundum Barto.in l.centum capuæ.in ij.co.ff.de eo quod cert. loc.aliquid in l.si post moram.in ij.& iij.ff.eo.

ADDITIO.

a Plus obligari. Adde quod hoc fallit si interueniat iuramentũ: quia ex quo iuramentũ facit,vt actus valeat omni meliori modo, tunc vigore iuramenti tenebitur,non vt fideiussor,sed vt principalis: secundũ Bartol.in l.si quis pro eo.ff.de fideiussor. Vide Cremens.sing.xlij.

DCLXII.

1 *Idoneus magis quis dicatur.*

1 EGo quæro,cùm in officijs preferatur † magis idoneus,quis talis dicetur? Respondeo,ille (& scitu dignum est) qui meliores habebit fideiussores,quamuis ex se minus idoneus sit,casus est in l.si plures.ff.de fideiusso.& no.Bald.in l.testamento.ff. de testa.quod tamen posteà,ac in omnibus casibus non probarem facilè,ideò cogitandum est,& in loco prædicto idem Bald.diligenter legendus.

DCLXIII.

1 *Exceptio est actionis exclusio.*

1 VVlgatum etiam est,exceptionem † nihil aliud esse,nisi exclusionẽ actionis,eaq; ratione inuentã fuisse. l.j.& ij. ff.de exceptio. & vt exceptione,reo esset consultũ: vt actione actori,qua de re actor etiã dictus est d.l.j.de exceptio.l.in exceptionibus.ff.de proba.Sed contrà: quia exceptio doli competit, actione doli etiam non intentata,& idem in actione quod metus causa.l.nam & posteà.§.si minor.& ibi Ba[illegible] ij.col.ff. de iureiur.Sol.quandoquè prætor dat actionẽ ex aliquo facto,ex quo dat etiã exceptionem,nulla actione intentata,& ita procedat contrarium,quandoquè non actionẽ, sed officiũ iudicis, & tunc non competit exceptio, nisi officio iudicis intentato principaliter,siue per modum contradictionis, quod est notandum: vt per Bart.in dicto loco.

DCLXIIII.

1 *Possessio quare à pede, & non à manu dicta sit.*

REi mobilis vilis & abiecta est possessio.l.si rẽ mobilem. ff.
1 de acquir. possessio.Non sic immobilis.l.peregrè. ff.eo.& ideò non mirum † si possessio dicta est,non cauilando literã, à pede,& non à manu: quoniam instrumentũ est dignius, ad eam acquirendam.l.j.& ibi no.ff.de acq. poss. dignius tamen dixi hoc casu tñ,quoniã aliàs à pedibus,tanq̃ ab inferi[illegible] parte corporis,& viliori,pedanei iudices,viles,& infimi appellati fuerunt.de quibus in l.placet.C.de ped.iu.& in l.quoties.C.de iu.& in l.fi.C.vbi & apud quẽ.& in l.preter.ff.de tu.& cu.ab his. & in l.ij.C.de lib.& eo.lib.& in l.nulli.C.de sen.& int.om.iud. & in l.si qs aliquid.in fin.ff.de pœn.habentes tamen ordinariã iurisdictionem tunc,& de minimis cognoscentes causis: vt in d.l.placet.& in rub.eo.tit.not.licet hodie,quod adhuc in dictis locis dicitur,& bene, ex pace Constantiæ constitutione, merum & mixtum habeant imperium.

DCLXV.

1 *Intellectus l.qui æquitate.ff.de dol.except.*

1 DVo notanda sunt ad exornationẽ † l.q. equitate.ff. de exc. do. Vnũ,quod verũ sit dictum hic in omni exceptione,licèt ista in exceptione doli loquatur,ita Bar.in l.non solùm.in §. si liberationis verba.in j.& ij.col.ff.de lib.leg. Aliud,quod exceptio causata ab æquitate,qua nititur ab initio, durat,licèt æquitas nõ duret,quoniã illa nõ est causa essendi,sed fiendi. l. patre furioso.ff.de his q. sunt sui vel alie.iu.l.ij.§.circa.ff.de exce. dol. Addo itẽ & tertiũ,quod vbi nõ est æquitas,ibi non cadit exceptio,ex prouisione legis,sed ex prouisione hominis sic.l. iur. gent.§.sed si fraudandi.ff.de pact.& vtrumq; tradit Bald.egregie in l.si vnus.in §.pactus.in ij.lectu.in iij.co.ff.de pact.

DCLXVI.

A uerbis legis quandoque recedendum.

EGo nunquàm intellexi rationem glo. in l. domini. in §. si is qui vicinas. ff. de dam. infect. vulga. dum inuehit in iudaizantes, & literam intelligentes ad corticem: vt iacet, similisq; est in l. non dubium. C. de legi. seu quare genus hoc hominum judaizat, & ad literam tñ scripturam intelligat, nec aliquid vltra quærat, nisi nunc, voloq; tibi lectori haud esse ignotũ. idipsum igitur dixisse breuiter scias, quia Moses figuram legis tenebat, tergumq; eius populus Iudaicus, vsq; adeò vt nihil mysticum, nihil spirituale intelligere voluerit, sed tñ literæ superficiem: vt Exo. 30. c. not. & hac de re, ne in nos inuehat pariter, & acrius text. in c. Marchion. j. q. j. dicebamus aliàs, ꝙ quamuis à verbis legis nec nos recedere debeamus, idque Iurisconſ. præcipiat in l. non aliter. ff. le. iij. & in l. j. in §. in re igitur dub.
1 ff. de exercito. ac. ab his † tamen recedimus, declarando. l. hæredes palàm. §. sed si notam. ff. de testa. subaudiendo. l. j. ff. de tut. & rat. distra. supplendo. l. Oratio. ff. de sponsa. detrahendo. l. quoties. §. si quis ita. ff. de hær. insti. & impropriando deniq; etiam cum violatione literæ. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tut. l. has causas. ff. de condi. & demonst. tradit Abb. in c. j. per illum text. de clan. despon. & fortè sensit alibi Iulus Paulus in l. cũ de lanionis. in §. asinã. §. fi. ff. de fun. instruc. instr. que leg. quòd non debemus, ex sententia Pedij, propriam verborum significationem scrutari sed in primis quid legislator senserit, negariq; non potest, & in simili dicitur alibi in l. si ita scripsisset. ff. de leg. ij. *Non dubitarem quantum ad uerborum significationẽ* quid ꝙ à verbis legis recedimus, etiam si fraus, vel absurditas, vel contrarietas resultet, ita vt tunc iuuari debeant modis supra dictis, & maximè subauditione: secundum Barto. vltimo loco in l. j. in repet. in ij. col. C. de sacrosanct. eccle.

DCLXVII.

1 *Res si deueniat ad eum casum, à quo incipere non potest. fallit nu. 2.*

VItiatur † res, si deuenit ad eũ casum, à quo incipere nõ potuit. text. in ultimo. l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verbo. obligat. Adde, & pro singulari dicto obserua, non esse verum, nec
2 procedere, † quando casus superueniens tendit ad eundem effectum cum dispositione. ita Bart. in l. debitor. in fi. princ. per illum text. ff. de leg. ij. & in d. §. & si placeat. Vel & aliter dic, ꝙ procedat, quando defectus est in superuenienti, vel originali. l. quamuis. C. ad leg. Iul. de adult. & declarat Abb. in c. j. in fin. de accus. & amplius si sequi possit aliquid absurdum, quòd vitiatur etiam si fuerit omni perfectione absoluta. exemplum in testatore, cuius testamentum vitiatur pariter, si se in arrogationem dederit, quia bona acquiruntur patri arroganti, & absurdum est, quòd valet testamentum eius, qui nõ habet bona. §. non tamen. insti. quid mod. test. infir. l. qui liberis. § testamentum. ff. de bon. poss. secund. tab.

DCLXVIII.

BOna fides consistit in animo, propositio hæc adeò vera est: vt negari non possit. & ꝓbatur in l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. do. sed aduertendum puto ꝗa hoc stante, iureiurando deberet etiã posse ꝓbari. §. aliæ. vbi gl. magistra. instit. de actio. similis in c. significasti. de homi. & tamen contrarium verius est. l. j. §. j. ff. de iti. actuq;. priua. Ideò videndus Bart. in l. j. in pe. co. C. de serui. & aqua.

DCLXIX.

Dominium rei legatæ an & quando transeat in legatarium.

1 TRita sententia est, dominiũ † rei legatæ, recta via transire in legatarium. l. à Titio. ff. de fur. l. legatum ita. ff. de leg. ij. in prin. vbi glo. ff. quo. leg. & hac ratione. ab eo emi nõ potest. l. rei suæ. de contrah. empt. & est gl. in l. huiusmodi. in §. qui seruum. ff. de leg. j. Sed tamen ꝓ declaratione scias in legato alternatiuo secus, quia non transit, nisi à tempore electionis: secundum Bart. in l. si is cui. in j. col. ff. de lega. ij. & in l. si quando. in §. hæres. ff. de leg. j. & quando testator legat rem suam, non hæredis, quia tunc nec isto casu transire videtur: vt idem Bartol. declarat in l. ij. ff. de ma. testa. & multominus, si hoc ipsum voluerit, quia potest facere, ne transeat, nisi possessione apprehensa. fuitq; dictum vltimo loco Bart. in l. j. ij. C. vt in possess. leg. Et si dicatur, neminem facere posse quin leges habeant locum in suo testamento. l. nemo potest. ff. de leg. j. ergo nec hîc quominus transeat. Respondeo, verum esse, quando leges sunt, formam & solennitatem inducentes, in casu isto haud considerabile: ergo poterit. vt aduertit quóque Ias. in l. testandi. in ij. col. C. de testa. quam hodie in punctis habuit doctissimus Ludouicus Betignolus Taruisinus, mihi vti filius, & frater semper honorandus, ac auditor nõ minus dilectus, quàm doctus. quæ dies fuit 24. Octo. M D X L I. Verùm instatur adhuc, quòd imò regula non sit vera, quia si transiret, legatarius actionem haberet furti, & tamen habet in factum, ergo non transit. Dic habere propter factum. & vide Bartol. adhuc in l. si hæredis seruus. in prin. ff. de leg. j. non transit dominium quoq; alio casu, si res legetur tacitè, nec isto alia regula. taciti & expressi procedit, quod no. pro limitatione. l. cùm quid. ff. si cert. petat. ita idem Barto. in l. seruum filij. in §. fi. ff. de leg. j.

DCLXX.

1 *Causa non requiritur in pacto liberatorio, secus si esset obligatorium.*

1 IN pacto † liberatorio de non petendo, causa non requiritur fauore liberationis: vt dixi alibi in discursu: ergo secus si esset obligatorium. l. tale pactum. in princi. ff. de pact. l. ij. §. circa. ff. de except. do. & est simile in iuramento interductorio obligationis, quod sine causa non valet ad effectum, vt inde oriatur obligatio: puta, si dicatur, iuro quòd centum tibi dabo, & iuramento introductorio dixi quia ex litis decisorio, & contractus inualidi aliàs confirmatorio, secus: secundum Bar. in l. iusiurandum. ij. in prin. ff. de iureiurand. sed tamen pro singulari dicto nòt. quòd si partes velint, causam etiam in liberatorio, inserere possunt non (vt dixi,) quòd necessarium sit. argu. in l. si quis in conscribendo. C. de pact. & in l. si iudex. ff. de mino. & in terminis in l. creditori. & ibi Odofr. in fin. C. de pact. aliquid Barto. in l. cùm de indebito. in princip. ff. de probatio. & in l. iurisgentium. in princip. pariter. ff. de pact. & ad materiam, quòd si stipulatio à sciente sine causa facta sit, habet in se tacitam donationis causam, aliàs non, in scriptura, quæ de se obligationem non inducit, nec probationem si sit sine causa. ita dicit idem Bart. in l. nuda. in ij. colum. ff. de donatio.

DCLXXI.

1 *Intellectus l. fi. ff. de iurisdict. omn. iud.*

1 QVare est, quòd iusdicenti extra territoriũ † impunè nõ paretur. l. fin. ff. de iur. omn. iud. & tamen interdictio bonis, quæ fit prodigo, & similibus personis ad omnem locum porrigitur. l. j. C. de eman. libet. l. is cui bonis. ff. de verbo. obligat. l. is cui. ff. de testament. Responde, hoc ideò esse, quia interdictum eisdem fit, non propter delictum & in pœnam, quo casu fortè obiecta regula procedit, sed vt prospectum sit potiùs horum vtilitati, & commodo, non habentium modum, & finem in expendendo. Igitur nec mirum, si ad omnem (vt diximus) porrigitur locum. & sensit Bartol. omninò videndus in l. relegatorum. in §. interdicere. ff. de int. & relegat. sed ad interdictionis propositum quæro, quid si consanguinei procurauerũt bonorum interdictionem fieri meretrici, an sibi prohibita sit testamenti factio. Dic quòd sic. regulariter autem non l. j. l. meretricem. C. de condi. ob. cau. l. & mulieri. ff. de cu. fu. dicta l. is cui. de testament. & not. Bald. in c. cùm decorem. de vit. & honest. cler.

DCLXXII.

1 *Nuntiatio iniusta an timenda, & quid in excommunicatione.*

SI verum est, quòd dicitur in l. j. in prin. ff. de no. oper. nũtiat.
1 quòd † nuntiatio etiam iniusta, timenda est, propter authoritatem prætoris, donec nuntians intra tres menses probet de iure suo. c. fin. de no. oper. nun. hoc idem multomagis dici debet in excommunicatione, propter authoritatem ecclesiæ, & censuræ: vt magis timeatur. ita Abb. in capit. j. in ij. col. extrà eod. non debet etiam sperni nuntiatio, quia de mora modici temporis, & de modico præiudicio agitur: vt in d. loco inquit, nisi existenti in dignitate fiat, & sit temporalis, quoniam tunc sperni poterit, non si perpetua. eodem teste in c. ij. tit. prędicto. & est notandum.

Legatarius

DCLXXIII.

1 *Legatarius loco hæredis habetur, & ei substituitur.*

Licet legatarius impropriè, imò † impropriissimè hæres sit. l. id tempus. ff. de vsucapion. ponderando duplex verbum ibi quoddammodò, & quasi fictionem, & improprietatem designans: vt ponderat Bald. in l. si abducta. in ij. col. C. de furt. quẽ refert & sequitur Ias. in l. si sic. in §. si quis ita. in ij. col. ff. de legat. j. nihilominus loco hæredis habetur: quia cùm præsumatur scire voluntatem defuncti, eligendi facultas transit ad eũ, sicuti ad hæredem, & ita legatarijs substitui potest. quemadmodum hæredibus. l. si stipulatus. & ibi Bart. in princ. ff. de verb. oblig. l. vt hæredibus. ff. de leg. ij.

DCLXXIIII.

Iustum dolorem temperare est difficile.

1 Difficile † est iustum dolorem temperare. l. si adulteriũ cum incestu. §. Imperatores. ff. de adulter. c. si verò. de sentẽ. excommunicatio. & ideò inferri potest, si insultatus insequatur incontinenti insultantem, & eum interficiat: vt hac de re, de occiso non teneatur, sed de vulnerato. ex quo etiam homicidium dolosum esse debet. l. j. C. ad legem Corneliam de sicar. vbi aliâs hoc casu est culpa, & non dolus: secundum Abba. in cap. cùm olim. in vij. col. de restitutione spoliatorum, exclamátq; Felin. in cap. dilecti filij. in penulti. col. vbi alia ad idem multa. de exce.

DCLXXV.

Excommunicatio nibus pluribus innodatus, si inde absoluatur, an sit unica absolutio, an uerò plures dicatur.

1 Pridie interrogatus fui, si quis pluribus † excommunicationibus esset innodatus, & inde absolutus, an vna sit absolutio, vel plures, & quum respondissem ex tempore, plures memor regulæ. l. scire debemus. ff. de ver. obl. inueni posteà domũ reuersus decisionem Bald. in terminis distinguentis tamen aliter, quòd responsio mea vera sit, si Episcopus absoluens, eas dinumerat, aliâs autem vna, si dicat, absoluo te ab omni excõmunicatione. in l. quoties. per illum text. ff. de legat. ij. quod etiam memoriæ commenda: vt certiùs respondeas, & pro singulari dicto in simili not. ad propositum, quòd licet tot pariter donationes esse videãtur, quot sunt res, vna tamen quò ad effectum insinuationis tantùm erit. ita Bart. in l. Modestinus. in fin. ff. de dona.

DCLXXVI.

1 *Frumenti appellatione quid ueniat.*

1 Frumenti † larga est significatio. l. frugem. ff. de verb. signifi. attamen: vt ibi sensit gloss. secundum communem vsum loquendi, qui maximè attendendus est. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. iij. capitur pro eo, quod sui nobilitate, omnes aliâs excedit fruges. adde Bart. in l. j. in §. de eo. ff. de aqua plu. ar. & obserua, si eiusdem fiat mentio, prȩsertim in statuto, quod semper secundum modum prædictum intelligi debebit: vt not. concludit idem Bart. in rub. ff. de no. op. nun. & his diebus euenit de facto, cum proclama puniret, frumentum corrumpentem, id est, immiscentem non immiscenda, & quis corrupisset aliâs fruges, an in pœnam incidisset, & breuiter fuit determinatum, quòd non, proclamáque iterum publicatum, nedum frumenti, verum etiam alterius frugis mentionem faciens.

DCLXXVII.

1 *Exceptio non semper firmat regulam in casibus non exceptis.*

1 Quamuis exceptio firmet regulam † in casibus non exceptuatis. l. quæsitũ. §. deniq;. ff. de fund. instruct. instrumentóq; lega. non firmat tamen si similia fuerint. l. j. iuncta gl. C. de cond. inde. Vel dic, ꝙ imò firmet, & sic sublimita, quanquàm similia fuerint, si verba vniuersalia in lege esse reperiantur, exempli gratia. in §. ad hoc perhibemus. in authen. de collato. Vicegerens à iudicibus mitti in prouinciam potest, qui omnia agat, quæ agerent ipsi iudices, præter vltimum suppliciũ & membri abscisionem, ergo præter hæc duo alia meri imperij agere pro arbitrio poterit, quæ exceptuatis sunt similia: quia dicit omnia, cogita, & dic amp'ius: vt dixi in l. j. in ij. lectu. ff. de officio. eius. vbi de materia d. §. ad hoc perhibemus. multa.

DCLXXVIII.

1 *Statutum super certo fauore fu idatum. remoto fauore, rem tnet sub dispositione iuris communis.*

1 Stat statutum, ꝙ extantibus † masculis, quamdiu super viuunt, fœmina non succedat. modo pater habens filium, & filiam, illum hæredem institui, istam verò præterijt, adiecta in testamento clausula codicillari, tandem pater moritur, filius se immiscet hæreditati, deinde decedit, filia vult dicere testamentum nullum, an possit, quæritur? Videretur dicendum, ꝙ non: quia habemus, quòd quandocunq; testamentum est tale: vt ex morte testatoris possit adiri hæreditas de iure ciuili, nunquam dicitur nullum, ratione præteritionis. l. si quis posthumus. §. si filium. ff. de lib. & post. & quia præteritus tunc, nullum testamentũ dici si pater tempore testamenti, tenebatur eum, vel instituere, vel exhæredare, ad quod per statum hîc non erat obligatus. l. si quis filio. in prin. ff. de in ius rup. irritóq; testa. l. si quis filium. C. de inof. testam. Vltimò: quia secundum mediam iuris prudentiam secundum quam, fœminæ à masculis differebant, illis non dabatur ius dicendi testamentũ nullum, sed quodam iure petebãt portionẽ quandam, idquè ius accrescendi appellabatur. l. maximum vicium. C. de lib. præteri. Tamen contrarium verius, & æquius vidstur, his non obstantibus, quoniam filij obstaculum amotum est, finito priuilegio ipsius per mortem, vsq; adeò vt filia prædicta in iure cõi reponatur. l. sed & milites. in fi. ff. de excu. tut. & ita tenuit Bal. in d. §. si filium. in ij. colum. & bene, quoniam rationes, & arg. suprà facta, procedunt, quando tunc ante finitum priuilegium vellet dicere testamentum nullum, & non postquàm (vt diximus) finitum est, alioq; iure sibi hoc idem permissum, licèt media iuris prudentia prohiberetur. Cogita..

DCLXXIX.

1 *Debitoris appellatione non uenit debitor ex actione personali.*

In facto euenit, ꝙ q.dam medicus, & sic iuris ignarus, qui tamen in dubio videt se voluisse conformare cum dispositione iuris cõmunis, vulgar. l. hȩredes mei. §. cùm ita. ff. ad trebel. omnibus debitoribus suis liberationem legau... quibus ali... qui erant, res testatoris possidentes, dubitabatur, nunq.d his etiam intelligeretur legata aliquibus videbatur dicendum, ꝙ sic, quia omnib⁹ legauit. l. Iulianus. ff. de leg. iij. c. solitæ de maio. & obe. tamen mihi contrarium visum est verius, quoniam
1 appellatione † debitoris, non venit debitor ex actione reali, in tm̃ vt dictio vniuersalis omnibus, prædicta, restringatur ad personaliter obligatos tantum. l. q per collusionẽ. ff. de actio. empti. & no. in §. omniũ. instit. de acti. & est casus terminis in l. Aurelius in §. Mæuia. ff. de libe. lega. quẽ Bal. dicit singularem in l. cùm necessitatem. C. de fidecom. & hinc est, si creditor debitori successerit, ꝙ actiones confunduntur. l. debitori. C. de pact. si personales fuerint pariter, non si reales: vt ibi not. & si soror fecerit generalem quietationẽ fratribus, de omni, & toto eo, quod sibi debetur, non extendetur ad res, quas poterat vendicare, dict. §. mæuia. per quem text. adhuc ita ... dixit Bal. in l. pactum. in ij. C. de collat.

DCLXXX.

1 *Potentia actui propinqua, actus est. fallit. nu 2.*

1 Potentia †, ꝓpinqua actui, actus est. l. quæsitum. §. illud fortassis. ff. de lega. iij. l. pen. ff. de mil. testam. l. abesse. l. qui mittuntur. ff. ex quib. cau. ma. & hoc est, quod dicebat Bar. alibi in l. mulier. in §. j. ff. ad treb. fore paria, ꝙ aliq.d inesse consistat, vel esse de proximo speretur. & alibi in l. si impuberi. in ij. col. ff. de admi. tut. quòd licet seruus tutor esse non possit: quia tutela est ius, atque potestas, in capite libero, ad tuendum eum qui propter ætatem, se defendere nequit, iure ciuili data, ac permissa, quo seruus cognitus non erat, & pro nihilo reputatus. l. seruitutem. l. quod attinet. ff. de reg. iur. l. seruus. C. de iud. attamen si debet fieri liber incõtinenti, potest. & alibi in l. j. in j. col. ff. de pœn. Si quis prior eligatur, & delinquat, antequàm intret, quòd officium sibi proderit ad pœnæ diminutionem. est nihi-
2 lominus casus singularis, in quo actus † non est, quamuis actui propinqua fuerit, & notandus: quia fideicommissarius ante restitutionem sibi factam, saltem verbaliter, iura sua alteri cedere non poterit, casus est in l. si mulier. in §. ex asse. ff. de iu. do. & tradunt docto. maximè Iacobi. de sanct. Geor. in l. post venditionem. in fin. C. de pactis.

DCLXXXI.

1 *Publicae utilitas priuatae praeferenda, fallit tamen in charitate.*

1 QVantum † Iurisconsultis, & his qui optimarum artium disciplinis, operam nauant, lex faueat, neminem latet, exemploque est indubitatum, ex quo fabrum maleantem iuxta ipsorum domos, expelli posse permittit, & non immeritò quidem, vt not. in l. j. ff. sol. mat. & in fi. C. de cadu. toll. l. de pupillo. §. si qs riuos. ff. de no. op. nun. l. in donat. C. de don. quoniam vtilitas publica priuatae semper est praeferenda. Sed pro singulari dicto obserua, in charitate secus, quoniam è cõtrà, priuata, publicae semper praefertur, & maximè in casu. l. petitionem. C de aduo. dic. iud. & non ab re fortè (vt author est Xenophon Socraticus in vita Cyri, lib. iiij.) Persae mercatorum tabernas longè distantes à nobilium domibus habebant, eorúmque praecipuè qui virtutibus erant dediti, ne à vanis, stultísque eorum vocibus, impedirentur, imò ne vulgarib⁹ & imperitis hominibus, quibus nihil est insolentius, commiscerentur, eorúmq; haberent consuetudinem, & bene.

DCLXXXII.

1 *Dominiũ in filio continuatur: adeò ut uiuente patre quasi dominũ dicatur.*

1 IN filio † continuatur dominium, vsq; adeò: vt viuente etiã patre, quodammodò dominus dicatur, neq; aditio necessaria sit. l. in suis. ff. de liber. & posthu. §. in extraneis. insti. de haer. qualit. & diffe. tradit gloss. in rub. C. de iur. delibe. & hac ratione exhaeredatio à certa parte facta nõ valet: quia in ea, in qua exhaeredatus non esset, dominium absq; dubio in eum continuaretur, & pro parte testator decederet testatus, pro parte autem intestatus haud dicendum. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Sed quare valeat. si à dimidia exhaeredaretur, non video, eo autem casu sic, nisi respondeamus valere: quia eam solam ab intestato erat habiturus, inque alia dominium continuari haud potuisse, & sic hoc casu cessat ratio praedicta, declarátq; Barto. & rursum bene, in l. cùm quidam. ff. de libe. & posthu..

DCLXXXIII.

1 *Alimenta liberis à parentibus, uel contrà officio iudicis decernuntur: fallit si fuerint immeriti.*

1 ALimenta † liberis à parentibus, vel parentibus à liberis, officio iudicis decernuntur. l. si quis à liberis. in princ. ff. de liber agno. lexq; est, & similes diuinitus scriptae in animis, quas naturae vocamus, vnde etiam ciconianae posteà appellatae fuerunt, imò quòd si quis esurienti panem non dederit, necat. c. pasce fame morientem. 86. dist. exemplóque pulcherrimo ostendi potest Diogenis, ab amico quodam nescio quid petentis, & dicentis, quum ille, dare tardasset, ad cibum homo te postulo, non ad sepulturam. sed ad liberorum propositum notã, forte cõpelli nõ posse, si malorũ morũ fuerint, & immeriti, alióque pulchriori exemplo Phocionis Atheniensis comproba, qui munera Philippi Macedonis spernens, legatísq; suadentib[illegible] ea saltem filiorum commodis accipere non detractaret. Respondit hic angelus illos alet, qui me ad hanc dignitatẽ produxit, si mei similes fuerint, sin verò dissimiles, nolo impensis meis ali. eorúmq; luxuriam augeri.

DCLXXXIIII.

1 *Falcidia de relictis ad pias causas, uel respectu paupertatis, non tamen amicitiae, non detrahitur.*

DE relictis ad pias causas non detrahitur falcidia. authen. si militer. C. ad leg. Fal. & sciendum est pro intelligentia. ꝙ quidquid pro anima relinquitur. ad pias causas relictum intelligitur. l. si quis Titio. ff. de leg. ij. & pari modo, si alimenta contemplatione paupertatis relinquantur: vt in d. locis nota. Sed quaero, si relinquantur contemplatione amicitiae, detrahetur ne falcidia ex his. Responde, quòd sic, quia tunc paupertatis intuitu relicta nõ videntur, nec ad pias causas, etiã quòd amicus sit pauper. quod videtur mirabile. ita Bart. in l. alio. in iij. col. ff. de ali. & ciba. legat.

DCLXXXV.

1 *Causa naturalis praefertur accidentali, intellige si se inuicem non compatiuntur.*

1 CAusa † naturalis accidentali praefertur. l. q habet. vbi bon. text. ff. de tutel. quod tamen intellige verum, (& est intellectus ac declaratio dictae regulae) quando effectus ipsarum causarum se non compatiuntur inuicem, aliàs vna cum alia concurrit: secundum Bar. in l. si minores. in ij. colu. ff. qui pet. tut. & ad propositum facit, quod habetur etiam in l. certi condictio. in prin. iunct. gloss. ex omni. in fi. ff. si cert. pet. & in l. item veniunt. in §. cùm praediximus. ff. de petit. haer. & hac de re Solon quum à Craeso Lydorum Rege, exquisitè omnium ornamentorum genere cõpositus, solio sedens, interrogaretur, an aliquid vnquàm vidisset pulchrius, respondit, Pauones, Fasianos, & Galios gallinaceos, longè pulchriores vidisse, naturali pulchritudine scilicet vestitos, ipsum autem accidentali, nec prudentius responderi potuisset: vt hic.

DCLXXXVI.

1 *Mulieribus cur resurrectio Christi priùs fuerit manifestata, quàm uiris.*

1 MVlieres † testes esse non possunt. nec publicè docere. l. qui testamento. §. mulier. ff. de test. l. foeminae. ff. de reg. iur. c. forus. de verb. sign. multóq; minus poterunt Longobardorum iure. l. si qs Longobardus. de prescr. in Longobar. Sed difficultatem moueo, cur resurrectio CHRISTI fuerit potiùs mulieribus manifestata, & prius, quàm viris, cum (vt dixi) idipsum testificari minimè possent. Soluunt Theologi, factum fuisse, de industria Christi, & non sine ministerio, quoniam eum magis dilexerunt. Vel & aliter, quod licet testes esse non possint, nec docere, possunt tamen domestica admonitione alios instruere. Vel & vltra eos, ꝙ testes in testamento esse nõ possunt, sed a-lijs casibus sic: vt cõcludit Calde. in cons. viij. incip. testator. in prin. de testam. & ad propositũ fortè Luc. 24. ad fin. dicitur. vos autem testes eritis horum, quasi dicat, & nõ mulieres. quia eis non crederetur, sed veritas est, indéque dicendum: vt suprà.

DCLXXXVII.

1 *De poculo amatorio.*

1 QVod † de amatorio poculo dicitur in l. si quis aliquid. in §. qui abortionis. ff. de poen. eaq; ratione dantes, si humilio res fuerint, in metallum damnari, honestiores verò in insulã, amissa bonorum parte, relegari: quia res est mali exempli, si que ex eo mulier, aut homo perijsset, summo supplicio affici, authoritate Celsi medici libro nono de re medi. capitulo vigesimosexto, comprobandum est, alia etiam ratione dicentis, similes esse omninodò, & acriter quidem puniendos. quoniam T. Lucretium legit in libro temporum, amatorio quidem poculo, in delitium abijsse.

DCLXXXVIII.

1 *Assessorum officium quando reus confitetur in tormentis.*

1 DEbent † esse multum prudentes, & circumspecti, assessores in tormentis, si reus confiteatur, quoniam plerunquè dolo ris impatientia, dicunt, quae dicenda non sunt. l. j. §. quaestioni. & §. si quis vltrò. ff. de quaestionib. & non semper eis fidem adhibere, nisi quae dicit, probabilia sint, possibilia, & verisimilia: vt in dict. §. si quis vltrò. per Doct. aliàs si ipse reus in foro conscientiae (vt Theologi dicunt) ad restitutionem suae famae tenetur, sicuti ad restitutionem alienae, multomagis tenerentur iudices, dictam confessionem ab eo extorquentes. Ideò caue lector ne erres, & quantum satis sit, disce, vt sic animę primùm, & honori posteà, omni studio, cura, & diligentia consulas.

DCLXXXIX.

1 *Ars & natura nihil operantur frustrà.*

SI quaerat à me quispiam, nùm iure probetur alicubi, animã esse immortalem, ex eo maximè, quod dicimus, artem, & naturam, † nihil, quod esset imperfectum, egisse, vel frustrà. l. qui bis idem. ff. de verborum obligation. l. haec stipulatio. §. diuus. ff. vt legat. nom in. caueat. §. quibus. in prima constitutio. Codic. Sed si anima esset mortalis: vt Epicurus opinatus est, imperfectionem hanc fecisset natura, id est desiderium, quod habent homines sciendi, an sit immortalis. ergo. Et ea de re Albertus Magnus, Philosophus & Medicus praestantissimus, in eos inuehit, qui opinantur pariter, & pro certò tenent, leonem semper febre laborare, quoniam sic natura etiam (vt dixim⁹) ipsum fecisset imperfectum animal, aut imperfectionem in illo. Ex quibus licet dicere, omnibus disciplinis similitudinem quandam inesse, & talem quidem, vt vna sine altera, facilè esse non possit.

Ordinarius

DCXC.

1 *Ordinarius & delegatus suam interlocutoriam reuocant.*

1 NOn† solum ordinarius, verum etiam delegatus, sententiam suam interlocutoriam reuocat: secundum Abb. in capitul. cum cessante. in ij. & iij. not. de appellation. & erit ampliatio ad l. quod iussi. ff. de re iudica. etiam (vt in dict. cap. cũ cessante. legitur,) quòd pendeat appellatio: sed non si interlocutoria sit vim diffinitiue habẽs, quoniã bene eam reuocat ordinarius. sed nõ delegatus. c. significantibus. de offic. delegat. tradit Bald. in l. si præses quomodo & quando iudex. & sic à simpliciter ad secundum quid non arguitur quando non est eadem ratio vtrobiquè. l. hoc legatum. ff. de leg. iij. l. j. ff. de donatio. & in d. l. si preses. idem Bald. obseruandum dicit.

DCXCI.

1 *Testatus pro parte, & pro parte intestatus quando quis decedere potest.*

1 TRita regula est ius† nostrum non pati, quem decedere pro parte testatum, pro parte verò intestatum. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. nisi ex postfacto: vt ibi no. in l. circa. ff. de inoff. test. & nisi transactio sit in consideratione. l. controuersia. & ibi Iaso. in prin. ff. de transactioni. vel testator sit miles. l. si duobus. l. miles ita. ff. de milit. testament. l. vnic. §. his ita. C. de caduc. tollend. aut filium habeat, & feudum, qui ratione ipsius cessat causa testati: secundum Bald. in c. j. de suc. feu. in princip. in iij. columñ. in vsib. feud. aut etiam sit causa pia. Calderi. teste in consilio vigesimo tertio incipien. an testamentum. in fin. de testamen. vel vltimo loco dos, quæ hoc idem efficiat. l. si cùm dotem. & ibi Alexand. in octaua columñ. ff. soluto matrimonio, quam regul. tamen ad propositum intellige ex sententia Bartol. in l. potest. ff. de hæred. instituend. in tempore, quod habet excurrere post mortẽ testatoris, quĩ in tẽpore quod currit ĩ vita, potest quis facere, vt si intra certum tempus decedat, testatus, si post illud intestatus, & sic vel pro toto tẽpore, quod excurrit post mortem, erit testatus vel pro toto intestatus.

DCXCII.

1 *Contractus quid, & eius quintuplex acceptio. nu. 3.*
2 *Contractus in quo differat à pacto, & conuentione.*

1 COntractus† est vltrò, citròque obligatorius. l. Labeo. §. cõtractum. ff. de verb. significat. declarat Barto. in l. naturalis. in prin. in ij. colum. ff. de præscrip. verb. quamuis tamen aliter dicat Aristote. quòd est voluntaria communicatio rerum, seu officiorum: & bene, ex quo ea quæ voluntaria non est ius aut fraus iustitiæ opposita, appelatur. & hoc modo ostenduntur fontes contractuum, quæ causæ efficiens, voluntas scilicet vtriusque contrahentis, & finis communicatio scilicet rerum
2 seu officiorum. Sed quæro, quid differat† contractus à pacto, item & à conuentione. Respondeo, contractum nomen esse speciale: vt in dict. §. contractum. & instit. de ob. in fin. & quib. mod. re contrahit. obligat. in prin. eo, lib. pactũ verò generale siue ad obligandum, siue ad liberandum, cõuentio autem generalissimum. l. j. §. est autem. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. & per Gul. Accurr. in q. suis incip. statutum. in j. col. Item & rur-
3 sum quotupliciter contractus† capi possit. Responde, quinque modis strictè, lagè, largius, largè. Strictè: vt in d. §. contractum quando est obligatorius ex vna parte tantũ. d. §. fi. insti. de ob. largius pro delicto. l. hæres absens. l. omnem, ff. de iudi. largissimè. pro iudicio. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. quintò & vltimo pro distractu. §. j. insti. quibus modis re contrahi. ob. & in dicto loco, de quo suprà, notatur latius.

DCXCIII.

1 *Notarium practica in fine instrumentorum dicentium, quæ omnia ambæ partes, &c. unde sumpta.*

1 PRactica† notariorum in fine instrumentorum dicentium, *Quæ omnia ambæ* partes promiserunt, per solẽnem stipulationem attendere, & obseruare, eàque firma, grata, & rata habere sub obligatione bonorum suorum præsentium, & futurorum, sumpta est ex l. Titia. §. fi. ff. de. verbo. oblig. & ex. l. duo societatem. ff. pro soc. sentitque Ias. in. l. peten. in j. col. in fin. vbi etiam Paul. de Cast. C. de pact. scire expedit, ne plerumquè interrogari, idipsum (quod multi faciunt) ignorare dicamus, in nobisque regeratur, quod aliâs Seruio Sulpitio Iuriscon. optimo obiectum, fuit in l. ij. in §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. in turpe esse patritio viro, & causas in foro tractãti, id ignorare, in quo quotidie versatur.

DCXCIIII.

1 *Citatio in uno quoque actu necessaria.*

1 IN l. ij. C. de sen. ex peri. reci. traditur forma referendæ sententiæ, & tamẽ de citatione† verbum nullum, ita vt in casu esse videamur. l. commodissimé. ff. de libe. & posthu. & l. si cùm dotem, cũ similibu. ff. solut. matrimo. quòd verbum omissum, sicuti casus ibi, debet haberi pro omisso, & nihilominus regula est, citationem in vno quoque actu necessariam fore. l. de vno quoque. ff. de re iudi. qui maximé parti possit esse preæiudicialis. l. nam ita diuus. ff. de adop. sol. id quod dicitur in d. l. de vno quoque. & in d. l. nam ita diuus. intelligitur repetitum in d. l. ij. ex quo procedit (quid notandam est) per viam regulæ, & leges inde sunt diuersæ, ita Bart. in l. Prætor. in §. eritque differentia. in ij. col. ff. vi bon. rap.

DCXCV.

1 *Sententia in scriptis ferenda.*

IN l. fin. C. de sen. ex peri. reci. adhuc dicitur sententiam† ferri debere in scriptis, & vnum est ex substantialibus iudicij, ita vt aliter non valeat nec per appellationem possit cõfirmari. l. nõ distinguemus. §. quod si. ff. de arbit. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. c. fi. eo. tit. in vj. ca. j. vbi gloss. magna, in fi. de cen. eod. lib. adde & pulcherrimo Christi exemplo confirma in causa adulteræ, qui non statim absolutoriã, accusantibus Pharisæjs, sententiam tulit, sed inclinans se, digito pariter scribebat in terram: vt Ioan. viij. c. legitur.

DCXCVI.

1 *Non alegatum in prima instantia allegatur in secunda.*

NOn† allegatum in prima instantia. allegatur in secunda. l. per hãc. C. de temp. & repa. ap. l. ampliorem. §. si quid autem. C. de ap. ca. fraternitatis. de testi. Sed non ita ruditer intelligas tu si ea quæ in secunda allegantur, faciunt nouam rem, vel actionem diuersam ab intentata in prima. quoniam tunc secus, in d. l. per hanc. in princ. & ideó mutatio libelli quæ admittitur in prima instantia, ante litem contestatã, in causa appellationis prohibetur, secundum But. in. ca. significantibus. in penul. col. de offi. de. l. quem refert & sequitur Rom. in consi. 381. incip. quæstio, fin. dixique ego in l. edita. in secunda lectura latius. C. de edend.

DCXCVII.

1 *Filiorum appellatione in legatis non ueniunt posthumi.*
2 *Cautio mutiuia ad quid inuenta.*

LEgata vt plurimùm relinquuntur propter merita. l. nec adiecit. ff. pro so. & hinc est, quòd in his† filiorum appellatio-
1 ne, posthumi non veniunt: quia nec possunt promereri, argum. in l. si quis filium. in fi. C. de inof. testa. & ad propositum notatur in l. si quis. ff. de testa. tu & idem in donationibus causa mortis sentit Bal. in l. idem que. in §. si quis ea. & in §. fi. ff. mãd. ergo si sub conditione relinquantur, quæ negatiua sic, puta si capitolium non ascenderit: cùm non debeantur, nisi purificata conditione, hoc ipsúmque fieri non possit, nisi vltimo vitæ spiritu. l. cedere diem. ff. de verbo. sign. legatarius inde nullum commodum assequetur, ex quo eo tempore deficit. l. hæres meus. §. quanuis. ff. de lega. j. & sic elusoria erit voluntas testatoris, nõ dicendum, l. si Pretor. ff. de iudi. Breuiter huic obiecti
2 oni occurrẽdum est. & dicendum, †*Cautionem mutianam*, hac de re inuentam fuisse, quoniam hæredi promittit, de nunquam ascendendo, &. tunc actionem habet, & legatum statim consequitur. mutianæ & ibi not. ff de cond, & dem. Sed tamen pro singulari dicto obserua, quòd testator facere potest, si vult, quòd legatum elusorium sit, nec dicta cautio locum habeat. l. fin. ff de manu. testa.

DCXCVIII.

1 *Cessionarius exprimere debet qua actione agat utili uel directa. & quare.*

? CEssionarius agens, an exprimere debeat qua actione agat, vtili vel directa? Videretur dicendum prima facie q non quia effectualiter non differunt. l. actio negociorum gestorũ ff. de nego. gest. l. j. §. hoc edictum. vtrobique Barto. ff. de no. op. nun. Tamen contrarium verius est, ex quo potest esse quòd exceptio obstabit contra vtilem, quæ non obstabit contra directam, & econtrà. ita idem Bart. in l. si duo rei. ff. de sol. & tolletur obiectum dubitationem faciens considerando etiam, quod actiones directæ omninò solidiores sunt vtilibus. l. quoties. in prin. ff. de admini. tut. aliquid idem Bart. in l. iij. in prin. ff. rem pup. sar. fol. & in l. cùm fundus. in §. seruum tuum imprudens, vbi Ias. in penul. col. ff. si cert. petatur.

DCXCIX.

1 *Verborum promisit, conuenit, accepit effectus.*

1 SIcuti† verbum promisit stipulationem importat, si instrumento appositum esse reperiatur. §. scriptum insti. de inuti. stipu. l. sciendũ. ff. de verbo. oblig. l. j. C. de suf. l. j. & vbique no. de vsu. quod tamen non est in verbo conuenit, vt tradunt doct. in rubr. ff. de verbo. obliga. in prin. pari modo verbum accepit, si in scriptura priuata ponatur, significabit idem, quòd confessus sum, vsque adeò: vt possit opponi tunc exceptio non numeratæ pecuniæ, sicuti si sola confessio emanasset, in publica verò, id est instrumento: vt suprà, secus: quia tũc realis solutio & receptio probabitur, & ideò cautè agendum est, quã do sic dicitur, ne hac distinctione deludamur, quã ponit Ang. & est notanda in l. creditor. in §. Valerius. ff. de solu.

DCC.

1 *Falcidia & trebellianica quare inuentæ.*

1 MIhi maximé mirum videtur, quòd† trebelliani ca, & falcidia pariter inuente sint à lege, earúmque authoribus, ne testatores sine herede morerentur, quod satis lugubre & iniuriosum esse videbatur. l. & quia. ff. de interrog. act. §. adhuc. Inst. de bo. pos. tradit Bar. in l. nemo potest. in j. col. in fin. ff. de leg. j. & ad propositum legitur in §. sed quia. Insti. de fideicom. hær. & in §. j. de leg. fal. eod. lib. imò quod læderetur fama testatoris, si sine hærede moreretur. l. primo gradu. ff. que in fraud. cre. dixi ego aliquid in 503. Apopthep. incip. id etiam & tamé secus fit in testamento militis, quo casu nihilominus hæc eadé ratio militat. l. in testamento. C. de mili. testa. l. in testamento. C. ad leg. Fal. l. j. §. denique. ff. ad treb. Sed admiratio cesset, solutionibus alijs depositis: quia non moritur miles sine herede, nec eius testamentum destitui potest, ex quo inuentus cogitur hæres ad adeundum, vtroque casu. l. quidam consulebant. ff. de re iud. & sensit Christo. Castel. ac post eum Ias. in d. §. denique. & in d. l. in testamento. & est verissimum, nec aliud dici potest. & hæc sufficiant, aliis iam diu editis addita, his feriis, quæ lectori tanto gratiora esse debent, quantò insperatiora. Die 22. Iulij. M D X L I I I I. Paduæ.

FINIS.

SINGVLARIA DOMINI AMANELLI DE CLARIS AQVIS LEGVM DOCTORIS EXCELLENTISSIMI.

Multis in locis à Domin. Gabriele Sarayna Iurisconsulto Veronensi additionibus aucti.

I.

1 *Mater in subsidium tenetur alere filios, non tamen econtra filij matrem.*

1 CASVS est legis, quod mater in subsidium †tenetur alere filium vel filiam, non tamen filius matrem. ff. de administratione tutorum & curatorum, & de pecunia pupillo fœneranda, vel deponenda. l. tutor secundum dignitatem. §. iij.

II.

1 *Instrumentum factum die feriato non ualet.*

1 Tex. est & allegatur, quod instrumentum †factum die feriato non valet. C. de feriis. l. fi.

III.

1 *Appellari potest in crimine læsæ maiestatis.*

1 Gl. est quod in crimine† læsæ maiestatis quis potest appellare. ff. de acquir. here. l. Pantonius.

IIII.

1 *Aduocatus non est dandus in crimine notorio.*

1 Tex. est, quod in crimine† notorio non est dandus aduocatus. C. de defen. ciui. l. defensor. iij. & l. ij.

V.

1 *Cedens bonis non potest agere, nec conueniri.*

1 Tex. est quod ille qui cessi. †bonis non potest agere vel conueniri. ff. de arb. in l. item si vnus. in prin.

VI.

1 *Executor testamenti inuentarium facere debet.*

1 Glo. est, quod executor† testamenti habet facere inuentariũ. C. de episcopis & clericis. l. nullus.

VII.

1 *Mater infra triennium debet alere filium.*

1 Leges sunt cum glo. quod mater† infrà triennium habet alere filium. C. de negotiis gestis. l. alimenta. & de patria potestate. l. neque filium. C. de alimen. leg. in l. iii. Contra quas allegatur casus. ff. de ventre in possessionem mittendo. l. curatores.

VIII.

1 *Statutum quod reuenditores non emant uictualia usque ad certam horam ualet.*

1 Glo. est quòd dominus† castri potest facere præconizari, quod nullus de castro vendat victualia illis de castro. ff. de nundi. l. ij. & ibi est gl. pro illo statuto, quod fit in villis, quod reuenditores non emant victualia vsque ad certam horam, quod valet.

IX.

1 *Donatio causa mortis inducitur, si dicando tibi omnia bona mea post mortem.*

1 Tex, est quòd si dicam, do tibi† omnia bona mea post morté, quod est donatio causa mortis. ff. de iure dotium. l. si pater. de quo die. ff. soluto matrimonio. l. quæ dotis. in glo. vbi habetur quod genus mulierum auarissimum est. &c.

X.

1 *Lucrum factum à fratre cũ dote eius uxoris an debeat alijs fratribus conferri. Et an frater teneatur communicare quod sibi quæsiuit ex bonis communibus.*

1 Tex. est, quod si vnus † de fratribus insimul. commemorantibus ex dote vxoris aliqua acquisierit, nunquid lucrum teneatur cõferre? Videtur casus quod non. ff. pro soc. in l. si cum duobus. l. si inter frates. In contrarium videtur de feu. de duobus fratribus de eodem beneficio inuesti. cap. vnico. Quid autem si vnus ex fratribus bona communia habẽtibus sibi quærat, an teneatur communicare? habes. C. de decu. l. licet. lib. decimo.

XI.

1 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non ualet.*

1 Casus allegatur, quod si dono† tibi omnia bona, presentia, & futura quod non valet. C. de pactis conuent. l. hæreditas. & no. ff. de conditio. & demonst. l. nam ad ea.

XII.

1 *Filius si sit institutus in minori parte, quàm sit legitima, & sibi factum sit legatum, nunquid legitima suppleri debeat de legato sibi facto.*

1 Casus est, q si filius sit† institutus in minori pte, quám sit legitima, & legatum sit sibi relictum, & sic potest agere ad supplementum, nunquid debet suppleri legitima de legato sibi relicto, vel aliis bonis? Dic quod de legato. vt not. ff. de fals. l. si pater. in prin. & l. quod bonis. §. fideiussor. eo. tit. C. familiæ herciscundæ. l. filium. C. de test. fa. l. si cum vel in vtero. & est casus prout scis. ff. de iure patronat. l. siue. §. j. ff. de bonis quę liberis. l. etiã. §. si debi

§. si debita.

XIII.

1 *Notarius mutans suum signum punitur pœna falsi.*

1 Glo. est, quòd si notarius† mutauerit signũ puniatur pœna falsi. Insti. de publi. iud. §. item lege Cornelia.

XIIII.

1 *Testibus sunt faciendæ expensæ deducto eo quod erant in domo impensuri. Et nunquid idem sit in expensis partis.*

1 Tex. est, quòd ducens testes† habet ipsis facere sumptus, vt in l. omnibus. §. quoniam libri. C. de test. & l. eos. C. de appel. sed deducitur quod erant impensuri in domo, vt l. sed si hæreditas. ff. ad exhiben. Nunquid idem est in expensis etiam partis, vt si victus soluit victoris expensas possit deducere de expẽsis, quas actor erat expensurus in domo? Dico quod non, vt est tex. ff. rẽ ra. habere. l. si procurator. in fi.

ADDITIO.

Adde Guidon. Papæ, decisio. Gration op. lxviij. numer. 5. Gabriel Saray.

XV.

1 *Testator si substituat alicui, si decesserit sine liberis, nunquid liberi habeãt ius ex persona testatoris, uel necessario substitutus debeat eos instituere?*

1 Pone, † testator dixit sic, si decesserit sine liberis, talem sibi substituo, nunquid liberi habent ius ex persona testatoris, vel necessario habebit eos instituere, nec possit alios, quasi testator rogauerit ipsum vt eos instituat? glo. dicit quod sic. ff. de leg. j. l. filiu, fa. §. cum quid. Tex. est in contrarium. ff. de hære. instit. l. Lucius.

XVI.

1 *Concubina est tutrix legitima filiorum naturalium, sicut uxor legitimorum.*

1 Tex. est, quod si cui† vxor est legitima tutrix filiorum legitimorum, sic concubina naturalium, vt in authent. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. quin veteris. &. §. qui vere. circa fi. tit. colla. sexta.

XVII.

1 *Interdictum si cui bonis sit, nec alienare, nec in iudicio esse potest.*

1 Tex. est, quòd† si cui bonis interdictum est, post interdictionẽ non potest rem alienare, sic nec esse in iudicio. ff. de castrensi peculio. l. castrensi.

XVIII.

1 *Tutor sicut potest pupillo stipulari, ita pupillus tutori.*

1 Text. est, quòd sicut† tutor potest stipulari pupillo, ita pupillus tutori. ff. de administra. tu. l. quoties. ij. respon. ff. de verb. obl. l. quoscunque, in prin.

XIX.

1 *Procurator datus ad solutionem recipiendam, non potest concedere dilationem.*

1 Tex. est quod† procurator datus ad solutionem recipiendam non potest concedere dilationem. ff. de verb. obl. l. qui Romę. §. Callimachus. in fi.

XX.

1 *Coniuncta persona quæ potest agere sine mandato, non potest solutionem accipere.*

1 Tex. est quòd coniuncta† persona quæ potest agere sine mãdato, non potest accipere solutionem. ff. vt leg. no. cauea. l. ij.

XXI.

1 *Proximior qui per retractũ auocare potest rem venditam, si sibi facta denũtiatione, noluit emere, retractus iure priuatur.*

1 Præsupposita consuetudine, quòd† proximior possit rem venditam retraheret Pone quod vendens denuntiauit proximiori, vt emeret, ipse hoc facere noluit, nunquid potest rem venditam retractare? Dic quod nõ, imo repellitur per exceptionem, vt est tex. de verb. obl. l. qui Romæ. §. hæreditas.

XXII.

1 *In interdictis procedi debet summarie, & de plano.*

1 Tex. est, quòd in interdictis† proceditur summarie & de plano. C. de agri. & censi. l. si coloni. li. xj. & est gl. ff. de administra. tutorum. l. deinde.

XXIII.

1 *Executori immoderate exequenti resisti potest.*

1 Tex. est quòd executori† immoderate exequenti potest resisti. C. de iure fisci. l. defensionis. & l. prohibitum. cum gl. C. de metal. l. deuotum. & est expressum in authen. vt lice. ma. §. finautẽ ciuilis. in fi.

XXIIII.

1 *Iudex causæ principalis à quo fuit appellatum, potest suam sententiam defendere.*

1 Tex. allegatur, quod iudex causæ† principalis a quo appellatu est, possit suam defendere sententiam. C. de offi. vica. l. fi. & dic vt. ff. ne vis fiat ei qui in possess. mit. l. j. in prin.

XXV.

1 *Iudex regius an possit facere executionem in loco sui subiecti irrequisito domino.*

1 Text. est, quòd iudex regius, vel alterius superioris in loco sui subiecti nõ possit facere executionem domino irrequisito. C. de his qui latro. occu. l. ij. circa prin. vide. l. pactum. §. iudex. in authen. de exhiben. reis. §. si vero quid iudicem. C. de cadu. tol. l. ij. ff. de re iu. l. à diuo Pio. in prin. simile in authẽ. vt col. & aliis diu. col. iij. §. eos autem, vbi plene de hoc.

XXVI.

1 *Remissio iniuriæ in testamento facta, non releuat iniuriantem, quominus debeat puniri.*

1 Glo. est, quòd si aliquis† vulnerauerit me, & in testamento sibi remitto, nihilominus debet puniri. ff. ad Silla. l. diuus. in fi.

1 *Delictum commissum in carreria castri debet à duce castri cognosci, non à fisco.*

XXVII.

1 Leges sunt, quod delictũ † cõmissum in carreria castri habeat dux illius castri cognoscere, non fiscus. C. de decur. l. ædilito. in fin. ff. de offi. præfec. præto. vrbis. l. j. §. quæ vrbem. quod est notandum.

XXVIII.

1 *Nauem in flumine publico, quis habere potest.*

1 Leges sunt, quòd de iure communi† quis possit habere nauem in flumine publico, & quoties vult per præceoturiam transferre sine iussu principis. C. de naui. l. j. li. xj. ff. vt in flumine publico nauigare liceat. l. j. in prin.

XXIX.

1 *Notarius creatus per dominum castri si falsum committat, à quo debeat puniri.*

1 Consules alicuius† castri habent iurisdictionem in criminalibus, & dominus in ciuilibus, vt si notarius creatus per dominum committit falsum, quod consules habent cognoscere, nõ dominus. C. vbi cau. fil. l. nullum.

XXX.

1 *Obligatione generali expressa sicut ueniunt præsentia & futura, ita in tacita.*

1 Casus est, quod† sicut in obligatione generali expressa veniũt præsentia & futura sic in tacita. C. de secun. nup. l. hac edictali. §. omnibus. licet gl. dicat contrarium. de hære. ac. l. iij. Et dic vt ibi.

XXXI.

1 *Publicianam intentare potest succumbens in rei uendicatione.*

1 Casus est, quod actor † qui succubuit in rei vendicatione potest postea intentare publicianam. ff. de euictio. l. modi. §. si seruus.

XXXII.

1 *Absolutus de crimine, per officium iudicis potest accusari.*

Glo.est,quod ille† contra quem,proceditur officio iudicis super crimine falsi,non est ipse puniendus tantum pœna,ac si discretè accusaretur.C.de testibus.l.nullum.ff.de testibus.l. qui falsa.Et hic nota, quod ille est absolutus de crimine per officium iudicis potest accusari.

XXXIII.

1 *Si appelletur a sententia ex uno grauamine,quod non sit sufficiens ad sententiam reuocandam,si in aliquo iustum grauamen appareat,ex illo licet non allegato per partem,potest sententia infirmari.*

1 Lex allegatur† quod si à sententia contra me lata ex vno grauamine ego appellem,& illud non sit sufficiens ad reuocandum sententiam,si in aliquo iustum grauamen appareat,ex illo licet non allegato per partem potest sententia infirmari.ff. quod cum eo.l.si aliàs.

XXXIIII.

1 *Testium falsorum lingua est perforanda.*

1 Gloss.est,quod lingua † falsorum testium est perforanda. C.de delato.li.x.l.omnino.

XXXV.

1 *Obligatio nulla nascitur ex debito contracto sub conditione expressa, & tacita ante euentum conditionis.*

1 Casus est,quod si † in debito contracto sub conditione expressa ante aduentum conditionis nulla est obli.ff.de ver.sig.l.cedere diem.Ita in debito contracto sub conditione tacita.ff.de pac.l.item quia.

XXXVI.

1 *Vulnerati dicto aliquem inculpanti non est credendum, nisi ad eum torturæ subijciendum.*

1 Casus est,quod si aliquis† vulneratus mortaliter dicit, talis hoc fecit,quod sibi non est credendum.ff.ad Silla.l.si quis in graui. §.j.facit tamen presumptionem,vt possit quæstionari.C.de calum.l.mater.& ibi gl.notauit.

XXXVII.

1 *Dominus licet habeat iurisdictionem in emphyteutam,eum tamen carcerare non potest.*

1 Casus est,quod licet dominus† in emphyteutam iurisdictionem habeat,vt in authent.de quæst.& de prohi.feud.alien.per Feder.ca.imperialem.§.prorogationem.feudi.non potest tamen eum incarcerare.C.de obse.li.l. libertatibus. authen.libertos.

XXXVIII.

1 *Messagerij,uel uiatores authoritate Præsidis à decurionibus sunt eligendi.*

1 Casus allegatur quod† messagerij authoritate Præsidis, vel Baiuli à decurionibus sunt eligendi.C.de irenar.l.vna.li.xj. ff.de decre.ab ordi.fal.l.j.

XXXIX.

1 *Custodes ratione rei custoditæ habent actionem in rem.*

1 Casus est,quod custodes† ratione rei custoditæ habent actionē in rem.ff.de acquir.rer.domi.l.Pomponius.C.de sacrosan.eccle.l.sancimus.l.j.in prin.

XL.

1 *Rei uendicatio datur non habenti aliquod dominium.*

1 Casus est,quod rei† vendi.datur non habenti aliquod dominium.C.de hære.vel actio.ven.l.fi.

1 *Fiscus potest esse emphyteuta priuati.*

XLI.

1 Casus est,quod† fiscus potest esse emphyteuta priuata.C.de fun.pa.l.fundi.C.de col.in l.priuatæ.li.vj.

XLII.

1 *Instrumenta duo habere possum in eadem charta.*

1 Casus allegatur,per Ioã.Andræam. quod† duo in eadem charta possunt habere instrumentum.ff.de hæredi.instituen.l. duo socij.

XLIII.

1 *Iudicis præcepto subdito est obtemperandum, si eo tempore fiat,quod ei sine incommodo obedire possit.*

1 Lex allegatur,quod subiectus† præcepto iudicis habet obtemperare,si fiat sibi tali tempore quod possit sine incōmodo suo obedire.C.de iu.l.ij.

XLIIII.

1 *Seruiens sine authoritate iudicis non potest quem pignorare nisi pro suo salario.*

1 Casus est, quod licet seruiens non possit sine authoritate iudicis quem pignorare, vt in authen.de quæsto. §.si vero aliquid. hoc verum nisi pro solo salario in auth.vt licet.in §.& hoc quoque.C.de prin.agen.in rebus.l.fi.§.ad similitudinē,libro duodecimo.

XLV.

1 *Appellans iniustè quomodo puniatur.*

1 Casus est,quod ille,qui† iniustè appellat punitur in lx. libris auri,vt l.ab executione.C.quorum appellationes non recipiuntur.l.ij.C.de episcop.audiend. Sed pone quod seruus appellatur iniuste quis soluet pœnam,nunquid ipse vel dominus eius? Casus allegatur quod dominus.C.de excoctione & translatione militaris annonæ.l.ij.libro duodecimo.

ADDITIO.

Appellans iniustè an sit in expensis condēnandus latè tradit Gui. Papæ decisio.Cration op.ccccxxxvj.numero 56.ver.xlviij.quæro.Gabriel Sarayna.

XLVI.

1 *Conclusio libelli,non petitio est inspicienda.*

1 Leges sunt,quod magis† debet inspici de iure conclusio libelli seu petitionis,quàm ipsa petitio.ff.de liberatione legat.l.Aure.§.scio.ff.de officio præsi.l.si præses.

XLVII.

1 *Interfectus si quis reperiatur,& ignoretur à quo,presūptio est contra illū qui circa ipsum esse consueuerat.*

1 Casus est,quod si aliquis† reperiatur interiectus & ignoretur per quem presumptio est contra illum,qui circa illum consueuerat esse.ff.de bonis libertò.l.qui cum maior.§.si ponis.

XLVIII.

1 *Officiales domini non excusatur a collectis.*

1 Casus est,quod † officiales domini nō excusātur à collectis qui in loco inducuntur.l.honore.ff.de muneribus & honoribus.

XLIX.

1 *Reuertens sine socio,qui ignoratur vbi sit,habet presumptionem homicidij contra se.*

1 No.quod si duo † vadūt extra,& vnus reuertatur reuertens aliqua pſumptiōe tenet,vt est tex.ff.ad Syll.l.& si pcussor.§.si vn'.

L.

1 *Minor xxv.annis curatorem habens potest testari.*

1 Casus sunt,quod minor † xxv.annis curatorem habens potest testari.ff.de liber.lega.l.Aurelius.§.Caius.l.cum pater.§.curatores.ff.de legatis secundo.

LI.

1 *Inuitus contrahere subiectus presumitur.*

1 Leges sunt,quod vbi constitutus † in aliqua parte contrahit cum subiecto præsumitur inuitus.ff.de decur.l.j.& ij.C.de salmone.l.vna.de meta.l.deuotum.li.duodecimo.

LII.

1 *Iuramentum de soluendo certa die potest a priuato prorogari.*

1 Casus est,quod priuatus † iuramentum sibi præstitum de soluendo certa die potest prorogare prorogando solutionem.ff. qui & à quibus l.fi.Hostien.in summa.de iureiuran.c.quomodo censetur.versicu.notandum.

LIII.

1 *Promissio de sistendo aliquem coram non suo iudice non tenet.*

Gloss.

1 Gl.est,quod† promissio de sistendo aliqua facta in iudicio coram non suo iudice non tenet.l.j.ff.de in ius voc.

LIIII.

1 *Instrumentum partim factum uulgari, & partim latino sermone non ualet.*

1 Si instrumentum partim fiat in romanci partim in latino nõ valet, vt in auth en.vt præpo.no.imper.circa medium.

LV.

1 *Possidens, in eo quod possidet à satisdando releuatur.*

1 Glo.est,quod si aliquis† possideat in aliquo quòd in eo releuatur à satisdando.C.de prin.agen.in re.l.fi.libro decimo.

LVI.

1 *Obligare nemo se potest ad certo modo probandum. Et dictio per se, quid importet.*

1 Glo,dicit,quod nullus potest† se obligare ad certo modo probandum in authen.vt iu.vbi de bo.& cre.col.vij.circa mediũ.
1 & hæc dictio,per se,importat personalitatem,vt est tex. in authen.de colla.§.& hoc non iubemús.

LVII.

1 *Procurator ad certam diem constitui non potest.*

1 Gl.dicit, quod† procurator non potest constitui ad certã diẽ, ff.ex quib.caus.maior.l.item ait prætor.§.j.super verbo interierit. contra uer. est tex. in l.i.§.I[illegible]

LVIII.

1 *Membri abscißio est pœna capitalis, & in ea procurator non admittitur.*

1 Tex.est quod† membri abscisio est pena capitis,& sic procurator non potest interuenire.in auth.de collatio.§.& hoc iubemus.

LIX.

1 *Dominus qui per procuratorem agit, si in iudicium uenire petatur, cuius expensis uenire debeat.*

1 Pone quod petitur† ab aduersario, quod dominus qui egit p procuratorem veniat,& tenetur venire iuxta l.fi.ff.de procur. sed cuius expensis?de hoc est glo.ex quibus causis in possessio. ea.l.ij.j.respon.& in l.generaliter.C. de iureiur.in §. his itaque in glo.

LX.

1 *Litis translatio de procuratore in dominum debet eo puncto fieri, in quo tunc erat, cum procurator transtulit.*

1 Glo.est,quod si fiat† translatio litis de procuratore in dominum, quod in eodem puncto tenetur dominus causam recipere,in quo tunc erat cum procurator transtulit.ff.de iniuriis & famosis libellis.l.sed & si vnus.§.finali.Sed contra videtur casus.ff.de his qui notantur infamia.l.item ait prætor.§.fi.

L XI.

1 *Munera extraordinaria quis subire compellitur officio iudicis.*

1 Glo.dicit quod omnia munera† ad quæ ius extraordinarie cõpellitur subeunda,compellitur officio iudicis,vt in procuratore.ff.de verb.sig.l.munus.

LXII.

1 *Absentiæ causas allegare quilibet etiam non idoneus in criminalibus potest. & qui causas absentiæ allegat, cauere non debet.*

1 Glo.dicit,quòd† quilibet non idoneus potest admitti in criminalib⁹ ad allegãdũ causã abſẽtiæ.ff.de re iudicata.l.in eos. §.nemo. Et nota quod defensor qui causas absentiæ allegat non tenetur cauere,& idem nota.C.de procuratoribus.l.exigendi.

ADDITIO.

Idem tenet Guliel.de Lud.singularia xlvij. Gabriel Saray.

LXIII.

1 *Emphyteuticaria res si sit confiscata, potest dominus pretium dare fisco, & illam recuperare.*

1 Tex.est,quod cum res† emphyteuticaria confiscatur,dominus à quo tenetur potest dare pretium fisco, & rem recuperare, vt in authentica.de alienatione, & emphyteusi.§.si non contingit.quod est notandum.pro hoc in authen.de nup. §.si non vero.ff.de seruitutibus rusticorum prædiorum.l.si non via.§.fundus.

LXIIII.

1 *Officio si quis remoueatur eius turpitudo detegitur.*

1 Glo.est,quòd vbi aliquis† remouetur sine causa ab officio,detegitur eius turpitudo.ff.de testa.l.testa.

LXV.

1 *Criminaliter agi potest in actione legis Aquiliæ.*

1 Gl.est.& no.quod† in alienatione legis Aquiliæ potest agi criminaliter,puta si aliquis animal meum occidat, vt nota.ff.de priua.delict.l.final. Nota verbum occidat,quia sic interuenit dolus.

LXVI.

1 *Fides etiam hostibus est seruanda.*

1 Lex dicit quod† hostibus seruanda est fides.ff.de leg.l.fi.

LXVII.

1 *Appellationis decennium an computari debeat de momento ad momentum.*

1 Nunquid illi decem dies, qui† conceduntur ad appellandum debeant computari de momento ad momentum?casus est φ sic.ff,quando appellan.sit.l.j.§.biduum.in authent.de tempo. & in authen.quo tempore,quæ est.C.de tempo. appel.& auth. ei qui.

LXVIII.

1 *Annus inceptus in minore, quando pro completo habeatur.*

1 Casus est,quod† si minor incœpto quartodecimo anno contraxit matrimonium,quod annus incœptus pro complet o habetur vt in authen.de tempo.non sol.pe.super dotem.§.j.quod est notandum.ff.de annuis lega.l.à nobis quoque. Dy.in l.singulis.eo.tit.

LXIX.

1 *Emphyteuta fisci si cesset in solutione per biennium, an cadat à iure suo.*

1 Glosl.est,quod si aliquis † teneat à fisco rem in emphyteusim, & cesset in solutione per biennium,nunquid cadit in commissum?dic quod sic.ff.de public.iudica.l. vectigalia. §.non solutum.

LXX.

1 *Centum si petantur, & condemnatio à iudice fiat in quinquaginta, an in reliquo reus absolutus censeatur.*

1 Peto à te centum,† iudex condemnauit in quinquaginta,nunquid videtur te absoluisse in alios quinquaginta ? In[illegible] φ non absolui te.nec valet.C.si aduer.rem iudi.l.si ex testamen. de exceptione doli.l.item quia.

LXXI.

1 *Appellari potest à sententia, qua pronuntiatur sententiam esse exequendam.*

1 Glosl.dicit,quod si† pronuntietur sententia exequenda,quod potest appellari.ff.de appellationi.l.ab executore,quod est notandum.

ADDITIO.

An possit ab executore appellari.vide Guid. pap.decisio.cccc-xxxvj.nu.96.vers.lxxxvij. quæro & an à sententia,sententiam esse exequendam idem Guid.tradit decisio.ccccclxxxiiij.nu.3. & cons.xlvij.circa diffinitionem.nu.1.

LXXII.

1 *Diuisionem fieri testator prohibere potest.*

1 Glo.est,quod† testator potest prohibere diuisionem fieri.C.cõmuni diuidun.l.fi.

LXXIII.

1 *Expensarum modus si à delegato principis excedatur à quo corrigi posit.*

1 Si delegatus† à principe excedat modum expensarum, præses prouinciæ potest ipsum compellere, vt non excedat modum, & non recipiat vltra modum, vt in auth. vt iudic. sine quoquo suffra. §. volumus.

LXXIIII.

1 *Fideiussor an sit liberatus ob prorogationem solutionis factam debitori.*

1 Tex. est, quod si ego sum† tibi obligatus ad soluendum centũ certa die cum fideiussoribus, & proroges mihi diem, quod fideiussores sunt liberati. C. loca. l. si cum Hermes. ff. de arb. l. Labeo. in fi.

LXXV.

1 *Subiectus si uexetur à domino Castri, vniuersitas eius defensionem suscipere potest.*

1 Si dominus alicuius castri †vexet subiectum, vniuersitas castri potest suscipere defensionem vt tex. C. de meta. l. deuotum. li. xij.

LXXVI.

1 *Emphyteuta potest rem locare usque ad centum annos sine consensu domini.*

1 Gl. dicit, quod† emphyteuta non potest rem alienare sine consensu domini, locare tamen potest vsque ad centum annos. ff. de leg. ij. l. codicillis. §. insulam.

LXXVII.

1 *Debitor non dicitur liberatus, licet tertius se constituat pro eo se soluturum.*

1 Gl. dicit, quod si ego† me constituam soluturum id, quod Titius debet tibi, non propter hoc Titius est liberatus, in authent. de fideiuss. in prin.

LXXVIII.

1 *Instrumentum de relictis concipi potest.*

1 Text. est quod de relictis† potest concipi instrumentum. ff. pro derelic. l. fi. de le. l. Pamphilo. §. propositis.

LXXIX.

1 *Confeßio dotis receptæ à marito in fraudem creditorum facta non ualet.*

1 Glo. dicit, quòd si matitus† cõfiteatur recepisse dotem in fraudem creditorum, quod non valet talis confessio. C. qui potio. in pignõ. hab. l. assiduis. §. fi.

LXXX.

1 *Actio de pascuo quando habeat locum.*

1 Glo. dicit, quod si† animal alicuius ingrediatur pascuum alterius & sine culpa, quod habet locũ actio de pascuo. ff. de præscrip. ver. l. quæ seruandarum. §. fi.

LXXXI.

1 *Crimina possunt probari.*

1 Tex. est, quod †crimina possunt probari. C. quorum appel. nõ recip. l. ij. & est gl. C. ad l. Aquil. l. negantem.

LXXXII.

1 *Promittens non petere sub pœna, an si retineat, pœna committatur.*

1 Promisi alicui† centum, transegi amplius non petere sub pœna, volo aliquam rem ipsius retinere, nunquid committatur pœna? tex. est quod sic. ff. rem ra. ha. l. amplius. in fi. & l. quod cũ tutore. in fi.

LXXXIII.

1 *Alienatio facta contra prohibitionem iudicis non ualet.*

1 Tex. est si iudex† prohibuit alienationem, & res alienetur, quod talis prohibitio facit alienationem non valere. ff. qui. & à qui. l. prospexit. cum l. illis. in gl. alleg.

LXXXIIII.

1 *Actio confeßionis de recepto an consolidetur per lapsum biennij.*

1 Titius confessus† est se recepisse coram testibus à me centum, quod nõ fecerat, stetit per biennium, nunquid per lapsum biẽnij. est consolidata actio? tex. est quod non. ff. de act. & ob. l. nec figura literarum. C. si cer. pe. l. si non fugam.

LXXXV.

1 *Venditor dicens se nolle teneri de emptione nihilominus tenetur.*

1 Tex. est, quod quamuis† venditor dicat emptori se nolle teneri de emptione, quod nihilominus tenetur. ff. de act. emp. l. emptorem.

LXXXVI.

1 *Recedens è curia sine licentia iudicis, punitur.*

1 Casus est, quod si† aliquis recedat de curia sine licentia iudicis, quod debet puniri. C. de decurio. l. si quis decurio.

LXXXVII.

1 *Emphyteuta uendens rem sine consensu domini, sed non tradens, an cadat à iure suo.*

1 Si emphyteuta vendat† rem sine consensu domini, & non tradat, nunquid cadit à iure suo? gl. est quod non. ff. de verb. sig. l. alienatam.

LXXXVIII.

1 *Iurare aliquem faciens, quem scit peieraturum, est periurus.*

1 Text. est, quod si ego† faciam aliquem iurare sciens quod ipse deierabit, si ipse iurans faciat contra, ipse non videtur periurus, sed ego qui feci ipsum iurare vt in auth. scænicas non solũ si fide circa medium.

LXXXIX.

1 *Naturales filij ex diuersibus partibus, ex una tamen matre, ab intestato sibi succedunt, secus si ex diuersis matribus orti sint.*

1 Not. l. superius. ff. vnde cogna. & ex hac parte vbi est gl. quod si lij† naturales ex diuersis patribus, ex vna tamen matre sibi succedunt ab intestato. Secus si ex diuersis matribus, ex vno tamen patre non succedunt.

XC.

1 *Arbitrio boni uiri renuntiari non potest.*

1 Gl. est quod ernuntiatio † facta ne recurratur ad arbitrium boni viri non valet. ff. si agrimensor. in l. ij. §. j. super verbo dedit. l. pe. C. de arbi. §. j. Nam ex isto dolo futuro non potest renunciari, vt ff. de pact. l. si vnus.

ADDITIO.

Nec etiam iuramento, quia semper ad illud potest recurri ob grauem lesionem. Ita tenet Guid. pap. decisio, grationo p. ccccxix. licet renuntiatum.

XCI.

1 *Securitatem frangens, tenetur lege Iulia maiestatis.*

1 Gl. est, quòd ille, qui †fregit securitatem tenetur. l. Iulia maiestatis. l. j. in prin. ff. ad legem Iuliam maiestatis.

XCII.

1 *Pupillus si fecit aliquem contractum & restituitur, potest contra tutores agere si ex hoc læsus fuit.*

1 Casus est, quod si †pupillus contraxit vel fecit aliquam obligationẽ, si restituatur, & ille ex hoc les⁹ est, potest agere cõtra tutores. C. de succes. patrimo. l. j. de ann. & tribu. l. obstetricem

XCIII.

1 *Mulier secundo nubens infra annum luctus succeßione filij priuatur.*

1 Casus est, quòd mulier† secundo nubens infra annum luctus priuatur successione filij. C. de secund. nup. l. j. in fi. ff. ad Tertulia. l. ij. §. mulier.

XCIIII.

1 *Iudex, qui se non iudicem pronunciauit, tamen potest super expensis iudicare.*

1 Text. est, quod si iudex pronuntiet se non esse iudicem, quod nihilominus potest super expensis iudicare. C. de re mili. l. tã collecta. libro duodecimo.

XCVI.

1 *Maritus contrahens secundas nuptias infra annum luctus non est infamis.*

1 Glos. est quod si maritus † contrahat secundas nuptias infra annum non est infamis. ff. de his qui. vt indig. l. auferatur. in pen. gloss.

Fideius.

XCVI.

1 *Fideiussor conueniendus est in proprio loco.*

Text. est cum gl. quod fideiussor† conueniendus est in proprio loco. ff. rem pupilli saluam fore. l. fi.

XCVII.

1 *Filius cui pater inter uiuos donauit, legitimam ultra donationem habere debet.*

1 Tex. est quod si aliquis† pater donauerit filio inter viuos, nihilominus debet habere legitimam præter donationem. C. de inoffi. test. l. si. quando §. generaliter. in glo.

XCVIII.

Testes non requiruntur in actibus qui in iudicijs fiunt.

Tex. est quod in actibus† qui fiunt in iudiciis non requiruntur testes. C. de test. l. scimus. C. de donatio. l. in donationibus.

XCIX.

Capi qui non potest, an possit occidi?

1 Glo. est, quod iudex potest facere proclamationem si quis capiat talem dabit sibi centum. C. quibus ad libertatem proclamare non licet. l. ij. Sed nunquid si non potest capi potest occidi? duæ leges dicunt quod sic. C. de his qui ad ecclesias confugiunt, l. iij. & quando lice. se sine iudi. vindi. l. j.

C.

1 *Subditus non tenetur obedire domino castri, qui sibi castrum uendidit.*

1 Tex. allegatur, quod si Baro vendat castrum subdito, q† subditus non tenetur obedire ei, in authē. de defensoribus ciuitatū. §. audient. col. iij. ff. de fideicom. lib. l. inuitus.

CI.

1 *Arbiter potest accipere salarium à partibus.*

1 Tex. est, quod arbiter† potest recipere salarium à partibus. C. de proximis sacrorum scriniorū. l. in sacris la grande. §. sed si apud arbitrium. in l. iiij. §. si minor. ff. fini. regun.

CII.

1 *Iudex qui non punit reum debita pœna, qua pœna plecti debeat, & quid, si puniat non puniendum.*

1 Text. est, quod si iudex† puniat reum, pœna qua non deberet. quod ipse deberet pati pœnam, quam condemnandus pati deberet. C. ad legem Iuliam. de vi publi. l. fi. quod est notandum, quia punitur consocius criminis. C. de commerciis & mercatorib. l. non solum. in authen. scæni. non solum. §. j. vers. sciente iudice. col. vj. Et econtra si puniat non puniendum punitur capitaliter. ff. ad l. Iul. repetundarum. l. punitur. in fine.

CIII.

1 *Testis non citati depositio non ualet.*

1 Text. est, quod si testis† non citatus deponit, non valet eius testimonium. C. de test. l. si quando. extra de testi. c. in nomine domini.

CIIII.

1 *Actiones plures contra unum agentes, per procuratorem agere debent.*

1 Tex. est, quòd† si plures agunt contra vnum, compelluntur dare procuratorem in authē. de quæst. colla. vj. §. si duo forsan. C. de procu. l. si causam. ff. de ædil. edi. l. quòd si nolit. §. plures.

CV.

1 *Respublica potest compellere ad operandum ualidos, qui nihil agunt, & uiuunt: alias eos à ciuitate expellere potest.*

1 Tex. est, quòd homines† qui nihil habēt & viuunt & nō operantur, & sant validi, respublica potest eos compellere ad operandum. Et si nolunt operari expellantur de ciuitate, vt in autē. de quæst. §. si vero crimen, alias si vero aliquis voluerit. co. vij.

CVI.

1 *Seruiens non potest aliquem citare sine præcepto iudicis, alias punitur.*

1 Text. quòd seruiens† non potest aliquem citare sine præcepto iudicis, & si fecit, punitur in auth. de quæstore. §. si vero aliqui. colla. vij.

CVII.

1 *Appellatio debet insinuari infra duos menses.*

1 Tex. est, quòd appellatio† debet insinuari infra duos menses in authen. de iud. §. appellationes. colum. vj.

CVIII.

1 *Testandi solennitas quemadmodum est remissa patri testanti inter liberos ita & liberis testantibus inter parentes.*

1 Glo. est, quod sicut† est remissa solennitas testandi patri qui testatur inter liberos. Sic econtra est remissa liberis, si testentur inter parentes in auth. de test. imperfect. in rub. col. viij.

CIX.

1 *Subditus ratione iurisdictionis tenetur sequi dominū per xxx. dies proprijs expensis.*

1 Text. est, quòd subiectus† ratione iurisdictionis tenetur sequi dominum per xxx. dies expensis propriis. ff. de re mil. l. tam collaterales. §. si autem.

ADDITIO.

Idem refert & sequitur Bar. Chassan. in commen. consuetu. Burgundiæ. nu. 3. rub. §. *le uasal est tenu.* in verb. *denombrement.* circa finem. Gabriel Sarayna.

CX.

1 *Appellari potest à grauamine inferendo.*

1 Tex. allegatur, quod à grauaminibus inferēdis quis potest† appellare in authen. de colla. §. si autem. coll. x.

ADDITIO.

Adde Gui. papæ decisio. Grationo. ccccccxxxvj. nu. 3. ver. xxv. quæro vbi dictum. §. allegat. & l. & in multis. C. de appel. & latius tradit idem Guid. in suo tract. appellatio. q. xxv. Gabriel Sarayna.

CXI.

1 *Donatione causa mortis reuocata, donatarius non facit fructus suos.*

1 Tex. est, reuocata† donatione causa mortis donatarius nō facit fructus suos. ff. de contra tabu. l. cum quis.

CXII.

1 *Mulier secundo nubens debet filio primi matrimonij ultra legitimam tantum relinquere, quantum secundo uiro dedit, alias non ualet.*

1 Glo. est quod si mulier† contrahat secūdas nuptias filio nato ex primo matrimonio debet dimittere legitimā, & vltra tātū quantum dedit secundo viro, alias non valet in authentic. de nup. §. optimè. col. iiij.

CXIII.

1 *Libellum ineptum proponens ad expensas rei condemnatur.*

1 Tex. est, quòd ille† qui ineptū libellū dedit contra aliquē debet ad expensas rei condēnari. C. de Episcopis & clericis. l. omnes qui. §. si vero. C. de priuilegiis fisci. l. fina. libro duodecimo.

CXIIII.

1 *Testimonium familiaris ferre non potest, nisi de his, quæ antequam familiaris esset, gesta sunt.*

1 Domesticus† vel familiaris non potest ferre testimoniū. C. de testi. l. ij. verū de his quæ fuerūt gesta postquā fuit domesticus, sed de his quæ fuerunt gesta antequā esset domesticus, sic. ff. de quæstio. l. si eum.

CXV.

1 *Testis unius dictum an faciat indicium ad torturam.*

1 Tex. est, quòd dictū† vnius testis non est sufficiens ad quæstionandum aliquem. ff. de quæstio. l. maritus. gl. tamē est cōtraria. C. ad l. Iuliam maiesta. l. ij. ff. de doce præle. l. Theopompus.

CXVI.

1 *Possessio alicui sine causæ cognitione non est auferenda.*

1 Text.est quod sine † causæ cognitione non est possessio alicui auferenda.C.de iure fisci.l.defensionis facultas.in prin.de bo. vac.l.fin.

CXVII.

1 *Consuetudo, quòd pro homicidio pœna pecuniaria imponatur, tenet.*

1 Gloss.est,quòd consuetudo † qua cauetur,quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria.tenet.ff.de re iudic.l. nec ex precatio.

CXVIII.

1 *Instrumentum non ualet, nisi & notarius se subscribat.*

1 Text.est,quod notarius habet se subscribere in instrumento, alias non valet,vt C.de conue.ff.debi.l.fin.C.de non num. pecu.l.in contractibus.

CXIX.

1 *Officialis à principe creatus, quandiu placuerit suæ uoluntati, reputatur p perpetuo.*

1 Text.allegatur,quòd † vbi princeps facit aliquem officiarium sic dicendo,quandiu placuerit nostræ voluntati.quod reputatur pro perpetuo.ff.de excu.tu.l.Iurisperitus.de tute.& ratioci.l.vbi finita.in prin.

CXX.

1 *Victus uictori sicut in expensis debet condemnari, ita qui detulit iuramentũ.*

1 Gloss.est,ꝙ sicut † victori victus debet in expensis condemnari,sic ille qui detulit iuramentum.C.de reb.credi.& iureiurando.l.generaliter.super verbo alteri.

CXXI.

1 *Filius repetere potest bona sua à patre dilapidata.*

1 Text.est,quod si pater † bona filiorum quorum est legitimus administrator dilapidet,ꝙ filius possit petere bona,licet aliâs non posset.ff.solu.matri.l.si cum dotem.§.hoc autem tempore.gloss.ff.quæ in frau.credi.l.pater.

CXXII.

1 *Filius an imputet sibi in legitima quod pro eo pater expendit?*

1 Text.est,quod si pater † expendat aliqua pro filio,patre mortuo alij filij non possunt hoc in legitimam cõpensare, nisi hoc pater in vita dixerit.ff.de mu.& ho.l.& qui originem.§.fi.

CXXIII.

1 *Testis reuelans parti id quod testificatus est pœna falsi tenetur.*

1 Text.est,quòd si testis † reuelet parti id quod deposuit tenetur pœna falsi.ff.de testi.l.qui falsa.ff.de fal.l.eos.

CXXIIII.

1 *Iudex debet dare sacerdotem condemnato, ut confiteatur.*

1 Text.est,quod iudex † debet dare sacerdotem condemnato vt confiteatur.C.de epi.audi.l.Archigeroniæ cum gl.

CXXV.

1 *Fructus rei uenditæ cum pacto in diem adiectionis, interim ad primum emptorem pertinent.*

Text.est quod si res † vendatur cum pacto adiectionis in diẽ, si postea existat adiectio,qua alius plus detulit domino quod fructus interim ad primum emptorem pertinebunt.ff. de iure fisci.l.j.

CXXVI.

1 *Iuramentum ueritatis non debet amplius, quàm semel præstari: idem de uasallo, qui semel iurauit domino.*

1 Gloss.est, quod † iuramentum veritatis non debet amplius quàm semel præstari.ff.de dam.infec.l.qui bona.§.si quis stipulatus.ij.q.j.ca.longinquitatem gloss.super ver.veritatis. Idem dicit de vasallo,qui semel iurauit domino suo pro se & suis, vt no.Henric⁹ in c.veritatis.& in authen.iusiurandũ.§.& equius.

CXXVII.

1 *Iudex secularis potest reuocare grauamen oppositum ab episcopo.*

1 Tex.sunt,quod iudex † secularis grauamen ab episcopo appositum potest reuocare.C.de actio.l.iiij.quomodo & quando iud.l.si vt proponis,melius extra de appell.lib.vj.c. si à iudice.

CXXVIII.

1 *Debitor si mihi omnia bona obligauit, & ea postea uendat, an ego contra unum detentorem pro parte tantum agere compellar?*

1 Debitor,qui omnia † bona præsentia & futura obligat, & oĩa sua bona vendit.Et ego volo agere contra vnum detentorem bonorum,ipse dicit,quod agam contra ipsum pro parte, & contra detentorem pro alijs: nunquid ad hoc sum compellendus? not.in ff.de iure.fi.l.j.in his.C.communia.de leg.ij.in fin. C.de debi.ciui.l.ij.lib.vndecimo.Est etiam casus.C.si vnus ex pluri.hære.l.ij.de hoc vide l.prosecutionem.& authen.ibi positam.C.de pig.

CXXIX.

1 *Legata & fideicommissa ex sola existentia sui hæredis ualent, licet se hæreditatis non immisceat.*

1 Leges sunt,quod ex sola † existentia sui hæredis valent legata & fideicõmissa,licet non se immisceant hæreditati.ff.ad Treb. l.ita tamen.§.si pater filium.ff.de fideicom.liber.l.cum qua.§. si quis.& est gl.ff.de priui.cre.l.pater.circa prin.

CXXX.

1 *Debitor si cedat bonis, & eis quæ uendantur, actiones quæ debitori competebant, emptori competunt.*

1 Lex est,quod si debitor † bonis cesserit,& bona fuerunt vendita,actiones quæ competebant primitus debitori,nunc competunt emptori bonorum.ff.de cu.bo.dan.l.fi.secundum vnam positionem gloss.

CXXXI.

1 *Conueniri quis an possit in loco originis?*

1 Gloss.dicit, quod quis † non potest conueniri in loco originis.ff.ad municip.l.assumptio.& in l.sola.C.de muni. & origi. l.j.licet in contrarium sint casus.ff.de ver.sig.l.prouinciales.in authen.vt diffe.iudi.lice.ha.§.j.

CXXXII.

1 *Testibus duobus affirmantibus magis creditur, quàm decem negantibus.*

1 Gloss.dicit quod † magis creditur duobus testibus affirmatiuam asserentibus,quàm decem negatiuam asserentibus. ff. de arbi.l.diem proferre.§.sed & si.

CXXXIII.

1 *Dotis in causa de plano est precedendum.*

1 Glo.est,quod in causa † dotis procedendum est de plano. ff. sol.matr.l.j.& dic vt ibi.

CXXXIIII.

1 *Maritus tenetur alere uxorem indotatam.*

1 Glo.est quod maritus † tenetur alimentare vxorem à qua nullam dotem habuit l.fi.C.de diuortijs.

CXXXV.

1 *Debitori si iubeam, ut que mihi debet, Titio soluat, an Titius contra ipsum agere possit?*

1 Glo.est quod si † ego mando Titio,quod x.qua mihi debet, tibi soluat,non propter hoc poterit agere cõtra ipsum.ff. de noua.l.si debitorem.ff.de solu.l.penul.§.filia.

CXXXVI.

1 *Exceptio non numeratæ dotis potest à marito opponi, nisi bis in instrumentis eam recepisse confessus fuerit.*

1 Gloss. est,quod † si maritus fuerit confessus in instrumento dotis se recepisse dotem,poterit excipere de non nu.pec.dota.sed si postea in alio instrumento fuerit confessus,non potest excipere.C.de do.cau.non nume.in l.fin.

CXXXVII.

1 *Seruientes tenentur portare baculum, alias eis non creditur.*

1 Leges

1 Leges ſunt, quod ſeruientes † tenentur portare baculum, alias non creditur eis. C. de fabr. l. ſtigmata. de aquæduct. pluraliter. §. vniuerſos.

CXXXVIII.

1 *Literas pro ſe probans, uidetur & eas contra ſe probare. Et qua cautela uti poßit creditor, qui creditum ſuum non poteſt probare per teſtes, nec per confeßionem, ut illud conſequi poßit.*

1 Bene debes mihi centum, † non poſſum probare nec per teſtes nec per inſtrumentum, qualiter poteris ea probare? Redditur cautela quod ſcribam epiſtolam talem. Noueris quod ego debeo tibi decem, & tu debes mihi centum. nam ſi tu ex iſta ſcriptura petas decem, potero probare ex eadem, quod tu debes mihi centum. nam ex quo probaſti pro te literas. & contra te videris pro me probaſſe, vt eſt tex. cum gl. ff. depoſi. l. Publia. §. Lucius.

CXXXIX.

1 *Emptor qui uenditori non denuntiauit de lite mota in cauſa principali, poteſt in cauſa appellationis denuntiare.*

1 Gl. eſt quod licet emptor † in cauſa principali non denuntiauerit venditori, quod eum defenderet, poteſt in cauſa appellationis denuntiare. ff. de euict. l. ſi rem. §. j.

CLX.

1 *Pater naturalis tantum non tenetur dotare filiam naturalem.*

1 Tex. eſt, quod licet pater † naturalis & legitimus teneatur dotare filiam, non tamen pater naturalis tantum. ff. de leg. iij. l. vxorem. §. pater naturalis.

CXLI.

1 *Iudici ordinario ſuſpecto alius adiungitur, idem in aduocato ſuſpecto.*

1 Nota, quòd † iudici ordinario ſuſpecto debet adiungi alius. C. de iudi. l. apertiſsimi. ita aduocato ſuſpecto debet adiungi alius, vt in authen. de triente & ſemiſſe, §. ſi quis.

CXLII.

1 *Iudex uti facit litem ſuam malè iudicando, ita notarius malè ſcribendo.*

1 Nota ſicut † iudex facit litem ſuam malà iudicando. inſtit. de ob. quæ ex quaſi delict. naſcun. ff. de iud. l. ſi filiusfa. ff. de oblig. quæ ex quaſi delict. naſ. C. de pact. l. in conſcribendo. & ff. ſi mẽſor falſum modum dixerit. l. fi. C. de magiſtratibus conueniendis. li. x. Et ſic notarium male ſcribendo, vt no. C. de numerariis & actuariis. l. ij. li. xij.

CXLIII.

1 *Arbiter malè pronuntiando facit litem ſuam.*

1 Nota, quod ſicut † iudex facit litem ſuam malè iudicando, vt dixi: ita & arbiter malà pronuntiando facit litem ſuam, vt no. inſt. de obli. quæ ex quaſi delic. naſ. circa principium. ſuper verb. litem. & eſt etiam. ff. de pac. l. plures. in fi.

CXLIIII.

1 *Iudex ordinarius licet non poßit eſſe arbiter in cauſa, quæ coram eo uertitur, poteſt tamen eſſe amicabilis compoſitor, uel arbitrator.*

1 No, quod licet † iudex ordinarius non poſsit eſſe arbiter in cauſa quæ coram ipſo vertitur. ff. de arbi. l. ſed & in ſeruũ. §. ſi quis iudex. tamen amicabilis cõpoſitor vel arbitrator eſſe poterit, probatur optimè, vt in d. §. no. & in authent. vt diffe. iu. §. ſi vero, ſuper ver. conuentum.

CXLV.

1 *Debiti mulieris executio in bonis dotalibus fieri non poteſt.*

1 No. quòd pro debito † mulieris non eſt faciẽda executio in bonis dotalibus vt no. ff. de bo. dam. l. quicunque legibus in fine.

CXLVI.

1 *Frater non poteſt fratrem de crimine capitali accuſare, idem in agnato.*

1 Not. quòd ſicut † frater non poteſt fratrem accuſare, vt C. qui accuſare non poſſunt. l. ſi magnum, ſcilicet de crimine capitali. Sic agnatus agnatum de crimine capitali non poterit accuſare, vt no. ff. ad Turp. l. j. §. accuſationem.

CXLVII.

1 *Frater fratri utiliter ſtipulari poteſt.*

1 No. quod frater † fratri ſuo vtiliter poterit ſtipulari, vt no. inſti. de ſtip. ſeruo, §. alteri. & eſt additio.

CXLVIII.

1 *Tutor & tutoris filius pupillo ſtipulari poſſunt.*

1 Not. quod ſicut tutor † poteſt ſtipulari pupillo, ſic etiam filius tutoris vtiliter pupillo poterit ſtipulari, vt eſt tex. ff. de admin. tut. l. quoties. ij. Reſponſo.

CXLIX.

1 *Criminoſus religionem intrans, tamen debet puniri.*

1 Nota, quòd ſi aliquis † criminoſus intret religionem, quo nihilominus debet puniri in authent. de monac. §. ſi quis igitur. colum. j.

CL.

1 *Crimen poteſt per inſtrumentum probari.*

1 Not. quod crimen † poteſt probari per inſtrumenta, vt not. C. ad legem Aquil. l. contra negantes. ff. ad Turpillia. l. Neſenni⁹. in prin. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. l. vna. ſuper verſic. ſubtilitatem, & etiam eſt tex. quorum appellationes non recipiunt. l. ij.

CLI.

1 *Controuerſiam non facere ſuper re alicui ſub pœna promittens, incidit in pœnam ſi rem retineat.*

1 Not. quòd ſi promiſi † alicui non facere controuerſiã ſuper re cum pœna, & volo rem retinere, incido in pœnam, vt not. ff. de procur. l. non ſolum. §. ſi ſtatutus. ff. ſi pars hære. pet. l. permittẽdum. in fi. de lib. homi. exhib. l. iij. §. ſi vero. ff. de excep. rei. iudi. l. fi. §. Lucius. ſuper verbo nouiter. ff. de Carbo. edict. l. j. ĩ prin. ff. de act. rerum amo. l. Pomponius. in fi.

CLII.

1 *Confeſſoria actione quando agatur ad uſum, & quando actione ex contractu, ex quo uſus habitus eſt?*

1 Nota, quod vbi agitur † per aliquem ad vſum habendum quod agitur actione ex eo contractu, ex quo habuit vſum, & ſi nunquam habuit poſſeſsionem, tunc agitur confeſſoria, vt eſt tex. not. cum gl. in l. iij. §. vnde vi. ff. de vi & vi arma.

CLIII.

1 *Alternatio in libello non admittitur? & an poßit ſic concludi, peto rem, & ſi non tradit, peto intereſſe?*

1 Nota, quod licet alternatio † non ſit admittenda in libello, vt eſt tex. cum gloſſ. in l. pretor edixit. §. quod autem pretor cum cõcor. ff. de eden. Attamẽ poteſt ſic dici, peto rẽ, & ſi non tradit, peto intereſſe vt not. ff. de actio. empt. l. j. in ij. glo. in ſecundæ quæſtiõis. & ff. de verbo oblig. l. ij. §. itẽ ſi in facto. circa principiũ. Et ꝓ iſtis eſt caſus. C. loca. in l. conductores. licet gl. videatͣ notare contrarium. ff. de regulis iuris. l. ſi quis ab alio. §. fin.

CLIIII.

1 *Filius famil. rem uendẽs, eodem modo tenetur, ſicut pater famil. Et ſi de preſenti contra eum executio fieri nequeat, tamen fiet, cum bona habuerit.*

1 Not. quod quãdo † filiusfamil. vendit rẽ eodem modo tenetur ſicut paterfa. ff. de actio. ẽptio. l. tenet. §. ſi filiusfamil. attamen ſi non poſsit contra eũ fieri executio de preſenti, tamen eũ bona habebit fiet vt not. ff. de mino. l. iiij. §. ſed vltra. & eod. tit. l. quod ſi minor. §. ſi ſeruus ſuper verbo cõdẽnabitur. & ſoluto matrimonio. l. ſi filiofamiliãs.

CLV.

1 *Arbitrium boni uiri an poßit peti à decepto in dimidia iuſti pretij, an tantum ultra?*

1 Not. quòd ſi aliqs † dicitur iniquè arbitrari, & ſic recurrit ad arbitrium boni viri, ſit arbitriũ vltra dimidiam iuſti pretij, vel verius quod iſtud arbitrio iudicis cõmittatur, vt not. inſtit. de emptio. & venditio. §. pretium ſuper verbo diffinierit.

CLVI.

1 *Noxalis actio in priuatis delictis tantum non in publicis locum habet.*

1 Not. quod actio † noxalis habet locum in priuatis delictis, in publicis autem non habet locum noxæ delictum, vt est tex. C. de noxa. l. penul.

CLVII.

1 *Cōducens equum ad naulum pro decem dietis, si eo utatur pro uiginti, pro illis soluere tenetur.*

1 Not. quod si aliquis † conduxit equum ad eundum per decem dietas, & in illis decem dietis fuit per viginti dietas, debet soluere pro viginti, vt not. ff. de falc. l. eos, super verbo commeauerit.

CLVIII.

1 *Debitor si dicat, do tibi decem corbes bladi in uel ex tali domo mea, propter hoc domus non dicitur obligata, secus si dixerit super tali domo.*

1 Nota quod si aliquis † dixerit, do tibi decem sestaria bladi in tali domo mea, vel ex tali domo mea, quod propter hoc ista domus non est obligata, vt est tex. de annu. leg. l. liberto. Si autem dixisset super tali domo tunc est obligata, vt est casus. ff. de le. ij. l. codicillum. §. instituto. & de lega. iij. Paulus Callimachus. §. fin.

CLIX.

1 *Debitor qua tutela uti poßit ad liberandum sua pignora à creditore sint solutione pecuniæ debitæ.*

1 Nota cautelam, quod si debes † creditori tuo pecuniam cum pignoribus vel hypothecis, & velis hypothecas vel pignus absque solutione liberare, recipias ab eodem adhuc decē, vel viginti & promittas sibi seu obliges te in instrumento, & animo nouandi te soluturum nulla mentione facta priorum pignorum, & tunc ipso iure liberantur, vt est casus. ff. de pigno. act. l. solutum, §. nouata. Et pro hoc facit in eodem ti. l. si rem alienā §. satisfactum. versicu. generaliter. & ff. de noua. & dele. l. noua [illegible]

CLX.

1 *Aestimatio in dubio facit emptionem.*

1 No. quod in dubio † cum fundus æstimatur, videtur ex causa emptionis vt no. C. de iure do. l. si inter. & l. quoties. & ff. eo. l. plerunque. & C. de pact. l. ex conuentoine.

CLXI.

1 *Contumax in aliqua parte litis, si postea in causa obtineat an poßit repetere causa contumaciæ solutum.*

1 Not. quod vbi duo litigant, † & vnus est contumax in aliqua parte litis, si ratione contumaciæ soluat aliquid, & postmodū ille talis contumax obtinuit in causa, potest repetere illud, quod soluit ratione contumaciæ vt est casus. ff. de ædil. edic. l. cui autem. §. cum redhibitur. Tamē contrarium est verum vt videtur tex. ff. de pigno. actio. l. si pignoris. §. j.

CLXII.

1 *Equa uendita, uidetur & pullus uenditus.*

1 Not. quod vendita equa † videtur pullus venditus, vt est gl. iuncta cum tex. fami. ercis. l. cum pater. in prin.

CLXIII.

1 *Fiscum in quæsitis fraudans an in quadruplum puniatur, in quærendis uero, in duplum.*

1 Not. quod ille qui fraudat † fiscum in quæsitis punitur in quadruplum. Ille autem qui fraudat in quærendis punitur in duplum. no. concordias plurium legum quæ in hoc videntur variare. ff. de pu. vecti. l. si multiplicati. circa finem.

CLXIIII.

1 *Actione ex eodem contractu agitur ad rem restituendam.*

1 No. quòd agitur † actione ex eodem contractu ad rem restituēdam. ff. de vsufru. l. quoties. §. si colono. & ibi est casus. ff. de cōtrahen. emp. l. sed & Celsus. §. si fundus. ff. de act. empt. l. ex empto. §. si quis virginem. & eo. ti. l. si sterilis. in prin.

CLXV.

1 *Banni oppositio præstita cautione uel satisdatione remouetur.*

1 No. quod banni † oppositio præstita cautione vel satisdatione remouetur. ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. in fi. ff. de pet. hære. l. diuus. & no. ff. de euic. l. minor. in prin.

CLXVI.

1 *Socius potest agere ex iniuria facta in itinere alteri socio.*

1 No. quod ex iniuria † facta vni ex sociis itineris alter socius potest agere vt no. ff. de iniu. l. item apud Labeonem. §. abduxisse videtur. & ibi gl.

ADDITIO.

Et an dominus pro iniuria facta seruo, vel superior pro iniuria illata suo officiali? vide Gui. pap. decisio. Grationop. ccccclxvij. aliquis verberat.

CLXVII.

1 *Notarius potest recipere salarium pro originali.*

1 Not. quod notarij possunt † recipere salarium pro originali, & actis, seu pro instrumento in mundum redacto, vt est tex. cum gl. C. de prin. agen. in re. l. fi. li. xij. circa medium.

CLXVIII.

1 *Clericus uxoratus ex contractu qui eum infamare potest, si conueniatur coram iudice seculari, debet ad ecclesiasticum remitti.*

1 No. quod si clericus vxoratus conueniatur ex aliquo contractu coram iudice seculari, ita quod si sententia feratur contra ipsum erit infamis, vt actio commo. depo. & similibus, ad ecclesiasticum iudicem est remittendus, cum de talibus iudex secularis non possit cognoscere ar. C. de prin. agen. in reb. l. j. ex eo cum dicit ibidem absurdum esse. li. xij.

CLXIX.

1 *Consulere inuitus quis compellitur.*

1 No. quod quis † inuitus compellitur consulere, vt no. C. de proxi. sacro. scri. l. ij. li. xij.

CLXX.

1 *Ecclesiarum res sunt in speciali protectione.*

1 Nota. quod res † ecclesiarum sunt in speciali, & saluagardia, & protectione vt est tex. C. de succe. rerum priuato. l. vniuersali. li. xj.

CLXXI.

1 *Præscriptionis exceptio impedit litis contestationem.*

1 No. quod † exceptio præscriptionis impedit litis contestationem. vt C. de sen. stu. l. fi. circa fi.

CLXXII.

1 *Filius obligatur ex uoto patris uouentis eum monasterio.*

1 No. quod si pater † vouit filium monasterium intrare, quòd ex hoc voto filius obligatur, vt no. C. de agri. & censi. l. ne diutius, li. xj. circa prin. gl. alle. c. monachum. xx. q. j.

CLXXIII.

1 *Clericus potest fructus de præbenda præceptos ad hæredem transmittere*

1 No. quod fructus perceptos de præbenda potest † clericus trāsmittere ad hæredem, vt no. C. de anno. ciui. l. j. li. xj. & Bar. in l. diuortio. §. item si messes. ff. sol. mat. in l. defuncto. de vsufruct.

CLXXIIII.

1 *Collecta duobus in locis solui non debet. Et maritus eam soluere tenetur pro fundo dotali.*

1 Not. quod si aliquis † habet domiciliū Tholosæ. & habeat aliqua bona Caturcij, & indicatur collecta psonæ, p se posita Caturcij nō æstimatur Tholosæ, quia tūc pro ea duobus locis solueret collectam vt no. C. de mune. & quo lo. l. vna. li. x. & ibi est gl. quod maritus pro dotali prædio debet soluere collectam.

CLXXV.

1 *Iudex nil debet recipere pro decreti interpositione.*

1 No. quòd pro decreti † interpositione iudex nil debet recipere vt est tex. C. de præd. curi. l. fi. in fine. li. xj.

CLXXVI.

1 *Instrumentum octo requirit.*

Not.

1 Nota. quæ requiruntur in instrumento, & dic quòd octo, quæ no. C. de tribu. l. generaliter. li. x. & aliqua istorum octo numerantur. C. de apo. publ. l. nisi aurum quæ enumerantur plenius in d. l. generali.

CLXXVII.

1 *Fiscus ratione confiscationis bona recipere pro delictis nequit.*

1 Not. quòd pro delictis † commissis ratione confiscationis fisc' non potest recipere bona, vt no. C. de bo. vacan. l. j. li. x.

CLXXVIII.

1 *Feudum à vasallo domino iuramento demonstratur.*

1 Not. quod † vasallus qui habet feudum pro domino pro quo facit sibi homagium demonstrat feudum domino iuramento vt no. C quando & qui. quar. pars libr. x. l. in exigendis. alias. §. j. super verbo iurata fide & in feu. de prohi. feu. aliena. per Federicum. c. imperialem. §. illud. & hoc facit gl. ff. de act. emp. l. Titius. la. ij.

CLXXIX.

1 *Bona eius qui metu criminis se suspendit non confiscantur, sed tantum damnati.*

1 Item no. quòd si aliquis se suspendat metu criminis bona nō confiscātur. Hodie autem bona damnatorum vt no. C. de iure fisci. l. fi. in fi. li. x.

CLXXX.

1 *Consutudo dat iurisdictionem.*

1 Not. quòd consuetudo † dat iurisdictionem vt no. C. de emanci. li. l. j. & fi. & est tex. C. de diuer. offi. l. viros. li. xij.

CLXXXI.

1 *Rusticus equester ire non debet, nec expensa facta in equo ei debetur.*

1 Not. quod si aliquis † rusticus qui iuit in aliquo loco ad ferendum testimonium veniat eques, quod non debet sibi tradi expensa facta pro equo, vt no. ff. man. l. idem. §. idem Labeo.

CLXXXII.

1 *Filio coniugato alimenta denegari possunt.*

1 Not. quod coniugato † filio possunt denegari alimenta. vt. C. de alen. lib. l. fi.

CLXXXIII.

1 *Statutum, quòd nullus emat uictualia usque ad talem horam, ualet.*

1 Nota, quòd dominus † castri potest facere statutum quod nullus emat victualia vsque ad talem horam, vt not. C. de nundi. l. ij.

CLXXXIIII.

1 *Filius non potest accusare matrem de falso, eam tamen iudex potest ex officio punire.*

1 No. quòd filius † non potest accusare matrem de falso, tamē iudex ex officio suo potest eam punire, vt not. C. de fal. l. j.

CLXXXV.

1 *Executio in alternatiua obligatione quomodo fiat, & in hoc quando liceat uitiare.*

1 Nota qualiter † fiat executio in alternatiua obligatione, vt ff. de verb. obl. l. eum qui certarum. Vnde licitum est sibi variare, vt d. l. eum. & hoc verum vsqueququo conueniatur actione iudicati, nam postquam conuentus fuerit actione iudicati non potest variare si vnam rem fuerit condemnatus dare. & est admonitus, vt dicit gloss. ff. de peti. hære. l. item veniunt. §. idem rectè.

CLXXXVI.

1 *Testator si uxori dotem leget, aliquaque legata faciat & subdat, quòd uult legata duplicari, an etiam legatum dotis duplicari debeat.*

1 Nota, quòd si testator † fecerit plura legata, inter quæ vxori dotem legauerit, postmodū dicat, quòd vult quod omnia legata duplicentur, non propter hoc videtur voluisse quod dos duplicetur, vt est text. ff. de legat. ij. l. Lucius. in magna. §. impuberum.

CLXXXVI.

1 *Fideiussor in dubio uidetur pro toto debito fideiussisse.*

1 Nota quòd vbi aliquis se obligat tanquam † fideiussor præsumitur quod videtur obligatus pro toto debito, quod debebat vt ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. §. si nummos.

CLXXXVIII.

1 *Maritus non potest condemnari nisi inquantum facere potest, & quid si opera sua possit lucrari, an sibi aliquid remittatur.*

1 Item no. quòd maritus non potest condemnari nisi inquantū facere potest, vt est tex. de re iudic. l. maritum. cum l. sequenti. Vnde si sit talis qui possit operari, & opere suo possit victum lucrari, nihil debet sibi remitti, vt not. ff. solu. matrimo. l. si maritus.

CLXXXIX.

1 *Vasallus litem habens cum domino, non debet coram eo, nec eius iudice litigare.*

1 Nota, quòd si sit controuersia † inter dominum & subditum, iudex domini cognoscere non debebit, quia graue esset sibi coram domino vel subiecto domini litigare, vt not. ff. de officio præsid. l. senatus. Et videtur notari in authentic. vt hi qui obligatio. perhi. mi. §. vt autem non demus. super verbo hostem.

ADDITIO.

Idem tradit Ioan. de Arno. in problema. xxxvj. Gab. Saray.

CXC.

1 *Mulier, & minor admittitur ad allegandum causas absentiæ.*

1 Nota, quòd mulier † vel minor admittitur ad allegandum causas absentiæ, vt no. ff. de procur. l. seruus quoque. §. publicè. in fi. glo.

CXCI.

1 *Fideiussor denuntians creditori antequam numeret debitori pecuniam, quod pecuniam ei non tradat, quia is factus est non soluendo, non tenetur, si creditor tradiderit.*

CXCII.

1 Nota, quòd si ego fideiussi † pro aliquo, qui debet recipere pecuniam à Titio, si antequam Titius numeret sibi, denuntiaui quod pecuniam non tradat, quia fortè factus est non soluendo, si postmodum numeret, non teneo, vt not. ff. de procura. l. Titius. & de fideiuss. l. si fideiussor creditori.

CXCII.

1 *Debitum præscriptum si soluam condictione indebiti repetere possum.*

1 Nota, quòd si ego † præscripsi debitum, si postmodum soluam cōdictione indebiti repetere potero, vt ff. rem ratā haberi. l. fi.

CXCIII.

1 *Causa simpliciter commissa, non uidetur sententia commissa, sed tantum causæ cognitio.*

1 Nota, quòd si alicui † causa simpliciter sit commissa, non videtur commissa sententia: sed solum causæ cognitio, vt no. ff. de procu. l. procaratorem.

CXCIIII.

1 *Delegante mortuo, si delegatus in causa procedat, an processus ualeat?*

1 Nota, quòd si fuerit † aliqua causa delegata, & antequā lis coram isto delegato cōtestetur delegās fuerit mortuus, si delegatus ignorās procedat in causa, nō valebit processus, vt no. ff. si cer. pe. l. eius qui in puincia. circa prin. super verbo ignorasset.

CXCV.

1 *Indebitum scienter soluens per condictionem sine causa repetit.*

1 Nota, q̄ si ego soluo † debitū scienter, licet nō possim repetere cōdictione indebiti. l. j. tamē per cōdictionē sine causa optime repetere possum, vt no. ff. mand. l. si fideiussor. §. in omnibus. & no. aliquantulum. ff. de cōdi. & demō. l. Titio fundus in Asiam.

CXCVI

1 *Deierare etiam pro alterius salute non licet.*

1 Not. quòd non† est licitum mihi deierare nec pro salute alterius, vt in decre. xxij. q. ij. c. j. & c. ne quis arbitretur.

CXCVII.

1 *Dotis lucrum frater nõ tenetur conferre: & an si de bonis communibus aliqua emat, illa communicare debeat.*

1 Nota, quòd si vnus† de fratribus habentibus bona patris ex dote vxoris suæ aliquid acquisierit, non tenetur conferre, vt est tex. ff. pro socio. l. cum duobus. §. si fratres. alias est l. per se. & in feu. de duobus fratribus. de nouo benefi. inuesti. c. vno. Et ibi est tex. quod si acquirat aliqua de bonis cõmunibus quòd illa nõ habeat communicare, nisi communi nomine emisset.

CXCVIII.

1 *Procurator constituens, si post litem contestatam moriatur, procurator litem finire poterit.*

1 Nota, quòd si procurator† constitutus sit per aliquem in aliqua causa, si lit. contest. constituens moriatur, nihilominus poterit procurator litem finire, vt not. C. de admini. tut. l. fi. §. j. super verbo procurator. Tamen secus esset si lis esset integra, vt ff. de acq. hære. l. qui seruum. §. quis alicui. institu. manda. §. penul. ff. de proba. l. post litem.

CXCIX.

1 *Legatarius potest ex testatoris permißione legata propria authoritate recipere.*

1 Nota. quòd testator† potest permittere legatario quod legata propria authoritate recipiat, vt not. ff. de lega. ij. l. Titia. §. Lucius.

CC.

1 *Procurator in causa criminali principali non admittitur, secus in appellatione.*

1 Nota, quòd licet in causa† criminali non admittatur procurator, vt in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud. Tamen si sit causa appellationis optimè potest admitti, vt not. in decre. ij. q. vj. c. si quoniam.

CCI.

1 *Iudex coram quo præstita fuit cautio de iudicio sisti, non potest amplius recusari.*

1 Not. quòd si fuerit† coram aliquo iudice cautio præstita de sistendo in iudicio quòd non poterit recusari, vt not. in auth. de exhib. & introdu. §. illud. super verbo, cautionis. colla. v.

CCII.

1 *Iudex ante litem contestatam debet recusari, alias non potest, nisi ex noua causa superueniente.*

1 Nota, † quòd licet ante litis contestationem quis debeat recusare iudicem, vt C. de iudi. l. apertissimi. tamen ex noua causa superuenienti ipsum optimè post poterit recusare, vt no. C. de consor. eiusdem li. ij.

CCIII.

1 *Proximior qui in causa criminali interuenire non debet, si interuenerit, & causam duxerit, processus tenet.*

1 Nota, quòd licet† proximior non debeat interuenire in causa criminali, tamen si interuenit & causam duxerit, bene tenet processus, vt no. C. de adul. l. quamuis. in prin.

CCIIII.

1 *In integrum restitutio potest opponi per uiam exceptionis.*

1 Nota, quòd restitutio† in integrum potest opponi per modum exceptiõis, vt no. ff. de iureiu. l. nam & postea. §. si minor. ff. qui cau. maio. l. necnon. §. exemplo. contra quas gl. videtur text. ff. de excep. l. exceptiones.

CCV.

1 *Maritus si iuret mulierem non esse eius uxorem, an hoc præiudicet ueritati, uel si monachus iuret se non esse monachum.*

1 No. ꝙ si mulier† detulit iusiurandum viro, & ipse iurauit, ꝙ nõ erat eius vxor, postmodum si possit apparere de contrario nõ præiudicat. Et hoc quòd dixi in matrimonio nõ habet locum in causa monachationis, si monachus iuret se nõ esse monachũ, & hæc omnia no. ff. de iureiu. l. iij. §. j. super verbo, agatur.

CCVI.

1 *Donatio quæ fit benemeritò, non requirit insinuationem, licet quingentos aureos excedat.*

1 Nota, quòd licet in† donatione, quæ excedit summam quingentorum aureorum requiratur insinuatio, vt C. de don. l. sancimus. tamen in donatione quæ fit benemerito non requiritur, vt no. ff. de dona. l. Aquilius Regulus. & ibi gl. dicit quod licet iudici non possit dari quicquam, tamen si sit bene meritus optimà dari possit.

CCVII.

1 *Emancipatio necessario iudice, decretum requirit.*

1 No. quòd in emancipatione† requiritur decretum de necessitate, vt est tex. C. de offi. præsi. l. j. insti. quibus modis ius patriæ pot. solui. §. præterea. C. de emanci. lib. l. iij.

CCVIII.

1 *Minor non potest constituere procuratorem ad negotia sine authoritate curatoris.*

1 No. quòd minor† nõ potest facere procuratorẽ ad negotia sine authoritate curatoris, vt ff. rem ra. hab. l. cũ minor. in prin.

CCIX.

1 *Minoris conducentis domum, bona quæ in eam infert an sint tacite obligata pro pensione.*

1 Not. quòd si minor conduxit† aliquã domum, & inferat aliqua bona ibi, quòd illa tacitè nõ sunt obligata, & si esset maior bene esset obligata tacitè, vt not. ff. de pac. l. item conuentiones.

CCX.

1 *Filius an poßit petere in quacunque parte minima legitimam suam, uel partem sibi debitam.*

1 Not. quòd si filius† petat quartam partem in quacunque parte minima nõ debet audiri, vt C. quãdo & quibus quarta pars in bon. decurio. debe. l. iuncta. circa prin. & C. ad leg. Falc. l. ij. Licet contrarium videatur notae in l. fi. eo. ti. circa prin.

CCXI.

1 *Sponsus tenens sponsam in domo sua fructus dotis lucratur.*

1 Nota, quòd si sponsus† teneat sponsam in domo sua, quòd lucratur fructus dotis, quòd no. C. de dotis promiss. l. j. licet contrarium notetur. ff. de iure do. l. dotis fructus.

1 *Pater potest filiam exhæredare. quæ non uult nubere digno, quem pater elegit.*

1 Nota, quòd si filia† nolit contrahere cum illo, quem sibi pater elegit, dum tamen sit dignus ea, pater potest iustè eam exhæredare, vt no. ff. de spon. l. sed hæc quod patris.

CCXIII.

1 *Statutum quod si quis intrauerit alterius uineam, certum quid soluat, potest à municipibus fieri.*

1 Nota, quòd† municipes possunt facere statutũ, vt quicunque intrauerit vineam, vel aliquid fecerit simile soluat decẽ, vt instit. de iure nat. gen. & ciui. ver. ius autem. super verbo, vsu. & ff. de cap. dimin. l. tutelas. C. de noxa. l. ij. ff. de priuileg. cred. Antiochiensium. ff. de reg. iur. l. nec ex prætorio.

CCXIIII.

1 *Iudex potest dare ex officio curatorem bonis illius, quem uidet bona dilapidare.*

1 Nota, quòd iudex† ex officio suo potest dare curatorem bonis alicui, si videat eum bona dissipare, posito quòd ab aliquo nõ petatur vt no. ff. de cura. bo. dan. l. ij. circa prin.

CCXV.

1 *Debitor cedens bonis non liberatur, quando dolosè factus est non soluendo.*

1 Not. quòd debitor† qui dolose bona alienauit, & sic factus est nõ soluendo, nõ liberatur cedẽdo bonis, vt ff. quæ in frau. cre. l. fi. & in auth. de fideiuss. §. res. super verbo creditur. col. j.

CCXVI.

1 *Actiones duæ in libello simul proponi non possunt, nisi actor sit incertus ex facto rei.*

1 Nota, quòd in libello non possunt duæ actiones simul poni, vt not. ff. de tribu. l. quod in hæredem. §. eligere. tamen si actor sit incertus ex facto rei potest duas simul proponere, protestando quod ex vna illarum duarum vult ius suum cõsequi, vt ff. quorum leg. l. j. §. qua actione.

Negatiua

CCXVII.

1 *Negatiua qualiter probetur?*

1 No. optimam gloss. qualiter † negatiua probetur. ff. de iure priua. l. & hæc interdictio in fin. magnæ gloss. in authent. de hæred. & fal. §. si vero absunt. super verbo hærede. & C. de testa. l. non codicillum. & melius in c. bene. in magna. extra de elect. in gloss.

CCXVIII.

1 *Filius non legitimatur per subsequens matrimonium contractum cum ea, quam uiuente uxore, carnaliter quis cognouit.*

1 No. gloss. quòd si aliquis dum haberet vxorem habuit rem cũ aliqua muliere, ex qua filium procreauit, postmodum vxore sua mortua contrahat cum matre istius filij, non propter hoc iste filius est legitimus per matrimonium subsequens, vt not. institut. de nup. §. fi. super verbo interdictum.

CCXIX.

1 *Filius præteritus potest testamentum patris nullum dicere, alias non.*

1 No. q si filius † sit præteritus potest testamentum patris dicere nullum, alias non, vt no. C. de inoff. testa. l. si filius.

CCXX.

1 *Pater rogatus hæreditate filio restituere potest quartã retinere, sicut quilibet extraneus.*

1 Not. quod si † pater est rogatus restituere hæreditatem filio, quod pater potest retinere quartam sicut quilibet extraneus, vt est tex. C. ad Trebel. l. iubemus. in iij. dicto.

CCXXI.

1 *Iudex uel arbiter non possunt esse testes de his, quæ acta sunt coram eis.*

1 Not. quòd iudex † vel arbiter non possunt esse testes de his, quæ acta sunt coram eis, vt not. C. de arbit. l. ij. §. si autem scriptura.

CCXXII.

1 *Aduocatus non est dandus in crimine notorio.*

1 Nota, quod in crimine † notorio non est dandus aduocatus accusato, vt est tex. C. de defen. ciui. l. per omnia.

CCXXIII.

1 *Fideiussor potest primo conueniri si principalis soluendo non sit.*

1 Not. quod fideiuss. † non debet conueniri antequam principalis, si tamen principalis sit non soluendo, potest primo fideiussor conueniri, vt not. ff. de verbor. obligat. l. in dotem. ff. si certum petatur. l. fin. C. de fideiussor. authent. præsente, & ibi per Bartolum.

CCXXIIII.

1 *Emptor promittens in fundo empto domum non facere, sub pœna, si eum alienet, & emptor secundus in eo domum faciat, an primus emptor teneatur?*

1 Not. quòd si ego emi rem † vt puta fundum, & promisi quod non facerem ibi domum sub pœna, quod si postmodum fundum vendo, & emptor domum faciat, ego non teneor, nec etiam emptor, vt not. ff. de alienatione iudicij mutandi causa facta. in l. iij. §. opus.

CCXXV.

1 *Donatio propter nuptias, quæ excedit summam quingentorum aureorũ insinuationem requirit.*

1 No. q in donatione † propter nuptias quæ excedit summam quingentorum aureorum requiritur insinuatio, vt est text. C. de donat. ante nuptias. l. fi. circa finem.

CCXXVI.

1 *Debitum certa die si quis ante diem petat, duplicantur debitori induciæ, & si debitum sub conditione petatur.*

1 No. q † sicut quando debebam tibi certa die pecuniam, si ante petam, duplicantur induciæ: ita etiam si debeam sub conditione duplicantur induciæ, si ante petam, vt not. ff. si certum petatur in l. si pecuniam. in fin. & ff. de pign. l. grege. §. sub conditione.

CCXXVII.

1 *Fideiussor ex pluribus conuentus à creditore potest opponere, quòd agatur primo contra alium fideiussorem, qui à debitore habuit pecuniam.*

1 Nò. quòd si duo † fideiusserunt pro aliquo recipienti pecunias mutuo, si postmodum iste principalis mittat pecuniam vni fideiussori, si creditor agat contra illum, qui pecuniam non habuit, quia forte principalis debitor non erat præsens, potest opponere quod agat contra illum, qui habuit pecuniam, vt notat. ff. commod. l. quæritur. super verbo absolui. Et est glos. additionalis.

CCXXVIII.

1 *Fiscus an habeat tacitas hypothecas in bonis delinquentis?*

1 No. q fiscus † habet tacitas hypothecas in bonis delinquentis vt videtur notabilis gl. ff. de pactis. l. rescriptum circa princip. super verbo hypothecas, licet contrarium notet gloss. quæ communiter reprobatur. C. de fis. cre. l. vna.

CCXXIX.

1 *Processus factus cum non uero procuratore, quem iudex pronuntiauerit esse procuratorem, non ualet.*

1 No. q si † ego agam contra aliquem, & quidam qui non erat procurator cõpareat pro ipso, & ego excipiam quod ipse non habeat mandatum, si iudex pronuntiet ipsum fore procuratorem, quum reuera non erat: processus factus cum eo non valet, vt videtur text. ff. quod cum falso tutore authore fit, l. j. §. idem Pomponius. alias est per se.

CCXXX.

1 *Pater si permittat filio donare causa mortis, tamen si donet patri, uel seruo patris, non ualet.*

1 Nota quòd si pater † permittat filio donare causa mortis, tamen si donet patri vel seruo ipsius patris, non valet, vt not. ff. de act. tut. l. j.

CCXXXI.

1 *Impedimentum eius, qui citatus in iudicium non uenit, probatur iuramento.*

1 Not. q si sum citatus † coram aliquo iudice, & forte sum impeditus vi fluminis vel tempestatis, vel aliqua iusta causa, & nõ possum hæc ꝓbare, debet credi suo proprio iuramento, vt est tex. de excusa. tuto. l. scire oportet. §. cum quis.

ADDITIO.

Idem notat Ioan. de Arno. in problema. xxxviij.

CCXXXII.

1 *Delinquens non est ab ecclesia extrahendus, nisi pro certis criminibus.*

1 Nota quòd delinquens † pro quocunque delicto non debet extrahi ab ecclesia, nisi pro certis criminibus, vt not. C. de his qui ad eccle. confug. l. iij. licet contrarium not. quod imò pro quocunque, vt in auth. de mandat. princip. §. neque autem homicidas.

CCXXXIII.

1 *Testamentum secundum faciens nulla facta de primo mentione, tamen legata in primo facta uidentur reuocata.*

1 No. quòd si aliquis † facit secundum testamentũ, in quo nullam mentioné facit de primo, quòd nihilominus legata facta in primo videntur reuocata, vt ff. si cui plus quàm per l. Falcid. l. iij. §. si legatus.

CCXXXIIII.

1 *Executor non habet necesse tenere computum de bonis distributis.*

1 Nota, quòd † executor non habet necesse tenere rationem de distributis bonis, vt est text. si cui plus quàm per legem Falci. l. diuus.

CCXXXV.

1 *Consuetudo ciuitatis debet seruari in castris, & in locis circumuicinis.*

1 Nota, quòd consuetudo † ciuitatis debet seruari in castris, & locis circumuicinis, vt ff. de posthum. l. ex ea. & est text. cum glo. in authenti. quibus modis natur. effic. sui. §. si quis igitur. col. vij.

CCXXXVI.

1 *Ius reuocandi domum, an competat patri, qui Parisios iuit uisum filium studentem?*

Nota, quòd si aliquis † habet filium studentem Parisijs, & iuerit causa visitandi filium, & aliquis ibi conueniat eum, quia patria est communis, sicut Roma, habet ius reuocandi domum, vt not. ff. de iudic. l. j. in fi. glo.

CCXXXVII.

1 *Citatus ad locum sibi periculosum, comparere non tenetur.*

1 No. quòd si † aliquis fecit me citari coram delegato principis, & locus vbi debeo comparere est periculosus mihi, quia fortè in illo loco tute venire non audeo propter inimicos meos, coram eo non debeo comparere, vt not. ff. ex quibus cau. l. iij. in fi. ff. ad Tut. l. de ætate. vbi est similis gl. pro quo facit. ff. de lega. l. sciendum. §. si excusatio. & extra de rescriptis. c. statutis. lib. vj. & extra vt lit. contesta. c. ad sedem.

CCXXXVIII.

1 *Decima bladi & agnorum debetur sacerdoti, eam tamen infra decem dies accipere non tenetur.*

1 Nota, quòd de iure † ciuili decima bladi & agnorum debetur, nec sacerdos tenetur recipere agnum pro decima infra decem dies, vt not. ff. de verbor. obligat. l. stipulatio ista. §. inter certam.

CCXXXIX.

1 *Filius de bonis patris ultra legitimam aliquando alia bona habet.*

Not. gl. in §. quamobrem, alias est ver. in auth. de rest. & ea quæ parit. col. iiij. Quod † filius habet de bonis paternis vltra legitimam, & vltra velle patris. Sed illa sequitur in casu speciali. Et sic est idem totum in contrarium, in authent. de defen. ciuita. §. iudiciorum. colla. iij.

CCXL.

1 *Victor litis quando uicto condemnetur in expensis.*

1 Victor litis † condemnatur victo in expensis. Sed regulare est contra in l. properandum. §. sinautem. C. de iudi. Sed quando quilibet actor est, vel reus in culpa litis est neuter condemnandus in expensis.

CCXLI.

1 *Falsi crimen est crimen capitale.*

1 Text. est, quòd crimen falsi est crimen capitale. l. j. ff. de public. iudic.

CCXLII.

1 *Pupillus si sine hærede decedat, tutor, non fiscus succedit.*

1 Nota, quòd si pupillus † decedat sine hærede, quòd tutor succedit tanquam proximior, & non fiscus, vt not. ff. de reg. iur. l. quo tut. circa finem.

CCXLIII.

1 *Totum peti potest, quando obligatus ad rem, partem tantum soluit.*

1 Casus est, quòd licet sis † mihi obligatus ad rem & partem mihi soluis quòd adhuc in libello possem totum petere. ff. de solutio. l. stipul. in fine.

CCXLIIII.

1 *Furem capere quis propria authoritate potest.*

1 Gloss. est, quòd quis † authoritate propria furem capere potest. ff. de furtis. l. interdictum. §. qui furem.

CCXLV.

1 *Clericus in enormibus potest à seculari iudice puniri in bonis, secus in persona.*

1 Gl. est, quòd clericus † in enormi delicto potest puniri per iudicē secularem, & hoc in bonis. in persona autem sua ab episcopo puniendus est. C. de episcop. audien. l. addictos.

CCXLVI.

1 *Filius patrem ad iram prouocans est exhæredandus.*

1 Gl. est, quòd si filius † prouocat patrem ad iram est exhæredandus. insti. de adoptio. §. naturaliter. quod est notandum.

CCXLVII.

1 *Accusans sibi proximum agnatum, ei ab intestato potest succedere.*

1 Casus est, quòd si accuso † aliquem de genere meo cui sum proximior, ab intestato possum succedere. ff. vnde cognatio. l. cognatis.

CCXLVIII.

1 *Eleemosyna à robustis non est mendicanda.*

1 G. est, quòd hominis robusti non debent petere eleemosynā ne debilibus panem auferant. C. de men. vali. l. j. lib. x. Bald. in rub. lib. vj. gloss. alleg. cum concordan. C. de quæsto. circa prin. & v. q. v. c. non omnes. lxxx. dist. c. j. Vnde dicit ipsa gloss. super Mattheo. iustius feceris si iniuste petentem correxeris, quàm si ei dederis.

CCXLIX.

1 *Infirmitas à mendicantibus non est simulanda.*

Nota contra illos, qui ponunt herbam in pedibus, & tybijs, vt
1 appareant † infirmi. C. de meta. lib. xij. l. j. in gl.

CCL.

1 *Electionem alij dans, uidetur ipse eligere.*

1 Gl. est, quòd si do † electionem, vt ipse eligat, perinde est ac si ego elegissem. C. de iudi. l. apertissimi. in fi.

CCLI.

1 *Seruientis simplici assertioni de citatione facta statur.*

1 Nota casum. c. parati. extra de appel. quòd simplici † assertioni seruientis statur, si dicat quòd ipse citauit talem. quod est speciale.

CCLII.

1 *Dos data in praua pecunia debet reddi in bona.*

1 Casus est, quòd dos † data in praua pecunia non debet reddi per maritum soluto matrimonio in praua, imò in bona, vt not. ff. de in diem. l. res. & extra de senten. c. olim. in gl. Et est casus in gloss.

CCLIII.

1 *Aduocatus cui à parte non satisfit de salario suo, potest eam dimittere, & esse cum aduersario suo.*

1 Gl. est. quòd si aduocatus † vnius partis non sit satisfactus de salario suo, quod possit dimittere partem, & esse cum aduersario suo. C. de aduo. fis. l. fi. circa fi.

CCLIIII.

1 *Seruientes, & proxenetæ, antequam officium ingrediantur tenentur satisdare rem publicam saluam fore.*

1 Casus est, quod seruientes † & proxenetæ antequam ad tale officium accedant, teneantur dare fideiussores, & satisdare rem publicam saluam fore, vt C. de proxenetis. l. proxenetæ. lib. xj.

CCLV.

1 *Ciuitatis res debent diuidi æqualiter inter pauperes & diuites.*

1 Gl. est, quòd res † ciuitatis debent diuidi, & tantum debet habere pauper sicut diues, & econtra. ff. finium regun. l. de meo. in prima glossa.

CCLVI.

1 *Seruienti arma auferre alicui uolenti resistens capitaliter punitur.*

1 Not. quòd si aliquis † seruiens vult auferre arma, sibi resistens debet puniri capitaliter, vt C. de his qui ad eccle. confu. l. iij. circa fin. ar. C. vt licet sine iudi. l. opprimendorum.

CCLVII.

1 *Agere & conueniri quando unus tantum de consulibus possit?*

1 Glo.

7 Glo. est quòd vnus † de consulibus possit agere & conueniri. C. si vnus ex plurib. in l. j. §. fin. gloss. tamen illa contrarib. C. de decurio. l. procurator. libro decimo. Sed dic quòd alijs absentibus vnus potest agere, alijs autem præsentibus non. Pro concord. est gloss. in simili. C. de consor. eiusdem lib. l. fi. super verbo potest.

CCLVIII.

Filius si ab aliquo hæres instituatur testator potest prohibere, quòd eius pater in eis bonis nullam habeat legitimam.

1 Alleg. gl. quod si filius † instituatur per aliquem, quod ille potest prohibere, & patrem omnino priuare, quod ex illis bonis non habeat legitimam suam, quod notandum, vt in authen. vt liceat matri & auiæ. col. viij. in princ. super verbo præcipiunt. in fin. magnæ gloss.

CCLIX.

1 *Officialis regius non debet hospitari in domo priuati, sed regis.*

1 Text. cum gloss. quòd † officiarius regius vel principis non debet venire seu hospitare in domo alicuius priuati, sed vbi est domus regis. C. de officio rect. prouinciæ. l. fi. & est ratio vt melius ædificia regia faciant reparare, vt ibi dicit text.

CCLX.

1 *Minor in causa criminali testificari potest, quando aliter delictum probari non potest, licet de calumnia iurare non possit.*

1 Text. allegatur cum gl. ꝙ minor † possit ferre testimonium in causa criminali si aliter probari non possit, licet de calumnia iurare non possit. C. de hæredib. instit. l. quoniam. in fin. & ita not. glo. C. de eden. l. ij. super verbo, exhiberi.

CCLXI.

1 *Procurator primus qua cautela per constitutionem secundi reuocari possit ut acta cum eo non ualeant?*

1 Nota bonam cautelam constituendo † procuratorem in iudicio si constituas alium non faciendo mentionem de primo, primus erit tacitè reuocatus, ita ꝙ iste secundus si compareat semel in illa causa tm̃, & postea compareat primus vsq; ad sententiam non valebunt acta per ipsum facta, vt est tex. ff. de procurat. l. si quis cum procuratorem.

Singularia domini Amanelli de Claris Aquis
legum excellentissimi doctoris
expliciunt.

SINGVLARIA DOC. IOANNIS DE ARNONO, IN VTROQVE IVRE MEMORATV DIGNA, & in regno Neapolitano satis accommodata, Additionibus nunc primùm Illustrata.

*

I.

1 *Confessio erronea reuocatur etiam ex interuallo, si de errore doceatur, nisi in iudicio te nere fiat, quia sine erroris probatione reuocatur.*

1 CONFESSIO erronea † reuocatur etiam ex interuallo dum tamen doceatur de errore. Sed hoc non habet locum quando illa confessio fuit facta in iudicio ex abrupto, & absque deliberatione, quia potest reuocari, etiã aliter non docto de errore. singu. est dictũ Dominic. de sancto Gemin. in c. sciendum. xxix. distinct. refert & sequitur do. Fely. in procemi. Decret. super gloss. j. in prin. quod dicit esse notandum ad materiam. l. non fatetur. ff. de confess. & c. fi. extra eod. tit. & ne tradas hoc obliuioni, quia tibi poterit quotidie inseruire in actu practico, maximè in istis ꝑsonis verbosis & loquacibus atque leuibus, qui nulla præmissa deliberatione confitentur multa ex errore: nam postea etiam ex interuallo absque probatione erroris poterunt illam confessionem reuocare.

II.

1 *Positionem negans, uel ita ei obscure respondens, ut inde ueritas haberi nõ possit, an parificetur quo ad pœnam incurrendam?*
2 *Testis obscurus æquiparatur tacenti uerum.*
3 *Positioni obscure respondens excusatur à pœna.*

TV habes in regno regiam nouellam Pragmaticam octauam in ordine, incipit quinta die, per quam principales tenentur respondere positionibus, & negantes illas, de quibus verisimiliter notitiam habere possunt, vt in exemplis ibi positis,
1 tenentur ad pœnam de qua ibi. Pone quòd † ipsi principales nõ negauerunt, tamen obscure adeo deposuerũt, vt ex eorum responsione non posit veritas ipsa haberi. Quæritur, nunquid per talem responsionem obscuram incurrunt adhuc pœnam de qua ibi, ac si positionẽ ipsam negassent? Dicas quòd sic. propter dictum Bartol. in l. ea. ff. de contrahen. empt. vbi te
2 stem † obscurum æquiparat tacenti verum. Nam responderi obscure, & nihil responderi sunt paria, vt est text. in l. de ætate. §. nihil interest. & ibi Bar. ff. de interrogat. actio. Et Specul. de
3 te. §. iij. ver. quid ergo. Hoc intellige quãdo † positio fuisset clara, sed si obscura tunc excusaretur respondens obscure, adeo ꝙ hoc probato potest etiam ex interuallo responsionem reuocare, ita Dominic. de sancto Geminiano, in §. aliâs. xxv. distinct. quod nota ad dictam pragmaticam.

III.

1 *Caste uiuere an dicatur mulier, quæ secundo nubit, quo ad consequendum legatum sibi à primo uiro factum, si caste uixerit?*

COnsueuerũt mariti morientes facere nonnulla legata suis vxoribus, si caste vixerint viris mortuis, & vix ecclesiasticæ traditis sepulturæ, statim vxores ipsæ cum dicto Apostoli nubunt in domino, quæ sic nuptæ perunt legata ab hærede, hæres obijcit, quòd ipsæ non seruarunt voluntatem testatoris, videlicet, si caste vixerint, replicant mulieres dicentes se caste viuere cum nupserint, vt per Bart. in l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. dicentem, quòd mulier non desinit caste viuere, si secundo nubat per c. Nicena. xxxj. distinct. Dic quòd hæ-
1 res † debet obtinere & non mulieres, ita Petr. de Ancha. & Ioan. de Imol. mordentes Bartol. in c. quod à te. de cleri. coniug. quia secundum eos repugnat communis vsus loquendi, per quem non videntur caste viuere, si nubant. Et ideo infero ex his non esse necessaria illa verba, quæ quotidie solent apponi in testamento, si caste vixerit & vidualem lectum seruauerit. Sed sufficerent ad excludendam illam legato, si nubit sola illa verba, si caste vixerint, per supradicta, quod nota in practica.

1 *Blasphemi pœna quæ sit?*
2 *Blasphemans, maledictus sit Deus, uel, al dispetto di Dio, an debeat puniri pœna blasphemiæ?*
3 *Blasphemia non est omnis contumelia, sed maledictio.*

NOn intendo per id, quòd dicam nunc inuitare te nephandissimum scelestum, & blasphemum ad Deum, & beatam Virginem, & Sanctos blasphemandum, cùm optem mille tibi linguas, si haberes potius maliloquas mutilari, quàm te ad illorum blasphemias inuitare, sed protestator me hoc dictum contra nonnullos miseros iudices, qui sitientes potius sanguinem humanum, & affectantes videri iusti, cùm non sint, vltra modum sæuiunt in subditos: & multos vidi huiusmodi diebus meis. Tu habes pœnam mutilationis linguæ propter blasphemiam Dei & beatæ Virginis per constitutionem, blasphemantes, sub rubrica de blasphemantibus Deum, & virginem

Mariam quę pena extenditur etiam ad blasphemantes Sanctos, per alias moderniores pragmaticas in Regno, omittamus
1 † pœnam vltimi supplicij de iure authenticorum, vt in authent. vt non luxurien. contra natu. & aliam inductum de iure
2 canonico, vt c. statuimus, extrà de maledi. Pone, † quòd tu scelestus maliloqua lingua in hoc prorupisti, Maledict9 sit Deus, vel, al dispetto de Dio. nunquid, ppter hoc debeat tibi lingua mutilari? Quilibet diceret quòd sic, per c.j. extrà de maledi. In contrarium est veritas. Nam ex communi vsu loquendi, ista sunt verba potius iniuriosa, quàm maledictio, per l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hæredi. instit. secundum intellectum gloss. & ita in dicta constitutione, & pragmaticis, quæ sunt statuta,
3 non omnis contumelia † est blasphemia, sed maledictio. istud est elegans consilium Bald. incip. in nomine domini. An dicatur maledicere refert & sequitur Fely. in procemio decreta. nume. xj. versicul. ad idem elegans consil. Et sic poteris euadere amicum tuũ, ne sibi lingua mutiletur, sed poterit aliter extra ordinem puniri.

V.

1 *Præsens non dicitur, qui non intelligit, nec ex præsentia præsumitur intelligentia, nisi probetur.*

VOlo tibi tradere vnam doctrinam elegantem & singularem, per quam magnum tibi poteris honorem, & commodum comparare. Tu scis, quòd in Regno, vt plurimum viuitur iure Longobardo, & mulieres sic viuentes non poterunt contrahere absque præsentia mundualdorum. Pone quòd cõtrahunt, & dicitur in instrumento, talis mulier iure Longobardo viuens, promisit hoc & hoc Sempronio, præsente tali mundualdo, quæro abs te, nunquid per hæc verba, præsente tali mundualdo, importetur, quòd ipse mundualdus intellexerit, quod promiserit mulier. nam aliàs non valeret, quod fecit? Tu diceres quòd sic, nam verbum præsens includit sensum & intellectum, per legem, diem proferre. §. coram. ff. de arbitr. vbi idem tenet Bart. & idem Bart. in l. hæredes palam. ff. de testament. & Bald. in l. j. de erro. aduo. propter glo. ibi, in versi. præsentibus. & Bald. in l. si non speciali. post princip. C. de testa. & But. & Imol. [illegible] super eo. de testi. cog. per illum text. in versic. qui interfuerunt. Tamen in contrarium est veritas, dictum est Ge-
1 mi. in c. in patris. ij. q. j. vbi dixit, quòd si statutũ † requirit præsentiam oportet probari quod præsens intellexerit. Et ideo dixit Bald. in l. ij. §. voluntate. ff. solut. matri. & in l. si fine. in ij. q. C. ad Velleia. & in l. fin. §. necessitate. C. de bonis quæ liberis, quòd vbi quis vult probare aliquem consensisse actui, non sufficit quòd probet eum interfuisse, quia potuisset esse præsens, & tamen non intellexerit, quid ageretur, & lex Longobarda & constitutiones de mundualdis loquentes sunt stricti iuris, & possunt adaptari ad statutum, vide in repertorio Andr. de Isernia, in constitutionibus Regni, in versicul. Velleiani. in fi. ergo de eis iudicatur, vt de statutis. Et ideo facias apponi in instrumento præsente tali Mundualdo & intelligente, & prædictis consensum, & authoritatem præstante. quod no.

VI.

1 *Positiones & articuli post lapsum terminum ad probandum statutum de nouo emergentes, an debeant admitti?*

SVpra in secundo singulari in ordine fuit allegata ad alium effectum responsoria nouella pragmatica incip. Quinta die. per quam tu habes, quòd infra certum terminum, de quo ibi debent fieri positiones hincinde per vtranq; partem. Ego
1 quæro abs te, nunquid † potest lapsum dicti termini, si emergant nouæ positiones & articuli debeant adhuc admitti? Tu diceres quod non per tex. dictæ pragmaticæ, in cõtrarium est veritas, dictum est Domi. de sancto Gemi. in procem. Decret. quem ibi refert & sequitur d. Felyn. in fin. vlt. col. quod not. ad intellectum dictæ pragmaticæ.

VII.

1 *Positiones quæ dicantur simplices, & non captiosæ?*

VOlo tibi commentare adhuc supradictam responsoriam pragmaticam. Quinta die. in qua dicitur, quòd positiones
1 debent † esse simplices, & non captiosæ, ego quæro abs te, de illo verbo, simplices. Respondeo, id est sine ambiguitate, vel obscuritate, dictum est Lud. Rom. in l. j. §. si quis simpliciter. in j. col. ff. de ver. obl. vbi alleg. tex. in c. j. in ver. simpliciter. extra de summa trinitate & fide catholic. reputans istam inuestigationem esse vtilem propter statuta quæ dicunt, vt positionibus respondeatur simpliciter, & in loco statuti. no. ad dictã pragmaticam.

VIII.

1 *Iudex statuta loci seruare iurans, an sit periurus, si dicta statuta ex aliqua causa transgrediatur & superior adiri non posit, & periculum sit in mora?*

2 *Minores magistratus, & potestates terrarum non possunt transgredi leges uel statuta propter emergentiam casuum, quando iurauerunt præcise seruare statuta.*

TV habes constitutionem regni, puritatem, sub rubrica de sacram. præstan. Baiulis & Camerarijs, quòd Camerarij & Baiuli, quorum loco sunt isti domini, & Barones, & eorum officiales nostri temporis, debent iurare se iudicaturos in Regno, secundum constitutionem regni, & earum defectu secundum consuetudines approbatas, ac demum secundum iura
1 communia Longobarda, videlicet, & communia. Modo † dicti iudices transgressi sunt dicta iura ex aliqua causa, quæro abs te, nunquid propterea sint periuri? Tu diceres quòd sic, p illum textum. In contrarium est veritas. dictum est Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infamia, propter originale & sing. dictum Inno. in c. j. de constitut. quod not. tu quis vis esse iudex, vel assessor. Et intellige hoc procedere quando superior non posset adiri, & periculum esset in mora, per id quod dixit singul. Inno. in c. venerabilem de elect. vbi dixit, quod etiam iuramento licito potest quis cõtrauenire propria authoritate imminente necessitate ineuitabili, & sequuntur doctor. ibi. & Bald. in l. non dubium. C. de leg. Secundo quòd illa causa propter quam transgrediuntur dicta iura exprimatur secundum Lud. de Roma in consi. cclxxxiij. incip. dubitatur primo. in pen. col. alleg. Oldra. in consil. cclxxxvij. secundum eum. Nam istis concurrentibus possent iura prædicta transgredi, alias non, propter dictum Bald. in authent. hodie.
2 C. de iudic. dicentis minores † magistratus & potestates terrarum non posse transgredi leges vel statuta propter emergentiam casuum, cùm iurent præcisè statuta, ideo debent ea tenaciter obseruare, nec ab eorum forma recedere, quod nota. ad excusationem iudicum & assessorum in syndicatu.

IX.

1 *Bannitum notorium ignoranter receptans ratione suæ ignorantiæ non excusatur à pœna*

MVltæ sunt prouisiones pœnales in Regno cõtra receptatores bannitorum, modo tu receptasti aliquẽ notorie ban-
1 nitum. Et vocatus ad pœnam soluendam excipis † de ignorantia dicti banni. Et petis deferre tibi iuramentum ad tuam innocentiam probandam, asserens ignorantiam posse proprio iuramento probari. Quæro abs te nunquid sis audiend9? Tu diceres quòd sic, propter glo. ordinariam. in regula præsumitur. de regul. iur. in vj. & tex. cum ibi alleg. in c. si. qui. qui matri. accus. poss. In contrarium est veritas, dictum est notab. Bart. in l. omnes. il ij. C. de agricol. & censi. lib. xj. vbi dicit quòd receptans ignoranter illum qui notorie est bannitus, non excusatur ratione suæ ignorantię quod not. quia nunc habeo de facto.

X.

1 *Bannitum in ciuitate tolleratum an impune occidere liceat?*

PRæcedentibus non incongruè, & illud annectendum duximus, in Regno fuit bannitus, & demum foriudicatus quidam iuuenis, quapropter impunè poterat interfici stante sua foriudicatione, cùm fuerit effectus hostis patriæ iuxta constitutionem Regni pœnam horum de forbannitis, & foriudicat.
1 Modo iste iuuenis † sic bannitus, & foriudicatus tolleratur in ciuitate. Et antequam sit de banno, & foriudicatione cancellatus, fuit interfectus, quæro abs te, an impunè potuerit interfici? Quilibet prima facie diceret quòd sic, per constitutionẽ prædictam. pœnam horum. In contrarium est veritas, nam talis tollerantia in ciuitate præstabat ei securitatem, tametsi de banno nondum fuisset cancellatus, dictum est singul. Salice. in l. nullus. C. de iudi. & sequitur Ioan. de Ana. in c. sicut. in v. col. extra de

extra de iudi. dicens hoc esse singulare dictum, & se vidisse seruari Bononiæ. Et not. hoc, quia sæpe occurrit de facto.

XI.

1 *Homicida qui semel habuit gratiam de uno homicidio à se commisso, si obtineat secundam gratiam pro secundo homicidio, gratia non ualet quando tacuit de prima.*

SAepe occurrit de facto, quòd aliquis qui commisit homicidium, obtinet de eo indulgentiam à principe. Et posito q talis indulgentia alias de iure potuerit fieri, quia ex parte concedentis & indulgentis concurrant requisita, tamen homicida non expressit indulgentiam sibi factam de alio homicidio, ego quæro † nunquid indulgentia secundi sibi opituletur in aliquo? Tu diceres quòd sic, nam præsupposita dicta indulgentia iusta, & ex iustis causis facta, videtur, quòd sibi debet opitulari. In contrarium est veritas in casu nostro, dictum est Guliel. de Cu. in l. iij. per illum text. C. de episco. audi. vbi dixit, quòd qui semel habuit gratiam de vno homicidio, quod commiserat, deinde obtinuit secundam gratiam pro secundo homicidio non valuit secunda, quia tacuit de prima. Et per hoc dicit Andræ. Sicu. in c. super literis. in xxxiiij. col. de rescript. se vidisse Bononiæ decapitari quendam, non obstante gratia, quam obtinuerat tacito de primo homicidio. Et ideo sis cautus, vt semper in secunda indulgentia facias mentionem de alijs habitis, & obtentis, aliter nihil te obtinuisse existimes.

XII.

1 *Priuilegium per contrauentionem perditur, nisi concessum sit ecclesiæ uel pio loco, nam per contrauentionem non perditur, nisi decurrat spatium xl. annorum.*

COmmunis est conclusio & vulgaris doct. quòd priuilegiũ † per contrauentionem perditur, quia videtur quis illi renuntiare, hoc non habet locum quando tale priuilegium esset concessum ecclesiæ, vel pio loco, nam per contrauentionem non perditur, nisi decurrat spatium xl. annorum, dictum est sing. Innocent. in c. accedentibus. de priuil. quod dictum pro singul. exclamat & sequitur Panorm. in c. pro illorum. extra de præben.

XIII.

1 *Alapam dans officiali debet decapitari, & quid si officialis sit in syndicatu, qua pœna eum percutiens puniatur?*

QVidam prætor qui male se gesserat in prætura, & multos offenderat cum staret in syndicatu, habuit vnam alapam in faciẽ quodam ciue: ego quæro qua pœna iste percussor venit puniendus? Tu diceres quòd pœna capitis propter dictũ Bald. in c. j. de pace iuramen. firman. in vsib. feud. vbi dixit † q dans alapam officiali debet decapitari, pro quo facit, nam potestas qui est in syndicatu, ita debet honorari sicut si esset in officio, ita inquit Bald. l. nec quicquam. §. proficisci. in vij. q. principali. ff. de offic. proconsul. In contrarium est veritas, nã debet puniri pœna arbitraria, quæ non extendatur ad mortem, per id quod dicit Bald. in l. Tribunus, in princ. in ij. no. per illum text. ff. de testa. mili. vbi dicit. quod si statutũ dicit, quod quicunque offenderit potestatem puniatur pœna capitis, debet intelligi, de eo qui est in officio, non de eo, cuius officium est finitũ, licet sit in ciuitate, & hoc manda memoriæ, vt scias adiuuare amicum tuum, quod intellige in officiali qui non habuit manus mundas, vt per Paridem in tract. syndicatu sub rubri. de offi. syndicatorum in x. col. secus si mandas, quia tunc capite punitur offendens, vt ibidem per eum.

XIIII.

1 *Mulieres nõ possunt aliquo modo contrahere de iure Longobardo sine Mundualdis, & de quibus contractibus intelligatur?*

SCis quod dixi tibi supra in quinto singulari, quòd in Regno vt plurimum viuitur iure Longobardo per mulieres, quæ sine mundualdis non possunt modo aliquo contrahere, quæro abs te de quibus contractibus intelligatur? Respondeo † de contractibus damnosis, non de vtilibus per text. in l. neque. C. de contrahen. & commit. stip. quem reputat tenendum menti Bald. ibi ad statuta, quæ disponunt, quòd contractus mulierũ non valeant sine præsentia propinquorum, nam talia statuta intelliguntur de contractibus damnosis, non de vtilibus, quod not. ad actum practicum.

XV.

1 *Mulier contrahere prohibita an possit hæreditatem sibi delatam adire?*

STante supradicti iuris Longobardi dispositione, vt mulier sine mundualdis nequeat contrahere, Nunquid possit † adire hæreditatem sibi delatam si est sine onere absque interuentu mundualdorum? Tu diceres quòd non, cùm possit esse damnosa: sicut dicimus de pupillo, qui non potest adire hæreditatem sibi delatam absq; tutoris authoritate, vt in §. neq; instit. de authori. tuto. In contrarium est veritas, & quòd possit adire sine mundualdis, ita Angel. Imol. & Moder. in l. mutum. ff. de acquir. hæredi. & Rapha. Cuma. in l. more. eod. tit. Dicit tamen Paul. de Cast. in d. l. mutum. quòd aliàs habuit istum casum de facto Florentiæ, & quòd ita consuluit, sed non potuit tantum clamare, quòd iudex voluerit pro eo ferre sentẽtiam, quia nesciuit tunc allegare decisionem Angel. Vnde manda memoriæ, & adde ad præcedens.

XVI.

1 *Mulier si contrahere prohibeatur sine consensu mundualdi, an ipse mundualdus possit per procuratorem comparere? & an iste consensus possit per nuntium, uel per epistolam præstari?*

ETiam præcedentibus duobus singularibus, & illud conuenire videtur. Citatus est mundualdus ad † præstandum consensum requisitum de iure Longobardo in contractibus mulierum, nunquid possit comparere per procuratorem? Tu diceres quòd sic per regulam, l. in pecuniarijs. C. de procu. vbi habetur quòd regulariter quilibet citatus in re ciuili potest per se, vel per procuratorem comparere. In contrarium est veritas Bald. in l. j. in vlt. col. C. qui admit. & Ange. in l. Titius. ff. quibus modis pign. vel hypothe. solui. Butr. & Imol. in c. cum consuetudinis. de consuetu. Panor. in c. cum parati. de appel. Lud. Roma. in d. l. j. C. qui admitti. Posset tamen iste consensus prestari per nuntium, vel per epistolam secundum Bart. in [illegible] familias. ad fi. ff. de donatio. & plenius in l. fin. §. necessitatem. in vlt. q. & ibi Cy. in iij. col. C. de bon. quæ lib. Bartol. in l. j. C. de decurio. lib. x. & in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæredi. Cy. & Bal. in auth. causa, quæ sit cum monacho. C. de epis. & cleri. Specul & Ioan. And. in tit. de acto. §. j. ver. sed nunquid ter p epistolam, & est gl. in l. si cum dotem. §. si patri. & ibi Moder. ff. sol. mat. quod not.

XVII.

1 *Pœnitentia in querela à statuto admissa, an habeat locum in querelis per cõsanguineos productis?*

GEneraliter in regno solent municipia habere priuilegium, quòd in denuntijs, & quærelis habeat locum pœnitentia, etiam post lit. cõtest. infra triduum, vel saltem ante litis contestationem infra triduum post expositas querelas, quæro † abs te si consanguineus querelauit consanguineum, & elapsum est triduum, nunquid adhuc admittatur pœnitentia? Tu diceres quòd non, nam vigore dicti priuilegij taxatus est terminus, infra quem admittatur pœnitentia, ergo ab eo non est recedendum. In contrarium est veritas, & quòd ipse consanguineus potest non obstante dicto triduo elapso quandocunq; facere pœnitentiam, quousq; iudici non sit probatum, dictum est singul. Cyn. in l. j. alias ij. C. de abolitio. quod not. quia millies practicaui, & obtinui.

ADDITIO.

Vide do. Petrum à Plaza Hispanum, lib. j. c. xxxix. epitomes dolictorum. num. 4. in fin. Gabriel Saray.

XVIII.

1 *Doctores omnes ciuitatis, in qua causa est delegata, an possint allegari suspecti?*

2 *Suspitio minor quare iudicem tanquam suspectum repellat, quàm testem.*

SAepe accidit de facto, quòd cùm est delegata causa in aliqua ciuitate, pars altera solet allegare omnes doctores de
1 ciuitate suspectos, ego quæro † abs te nunquid possit? Tu dice

res quòd non, quia videtur hoc facere in fraudem per id quod not. Bald. in l. hoc modo. per illum tex. ff. de codi. & demonstr. contrarium singulariter tenuit Alberic. de Rosa. magnus practicus in ij. parte statutorum. q. centesima. incip. an autem quis possit dicere omnes iudices, &c. Vbi dicit, quòd vidit seruari in practica omnes sapientes vnius ciuitatis posse, vt suspectos recusari, & hoc tene in practica propter authoritatem Alberi. quod dictum corroboro tali fundamento. Nam de facili pote-
2 runt inueniri alij iudices, & illa est ratio, quare minor † suspitio est sufficiens ad repellendum iudicem tanquam suspectũ, quàm ad repellendum testem, gloss. est in c. cum R. canonicus. in ij. gloss. de officio. delegat. & gloss. & Innocent. in c. insinuante. in gloss. j. de offic. delegat. & Bald. in c. de causis, in ix. colum. eod. tit.

XIX.

1 *Testium infamum dicto an possit reus condemnari?*
2 *Testes infames in causa criminali, uel ciuili ardua non faciunt plenam probationem etiam si essent plures.*

VOlo tibi dicere vnum de pane, & honore lucrando, in causa criminali fuerunt producti plures, & plures testes infames, & non integri, vel in causa ciuili ardua, quæ criminali cõ-
1 paratur, quæro † an ex dictis testibus sic infamibus possit reus condemnari? Tu diceres ꝙ sic, nam numerus videtur supplere, propter gloss. not. in l. iij. §. j. in versi. numerus. & ibi magis in specie Iacob. Butri. ff. de testibus. Tene contrarium. Nam te-
2 stes † infames in causa criminali, vel ciuili ardua non faciũt plenam probationem etiam si essent plures secundum Bald. in c. ad nostram. de probatio. per text. quem ad hoc reputat singulariter, in c. licet causam. §. quidam vero. in versic. plurimi. de probatio. Et sic obtinebis victoriam cum ingenti honore, & gloria, ac lucro.

XX.

1 *Nuntio credendum est de actu citationis.*
2 *Nuntio de citatione non creditur sine iuramento.*

CItatus fuit Nuntiolus quidam sic vocatus, per quendam nuntium literatoriæ destinatum, retulit ipse nuntius se citasse etiam in præsentia duorum testium. Nuntiolus non comparuit, quapropter fuit effectus contumax, & vigore dictæ eius contumaciæ fuit processum ad multos actus contra eum, tanquam contra contumacem, comparet tandem ipse Nuntiolus, & petit reuocari omnia contra eum gesta, dicens se nunquam fuisse citatum. Nuntius qui citauit, vel est mortuus, vel est functus officio suo. Iudex dicit: ego habeo relationem nuntij, per
1 quam apparet citatio facta, & nuntio credendum † est de actu citationis, per id quod habetur in c. cùm parati. de appell. & in constit. Regni citationis literæ de assigna. lite. citato. Replicat Nuntiolus hoc esse verum, quando nuntius ipse retulisset cum iuramento se citasse, quæritur quid iuris? Dicas quòd
2 non † creditur ipsi nuntio sine iuramento: dictum est elegans Angel. in repeti. l. si vacantia. in v. colum. de bon. vacan. lib. x. vbi dicit, quòd si ex forma statuti debet stari simplici verbo accusatoris, vel nuntij, aut denuntiatoris, licet statutum dicat simplici dicto, tamen intelligitur ꝙ debeat iurare per l. Theopompus. ff. de dote prælega. quam ad hoc reputat singularem. sequitur do. Alexand. in consil. cccxxxvj. incip. clarissime domine Vicarie in iij. colum. quod notat. quia sic poteris destruere quicquid factum est per iudicem, & ideo facias apponi in relatione iuramentum per prædicta. hoc verum nisi Nuntius à principio iurasset per not. per gloss. in dict. c. cùm parati. quia tunc sufficit.

XXI.

1 *Consanguinei si in consentiendo contractui mulieris discordant, quid fiet?*

SVnt vocati duo mundualdi, vt consentianti contractui mu-
1 lieris discordant † in consentiendo contractui: quid fiet? Respondeo, iudex se interponet & supplet. ita Bar. & Moder. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solu. matr. Panor. in c. tuæ. de cleri. non residen. quod not.

XXII.

1 *Beneficia clerici assassinium committentis, an ipso iure uacent, & ab alijs impetrari possint?*

VOlo tibi narrare vnum, quod alias in contingentia facti, fecit mihi magnum honorem apud dominos de Rota in curia Romana, imò eos adduxit in admirationem. Quidam
1 † presbyter de sancto Seuerino commisit assassinium, quapropter alius presbyter de consilio meo impetrauit sibi illius beneficia in vrbe Roma. domini nolebant ei expedire prouisionem. dicebant enim beneficia non vacant ipso facto, sed requiritur, quòd priuetur per sententiam. Quapropter clientulus meus rescripsit ad me legentem tunc Salerni ex vrbe, ego dixi verum est, quòd non est priuatus ipse facto per homicidium simplex iuxta originalem doctrinam Innocen. in c. cum nostris. de concessio. præbend. Ex quo doctores dant cautelam, vt ante priuationem renuntiet alicui amico suo, sed in casu nostro eramus in assassinio, quod est delictum qualificatum. Quapropter erat priuatus ipso facto per text. notab. in c. j. ad fin. de homicid. lib. vj. in ver. ipso facto, & allegabã ad hoc do. Fely. in c. inquisitionis. in j. col. in fi. de accusatio. & domini statim viso do. Fely. in dicto loco expedierũt clientulũ, & hoc multum placuit excellentissimo domino meo, dño Iancolæ de Vicarijs, & patri meo obseruandissimo.

XXIII.

1 *Iudices & aduocati utentes legibus, prout debent, meliorem uitam ducunt, quàm fratres Prædicatores, & alij religiosi.*

SAepe audiui istos fratres Prædicatores, & alios religiosos damnare quodammodo vitam doctorum, aduocatorum, & iudicum, & dicunt, & prædicant eorum vitam esse periculo-
1 sam & damnatam. Sed tu † responde eis, & dic cum Hostiense, quòd recti iudices, & aduocati vtentes legibus, prout debent, meliorem vitam ducunt quàm fratres Prædicatores, & alij religiosi, dictum est Hostien. in procem. Summæ. in iiij. colum. refert & sequitur Alberic. de Rosa. in l. per diuersas. C. mandat. quod dictum commenda memoriæ, vt scias respondere istis Cucullatis.

IIII.

1 *Testes examinati super capitulis rei inquisiti de homicidio, uel de alio delicto deponentes per uerbum credo, plene probant.*

FVi inquisitus de homicidio, vel de quouis alio delicto, non curo, facio defensiones meas & articulos, super quibus testes mei examinati deponũt per verbum, Credo. quæro abs te, an plenè probent? Tu diceres quòd non, per l. testium. c. de test. gloss. & Bart. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. In
1 contrarium † est veritas, nam plenè probant, ita sing. Bart. in consilio suo incip. Raynutius, quẽ sequitur Alex. in consi. lxxvj. incip. Visa inquisitione formata contra Fortunatum. ad fi. in consi. cix. incip. Visis & vt oportet consideratis omnibus in ix. col. Vnde ego memor huiusmodi, semper aduerti in actu practico, & obtinui, quare no. etiam tu in practica.

XXV.

1 *Testes domestici ad defensionem rei examinari possunt, & plene probant.*

ETiam præcedentibus, & illud conuenire videtur, si ad meã defensionem in causa criminali produco testes † domesti-
1 cos, nunquid plene probent? Tu diceres quòd non. sed iudex arbitrabitur quanta sit eis fides adhibenda. arg. l. iij. ver. tu magis scire potes. ff. de testib. Tene quòd plene probant in mei fauorem, dictum est singulariter Specul. in tit. de inquisitio. §. j. ver. sed nunquid. & sequitur Ioan. de Ana. in consil. lix. incip. Visa inquisitione formata, & ideo sis cautus, vt semper producas testes domesticos si potes, qui promptiores erunt cum veritate tamen ad deponendum pro te, & de hoc nunquam, si sapis, obliuiscaris.

XXVI.

1 *Parentela, seu certa familia an possit inducere consuetudinem, quòd extantibus agnatis etiam ulterioris gradus filiæ fœminæ quantumcunq; proximiores excludantur?*
2 *Consuetudo contra constitutionem in regno Neapolitano induci non potest.*
3 *Consuetudo tanti temporis, cuius initij memoria hominum non est in contrarium, habet uim legis & priuilegij.*

NOs habemus constitutionem Regni in aliquibus sub rubri. de successio. filio. comitum vel baronum, quòd extantibus masculis filia fœmina non succedit, sed debet maritari de para-

de paragio. ergo à contrario sensu masculis non extantibus bene succedit filia fœmina: & hoc est conforme cum dispositione iuris communis.l.maximum vitium. C. de liber.præter. vt exclusis aliis agnatis vlterioris gradus ipsa succedat.
1 Nunquid † certa parentela, siue familia possit inducere consuetudinẽ, quòd extantibus agnatis etiã vlterioris gradus filiæ fœminæ quãtumcunque proximiores excludantur? Dicas quòd sic, inspecto iure cõmuni.singul.est decisio Ioan.Andr.post Vbertũ de Bob. in additio.Specul.in tit. de instru.edi. §. compendiosè. versic. sed nunquid dicemus. in addit. parua, incip.interposuit Vbertus hoc verbum, progeniei. Referunt & sequũtur Angel. & Imol.in l.iij.ff.de testamen.& dicunt quòd alibi non reperitur.idem tenet ibi Comen. in vna lectura dicens, quòd est singularissimum verbum:& ita seruatur in domo Sanseuerinia, vt dixit mihi semel illustrissi.quondam Princeps Bernardinus:& ita etiam seruatur in domo Columna, vt retulit mihi semel etiam illustrissimus & Reuerendissimus dominus Episcopus Columna. Nam mortuo illustrissimo quõdam domino Marcoantonio Columna superstite sibi vnica duntaxat filia, successit ei illustrissimus Prosper Columna in toto eius statu cum onere tradendi nuptui illius filiam. Et talis consuetudo non reprobatur, ex quo per eam melius conseruantur agnationes. & ista fuit ratio & mens dictæ constitutionis Regni, in aliquibus.l.j.§.pe.ff. de ventre inspi. Et no. hanc decisionem singu. vt scias respondere & consulere istis magnatibus, præcipuè de hoc te consulentibus. Sed hoc ego putarem procedere inspecto iure communi, vt dixi, non autem in terminis dictæ constitutionis, in aliquibus. Moueor ad sic dicendum: nam non poterit induci consuetudo contra dictam constitutionem, in aliquibus. quæ non extantibus masculis, vocat filias fœminas ad successionẽ exclusis agnatis, cùm
2 in Regno † non possit induci consuetudo contra constitutiones Regni, vbi casus esset decisus per constitutiones, vt est text. in procem. consti.in fin.& patet etiam in constitutione Regni, puritatẽ.sub rubrica, de sacramento præstando à baiulis & camerariis. vbi iudex iudicat primò secundum constitutiones Regni, secundò secundum consuetudines, tertiò secundum iura longobarda, quartò & vltimò secundum ius Romanũ. Et pariter expressè videlicet non posset induci consuetudine contra constitutiones Regni: per no.per gl.magnam in verbo, & consuetudinibus. in dicto procem. constitutionum Regni. Saluarẽ tamen in vno casu supradictam decisio-
3 nẽ sing. etiam in regno, quãdo talis † consuetudo fuisset tanti temporis, cuius initij memoria hominum in contrariũ non existeret: quare illa haberet vim constitutionis, tituli, legis & priuilegij: vt habetur in d.l. hoc iure. §. ductus aquæ.ff.de aqua plu.arcen. & per text. & ibi plenius per doct.in c. super quibusdã.§.præterea. de verb. sig.quod no.

XXVII.

1 *Banitus potest impunè offendi, & occidi. & an dicta offensio vel occisio possit fieri extra territorium bannientis?*
2 *Bannum æquiparatur excommunicationi.*

ALlegauimus suprà in x.sing.constitutionem Regni, pœnam horum.de forbãnitis & foriudicatis, quòd cũ bannitus & foriudicatus sit effectus hostis patriæ, po-
1 test impunè offendi. Ego quæro † abs te, nunquid ista offensio, & occisio fieri possit extra territorium bãnientis, & foriudicantis? Tu diceres quòd sic: nam sicut excommunicatio afficit excommunicatum existentem in alieno territorio, vt plenè per Moder. Papien. in l.fi.in ij.col.in xj.fallen.ff.de iurisdi.omnium iudi.ita bannum afficit bannitum extra territorium bannientis & foriu-
2 dicantis: æquiparando † bannum excommunicationi, vt æquiparat Panormi.in c.cum volũtate. de senten. excommunica. Tamen tene contrarium, quòd non possit impunè offendi extra territorium bãnientis & foriudicantis.ita Pet.de Anch.in commẽto c.canonum statuta. de cõstit.in xvij.char.versicu.tertiò principaliter. Imol. in clemen.pastoralis.in iiij.columna de re iudi. & Bald. in repertorio Inno. in versicu. excommunicatio. in xij. quæst. Nõ obstat illud de excommunicatione: quia illud ideo est, nam excõmunicatio non fit circa corpus vt bannum: sed circa animam, quæ non circunscribitur loco. gl.est in cap.episcopum.x.q.ij.Inno.& alij in c.fin. de foro cõpe. Sed hodie in regno fortè nõ procederet supradicta decisio, cùm per Moderniores pragmaticas prospectum sit, vt bannitus ab vno iudice & foriudicatus sit bannitus & foriudicatus ab omnibus. Et attenta ista ratione posset dici hunc foriudicatũ debere pertimescere mortem vbique. vnde not.& manda memoriæ.

XXVIII.

1 *Archidiaconus Ecclesiæ Cathedralis an præferri debeat generali Vicario Episcopi?*

NOlo propalare quendam Archidiaconum cuiusdã cathedralis ecclesiæ, sed dicam factum tantùm: ipse venerat in tãtam audaciam & præsumptionẽ, vt vellet præferri Generali Vicario Episcopi. Cui ego respon-
1 di, & si consuetudo † etiam extaret, vt præferretur Vicario Episcopi, illa non valeret, secũdum Panormitanum, in consilio xxj.incipien. viso dubio, de quo queritur. quo viso in frõte statim obmutuit. Quare not. tu qui vis esse Vicarius Generalis Episcopi, vt scias tuam dignitatem defẽdere cõtra Archidiaconos temerarios & arrogãtes.

XXIX.

1 *Delinquens si post delictum efficiatur clericus, forum seculare non euitat, nisi ante delictum religionem vouisset.*

VOlo tibi in medium adducere quãdam cautelam, quam si tu scieris practicare, consequeris ingentem honorem & gloriam cum lucro. Quidam inquisitus de causa criminali, pendente inquisitione quia erat laicus, effectus est clericus, vel sequuta condemnatione, nõ curo, volebat declinare forum seculare, & se remitti ad iudicẽ ecclesiasticum, iuxta c. si iudex laicus. de senten. excom.lib.vj. clarum est, quòd nõ debeat audiri, vt per Bart.& alios in l.cùm quædam puella.ff.de iurisdictione omnium iudic.& in l.j.ff. de pœnis. vnde iste inquisitus quia fecerat votum clericatus, & intrandi religionẽ antequam delictum committeret, declinabat forum secu-
1 lare. Ego quæro, † nunquid debeat audiri? Dico quòd sic, quasi votum illud trahatur retro. ita sing. tenet Bald. in l.j.C.an ser. ex suo facto. quod est valde not. maximè quia de hoc staretur iuramento suo, an votum emiserit ante cõmissum delictum, sicut stari debet iuramento de aliis quæ dependẽt à voluntate vel conscientia nostra. gl. in §.aliæ.vbi plenè ꝑ Ias.Instit.de actio.& glo.in cap.significasti.ij.de homici. referũt & sequũtur Papien.in d. l.cũ quædam.in ij.col.in fi.quod not. in practica vt dixi.

XXX.

1 *Offendi timens potest implorare officium iudicis, vt aduersarius cogatur sibi præstare securitatẽ de non offendendo, etiam si is fuerit primus offensor. Item potest petere sibi præstari familiã, quæ eum associetur.*

1 VVlgata conclusio est, & trita, † quòd si quis timet offendi in persona, potest implorare officium iudicis, & eo mediante cogere aduersarium, vt sibi præstet securitatem de eo non offendendo.l. denuntiamus. vbi Bar. C.de his qui ad eccles. confug. no.Bar. per illũ textum.C.in quibus causis colo. libro vndecimo. idẽ Bart. in l.capitalium.§.ad statuas.ff.de pœ. Sed quæro abs te, quid si præcessisset culpa mea, puta quia ego offendi te, vel vulneraui? Respondeo, quòd adhuc possum hoc petere. ita singul.Bart.in l. qui bona. §. si quis iuxta.ff. de damn.infect. Item qui timet offendi ab aliquo, potest petere à iudice, vt sibi præstet familiam, quæ eum associetur, per gloss.singul.in l. fin. C.de eroga. milit.anno.lib. xij.Bar.in l.sanctũ.ff.de re.diui.quod no. quia vidi quãdoque practicare.

XXXI.

1 *Animalia mea custodire obligatus, si ad me pelles deferat, an sufficiẽter ex eis probet animalia fuisse mortua, an verò, & ea casu fortuito mortua probare debeat?*

DEdi tibi animalia mea custodienda, venis ad me,
1 & defers † pelles eorum, asserens ea fuisse mortua: quæro abs te nũquid hoc sufficiat? Tu diceres ꝙ sic, & ꝙ per delationẽ pelliũ probetur de interitu eorũ. In cõtra-

riũ est veritas. nã nõ sufficit probare interitum, nisi etiã probet casum fortuitum. dictum est Bal. in l. cùm ita. §. species. ad fi. ff. de leg. ij. Et iste casus fortuitus cõsideratur quãdo fortè esset mortalitas, vel similis. sequitur do. Alex. in consi. ccxcix. incip. in causa & lite vertente inter Ludouic. not. quia vidi millies de hoc litigari.

XXXII.

1 *Consensus Mundualdorum, qui in contractibus mulierũ requiritur, an ex post facto interuenire possit, & an incontinenti?*

SAepenumero in superioribus meminimus, ꝙ mulieres iure Lõgobardo veniẽtes non cõtrahunt absque
1 Mundualdis: quæro abs te † nunquid si ex post facto interueniret consensus validetur ille cõtractus? Dic quòd non, quia tales contractus fuerunt ipso iure nulli à principio. ita in terminis decidit Bal. in l. j. in antep. col. per totum, C. qui admi. ad bonor. possess. vbi cõcludit, quòd stãte prędicto statuto nõ sufficeret, ꝙ postea prædicti cõsanguinei & Mũdualdi ratificarẽt, nisi fieret incõtinẽti: quia quę incõtinẽti fiũt, videntur inesse. l. lecta. ver. dicebã. ff. si cer. pet. & illã doctri. Bal. sequũtur Paul. de Cast. & do. Alex. in l. si cũ dotẽ. §. eo autẽ tẽpore. ff. sol. mat. & do. Alex. in l. j. §. fuit quęsitũ. ff. ad Trebel. Anto. de Butr. & Imol. in c. cũ cõsuetudinis. de cõsuet. & Cardin. Zaba. in capit. fin. de maior. & obedien. ideo no. in practica.

XXXIII.

1 *Expensæ ab appellante à sententia ex statuto debitæ tunc demum dicuntur, si petantur, & non aliter.*

DIctat regia nouella pragmatica incip. qui in causa principali. sub rubri. de expensis soluendis. quòd nõ admittitur appellãs ad appellandũ à sentẽtia, quãdo in causa nihil posuit, vel probauit: quia videtur hoc facere magis ad differẽdum, q̃ quòd credat iustã causã prosequi, nisi prius expensis cũ effectu solutis, in quibus suc-
1 cubuit, vt ibi latius habetur. Quæro modò abs te, Pone† ꝙ expensæ non fuerũt petitæ per patrem, nunquid talis appellatio admittatur? Tu diceres ꝙ non, quia illa pragmatica videtur tradere formã, à qua non est recedendũ. c. cùm dilecta. de rescript. l. diligẽter. ff. mãd. Tene quòd valeat, per tex. not. in l. peto. §. fi. ver. quòd si cautio non fuit desiderata. ff. de leg. ij. ꝑ quem tex. not. Paul. de Cast. ibi, ad fi. ad statutum ꝙ qui appellat à sententia, vel petit restitutionẽ in integrũ, debet cauere cum fideiussore de restituendis expẽsis: & aliter processus factus nõ teneat: certè si talis cautio nõ fuit petita ꝑ aduersariũ, & sic nec oblata, valet processus: quia tale statutum intelligitur, si cautio fuit petita, & non præstita. & dicit Pau. de Cast. quòd est tenendũ menti, quia pluries vidit de facto. sequitur do. Alex. in cõsi. cccclxxix. incip. visis narratis in themate. debent ergo expensæ peti. quod not. ad intellectum dictæ regiæ pragmaticæ: quia quotidianum.

XXXIIII.

1 *Prothomiseos iure si agnatus, vel vicinus rem petat, & pretium non offerat emptori, an ius suum prosequi possit?*

NOn incogruè annectendum & illud duximus præcedẽti singulari. Nos habemus l. sancimus, de iure cõgrui, siue prothomiseos, per quã vicinus cui illud ius competit ratione vicinitatis, debet infra illum terminũ,
1 de quo ibi, soluere iustum pretiũ, &c. Pone ꝙ pars † quæ emit, non petit illud pretiũ, sed stat semper in finibus nõ restituendi fundũ: quæro nunquid vicinus, vel etiã consanguineus admittatur ad ius illud prosequendũ, quod sibi cõpetit ratione vicinitatis, vel cõsanguinitatis, absque eo ꝙ soluat, vel offerat pretiũ? Quilibet diceret ꝙ nõ, sed quòd tenetur soluere, vel saltẽ offerre. & ita cõmuniter solet obseruari. In cõtrariũ est veritas, & quòd nisi petatur pretium per emptorẽ, semper vicinus admittatur ad ius suum prosequendũ, vel cõsanguineus. ad hoc adduco l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. tex. enim ibi dicit, offerri debet pretiũ ab emptore: intelligitur si petatur à parte. & sic verbũ pręcisum à lege debet intelligi, si petatur, secundũ Bal. in l. ij. C. de his quæ sub mod. & in l. j. C. ne liceat ter. prouoc. & in l. si traditio. in iij. q. C. de act. emp. & in l. j. in vlt. col. C. de vsufru. leg. quod not. quare sic poteris adiuuare amicum tuũ, cui cõpetit ius prothomiseos, absque eo ꝙ offerat pretiũ. Nam poterit prosequi ius suum si pretiũ nõ petatur ab emptore. & istum passum fortè non inuenies positum ab Afflicto in suo tractatu, iuris prothomiseos, & est quotidianus.

XXXV.

1 *Filiæ fœminæ si ex statuto ab intestato patri non succedant, sed debeant maritari, debent saltẽm legitimam habere.*

SVprà in xxvj. sing. fuit allegata cõstitutio regni, in aliquibus, de succes. filio. Comi. vel Baro. ꝑ quã tu ha-
1 bes ꝙ extãtibus masculis † filiæ fœminę nõ succedãt, sed ꝙ debeãt maritari de paragio: ego quæro abs te, quantũ erit istud paragiũ? Dicas quòd nõ erit minus q̃ sit legitima, quæ cõpetebat ipsis filiabus fœminis. per tex. not. in authen. res quæ. C. cõmu. de lega. per quẽ tex. Sali. ibi in ij. not. & Fulgo. not. ꝙ stante statuto, quòd extãtibus masculis filiæ fœminæ non succedãt patri ab intestato, sed debeãt maritari arbitrio propinquorũ: certè propinqui nõ possunt arbitrari minorẽ dotem, q̃ sit legitima. quod not. perpetuò ad intellectum dictæ constitutionis: quia sæpius vidi dubitari, quantum erit istud paragium.

XXXVI.

1 *Iudex ex officio etiã post conclusum in causa, & in causa summaria potest interrogare partẽ ad veritatẽ indagandã: & an ista interrogatio possit fieri ad fundandã nouam intentionem partis, an verò vt declarentur iam deducta?*

TV habes tex. in c. cùm Ioannes. de fide instr. vbi dicitur, ꝙ iudex potest quandocũque interrogare ad veritatẽ ipsam indagandã ex officio, etiã post cõclusum in causa, & in causa summaria: vt est hodie in regno, ꝑ c. detestãtes, & per regiã nouellam pragmaticã primam in ordine incip. dispẽdia litium. etiã ad instantiã partis, vt est gl. reputata sing. in ver. interrogabit. in cle. sæpe. de
1 ver. sig. Ego quęro † abs te, nũquid ista interrogatio possit fieri ad finẽ fundandi nouam intentionẽ partis, an vt declarentur iã deducta? Tu diceres ꝙ sic, per id quod dicit Bal. in l. j. C. vt quę desunt aduoca. vbi dicit, ꝙ cõclusio fit partibus & nõ iudici: sed ante poterat interrogari, ergo & post. & videtur tex. in cap. pastoralis. in fi. de cau. poss. & propriet. In contrariũ est veritas. dictũ est Inn. & est additio in d. c. cùm Ioannes. vbi dicit quòd ad declarationem iam actorum, non autẽ nouarum rerum interrogare potest. & ibi Card. Zaba. dicit in ij. col. not. hoc dictum Inno. quia vidi multos reputatissimos doctores errare in hoc. pro quo dicto consuluit idẽ Card. in consi. suo lxxij. incip. sigillatim ad singula. tene mẽti, quia multoties contigit de hoc dubitari.

XXXVII.

1 *Interlocutoria sententia bis confirmata est irreuocabilis.*

TRitum est illud dictum, ꝙ interlocutoria potest cõtrario imperio reuocari, iuxta l. quod iussit. ff. de
1 re iudic. & in c. cũ cessante. extrà de appella. sed hoc † nõ habet locũ, quando illa interlocutoria fuisset bis confirmata: quia per binam confirmationẽ effecta est irreuocabilis, secundum gl. in ver. super ea. in fi. clemen. fin. de appellatio. quam not. contra illos, qui habent interlocutorias contrarias, tametsi fuerint cõfirmatæ, semper petunt illas reuocari: vt millies vidi in facto.

XXXVIII.

1 *Compromissum si à statuto fieri de lite iubeatur inter consanguineos, an clericus actor in foro seculari, & cõsanguineus possit compellere reum ad compromissum, vel econtra?*

DIctat alia Regia nouella pragmatica, incip. odia litium, sub rubrica, de compromissis inter coniunctas personas. quòd inter cõsanguineos & affines vsque ad quartum gradũ, secundum ius ciuile computandum debeant causæ compromitti: nunc quæro abs te, an cle-
1 ricus † actor in foro seculari possit cõpellere ipsum reũ ad compromissum, & an reus ipse possit compellere ipsum clericum actorem ad cõpromissum? Quilibet prima facie diceret quòd sic. Nam ibi dicit, quòd ista exceptio compromissi poterit allegari per alterũ ex litigantibus: siue sit actor, siue reus. & illud quod habetur in dicta pragmatica, videtur respicere ordinem iudicij, cui ordini videtur adstrictus ipse clericus litigans in illo iudicio, per ea quæ habẽtur in capit. quod clericis. de foro competenti. In cõtrarium est veritas. Nam nec clericus potest

potest vt actor cogere consanguineum ad cõpromittendum: nec reus poterit per viam exceptionis constringere clericum ad compromittendum: not. verbum fuit Bal. in consilio cvij. incipient. dictat statutum, in sexta colum. in fin. refert & sequitur Hippol. de Marsil. in l. si quis viduam in x. colum. in princi. ff. de quæstio, in libello meo paruæ impreßionis quod not. ad intellectum dictæ pracmaticæ, quia millies occurret de facto.

XXXIX.

1 *Tortura reo inferri non debet nisi prius pronuntietur à iudice eum esse torquendum, à qua pronuntia poterit appellari.*

MVlti sunt iudices sitientes sanguinem humanum, potius quàm iustitiam, qui cupientes haberi iusti, cum non sint, nolunt pronunciare aliquem esse torquendum, quia sciunt ab ista pronunciatione, cum per eam inferatur præiudicium irreparabile in obtentu à diffinitiua posse appellari, & appellationem debere admitti, sed vt euitent dictam appellationem procedunt ad torturam nulla præcedente pronunciatione, putantes huiusmodi processum ad torturam habere vim tacitæ pronunciationis. Sed ego dico tibi quòd malefaciunt, nam debet
1 † pronunciare expresse aliquem esse torquendum: ita eleganter Bar. in consi. suo incip. punctus quæstionis, &c. vbi dicit, quod data etiam copia indiciorum non potest procedi ad dationem torturæ, nisi primo pronuncietur per iudicem deueniendum esse ad torturam, quod dictum refert & sequitur domi. Fran. Bru. in suo tractatu de indi. & tortu. in ix. char. iiij. colum. vbi etiã subdit: ꝙ si fiat pronunciatio iudicis: ꝙ deueniendum sit ad torturam, ꝙ à tali pronunciatione, licet sit interlocutoria poterit appellari per ipsum reum: cum contineat vt dixi grauamen irreparabile. alleg. Bar. & alios in l. ij. ff. de appella. recip. & Bal. in l. ij. C. de epi. aud. de quo etiam per Gandi. in tractatu suo maleficiorum sub rubrica de quæstion. & torm. in iiij. col. ver. sed q. d de quæstione de facto. Et quòd debeat admitti appellatio, ego allego tibi c. regni incip. si iuste quis appellauerit, sub rubrica, quòd receptatur appellatio à tormentis, quod c. omnes iudices regni deberent præ oculis habere: dictat enim appellationem à tormentis interpositam debere admitti, & iudicem non admittentem accerrime insequitur, vide ibi, & nota in actu practico ne erres.

XL.

1 *Frater an poßit examinari ad probandum fratrem homicidium cõmißisse ad necessariam sui defensionem, & an plene probabit.*

QVod nunc dicam & illi conuenire videtur quod supra, in xxv. singu. in medium adduximus, ibi enim tenuimus singulariter, domesticos in causa criminali ad meam defensionem productos plenam fidem facere. nunc & illud non incongrue subijciendum arbitramur. Fui inquisitus de homicidio: fassus sum me illud commisisse: sed ad meam necessariam defensionem: datur mihi ad id probandum terminus competens, produco duos fratres meos: qui deponunt de dicta mea necessaria defensione: quæro abs te † nunquid plebe probent? videtur quòd non propter dictum Specu. in tit. de teste. §. j. ver. sed nunquid frater. & Bart. in l. qui testamento. ff. de testamen. vbi dicit, quòd licet frater sit idoneus testis pro fratre, tamen minor fides ei adhibetur, quàm alteri testi idoneo per l. iij. j. respon. ff. de testi. In contrarium est veritas. dictum est Bald. valde solenne in l. parentes. in princi. C. de testi. vbi dicit, quòd si dictum fratris prodest fratri, & minime nocet alicui, vt cum purgat fratrem de hæresi. tenet eius testimonium, ita dicit esse tex. no. in c. literas. de presump. per quem infert, quòd frater potest producere fratrem in testimonium contra fiscum ad probandum quòd fecit homicidium ad sui defensionem, nec per hoc dicitur nocere fisco, qui tractat de pœnali & odioso lucro cum alterius iactura: refert & sequitur domi. Fely. in d. c. literas. in pen. col. in princi. ibi quintus casus quod nota: quia millies poterit tibi inseruire in facto.

XLI.

1 *Pœna si pro una causa ueniat partim applicanda fisco, & partim accusatori, an ea causa dicatur criminalis, uel mixta?*

MVltum interest an causa sit criminalis, vel ciuilis, quia primo casu non interuenit procurator regulariter. l. penul. §. ad crimen. ff. de public. iudic. in secundo sic l. j. §. vlus cum vulga. ff. de procu. nos habemus constitutionem regni varietates pœnarum, sub rubrica de consideratione iniuriæ temporis, & personas, per quam agens iniuriarum consequitur v-
1 nam partem: fiscus vero duas, ego quæro abs te, † nunquid ista causa respectu duarum partium applicandarum fisco sit criminalis? quilibet diceret quòd sic vt colligitur ex verbis Bald. in l. j. in iiij. col. C. de iudi. Sed ego dico tibi quod inspecto iure communi est mixta secundum Anton. de But. in rubric. extra de iudic. vt est tex. & ibi not. in c. tuæ. extra de procura. maxime per Imol. si mixta, ergo interuenit procurator, vt in dict. c. tuæ. sed in regno inspecta dicta constitutione est ciuilis. gloss. est vnica & singul. in d. constitutione in gloss. j. in final. ibi sequens constitutio loquitur, quam gloss. ego alias allegaui in contingentia facti in causa in qua fuerant factæ multæ allegationes pro, & contra: an in terminis dictæ constitutionis esset causa criminalis, vel ciuilis: vnde no. & manda memoriæ perpetuo.

XLII.

1 *Mulier, quæ non potest contrahere sine consensu Mundualdi, an poßit facere donationem causa mortis?*

MVltotiens in præcedentibus singularibus meminimus, ꝙ in regno mulieres iure Longobardo viuentes non possunt
1 contrahere absq; præsentia Mundualdorũ, quæro abs te † nunquid absque illis possunt facere donationem causa mortis: Tu diceres quòd sic, nam videtur accedere testamento: & testamentum non debet dependere ab alieno arbitrio. Tene contrarium: nam non poterunt donare causa mortis sine Mundualdis, ita in cõtingentia facti pulchre consuluit Petr. de Ancha. in consil. suo ccclxvj. incip. in Christi nomine. dubium in hac quæstione facit ruptura, & ratio decisionis est: quia magis accidit contractui, quàm vltimæ voluntati vt est gloss. not. & ibi Bart. in l. ij. in princ. in versic. legatum. ff. de dote prælegat. quod not.

XLIII.

1 *Statutum requirens aliquam solennitatem in contractu mulierum an comprehendat hermaphroditam?*

STantibus prædictis, quòd mulieres iure Longobardo viuentes non possint sine Mundualdis contrahere: quæro abs te
1 † nunquid hermaphroditæ possint? Tu diceres ꝙ sic, propter decisionem Bald. in l. omnes populi. in xj. colum. ff. de iusti. & iur. vbi dicit quòd statutum requirens aliquid in contractu mulierum, non comprehendit personam mixtam scilicet hermaphroditam. Sed tu distingue, aut hermaphroditus non magis præualet in sexu masculino, quàm fœminino, & procedit decisio Bald. sed si magis præualet in sexu muliebri, & tunc requiritur id, quod dicit statutum, ita limitauit dictam decisionem Bald. & Pet. de Ancha. in consil. suo ccclxvj. per l. quæritur. ff. de statu hom. quod est notat. quia posset contingere de facto.

XLIIII.

1 *Homicida dicens se occidiße animo uulnerandi non occidendi, auditur, & eiusmodi animus eius iuramento probatur.*

VVlnerasti Titium, & ex vulneribus mortuus est, inquireris de homicidio, excipis quòd non animo interficiendi, sed
1 vulnerandi tantum hoc fecisti, an sis audiendus? dicas † ꝙ sic: & quòd plus est animus, quòd vulnerasti animo non occidendi, sed vulnerandi. probatur per tuum iuramentum. gloss. est not. in l. j. in ver. non occidendi animo. C. ad l. Corne. de sica. quam valde singul. reputat Ludo. Ro. in l. in illa. in pen. col. ff. de ver. obl. refert & sequitur do. Ias. in §. sed istæ. in xxiiij. col. instit. de actio. quod not. quia sic poteris euadere pœnam mortis: & subire pœnam mutilationis manus per constitutionem regni: si quis aliquem sub rubrica. de percussione illicita cum armis, quæ non obstat, dum dicit, ita quòd percussus ex percussione ipsa minime moriatur, ergo secus si moriatur, vt in casu proposito, quia ad illam constitutionem respondetur, nisi animum suum proprio iuramento probauerit, vt supra, teneas fixum cordi: & maxime ad intellectum dictæ constitutionis: si quis aliquem.

XLV.

1 *Iuramento damnum passi standum esse, si statutum dicat, an semper & indistincte ei standum sit?*

2 *Mercatoris infamis libro non creditur, licet extet statutum quod libris mercatorum credatur.*

PEr omnia fere municipia sunt statuta: quòd credatur iu-
1 ramento damnum passi: quæro abs te † nunquid indistincte stabitur tali iuramento? dicas quòd non, sed ita demum, si sit aliàs bonæ famæ. Si autem esset infamis infamia facti. nõ haberet fidem, ita Ang. in l. quàm iudicio. ff. de accusat. vbi dicit ita fuisse iudicatum, & determinatũ, dum hæc quæstio occurrisset de facto. Pro quo facit quod pulchrè voluit Bald. in repe. l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fide catho. in xlj. col. ver. quintum exemplum, statutum permittebat, &c. vbi voluit no.
2 quòd statutum † disponens: quòd credatur libro mercato-
a ris: [a] intelligitur nisi talis mercator sit infamis, quo casu etiã non obstante iuramẽto: non tamen creditur libro suo: & hoc no. quia quotidie accidit de facto.

ADDITIO.

a Credatur libro mercatoris. Libri mercatorum vt fidẽ faciant sex videntur requiri: Primò ꝙ mercator sit homo bonus, legalis & probus, & ꝓ tali semper reputat⁹: iuxta no. ꝑ Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. & l. nuda. ff. de don. Secundò ꝙ scripturã manu sua subscripserit. l. generaliter. C. de nõ numerat. pec. Tertiò si ipse mercator veritatẽ scribere cõsueuerit. l. vel vniuersorũ. ff. de pignor. act. l. qui semisses. ff. de vsur. Quartò, ꝙ causam in scriptura subiunxerit. iuxta not. ꝑ Bart. in l. instrumẽta. C. de ꝓbat. & l. cùm de indobito. §. fin. ff. de ꝓbat. Quintò, si ipse mercator aliqd contra se in eodem libro scripserit. l. publi. in fin. ff. depos. l. quædam. §. numularios. ff. de edend. Sextò, si ex verisimilibus circumstantijs possit præsumi esse verũ quod ꝑ eum scriptã reperitur. De materia etiã vide per pract. [illegible] tit. forma opponend. cõtra instrumenta. in gl. super verb. nõ cogitur. Adde etiã Alex. in l. argentarius. ff. de edend. Bart. in d. l. quædam. §. nummularios. & Bald. in rub. de fid. instru. Hæc ex Guid. Pap. decis. 441.

XLVI.

1 *Vsurarius contractus si à muliere sine solennitate in eius contractu à statuto requisita, celebretur, & de usura cõuincatur, an de usura teneatur?*

QVædam mulier iure viuens Longobardo fecit nonnullos contractus vsurarios absq; interuentu Mundualdorũ: vocatur ad iudiciũ: conuincitur de vsura: opponit, ꝙ non teneatur: ex quo in dictis contractibus vsurarijs non interuenerunt
1 mundualdi, queritur † quid iuris: tu diceres, ꝙ non teneatur de vsura: q̃a dicti contractus fuerunt facti contra formam legis, ergo nulli. l. non dubium. C. de leg. & in regula: quæ cõtra ius, ad [illegible] iur. lib. vj. In contrarium est veritas, nam ipsa mulier tenetur de vsura commissa in contractib⁹. nam potuit contrahere absq; Mundualdis, quatenus alteri obligata fuisset: nõ autem quatenus alter sibi obligatus fuit, vt probatur in l. Iulianus. §. pen. ff. de actio. emptio. facit l. non eo minus. C. de ꝓcurat. ita in specie consuluit Panor. in consilio suo, xxij. incip. in nomine Saluatoris eiusdem Matris Amen. in ij. col. in primo volumine, & hoc not.

XLVII.

1 *Commißio facta à Papa Episcopis extra proprias diœceses cõmorantibus, quando poßint extra diœceses iudicare.*

TV scis quod causæ per summum Pontificem non cõmittuntur nisi habentibus dignitatem c. statutum. §. sancim⁹ de rescrip. libr. vj. Modo summus Ponti. commisit causam Archiepiscopo Salernitano sub istis verbis: venerabili fratri nostro Archiepiscopo Salernitano Capuæ commoranti, &c. Ego
1 quæro abs te † nunquid possit cognoscere extra diœcesim Salernitanam, & sic Capuæ de huiusmodi causa? Tu diceres ꝙ non: quia in dubio non videtur deputatus extra locum suæ diœcesis, vel dignitatis: vt in d. c. statutum. §. in nullo. In contrarium est veritas: quia illud non habet locum, quando in literis est facta mentio de residentia: vt in casu nostro: poterit ergo Capuæ cognoscere: casus est quem Abb. in j. notat. dicit esse perpetuo not. & se nescire alibi in c. fin. de re. permu. & adde Oldra. in consil. cclxxxiij. vbi etiam dicit, quòd Papa committendo causam monacho, videtur secum dispensare: quod notat. ad materiam, dicta cap. statutum. §. in nullo. Et manda hoc memoriæ: quia quotidie fiunt commisiones Episcopis alibi resistentibus quam in diœcesibus proprijs. Nam si est facta mentio de residentiæ loco, poterunt ibi cognoscere: sec⁹ si non, quia tunc solum in diœcesi per d. §. in nulla.

XLVIII.

1 *Depositum in regno Neapolitano ultra librum auri, non potest probari nisi per publicum instrumentum.*

DEposui penes te Regnicolam ducentos aureos, negas mihi depositum, volo illud probare per testes: nunquid ꝑ ossim?
1 Quilibet diceret † quod sic per id quod not. do. Anto. de Alex. in l. j. C. de edend. adeo quòd dubitatur: an valeat pactum, quod non possit probari nisi per scripturam, de quo in authent. iubemus. C. de iudic. & in authent. vt si prohi. cre. ma. §. quia vero, & per cano. in c. ij. de probat. Sed caue tu Regnicola, quia hodie in regno depositum vltra libram auri non potest probari nisi per publicum instrumentum, vt in constitut. Regni, quæ incip. In causa depositi sub rubrica. de causa depositi. refert & sequitur idem Anton. de Alexand. in dicta l. j. in iij. col. in princ. quòd not. tu Regnicola in regno, quando casus occurret.

XLIX.

1 *Instrumentum publicum si requiratur ad probationem depositi, poterit tamen quinq; testibus probari.*

REtento supradicto themate, quòd instrumento publico debeat probari depositum vltra libram auri: ego quæro abs te, nunquid sit dare cautelam, quod possit probari per testes?
1 Dicas quòd sic: nam loco † instrumenti publici poterit fieri probatio per quinq; testes, & erit plena & valida probatio. istud fuit sing. dictum Cy. in l. optimam. C. de contrahen. & cõmit. stipul. quod no. ad dictam constitutionem regni in causa depositi, & adde ad hæc Hip. de Marsi. in sing. suo clvj. incip. volo te docere singul. verbum.

L.

1 *Exemplatio instrumenti fieri debet parte citata, alias exemplum non probat, fallit in regno Neapolitano.*

TV Regnicola fecisti per notarium exemplari instrumentũ alterius notarij: si in huiusmodi exemplatione non fecisti
1 partem citari, quæro abs te † nunquid hoc exemplum probet? Communis est conclusio omnium fere doct. quod non, in authent. si quis in aliquo documento. C. de eden. Sed contrarium est verum in regno: dictum est singul. do. Anto. de Alex. in d. authen. si quis in aliquo in iiij. col. in fi. vbi dicit not. tu Rgnicola, quia hæc est consuetudo antiqua in magna Curia Vicariæ quòd instrumenta exemplantur & authenticantur absque partis citatione, & faciunt fidem quod not. & tene menti quia alias fuit dubitatum de hoc.

LI.

1 *Vxor an poßit esse procuratrix pro marito absente?*

1 QVæro abs te de eo † quod præteritis ante diebus fuit dubitatum in contingentia facti: nunquid vxor possit esse procuratrix pro marito absente? Tu diceres quod sic, nam in simili habemus: quòd potest esse procuratrix isto casu absentia pro patre: vt text. not. in l. fœminæ. ff. de procur. In cõtrarium est veritas, text. est quem ibi do. Anton. de Alexand. in fi. dicit esse perpetuò menti tenendum in l. qui absente. C. de procurat.

LII.

1 *Archiepiscopus potest cogi tenere uicarium.*

SEmel accidit iste casus de facto, Reuerendissimus Archiepiscopus Amalfitanus, nolebat sibi ponere Vicarium dicebat enim ego volo per me causas audire, diœcesani vero dicebant contrarium, fuit super hoc consultus magnificus & excellens do. Iancola de Vicarijs, vir quidem in vtroque iure consummatissimus: qui pro sua solita benignitate: & singulari more,

amore, quo me prosequebatur: contulit mecum de isto casu. cui ego statim allegaui dictum vnicum Abbat. in c. quoniam.
1 de offic. ord. vbi dixit † quòd cogi potest Episcopus tenere vicarium, refert & sequitur ibi do. Fely. dicens ibi in ij. colum. se nescire alibi: & licet multa adducat ad impugnandum hoc dictum, tamen in final. dicit, cogitabis propter authoritatem Abbat. quòd not. quia sæpe occurrit de facto.

LIII.

1 *Cautio fideiussoria de non aliquem offendendo non est præstanda nisi subsit legitima causa.*

QVotidie occurrit de facto iste casus, quem nunc subijciam. Officiales nostri temporis tametsi nulla subsit iusta causa, vt lucrentur illas minimas sportulas cum actuarijs: cogunt subditos ad præstandam fideiussoriam cautionem de non offendendo. Et dum eis obijcitur, quod non subest iusta causa: respondent se facere hoc ex officio: quo casu dicunt non requiri aliquam causam, sed tunc demum cum hoc faciunt ad instantiam partis: Sed ego dico † quòd non benefaciunt: nam siue moueantur ad instantiam partis, siue ex officio: debet subesse iusta causa: quia grauare quem ad satisdandum, sæpe laboriosum est. l. ij. §. si dubitetur. ff. de iudi. dictum est elegans Ioan. de Imol. in l. ij. §. j. in fin. ff. solut. matrim. reprobando Dy. qui dixit, non esse opus causæ cognitione: quando iudex mouetur ex officio. refert & sequitur do. Fely. in rubrica de treuga & pace. in vlt. colum. in princ. ver. qui timet. ibi prima declaratio quod not. quia sæpe huiusmodi de facto, & iudices passim in hoc errant, vt dixi.

LIIII.

1 *Compromissum si ex statuto debeat inter consanguineos litigantes fieri, an si ex primo compromisso facto lis non sit sopita, sed lapsum sit tempus, an iterum sit compromittendum?*

STante regia nouella pragmatica incip. odia litium, sub rubrica, de compromissis inter coniunctas personas, de qua meminimus etiam supra in xxxviij. singul. quòd causæ debeât compromitti vsque ad quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis inclusiuè secundum ius ciuile computandum, si fuit causa compromissa, & infra terminum non fuit expedita,
2 ego quæro abs te, nunquid sit † iterum compromittenda vigore pragmaticæ? Tu diceres quòd non, & quòd verificatur dicta pragmatica in prima vice, per l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. significatio. Tene contrarium, nam debet adhuc iterum compromitti, quia per primum compromissum non est satisfactum menti dictæ pragmatieæ, dictum est Bald. in l. fideicommissæ. §. si quis decem. ff. de leg. iij. inferens ad statutum de compromissis propinquorum, vt non sit satisfactum statuto per primum compromissum: quod expiraui, sed debet iterum compromitti, cum adhuc vendicet sibi locum ratio dicti statuti, quæ est, vt lites finiantur, & sic respondet ad §. hoc sermone, refert & sequitur domin. Felyn. in capitulo finali, in penultim. colum. circa medium. ibi fallit quinto de treuga & pace: quod not. ad intellectum dictæ pragmaticæ, quia quotidie euenit.

LV.

1 *Clausula, cassans, irritans, & annullans omne aliud testamentum, &c. posita in secundo testamento an reuocet primum testamentum ualidum?*

QVidam fecit sibi testamentum de iure validum, tractu temporis fecit sibi aliud testamentum, & in eo notarius apposuit illam clausulam, quę solet communiter apponi, videlicet, cassans, irritans, & annullans omne aliud testamentum, &c. euenit casus, quòd ex aliqua iusta causa istud vltimum nō
1 subsistebat de iure. quæro abs te: † nunquid primum testamentum remanet in suo robore? Tu diceres quòd non, nam illud fuit annullatum per dictam clausulam, cassans irritans, &c. Tene contrarium: dictum est Paul. de Castro. in l. sancimus. in fin. C. de testa. vbi dicit: quòd ista clausula irritans, &c. habet tacitam conditionem, videlicet si illud aliud testamentū, in quo est ista clausula: est validum per illum textum quem dicit singul. no. manda memoriæ: quia posset tibi inseruire de facto in re ardua.

LVI.

1 *Prothomisim si quis habeat in fundo uendito, an tunc etiam admittatur, quādo uenditio fuit nulla?*

PEr l. sancimus. de iure congrui, siue prothomiseros, de qua meminimus supra in xxxiiij. singul. vicinus admittitur ad
1 fundum venditum habendum soluto pretio: quæro abs te † si illa venditio non fuit valida, puta quia facta à muliere viuente iure Longobardo sine interuentu mundualdorum: nunquid vicinus admittatur: vel consanguineus vigore d. l. sancimus? dicas quod non: dictum est Paulus de Castro. in consil. cccxxvj. vbi dixit, quod statutum fauens vicino super venditione facta à vicino, eo irrequisito, intelligitur de venditione alias valida, pro quo facit quod dicit Baldus in l. ij. in ij. colu. C. de iure emphytheut. quòd pœna apposita à iure emphyteutæ alienanti irrequisito domino, intelligitur de alienatione aliâs valida. puta habente consensum propinquorum requisitum à statuto, de quo exclamat Franc. de Cre. not. cxij. incip. statuto cauetur, quod mulier, & pulchre Ias. in repe. l. fin. C. de iure emphyt. not. ad intellectum dictam l. sancimus. in actu practico.

LVII.

1 *Tumultuantes in publicis concionibus, uel consilijs, sunt expellendi.*

1 SCio in patria mea esse nonnullos, qui semper † in publicis concionibus, & parlamentis solent suscitare tumultum, contra quos sæpius dixi, expellantur hi de publicis concionibus, parlamentis & consilijs: dictum est Bal. in c. vt iuxta de offic. ord. vbi no. arg. ex illo tex. pro ciuitatibus Thusciæ, quæ de eorum parlamentis & consilijs publicis expellunt magnates, qa expellendi sunt hi, qui possunt generare tumultum, quod ipse ibi dicit esse valde no.

ADDITIO.

Vide quæ scribit Paris de Put. in tract. de syndic. in ver. scholaris cap. j. nu. 3.

LVIII.

1 *Iudex si ex officio in aliquibus casibus procedere poßit, an in illis procedere poßit fama non præcedente?*

2 *Inquisitio si sit permissa intelligitur præcedente fama.*

IN regno potest in multis casibus procedi ex officio, de quibus in c. ab illo inchoandum. sub rubrica. de inquisitionibus: & in c. si temporum alternata conditio sub rubrica, de non procedendo ex offic. nisi in certis casibus, & ad tempus, &
1 in multis alijs cap. quæro abs te † an in casu, in quo potest iudex ex officio procedere, posit procedere non præcedente fama? Diceres quòd sic: vigore dictorum capitulorum. In contrarium est veritas etiam si in dictis capitulis diceretur, quod in dictis casibus libere posit procedi: quia adhuc intelligitur præcedente fama: text. est in c. j. de offc. ordin. in versicul. libere: coniuncta gloss. per. quod Bald. ibi. in ij. column. in princip. dicit esse menti tenendum, & tu no. & manda memo-
2 riæ ad intellectum dictorum capitulorum. Nam quando † est permissa inquisitio, intelligitur præcedente fama vt in c. qualiter & quando il ij. de accu. & hoc regulariter, nam sunt certi casus in quibus proceditur non præcedente fama, quos non intendo prosequi nunc.

LIX.

1 *Iuramentum an ualidet contractum inualidum ratione solennitatis, uel consensus omisit?*

POne quòd mulier, quæ iure viuens Longobardo non adhibuit Mundualdos in contractu, prout debebat, sed iurauit
1 tantum: nunquid † huiusmodi iuramentum validet contractum, nec ne? Tu diceres quod non, per id quod tenet Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. vbi dicit, quòd si minor prohibetur contrahere sine certa solennitate, non valet contractus postposita solennitate, etiam si interuenit iuramentum, mouetur quia peccat transgrediendo prohibitionem superioris: & sic nulla debet oriri obligat. In contrarium est veritas, ita domi. Abba. in c. ad apostolicam in ij. col. in princip. & in tertia in fin. de regula. & transeunt. ad religio. & dicit in contrarium

fac... aperte illam literam in dict.c.ad apostolicam.iuncto c. Consaldus.xvij.quæstione ij.inducendo,vt ibi per eum, quod dicit esse menti tenendum.ideo not.quia quotidie posset occurrere de facto,vide tamen Fely.mordentem domi.Abba.in c.si diligenti.in ij.col.ibi secundum corolarium,extra de foro competenti.

LX.

1 *Coniuges se uoluntarie separantes possunt se inuicem alter alterum repetere non obstante huiusmodi uoluntaria separatione.*

VOlo tibi adducere vnum casum,in quo non spoliatus pôt petere restitutionem,& accidit iste casus quotidie: maxime in quibusdam regionibus? quas honestatis causa nolo aliter nominare: in quibus coniuges sunt multum faciles ad se
1 adinuicem separandum: quæritur nunquid † non obstante huiusmodi separatione voluntaria,possit alter ex eis alterum repetere,etiam petendo restitutionem? Tu diceres,quòd non, ratione voluntariæ separationis.Tene contrarium: etiam si deuentum sit post illam separationem voluntariam ad aliud matrimonium,text.est quem ibi Abb.in vlt.no.dicit tenendũ semper menti in c.veniens.de regula.& transf.ad reli.Et pluries iste casus occurrit mihi dum essem Vicarius generalis apud Hydruentem,vbi sæpius isti casus transmittebantur mihi à lõge: vt consulerem super illis,

LXI.

1 *Emphyteuticus contractus,& censualis in quibus inter se differat?*
2 *Censualis contractus in dubio cẽsetur,quando non apparet an sit censualis, uel emphyteuticus.*

1 MVltæ sunt † differentiæ inter contractum emphyteuticum & censualem: de quibus plene per docto.in c.constitutus, de religio.do.& inter alias est ista,quam ibi ponit bona gloss. in ver.iuxta ratam,& ibi plene per Abbat. in penultima columna.quòd in contractu censuali per non solutionem cen-
2 sus non incidit res in commissum,ego quæro abs te,† quid si ex contractu non appareat,an sit contractus emphyteuticus, vel censualis? dicas quòd in dubio erit censualis,sing. est verbum Albe.de Rosa.in l.ij.C.de iure emphyteut.in viij.colum. in versicul.quid de quæstione à me quæsita per quendam priorem.Et ideo si cessauerit mille annis soluere,non poterit expelli,& ita dicit iudicasse,quòd esset censualis,alleg.not.per gl. & Innoc.in d.c.constitutus.quòd not.in facto,& manda memoriæ perpetuo.

LXII.

1 *Emphyteuta qui iurauit soluere in tempore canonem,& propter paupertatem non soluit,an sit periurus,& cadat à iure suo?*

QVia in præcedenti sing.facta est mentio de contractu emphyteutico,in quo tu habes,quòd propter non solutum canonem infra terminum à iure statutum res incidit in com-
1 missum: pone † quòd elapsus est terminus iste,& non fuit solutus canon,siue census debitus propter paupertatem & necessitatem emphyteutæ,qui iurauit soluere in tempore, nunquid sit periurus,& ciciderit à iure suo? Tu diceres quòd sic, nam non soluit in tempore,& dies statutus si interpellat pro homine c.potuit.extra locati,& est periurus,quia nõ seruauit iusiurandum l.si quis maior.C.de transactio.In contrarium est veritas,nam si propter inopiam non soluit,non cadit à iure suo, neq; est periurus.tex.& ibi Bald.in no.in c.querelam extra de iureiur.vbi dicit ꝙ paupertas excusat à periurio, & ab infamia,quod dicit esse bene no.& ibi etiam dicit in finalibus verbis,quòd vbi in tali contractu esset appositum iuramentum, non subintelligitur ista clausula,si non soluerit infra bienniũ, quia etiam ante lapsum biennij incidit in periurium,& in cõmissum propter non solutum canonem.tene menti prædicta in contingentia facti.

LXIII.

1 *Testes qui nam contractui interfuerint si aliquis ex contrahentibus nesciat, uolet tamen per eos contractum probare,episcopum loci adire debet,ut eo authore fiat præceptũ generale sub excõmunicationis pœna,ut qui super tali facto nouerint ueritatem compareant ad testimoniũ ferendũ.*

SAepe contingit de facto: quòd aliquis deponit penes Titium aliquam pecuniarum quantitatem: & secutus fidem illius non aduertit ad testes: qui ibi reperiuntur: cum autem tractu temporis petitur depositum,depositarius illud inficiatur,deponens vero scit deposuisse in præsentia testium,tamen eorum non recordatur,testes illi ob aliquem respectum,quem habent forte ad depositarium nolunt se ingerere,& dicere de-
1 ponenti: & nos sumus testes illius depositi.Quæro abs te † quomodo succurratur illi deponenti? Respondeo,adeat episcopum loci,vt eo authore fiat generale præceptum sub excommunicationis pœna,vt qui super tali facto nouerint veritatem compareant ad testimonium proferendum,istam bonam practicam docet Abb.per illum tex.in c.ad nostram secundo in not.extra de iureiurando.& ibi etiam dicit,quòd hæc practica procedit etiam contra laicos,fundamentum est istud,quia tacere veritatem est peccatum mortale,vt in c. quisquis. xj. q. iij.& in c.j.de crimi.fal.& ratione peccati quilibet est de foro ecclesi.c.nouit.de iud.quam practicam dicit Abb.in d. c. ad nostram tene menti.

LXIIII.

1 *Consuetus tale crimen committere,pro quo pecuniaria pœna uenit imponenda,si iterum illud committat,poterit capitaliter puniri.*

TV habes Regni constitutionem,si quis aliquem,sub rubrica de percussione illicita cum armis,quòd percutiens aliquem cum armis prohibitis: si percussus ex percussione illa minime moriatur,debet manum,cum qua percussit amittere. Sed pone,quòd talis percussor alias consueuit facere istas percussiones; nunquid iudex possit eum decapitare in Regno ꝑ percussione nouissime facta? Tu diceres,quòd non , propter dictam constitutionem,si quis aliquem,quę inducit ammissionem manus.Tene contrarium,nam propter consuetudinem huiusmodi delicti poterit condemnari ad mortem capitalem: dictum est elegans Angel.de peru.in additio,ad Bart.in l.vnica.C.de superexactio.lib.x. in fortioribus terminis,vbi singn.
1 & mirabiliter dicit,quod committens † crimen pro quo venit imponenda pœna pecunaria, si est consuetus tale crimen cõmittere,poterit puniri capitaliter,quod dictum ego tibi applico ad aliam constitutionẽ Regni quæ incip.asperitatẽ: sub rubrica de pœna eius,qui contra aliquem tm̃ arma extraxerit, vbi extrahens tm̃ arma contra aliquem tenetur ad duplicatã pœnam delationis armorum: nam si talis est solitus contra aliquos tm̃ arma extrahere,poterit decapitari,& tñ pœna erat pecuniaria,manda memoriæ hoc dictum Angeli ad excusationem iudicum & assessorum,quod ipse dicit esse menti tenendũ in præalleg.loco per illum text.in d.l.vnica in verbo perseueret,pro quo alleg.etiam tex.in l.omnes,§.delatores.§.de delatoribus.no.in actu practico.

ADDITIO.

Vide Petrum à Plaza Hispanum in lib.j.cap.xij.epitomes delictorum,num.2.

LXV.

1 *Expedire causam qui infra certum tempus tenetur sub pœna,an pœnam cui tet si infra illud tempus partes ab instantia iudicij absoluat?*

PEr regiam nouellam pragmaticam incip. odia litium, de qua meminimus supra in liiij.& in xxxviij.sing.arbitri non expedientes causam eis compromissam infra terminum , de quo ibi tenentur ad certam pœnam in ea contentam: quæro
1 abs te † si dicti arbitri infra dictum terminum obsoluunt partes ab instantia iudicij,an videantur terminasse causam? dicas quòd non.tex.est in l.generali.C.de decurio.lib.x.& ibi est bona additio ad lecturam Bart.quę hoc etiam dicit.Nam per absolutionem ab obseruatione iudicij nõ terminatur causa: licet instantia perimatur.not.ad intellectum dictæ pragmaticæ,& manda memoriæ.

LXVI.

1 *Ecclesiæ res ultra triennium locari non potest,& quid si elapso triennio,ad alios tres annos fiat eidem conductori relocatio,an ualeat?*

VVlgata est extrauagãs Pauli Veneti Pontificis Maxi.incip. Ambitiosæ cupiditati sub rubric.de rebus ecclesi. non alienat. quæ prohibet alienationem,hypothecam,concessionem , locationem & conductionem rerum ecclesiasticarum

vltra triennium, quæro abs te de vno casu, de quo sæpius interrogaberis, maximè ab istis prælatis, & abbatibus ac commendatariis nostri temporis: quia ocurrit quotidie de facto,
1 Prælatus locat rem ecclesiæ ad triennium, certe ista nō est alienatio: postea quando sunt lapsi tres anni: iste conductor facit sibi relocare ad alios tres annos inchoaturus à die finite primæ locationis, nunquid valeat? Dicas quod non: quia videtur talis relocatio esse facta in fraudē, dicit extrauagātis, sing. est decisio. Card. Zaba. in cle. j. §. fin. in pen. q. de reb. eccle. non alien. referunt & sequuntur Moder. Papien. in l. manumissiones. in ij. col. ff. de iustitia & iure. vbi multa alia bona adducunt ad istam materiam: manda memoriæ quia vt dixi quotidie occurrit. & adde Fely. in ca. quæ in ecclesiarum xxx. col. in prin. de consti.

LXVII.

1 *Concubinarij nunquid possint per iudicem secularem compelli ad dimittendum concubinas.*

2 *Meretrix potest à uicinis expelli.*

1 IN patria mea sunt aliqui cōcubinarij, ego† quæro nunquid possint per iudicem secularem compelli ad illas dimittendas concubinas? Tu diceres quòd non, nam istud crimen concubinatus hodie est effectum de iure ecclesiastico: vt plene per d. Ab. in c. cum sit generale de foro competen. Tene contrariū quòd etiam iudex secularis hoc potest, text. est in l. iustitia. ibi honestè viuere. ff. de iust. & iur. per quæ verba refert Alber. ibi quòd Matth. de Fano. dum esset potestas in ciuitate Romandiolæ, & quidam nobis habens vxorem teneret etiam concubinam, compulit eum per illam l. vt concubinam dimitteret, & honestè viueret prout ius præcipit. Et ad hoc propositum honestatis dicit etiam Pau. de cast. in l. nullus. per illum tex. C. de
2 sum. tri. quòd sit† meretrix: quæ vellet venire ad habitandum in aliqua ciuitate in vicina aliqua, vicini possent eam repellere: ne alias inficiat, facit. l. minime. C. de episcopali audientia. no. in actu practico.

LXVIII.

1 *Fœmina quæ extantibus masculis ex statuto non succedit sed maritatur, an succedat in iure patronatus ecclesiastico competenti hæreditati cum fratribus suis.*

SVpra in xxvj. & xxxvj. sing. fuit adducta constitutio Regni, in aliquibus de succes. filio. Comi. vel Baro. per quam extantibus masculis, filia fœmina nō succedit, sed maritatur de pro
1 prio, ego quæro abs te† nunquid ista fœmina sic maritata succedat in iure patronatus ecclesiastico cōmpetenti hæreditati cum fratribus suis. vel quibuslibet aliis hæredib⁹ extraneis institutis? Tene quod non. sin. est decisio do. Stepha. de Caeta de Neapoli. in repe. c. quoniam. in xxviij. col. de elect. li. vj. in quo tractauit materiam iuris patronatus. vbi dicit notandum esse in hoc Regno in Baronibus, & ciuitate Neapolis, vbi masculi succedunt: & sic fœminæ tunc non præsentant, vbi etiam videtur hoc limitare, nisi præcepisset hoc ius patronatus pro se & filiis, quia tunc veniret ista fœmina ex persona sua: quantumcunque non sit hæres: quod ego latius firmaui dum legerem Salerni, in c. j. de iure patro. Nota in Regno & manda memoriæ, quia sæpe occurrit de facto.

LXIX.

1 *Author potest laudari, & quid si clericus laudatus sit an in iudicio seculari possit opponere declinatoriam fori.*

REgia nouella pragmatica incipiens dubitationem circa dilationem petitam sub rubrica de termino citandi actorem in causa reali, vult authorem posse laudari: quod est conforme cum dispositione iuris communis: vt in l. j. C. vbi in rem actio. & in l. venditor. ff. de iud. & in c. si venditori extra de emptio. & ven. Quæro abs te in terminis dictæ pragmaticæ, si author laudatus est clericus, & promisit in instrumēto iurato de euictione, & suscipere in se iudicium, & facere ipsum emptorē
1 victorem, &c.† nunquid iste clericus possit sic laudatus in iudicio seculari opponere declinatoriam fori? Tu diceres quod non, propter gl. not. in c. clericus nullum xj. quæstio. j. quæ benè intellecta tenet, quod ipse clericus tenetur defēdere rem vēditam laico in foro seculari: & hoc tenet Ab. in d. c. si venditori. in ij. col. circa medium ibi: sed est dubium no. quòd probat ratione, iudicium est instructum contra emptorem tanquam possessorem, sed venditor venit solum ad assistendum emptori, & defendendum eum, vt in d. l. j. C. vbi in rem actio. vnde iudicium institutum contra emptorem non transfertur in venditorem dicta l. venditor. Et ista conclusio firmari & probari videtur in dicta regia pragmatica vbi in omnem euentum iudicium non transfertur in personam laudatā, siue author laudatus sit præsens, siue non. In contrarium est veritas, & in terminis quæstionis nostræ contrarium decidit Ang. in dicta l. vēditor. vbi dicit: quod quamuis ipse author laudatus sit defensor tantum, non reus tamen vt defensor poterit opponere declinatoriam ex persona sua, quia est clericus. & sic dicit limitari illam l. & d. l. j. C. vbi in rem actio, quæ illi concordat: vt ibi latius per eum. Vnde dato, quod regia pragmatica videatur innuere ipsum reum debere sustinere iudicium, tamen clericus potest declinare dictum forum seculare ex persona sua: vt per Ang. etiam in d. l. venditor. & quando hoc nō sufficeret in terminis quæstionis nostræ, deberet sufficere illud, quod promisit ipse clericus, scilicet de suscipiendo iudiciū in se, quo casu erit reus. & sic poterit declinare forū seculare, quod Ab. in præal. loco non diffitetur, imò expressè hoc tenet per rationes, quas adducit, ad quod facit dicta pragmatica in quantū vult actorem laudatum debere obseruare omnia, quæ promisit in instrumento, manda memoriæ: quia quotidie occurrit de facto, & hic habes hunc punctum bene examinatum ad intellectum dictæ regiæ pragmaticæ.

LXX.

1 *Venditor promittens de euictione rei uenditæ, si sit consanguineus compræhensus à statuto de compromissis loquente, si ab emptore in iudicium uocetur, ob quæstionem sibi motam super ipsa re uendita, an possit petere huiusmodi causam compromitti.*

QVia regia nouella pragmatica odia litium, de qua meminimus supra in xxxviij. & li iij. sing. vult inter consanguineos & affines vsque ad quartum gradum debere causas com
1 promitti, ego quæro† abs te si Titius vendidit mihi fundum, & promisit de euictione vt sit mouetur mihi quæstio per [illegible] nium super dicto fundo: laudo Titium in authorem meum, qui est cōsanguineus cum actore Sempronio: comparet Titius author laudatus, & petit causam huiusmodi compromitti vigore pragmaticæ, nunquid causa debeat compromitti? Dicas ꝙ non, ita sing. Bar. in l. procurator ad exhibēdum. §. j. ff. rem ratam habere. & post eum Ang. in l. venditor. in ij. col. in prin. ff. de iud. ratio est. quia sic mutaretur iudicium, & persona iudicis, quod no. quia quotidie euenit.

LXXI.

1 *Bannitum occidens ex priuato odio, si producatur in testem in causa criminali, uel ciuili ardua, an possit repelli tanquam infamis infamia facti.*

MEminimus supra in x. & xxvij. singu. constitutionis Regni, pœnam eorum, de forbannitis & foriudicatis, quæ permittit forbannitum & foriudicatum posse impune offendi, pone quod aliquis ex priuato odio, si sine inimicitia interfecit Sēpronium bannitum, & foriudicatum, deinde iste interfector producitur in testem in aliqua causa maximè criminali, vel ci
1 uili ardua: quæro abs te, †nunquid possit repulsari tanquam infamis infamia facti? Tu diceres quòd sic, per id quod tenet Bal. in l. decuriones. C. de infami. vbi dicit stāte statuto. ꝙ homicida non possit esse de prioribus, si aliquis occidit bannitū non ex officij necessitate, sed ex priuata inimicitia non potest esse de numero priorum & est infamis infamia facti, quia licet homicidium sit tolerabile, non tamen est laudabile: secus in iudice, cum faciat pro executione iustitiæ. In contrarium est veritas in terminis dictæ constitutionis, quæ apponit verbum impunè, quod enim impune fit maleficium non secundum Bal. in d. l. loco. per l. is qui aggressorem. C. ad l. Cor. C. de sica. ibi. nullam calumniam metuendam. quibus verbis vtitur etiam dicta constitutio, dum dicit nullam proinde calumniā vereatur: & hoc dictum sequitur domi. Ioan. de Ana. in cap. si perfodiens, in quarta colum. de homic. quæ omnia refert, & sequuitur Fel. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. in v. col. ī prin. & dicit esse no. ad intellectum dicti statuti. & tu no. ad intellectum dictæ constitutionis.

LXXII.

1 *Ecclesiæ res qua cautela possint locari ultra triennium, etiam ad longissimū tempus.*

Quia supra in lxvj. singu. fuit facta mentio de extrauagan-ti Pauli pōtificis max. incip. ambitiosæ cupiditati. de re. eccles. non aliæ. quæ vulgo solet Paulina nuncupari: per quam prohibetur etiam locatio rerum ecclesiarum vltra triennium
1 quæro abs te† nunquid non obstante illa prohibitione possit inueniri via & modus vt fiat locatio etiam ad longum & longissimum tempus? Tu diceres quòd nō, nam locatio vltra triēnium videtur esse alienatio, & ideo prohibetur, vt ibi. Sed ego dico tibi, quòd si locator faceret locationem vltra trienniū, & ad longum & longissimum tempus, & in dicta locatione sit expressè dictum: quòd nullum vtile dominium transferatur in conductorem, quòd isto modo talis locatio procederet etiam in terminis dictæ extrauagantis. Nam ratio quare locatio ꝓhibetur vltra triennium est, quia videtur esse alienatio quædā, ista ratio cessat quando est dictum, quòd non transferatur vtile dominium, ita singu. declarat Bal. in c. quæ in ecclesiarū. de const. & Imo. in c. ad audientiam de reb. eccle. non alie. cum aliis alleg. per do. Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum. xxx. columna. ibi sexta declaratio: & ideo aduerte, vt apponi facias in instrumentum locationis dicta verba, & erit securus tam locator, quâm conductor, & nota ad intellectum dictæ extrauagantis.

LXXIII.

1 *Statuta contra immunitatem ecclesiæ à laicis facta, ab episcopis tolli possunt. Et an id fieri possit non citatis statuentibus.*

Clericis laicos in festos oppido tradit antiquitas. dicit tex. ad literam in ca. clericis in prin. de immu. eccle. li. vj. quia quotidie faciunt noua statuta contra ecclesiæ immunitatem, & ecclesiasticarum personarum, quæro abs te, quia si statuta
1 † ista sunt notoria, potest episcopus ea tollere, nunquid possit non citatis statuentibus. Tu diceres quòd non per regu. l. de vno quoque. ff. de re iud. & l. nam ita diuus. ff. de adop. cum aliis vulg. & maximè quia etiam in notariis requiritur citatio ca. accepimus am. iij. de iureiuran. maxime per doct. Tene contrariū nam potest illa tollere, etiam non citatis statuentibus, ita sing. dixit Archi. in cap. quæ Lotharius prope finem. ij. quæstio. prima refert & sequitur domin. Felyn. in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ. xliij. columna. in fine. de constitutio. vbi hoc corroborat multis aliis per eum allegatis: quod notat. in fauorem ecclesiæ, & ecclesiasticarum personarum, quando casus occurret.

LXXIIII.

1 *Transactio non rescinditur prætextu instrumenti de nouo reperti: & idem in sententia: & quæ prædictæ conclusionis ratio sit?*

1 Singu. est sub prætextu secundum Bal. ibi. C. de transa. quòd transactio † non rescinditur prætextu instrumenti de nouo reperti, & idem dicimus in sententia, vt est tex. de iure canonico in cap. inter monasterium circa finem de re iudi. & de iure ciuili in l. sub specie. C. de re iu. & in l. imperatoris. ff. eo. & per Iason. in dicta l. sub prætextu. in ij. colum. ego quæro abs te de ratione istius decisionis. Dicas quòd duplex est ratio. Prima quia per transactionem, & sententiam est impositus finis liti: & ista ratio videtur poni in d. cap. inter monasterium, vbi dicitur quòd prætextu instrumenti de nouo reperti non debent lites instaurari, & istam rationem reddiderunt Bal. & Salyce. in dicta l. sub prætextu: vt ibi refert Ias. in prin. Alia & secunda ratio est, quam assignat Bal. in capi. primo. ad fin. extra de transact. per illum tex. quem ad hoc reputat no. dignum & mirabilem, quia facta transactione bona fide, omnia instrumenta & iura sunt ipso iure cassa & irrita, & ideo non possunt trāsactionem infringere, & ille tex. in dicto cap. primo, de transa. est melior, qui sit in iure secundum Bal. in rubrica extra eo. in secunda columna. nisi instrumenta illa de nouo reperta fuissent subtracta per aduersarium vt per Baldum etiam in dicto capitulo primo. in vltimis, quia poterunt produci, manda memoriæ.

LXXV.

1 *Citatus ad informandum in causa criminali an possit comparere per procuratorem bene instructum.*

1 *Iudex ad hoc ut in criminalibus possit citare reum ut personaliter compareat, quæ concurrere debeant? Et an tunc causa in citatione sit inserenda.*

In criminalibus solent iudices Regnicole statim, & in primis citare ad informandum: quo casu non admittunt procuratorem, quantumcunque bene instructum, sed volunt ipsum principalem omnino: vt sic comparens personaliter coniiciatur in carcerem, & sic faciant prouentus. quamuis contra il-
1 lum citatum non appareant iudicia. Ego quæro abs te† nunquid iste sic citatus, possit comparere per procuratorem bene instructum, & informatum? Tu diceres quòd non, sed principalis debet comparere ad informandum, vt videat iudex quo vultu, qua trepidatione respondeat vt est vera conclusio Bar. quicquid alibi dixerit in l. qui bona. §. si alieno. in vlti. col. ff. de dā. infec. sequuntur Ang. & Pau. de cast. & plenius domi. Alexan. in l. in pecuniariis. C. de procu. & idem Ang. in l. si actor. ff. eo. Tamen in contrarium est veritas in casu nostro, in quo non sunt indicia contra principalem. ita no. Bal. & Albe. & domi.
2 Alex. & domi. Ias. in d. l. in pecuniariis. Et ideo cōcludo† quòd nunquam iudex posset citare principalem, vt personaliter cōpareat, nisi duobus concurrentibus, quod sint indicia contra eum, & quod sit causa, in qua possit deueniri ad torturam per superius alleg. Vnde cum in regno non in omnibus causis criminalibus possit deueniri ad torturam: sed in illis duntaxat, de quibus habetur in c. regni. incip. tormentis sub rubrica de tormētis, non poterit iudex citare personaliter: & dato quòd citet, poterit sic citatus comparere per procuratorem bene instructum & informatum: nisi simus in casibus, in quibus possit deueniri ad torturam: & contra reum extent indicia sufficientia, quo casu ista causa etiam debet inseri, in citatione, vt concludit Ioan. And. in c. j. de iudi. libro vj. & Bal. in l. j. §. vsus. in fi. ff. de procu. Guid. de Suza. & Cy. in d. l. in pecuniariis: vbi dicunt, quòd in casu in quo potest cogi aliquis vt compareat personaliter debet inseri causa in citatione, fundamētum est istud, nam indultum à iure beneficium scilicet comparendi ꝑ procuratorem nemini est auferendum c. j. de iud. lib. vj. nisi ex causa iusta: ista causa debet inseri in citatione. Nec habet obstare si diceretur, si in citatione dicitur, quòd compareat: quia contra eum extant indicia, vt subiiciatur quæstionibus, ille citatus aufugeret. Ad hoc ego respondeo, non citet iudex verbaliter. sed realiter, quia poterit stantibus contra eum probationibus sufficientibus procedere ad capturam & hoc māda memoriæ: quia sic poteris adiuuare amicum tuum: ne fiat contumax: si mittit procuratorem bene instructum, & informatum cum speciali mandato ad sic respondendum per prædicta: & hoc quotidie occurrit.

LXXVI.

1 *Suspicio contra iudicem allegata si sit notoria, an ad arbitros sit eundum?*

Modus recusandi iudicē in regno tam ordinarium, quàm delegatum ponitur per cap. regni incipien. Item si cōtingat alias principis circunspecta prouisio: quod cap. non est, cum alijs cap. Regni. sed est insertus ritus magnæ curiæ Vicariæ, quo cap. disponitur quòd allegato iudice suspecto, causæ suspitio intimatur logotbetæ ma p. & protonotario Regni, & in ciuitatibus, & locis Regni episcopo diœcesano, siue eius vicario: qui debent in dicta suspitione procedere prout ibi se-
1 riose ponitur, quæro abs te† si suspitio proposita iudici est notoria, nunquid debeat seruari dispositio dicti c. Regni, vel si sit notorie friuola: vel notorie falsa? Tu diceres quòd sic, nā illud cap. videtur tradere formam, à qua non licet discedere cap. cum dilecta. de rescrip. cap. sine exceptione. xij. quæstio. secunda l. diligenter. ff. man. Tene contrarium, ita eleganter domi. Abb. post Ioan. Andræ. in cap. accedens. idest extra vt lite non contesta. vbi dicit non esse eundum ad arbitros, quando allegatur notoria suspitio: facit quod not. Lap. alleg. j. dicens non esse opus arbitris, quādo allegatur suspitio notorie friuola: vel notorie falsa, quæ duo sunt vtilia ad practicam cap. legitima. de appella. in sexto secundum Felyn. qui prædicta refert, & sequitur in d. cap. accedē. in primo iu ij. colum. versus finem ibi, inquantum Abb. Et tu nota esse vtilia ad practicam d. ca. Item si contingat, alias principis circunspecta prouisio. Nam ex quo illud ca. Regni, innititur dispositioni iu

tis ca

ris canonici,vt ibi dicitur logotheta,vel diœcesanis succedit loco arbitrorum de quibus in d.c.legitima de quibus habetur etiam in c.suspitionis.de offi.deleg.& in c.ab arbitris eo. tit.lib.vj.Quando ergo suspitio est notoria iudex statim tenetur illam admittere:& non expectare prouisionem diœcesani,vel logothetæ, siue prothonotarij.Si vero est notoriè friuola,vel notoriè falsa:& tunc procedat in causa sine alio.& hoc not.ad intellectum dicti capituli Regni.in actu practico.

LXXVII.

1 *Creditor,cui est à debitore satisfactum in præsentia testium an possit cogi facere instrumentum quietationis debitori?*

DEbebam tibi aliquam pecuniarum quantitatem:persolui tibi illam in presentia multorum testium,vellē habere abs te instrumentum solutionis,& quietationis,& sic probationē paratam,tu denegas,quæro abs te,nunquid bene dicas? Tu di-
1 ceres † quod sic,nam tu nòn inficiaris solutionem:& dices præterea me habere testes solutionis.Tene coutrarium,nam teneris mihi facere instrumentum solutionis, & quietationis,tex. est quem Saly.reputat ad hoc singu.in l.eum,à quo. C.de solu. cui adde Paul.de cast.in consi.j.imò dico aliud: quod si fuisset redditum instrumentum debiti vel laceratum.vel incisum : vt communiter hodie fit ipsi debitori,adhuc potest ipse debitor petere quietationem à creditore:& fidem pecuniæ : dictum est Bal.in l.huiusmodi.§.si ita.in fi.ff.de leg.j,allega.l. pecuniæ.C. de solu.& l.dissolute.C.de cond.sine cau.vide Felyn.in cap.accedens primo in secunda columna.extra vt lite contestat.vbi multa pulchra congerit spectantia ad istam materiam quotidianam.

LXXVIII.

1 *Testis partis consanguineus,si interrogatus responderit parti non attinere, an ob hoc teneatur pœna falsi, & ea una cum producente possit puniri.*

INtendo tibi commentare regiam nouellam pragmaticam incip.testem falsum sub rubrica de testi.fals.non produ.quę imponit falsos testes producenti,& ipsis testibus falsis pœnam
1 de qua ibi ego quæro abs te:† testis productus in causa deponit verè interrogatus an attineat in aliquo parti eum producenti?respondet quod non,reperitur,quòd imo est consanguineus partis. quæritur nunquid possit habere locum pœna de qua ibi?Diceres quod sic:nam probatum est testem commisisse mendacium.Tene contrarium:& dicas,quòd non potest puniri de falso criminaliter:sed bene extra ordinem arbitrio iudicis,ita singu.dixit Iaco.Butr.in l.Lucius.ff.de infami. refert Bar.in l.si ex falsis in ij.lectura.& ibi Ias.in iij.col.circa fi.C.de transac.Et similiter tenet Ang.in d.l.Lucius.vbi multum commendat & reputat not.dignum,& in consilio.cxciiij. quod incipit: visis processibus in secunda columna.& sic testis, qui non dixit falsum in principali : non poterit puniri de falso in terminis dictæ pragmaticæ neque eum producens : quod notatur.

LXXIX.

1 *Syndicatis instrumentum debet continere nomina omnium creantium syndicum,alias non ualeu,maximè in arduis.*
2 *Criminalis causa est ardua,& in ea procurator non admittitur nec de ea fieri potest compromissum nisi in certis casibus.*

CIrca Regni constitutionem,quæ incipit generalia iura cōcedentes sub rubrica,vt vniuersitas accusata,per quam vniuersitas accusata in criminalibus & capitalibus potest per procuratorem comparere, per rationem de qua ibi ,ego quæro,pone quod vniuersitas sit tacita,comparet per procuratorem,vel syndicū,& in instrumento syndicatus non sunt apposita oīa nomina creantiū istū syndicū,sed multis, & multis no
1 minatis subiicitur in instrumēto,&omnes alii qui faciunt maiorem partem,nunquid † talis constitutio & creatio talis syndicatus valeat & teneat?Dicas quòd non,ita sing. inquit Spec. in titu.de syndica.§.j.& Bal.in l.ij.ff.de magistratibus conueniēdis.ratio quia in causis arduis debet magis deliberare procedi.refert & sequitur domi.Ias.in l.placet.in iij.colum. ibi ad ista etiam facit.C.de sacrosanctis ecclesiis.quod not.ad dictā
2 constitutionem,& non dubium quin † causa criminalis & capitalis sit non solum ardua,sed arduissima, quod patet,quia in ea non constituitur procurator.l.penult.§.ad crimen.ff.de publicis iudiciis.de ea non potest fieri compromissum , vt in l non distinguemus.§.Iulianus.iuncta gl.in ver.famosa.ff.de arbitris . in ea non potest etiam fieri transactor,vt dicit dicta gl. in ver.famoso.in fi,nisi in casibus,qui habeatur, in l.transigere.C.de transact.

LXXX.

1 *Banniendus de proximo an possit offendi impunè,sicut iam bannitus?*

VOlo tibi tradere vnam ampliationem ad constitutionem Regni pœnam horum de forbannitis, & foriudicatis de qua supra,in xxxvij.sing.& lxxj.fecimus mentionem,per illam enim constitutionem bannitus & foriudicatus potest impunè interfici,potest impune interfici,pone quòd nondum est foriudicatus,sed est de proximo foriudicandus,puta quia iam instat lapsus anni,in quo debet foriudicari,vel iam est in totum
1 elapsus,& expectatur sola foriudicatio,nunquid possit † impune offendi ex forma dictæ constitutionis?Tu diceres,quòd nō, nisi præcesserit prius foriudicatio.Tene contrarium.ita notat Pau.de cast.in l.iij.§.si seruus.ff.de acquiren.possess. vbi not.inquit quòd de proximo banniendus,licet nondum sit bannitus potest impunè offendi,refert & sequitur do.Ias. in authenti.si qua mulier.in vj.colum.C.de sacrosanct. ecclesiis.nam de proximo foriudicandus habetur pro foriudicato, quod no.in actu practico ad materiam dictæ constitutionis,quia hic casus posset quotidie occurrere in facto,& adde Cæpol.in consil.vj. in iij.col.in fi.

LXXXI.

1 *Fideiussor detentus pro debito principalis,an possit antequam soluat agere contra principalem.*

QVotidie occurrit iste casus de facto . Titius fideiubet pro Sempronio in aliquo instrumento cum clausulis solis & consuetis,& maximè illa,scilicet,de primo & principali conueniendo in aliqua pecuniarum quantitate certo tempore soluenda.In tempore præfixo non fit satisfactio,creditor agit cōtra Titium fideiussorem,qui retinetur in curia de persona vigore instrumenti liquidi & iurati. Titius antequam soluat sic detentus vellet agere contra Sempronium principalem quæ-
1 ritur † nunquid possit. Quilibet diceret quòd non. In contrarium est veritas per illam regulam quæ se habet , quod potentia propinqua actui habetur pro actu,vt not.Bal.in l.penul.ff.de test.mil.& in casu proposito.ita in specie decidit idē Bal.in l.si pro ea.in vj.quæstio. C.manda.vbi dicit,quod sicut fideiussor condemnatus potest agere contra principalem debitorem,ita quando euidenter apparet.quod de breui est condemnandus,quod no.& facit ad id quod diximus in præcedenti singulari.

LXXXII.

1 *Procurator in causa criminali interuenire non potest,hoc tamen non habet locum in uno articulo ad media causæ.*

CLara est illa cōclusio & vulgata in iure tam canonico quā
1 ciuili,quæ se habet,quòd in causa † criminali non potest ineruenire prouurator.l.penulti.§.ad crimen.ff.de publi.iud. c.veniens.extra de accusati.Sed hoc non habet locum in vno articulo ad media causæ,puta ad videndum iurare testem,itē ad iurandum de calumnia,vt refert & sequitur ac exemplificat domi.Fely.in cap.meminimus.in iiij.& v.col.extra de accusa.sed in Regno non etiam ad vnum articulum ad media causæ ritus est sing.magnæ curiæ.Vicariæ incip. Item quod in causis criminalibns,manda memoriæ in practica , tam quando eris aduocatus,quam quando eris iudex.

ADDITIO.

Idem tradit Guido.Papæ,decisio.Grationop.cccxxxviij.aliquis. vbi etiam ponit an procurator admittatur ad opponendam declinatoriam fori,vel dilatoriam causæ. & an ad allegandu

causas absentiæ, & an tunc iurare debeat de calumnia, & an ad eas causas probandas admittatur, & an procurator interuenire possit in causa criminali pro qua veniat imponẽda pœna pecuniaria? Et an procurator generalis sine speciali mandato possit in causa criminali interuenire. Et an in causa in qua, qui non potest soluere in ære, luit in corpore, admittatur tradit Pet. Cera. singu. lxiij. nu. 2. vbi dicit eum non admitti in criminalibus, licet in eo duæ qualitates concurrant quòd sit procurator, & coniuncta persona, vt ibi in prin. & vide Amanel. singul. cc. nu. 1. qui dicit, quòd procurator in causa criminali principali non admittitur, secus in appellatione. Gabriel Sarayna.

LXXXIII.

1 *Arbitri sententia lata contra ius litigatoris an valeat.*

SVpra in xxxviij. liiij. lxv. & lxx. singulari meminimus regiæ nouellæ pragmaticæ, odia litium, per quam arbitri inter cõsanguineos & affines procedunt de iure, & de facto in procedendo, & de iure tantum in sententiando. Pone quod arbitri
1 † dixerunt, sententiam contra ius litigatoris, nunquid valeat? Tene quod non, dictum est solenne Bal. in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. quia excesserunt formam compromissi, & dictæ regiæ pragmaticæ, quæ voluit, vt sententiarent de iure contra. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. & de hoc Bartol. exclamat. Cum ergo de iure communi, & ex dicta pragmatica sit, quòd arbitri non pronuntient iniuitè d. §. stari. cum gl. patet, quòd expresio eius quod inerat inducit formã, & licet hoc dictũ Bar. multipliciter impugnetur à multis. quos refert do. Felyn. in c. causam quæ. in iiij. col. ibi obstat fortiter extra de re iudi. vbi inter alios alleg. Raph. in l. j. C. de arbi. dicentem quod in scholis tenuit contra Bar. quia expresio eorum, quæ insunt nihil operatur. l. non rectè. C. de fideius. Tamẽ idem do. Fely. in d. c. sequendo Bar. & respondendo motiuis cõtra eum factis adducit Raph. in præallega. l. j. finaliter dicentẽ, quòd obtinere in practica contra Bart. esset difficile, attento etiam, quòd Ang. eum sequitur in d. l. j. Quare tene cum Bart. quòd talis sententia non valeat, neque teneat, quod no. ad materiam dictæ pragmaticæ, quia quotidie occurrit.

LXXXIIII.

1 *Citatio partium ad audiendum sententiam, an requiratur quando arbitri pronuntiant ultima die compromissis, intantum, ut eius omissio sententiam uitiet.*

HIc non incongrue & illud annectendum ducimus ad materiam pragmaticæ, de qua in præcedẽti sing. in illa enim pragmatica inter alia habetur, quòd arbitri debent causam ipsam infra duos mẽses per sententiam terminare, & hoc quãdo sunt concordes, si vero non debent vltima die vel prius elegisse tertium, qui cum dictis arbtris infra mensem causam
1 expediat, quæro abs te, † si dictis arbitri pronuntiant vltima die dictorum mensium, nunquid requiratur citatio, intantum vt ea obmissa redatur sententia nulla? Tu diceres, quod sic per glo. j. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconsul. imo fortius si iudex fecisset citari partem ad audiendum sententiam, & antequam nuntius faceret relationem, ferret sententiam, esset nulla, secundum Bar. in l. hec autem. §. j. cum multis concor. ff. ex quibus cau. in poss. ea. In contrarium est veritas in casu proposito. Nam non requiritur citatio partis, quãdo arbitri pronuntiant vl. imo die dictorum mensium, dictũ est sing. Bal. in auth. ei qui. C. de temp appel. & in ca. j. in ti. quo temp. mil. refert & sequitur do. Ias. in d. §. vbi decretum. in vj. col. ver. fin. ibi, tertio principaliter limita, quod no. ad dictam pragmaticam, quia alias habui in facto, & feci hoc seruari ab arbitris.

LXXXV.

1 *Vindicta marito competens contra uxorem adulteram, an possit alteri cedi.*

PEr constitutionem Regni, si maritus, sub rubrica de pœna vxoris in adulterio deprehẽsæ, permissa est vindicta ipsi marito, vt in ipso actu deprahensionis interficiat vxorem & adulterum, qualiscunque sit adulter, & in quouis loco deprahendatur adulter, licet aliud videatur inducere ius ciuile Romanorum, vt prosequitur ibi glos. vni. in ver. maritus, vbi ponit, quãtum differt circa istam materiam ius ciuile Romanorum ab
1 illa constitutione, quæro abs te † in terminis dictæ constitutionis, nunquid talis vindicta possit alteri cedi per ipsum maritum? Tu diceres quòd sic, per regulam illã, quæ se habet, quòd potest facere quis per aliũ quod potest per seipsum, regula potest de reg. iur. in vj. Tene contrarium, ita notabiliter vult Bal. in c. fi. in ij. col. versus finem ibi, nam si quis potest sua authoritate vindicare extra de iuramen. calum. vbi dixit, quòd si aliquis ex forma statuti potest se propria authoritate vindicare, quamuis possit secum adhibere socios, & complices sine quibus non posset verisimiliter tute peragere tale factum, quia cũ conceditur aliquid videtur etiam concedi cum familiaribus & amicis, sine quibus id esse non potest, vt est tex. no. in l. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verb. obl. nihilominus talis facultas vindicari non potest alteri cedi. gl. est solennis in l. cũ fundum. ff. de vi & vi arma. secundum Bal. in præalleg. loco, & do. Ias. dicit in l. ij. in j. col. in fi. ff. de iurisd. om. iud. & illa glo. est reputata sing. no. & manda memoriæ ad intellectum dictæ cõstitutionis regni.

LXXXVI.

1 *Clericus debitor & suspectus de fuga, an possit capi mandato iudicis secularis?*

HAbebam clericum debitorem meum, qui erat suspectus de fuga, cum debuissem accedere ad iudicem ecclesiasticum, qui tunc temporis erat in ista ciuitate, vt eius authoritate caperetur dictus clericus debitor, accessi ad iudicem secula
1 rem, cuius authoritate captus est, quæro abs te † nũquid bene cerim? Tu diceres quòd sic, nam clericum debitorem suspectũ de fuga potest capere iudex secularis, & valet captura, quia periculum erat in mora, imo egomet creditor secularis propria authoritate potuissem illum capere, vt concludit Ab. in c. cum non ab homine. in iij. & iiij. col. de iud. & ante eum Bal. ibidẽ, in iij. co. licet ipse non referat, & idem Bald. in ca. dilectis. in v. col. de app. In contrarium est veritas in casu proposito, in quo quamuis esset periculum in mora, tamen poterat capi & detineri per iudicem ecclesiasticum, & non debui eum capi facere per iudicem secularem, qui in casu periculi tantum, & in defectum iudicis competentis hoc potest, imo quia sciens feci eum capi per iudicem secularem, & incompetentem, debeo in pœnam amittere ius crediti mei, ita singu. tenet Bald. in capitulo causam matrimonil. in fin. ibi extra not. de offi. delega. alleg. hoc voluisse Cyn. in l. fi. §. si fœnerator. ff. quod met. cau. quod no. in actu practico, quia sæpe solet accidere.

LXXXVII.

1 *Compromissum si fiat in duos arbitros, quorum aliter sit clericus & petatur postea laudum latum reduci ad arbitrium boni uiri, quis debeat esse huius reclamationis iudex, an secularis, uel ecclesiasticus?*

SAepe contingit in patria mea compromitti in me solũ, vel in me & alium, qui est secularis aliquam causam, vel ex compromisso necessario inter coniunctos ex forma regiæ pragmaticæ, de quo totiens in præcedentibus singularibus fecimus mentionem, vel ex compromisso voluntario, non curo, petitur reduci laudum nostrum ad arbitrium boni viri, vel alias ab illo reclamatur iuxta regiam nouellam pragmaticã incip. Et si aliqua partium, sub rubrica de reclamatione laudi,
1 siue sententiæ arbitrorum, ego quero abs te, quis † erit iste iudex reclamationis? dicas, quòd erit iudex ecclesiasticus meus ex quo ego sum clericus, & non iudex secularis secundũ Bal. & Salyc. in l. præcipimus. C. de appellat. & late Pet. de Ancha. in sua disputatione incip. cum C. laicus. in ij. dub. Lud. Roma. in consil. cclxv. incip. in casu proposito aduertendũ, & tenet Bal. expresse in rubrica de appella. extra in ij. col. quòd si iudex ecclesiasticus & secularis simul iudicarunt in certa causa, appellari debet ad superiorem iudicis ecclesiastici tanquã digniorem. alleg. d. l. præcimus. in penulti. respon. ar. ff. quemadmodum serui. amit. l. si communem. quod not. in practica ad intellectum maxime dictæ regiæ.

LXXXVIII.

1 *Feudatarius cessans in solutione annuæ pensionis per triennium, an feudo priuari*

priuari debeat?

HAbebam feudum à Titio, pro quo soluebam ei annuam pensionem aureorum cx. destiti per bienniũ
1 vel triennium à solutione, nunquid † possim propterea feudo priuari? Tu diceres quòd non: per id, quod tenet Bal. in c. duobus. in iiij. col. extrà de re iudic. vbi dicit, quòd si feudatarius non soluit pẽsionem per biennium, non potest priuari feudo, quòd in vsibus feudorum non est hoc expressum. & ideo dicit ibi, tene mẽti, quia sæpè fui interrogatus. Tene contrarium, & inquantum dicit, quòd non est expressum hoc in vsibus feud. imò expressum est in c. j. in versicu. sed nec est alia iustior causa. tit. quæ sit prima cau. benefic. amit. cui text. non responderet Apollo, vt attestatur ipse idem Bal. in c. quæ in ecclesiarum. in iiij. col. in prin. de constitu. alleg. singu. dictum Inn. in capitulo, ad apostolicę. de re iudic. in vj. pro quo dicto Bal. in iiij. col. in princip. alleg. tex. vnicum in præalleg. ca. j. versi. sed nec est aliàs iustior causa.

LXXXIX.

1 *Delegatus à superiore ad vnam causam specialiter, si decedat, an ordinarius possit illã causam in se assumere, & de ea cognoscere?*

2 *Causa semel commissa in Curia Romana, non exibit de Curia, nisi Papa deleget, vel remittat ad ordinarium.*

IN materia delegationis volo tibi adducere vnam pulchram decisionem. Prætor huius terrę cognoscit de omnibus causis iure ordinario: ex istis causis Baro cõmittit aliquam specialiter alicui iudici delegato, procedit iste delegatus in causa, & antequàm eam expediat, ab hac
1 vita decedit, quæro abs te † nunquid possit de hac causa cognoscere, & se in ea modo aliquo intromittere? Tu diceres quòd sic, quia à principio poterat iure ordinario, si causa illa à principio non fuisset iudici delegato commissa: & citò res reuertitur ad naturam suam. Præterea cessãte illo iudice debet cessare illa cognitio. arg. c. cùm cessante. de appellatio. & c. cùm infirmitas. de pœniten. & remis. Præterea cognitio illius causę remansit in habitu penes ipsum prætorem, & fuit trãsfusa actu in illũ iudicem, quo cessante, ille habitus est tantę potentiæ, vt reducatur ad actum: argumen. eorum quæ in simili dicit Abb. in ca. nouit. de iudi. Tene contrarium, nã per mortem delegati non poterit prætor amplius in se illam causam assumere, & de ea cognoscere, sed solus Baro: quia semel delegando dicitur traxisse causam ad se, & exemisse à prætore. ita singul. Bal. in l. si vt proponis. in penul. colum. post Archid. per eum alle. C. quomodo & quãdo
2 iudex. vbi infert, quòd causa semel † commissa in Curia Romana, nõ exibit de Curia, nisi Papa deleget, vel remittat ad ordinariũ. & idem tenet Saly. ibi. idẽ tenet Imol. in l. si expressim. ff. de appel. Pet. de Ancha. in consi. lvij. incip. circunscriptis literis Cancellariæ. refert & sequitur dominus Iason in lege, more maiorum. in xviij. col. versus finem, quod dicit esse notandum perpetuò. ff. de iurisdi. omn. iudi.

XC.

1 *Filiæ fœminæ ab intestato succedere prohibitæ, an succedere possint, si pater fecerit testamentum, in quo dixerit, instituo filios meos hæredes vniuersales, & particulares?*

NOta vnum pulchrum dictum ad materiam constitutionis Regni, in aliquibus. tit. de succes. filior. Comi. vel Baro. de qua sæpe in superioribus singu. fecimus mentionem: habes enim per illam, quòd extãtibus masculis filiæ fœminæ non succedant, sed maritentur de paragio, & illa constitutio loquitur patre duntaxat ab intestato decedente, secus si ex testamento. Nam ex testamento posset tã masculos quàm fœminas instituere, secundum omnes ibi. modò stante dicta Regni constitutione, testator, qui habebat filios masculos, & fœminas, fecit sibi testamentũ, & in eo sic dixit, Ego instituo filios meos hæredes vniuersales, & particulares &c. quæro nũquid filiæ fœminæ excludantur? Tu diceres quòd non: nam illa constitutio, vt dictũ est, non loquitur, nisi quando pater decedit ab intestato, sed hîc decessit ex testamẽto, & instituit filios, & appellatione filiorum veniũt tam masculi quàm fœminæ. l. si ita scriptum. ff. de legat. ij. & l. si quis ita. ff. de testamen. tute. & maximè, quia istæ fœminæ habent concursum iuris communis, vt in l. maximum vitium. C. de libe. præte. Tene contrarium, & dic,
1 quòd non intelliguntur institutæ ipsæ filiæ fœminæ, † sed tãtùm masculi: quia in dubio testator videtur testari secundum ius constitutionis. ita tenet Pet. de Ancha. post Bald. in l. tres fratres. ff. de pact. Sequitur simpliciter domi. Alexan. in l. Gallus. §. j. ad fin. ff. de libe. & posthu. & in consil. cxxvij. incip. viso testamẽto dicti Ioannis. idem tenet Paul. de Ca. in consi. lxxix. incip. casus iste frequenter contigit. in ij. colum. refert & sequitur do. Ias. in l. si quis id quod. in iiij. colum. in fi. ff. de iurisdictiõe omniũ iudicum. quod not. in actu practico, & manda memoriæ ad intellectum dictæ constitutionis, in aliquibus.

XCI.

1 *Rustici an excusentur à præsumpta fraude vsurarum, in cõtrahendo, vel etiã in vendendo, vel emendo merces ante tempus?*

QVotidie fiunt contractus per istos rusticos, qui licet veri vsurarij nõ appareant, habent tamen in se præsumptam fraudem vsurarum, & de eis quotidie impetuntur per iudices submittentes accusatores, vt sic extinguant ardorem sitis, quem habent ad bona eorundem rusticorum, cùm cõtra illos sit prodita pœna publicationis omnium bonorum per constitutionẽ regni, vsurariorum. sub rub. de vsurariis puniendis: aliàs est, de eodem. quæro abs te, quia vt dixi, isti contractus non apparent verè vsurarij, sed habent aliquam præsumptam fraudem vsurarũ, puta, quia est facta venditio fundi cum pacto de retrouendendo, & interuenit modicitas pretij, quo casu præsumitur fœneratitius cõtractus, iuxta materiam c. ad nostram. de emptio. & venditio. & in cap. illo vos. de pignor. Nunquid isti rustici excusan-
1 tur † ab ista præsumpta fraude vsurarum, & eodem modo in vendendis, vel emendis mercibus ante tẽpus iuxta materiã c. in ciuitate. cum aliis similibus, extrà de vsur? Dicas, quòd excusantur ab ista præsumpta fraude vsurarum propter ignorantiam iuris. glo. est in l. cùm allegas. & ibi Bald. in iiij. opposit. C. de vsu. per quam glo. infert ibi vtiliter Fulgos. quòd si rusticus emat fundum cũ pacto de retrouendendo, non censebitur contractus vsurarius. quod valde not. pro limitatione eorum, quæ habẽtur in d. c. ad nostrã. & in d. c. illo vos. & tu nota ad materiam dictæ constitutionis, vsurariorum. in contingentia facti.

XCII.

1 *Condemnatus pecuniariter an possit personaliter detineri?*

2 *Pœna pecuniaria si veniat tantùm imponẽda, reus non est à iudice carcerandus, si velit idoneè satisdare, aliàs iudex tenetur in syndicatu actione iniuriarum.*

HAbeo nunc in facto istum casum, Titius fuit condemnatus iniuriarum ad certam pecuniæ quantitatem, & præsupposito, quòd talis sententia valeat, quæ-
1 ro an poterit detineri † personaliter, maximè in Regno, attẽto, quia ipse sic cõdemnatus, detinetur personaliter? Dicas quòd non potest detineri, & iudex eum detinens tenetur in syndicatu per querelam tamen iniuriarum, per l. si verò. §. qui pro rei. ibi, not. est sine iniuria. ff. qui satisda. cogan. secundum Angel. & Fulgo. ibi. & Bart. & Angel. in l. j. ff. si quis in ius vocatus non ierit. & Bart. & doctores in dicto §. qui ꝓ rei. contra iudices qui tenent aliquẽ in carceribus, qui vult satisdare idoneè. Nam te-
2 nentur † in syndicatu pro iniuria, & in causis criminalibus, vbi pœna pecuniaria venit imponenda. l. j. ij. & iij. ff. de custodia reorum. Imò dico, ꝙ in Regno, ex quo ipse possidet, & venit imponenda pœna pecuniaria, non potest capi personaliter. singul. est decisio in Regno, in c. statuimus. sub rubrica, vt nullus officialis capiat aliquẽ de persona. & hoc intellige, quando vellet idoneè cauere, vt ibi: & in casu nostro fuit oblata fideiussio, & non admissa, igitur &c. Nota pro tẽpore syndicatus contra iudicẽ.

XCIII.

1 *Confessus extraiudicialiter delictum, si postea in tormentis iterũ confiteatur, sed ad banchum confessionẽ non ratificet, an possit ex tali confessione damnari?*

VOlo tibi adducere vnum pulchrũ in materia torturæ. Aliquis extraiudicialiter confessus est se interfecisse Titium, vocatus ad iudicium subiicitur quæstionibus, quoniam illa extraiudicialis confessio facit indiciũ sufficiens ad torturã.gl.in l.ictus fustiũ.ff.de his qui notan.infam.& in l.capite quinto.& ibi Barto. ff.de adult.Bar.in l.fin.ff.de quæst.cum simil.Cõfitetur in tormentis,tamen non ratificat ad banchum iuris, nunquid
1 talis † confessio sufficiat ad condemnãdum? Tu diceres quòd nõ,per l.j.§. si quis vltro.cum similibus. ff. de quæ-
a stionibus. In contrariũ est veritas. gl. est singul. [a] in d.l. capite quinto.in verb. accusatoris. dicens singul. quòd confessio extraiudicialis facit, quòd confessio postea facta in tormentis, absque alia ratificatione sufficiat ad condemnandum.Refert & sequitur domi.Ias.in l. magistratibus.in ij.colum.in prin.ff.de iurisdi. omnium iud. quod not.pro iudice torquente,& condemnante, quando impeteretur in syndicatu.

ADDITIO.

a Glo.est singularis. Hanc glo.limita, nisi reuocasset illam extraiudicialem confessionem, secũdum Bald.singulariter,in l.vnic.col.fin. versic.item dicit Innoc. C.de cõfess. refert & sequitur Panor.in c. olim.ij. & ibi in apostill. ad ipsum, in versic.subiicit torturę nu.9. & ibi Felyn.col. ij. versic.secundò nisi reuocet.extrà de rescript.

XCIIII.

1 *Confessio extraiudicialis de crimine, an possit reuocari absque eo quòd doceatur de errore,ad hoc,vt tortura euitetur?*

IN casu proposito in præcedenti singulari, subiicio a-
1 liam quæstionẽ ad materiã torturæ,nunquid illa † extraiudicialis confessio possit reuocari sine eo,quòd doceatur de errore,vel si fuit facta coram iudice incompetenti? Dicas quòd sic. ita singul. Bald. in l.j.in penult. colum.C.de cõfes.vbi dicit,sit cautus aduocatus, quòd faciat illum reuocare talem confessionem, quam potest reuocare etiam non docto aliter de errore,cùm sit confessio nudi facti, iuxta l.error. cum materia. C. de iuris & facti ignoran.refert & sequitur do. Ias. in l. magistratibus.in ij.col. ff. de iurisdi.omni.iudic. vbi dicit, nota perpetuò, quia ita posses euadere amicum à tortura. & facit ad id, quod diximus suprà in primo singul. & hoc manda memoriæ perpetuò.

XCV.

1 *Reconuentio an habeat locum coram arbitris necessariis.*

EX quo per regiam nouellam pragmaticam, odia litium.coguntur affines, & consanguinei causas adinuicem vertentes compromittere in duos coniunctos,
1 vel cõmunes amicos: quæro abs te,nunquid corã † istis arbitris sic per partes electis habeat locum recõuentio? Tu diceres quòd sic:nam quando fit compromissum ex necessitate statuti, coguntur affines compromittere, vt per Bart.in l.fin.C.de iudi.& in procem. C.& in l.si quis maior.C.de transactio.& coram eis habet locum reconuẽtio.& est noua & peregrina limitatio ad cap. cùm dilectus.de arbitr.prout eam not.ibi domi.Abb.in ij.colum.in princ.ibi,sed quæro nunquid iste textus. fundamentum est istud, quia isti arbitri dicũtur arbitri iuris, coram quibus habet locum reconuentio,vt per Abb.ibi ponentem duo exempla reconuentionis.In contrarium est veritas,nam licet hoc casu partes cogantur compromittere ex forma dictæ pragmaticæ, tamen cùm postea in eligendo illos arbitros coniunctos, vel communes amicos interueniat consensus vtriusque partis, imputari debet reo, si non adiecit in compromisso facultatem reconueniendi. ita eleganter concludit do.Ias.in l. est receptum.in penult.col.in fi.ff.de iurisd.omn. iudic.quod no.tamen ad intellectum dictæ pragmaticæ, quia quotidie occurrit.

XCVI.

1 *Testi ad testificãdum citato,& contumaci, an possit imponi pœna confiscationis bonorum?*

ESt citatus aliquis testis ad perhibendum testimonium veritatis,est contumax,& nõ vult comparere,
1 nunquid † propter huiusmodi cõtumaciam possit iudex imponere illi pœnam confiscationis bonorum? Dicas quòd sic.dictum est singul.Bald.in c.ij. per illum tex.de testi.cog.quod ibi Bald.reputat no.dignum.

XCVII.

1 *Socius interfecti an possit testificari contra interfectorem?*

QVotidie potest iste casus de facto occurrere: Titius & Sẽpronius ambulabant insimul per quoddam iter:fuit insultatus dictus Sempronius, & interfectus per quendam,adducitur in testem dictus Ti-
1 tius, quæro an † possit testificari cõtra homicidam pro eo,qui fuit interfectus? Dicas quòd non,quia etiam sibi iniuria facta videtur:vt not.gl.sing.in l.itẽ apud Labeonem. §.tenetur. ff. de iniur. & ideo non debet sibi credi tanquam in causa sua propria. ita consuluit Barthol.Veronens.in consi.xxxij.incip.in Christi nomine, quidam rustici Vicentini.in iij. colum. vbi refert ita consuluisse sing. excellentissimum Doctorem dom. Argentinum filium Raynerij de Forliuio,qui dicit, quòd ita vidit seruari de facto.quod not.quia sæpe occurrit.

XCVIII.

1 *Tortura an elidat plenam probationem delicti, si reo data fuerit sine vlla protestatione,& is fuerit constans?*

DE facto etiam solet sæpe contingere: Inquiritur Titius de homicidio quod est plenè probatum: ponitur ad torturam, non obstante huiusmodi plena probatione,nulla protestatione facta per iudicem,quòd nõ torquet eum super probatis, vel vt non possit appellari à sententia condemnatoria, à qua aliàs potuisset appellare.l.non tantum.ff.de appel.non recip.& in l.j.in fi.C. de iuramen.calum.perseuerat,éstque cõstans in tormen-
1 tis: quæro an illa plena † probatio elidatur per torturã? Dicas quòd sic.ita in indiuiduo tenuit Alberic. de Rosa.in l.edictum.ff.de quæstio.ita etiam vult Angel.de Aret. optimus practicus in tractat. suo maleficiorum, in versicu.comparent dicti inquisiti,& negauerunt totum. refert & sequitur consulendo Bartholo. Veronen.in cõsilio suo xxxij.incipien.In Christi nomine,quidam rustici Vicentini.in iiij.col.vbi dicit, quòd ita vidit seruari aliàs Veronæ,quod nota.

XCIX.

1 *Torqueri qui non possunt,terreri tamen possunt.*

IN regno speciales & certi casus sunt, in quibus habet locũ tortura,de quibus habes c.Regni, incipien. tor-
1 mentis.sub rubrica, de tormentis. quæro abs te, † nunquid extra illos casus possit iudex terrere inquisitos, si non torquere? Dicas quòd sic:quia vultus iudicis in talibus debet apparere terribilis, vt in authenti. de manda.princip. §.talem verò.secũdum Bald. qui ita not. dixit in l.obseruare. ante fin.j.colum. C. quorum appella. non recip. refert & sequitur consulendo Bartholo. Veronen.in consilio suo xl.in ix.colum. in prin.quod nota ad excusationem iudicum, & assessorum terrentium in syndicatu impetitorum, qui terruerũt extra casus dicti c.Regni.& ad intellectum c.eiusdem.

C.

1 *Falsos testes,vel plures scripturas falsas in causa producens, an pluries quàm semel sit de falso puniendus?*

PRo complemento istius tractatus, quia Deo authore,hoc cẽtesimo singula.absoluetur:Ego quæro abs te, ecce quòd nos habemus regiam nouellam pragmaticam incip.testem falsum. sub rubrica, de falsis testibus
1 non producendis, &c. Pone quòd aliquis † produxit in causa plures testes falsos,vel plures scripturas falsas,nũquid pluries quàm semel sit condemnandus de falso?Dicas quòd non,sed quòd semel tãtùm, & vna pœna debet puniri.argu.l. si falsos.C.de falsis. & hoc videtur dicere Bal.in l.quicunque.C.de seruis fugi. in quæstione, quæ incip.idem facit ad quæstionem. & est de mente Bar. in l.inficiando. §. infans.ff.de fur. refert & sequitur consulendo Bart.Veronen.in consi. suo lxxviij.inci. in Christi nomine &c. Visa inquisitione formata contra Paulum. in ij.col.quod no.& manda memoriæ ad intellectum dictæ regiæ pragmaticæ.

Finis tractatus singularium domini,
Ioannis de Arnono.

SINGVLARIA D. IOANNIS ANTONII

Trigona Siculi Placiensis, vtriusque censuræ Doctoris consummatissimi: Nunc primùm additionibus illustrata.

I.

1 *Hæres grauatus restituere hæreditatem, quam adierit non confecto inuentario, an in ipsius restitutione possit deducere sibi debitum ex alio contractu?*
2 *Fideicommissum vniuersale non potest vires hæreditarias superare.*
3 *Hæres an hodie tenetur creditoribus, fideicommissariis & legatariis particularibus supra vires hæreditarias? Et quid de fideicommisso vniuersali? nu.4.*
5 *Intellectus ad l.fin.§.in computatione. C.de iur. delib.*

HAERES grauatus restituere hereditatem, quã adiuit non confecto inuentario. si vellet in restitu-
1 tione † ipsius deducere quod sibi debebatur à defuncto ex alio cõtractu, nũquid hoc facere possit? Videtur dicendũ, quòd non. per tex. in l.fi.§. in computatione.C. de iur.delibe.inducendo illum à contrario sensu,dũ ibi dicitur,quòd hæres qui non confecit inuentarium, hodie tenetur ad legata,& fideicommissa insolidum. Contrarium determinauit singulariter Bal. in l. debitori. in ij.col.in ver.extra oppo.C.de pact.videlicet,quòd in restitutione istius fideicommissi hæres possit retinere sibi debitum. Idem & latius voluit Pau.de Cast. in l. ita tamen.§. si ex Trebelliano. ff.ad Trebell. vbi dixit hoc tenendum menti, quia millies in facto euenit. licet ibi etiam dicat, quòd non inuenit Doctorem hoc tangẽtem.
2 Et ratio assignatur, † quia hîc sumus in restitutione fideicommissi vniuersalis, quod non potest transcendere vires hæreditatis:quia non fit nisi de eo, quod est in hæreditate.l.cohæredi.§. cùm filiæ.ff. de vulg.& pupil. & illud dicitur esse,quod superest deducto ære alieno.l. subsignatũ. §.j.ff.de verb. sign.& hoc dispositum erat de iure antiquo:quia hæres grauatus fideicommisso,deducebat quod sibi debebatur. l. si debitor. ff. ad leg. Falc. & cùm nihil sit immutatum, remanet etiam hodie incorrectum.l.sancimus.C.de testam.l.præcipimus.C.de appel.
3 Præterea considerandum † est, quòd hæres hodie tenetur creditoribus,fideicõmissariis, & legatariis particularibus,vltra vires hæreditatis:quia præsumptio iuris & de iure est, quòd bona sufficiant, & quòd hæres illa occultauerit. vnde solùm admittitur probatio in contrarium per confessionem partis aduersæ:vt voluit Bald.in l.filium quem habentem.C.famil. ercis.col. pe.& Pau.de Cast.in l.in ratione.§. quod vulgo. col. fin.ff. ad leg. Falcid.Alex. in l. fi. §. & si præfatam. col. j. C. de iur. delib. Cæp.in caut. xxij. cum seq. refert & sequitur Iason in d. §.& si præfatam.in ij.col.ver. limita. & Soci.in d. l. debi-
4 tori.Secus tamen est in fideicõmisso vniuersali, in † quo cùm ius antiquum remanserit incorrectum, (vt dixi) meritò in restitutione ipsius hæres non tenetur restituere.Et hanc partem tenuit do. Alex. in d.l.ita tamen. §. si ex Trebelliano. & Paul. de Cast. in l.ab omnibus.§.fi.ff. de leg. j. & in consilio suo clxiiij. Visa facti narratione. & in cons. sequen. clxv. quæritur primò, vtrum hæres. Et Angel. consil. lxiiij. quoniam nihil est. ad fin.& Cuma.in l.debitor.in prin.ff.ad leg.Fal. vbi refert se ita consuluisse. Adde, quòd idem volunt Soc. Dec. & Cur. Iun.in d.l.debitori. vbi refert Soc. aliàs consultum fuisse,quòd filius grauatus restituere hæreditatem, retinuit dotem maternam, licet inuentarium non fecerit. Non
5 † obstat modò §. in computatione.in contrarium adductus. quia loquitur quando hæres vellet deducere contra creditores, vel legatarios particulares, quorum debita, & legata possunt transcendere vires hæreditatis, & hæres tenetur insolidum eis soluere hodie, & etiam olim.l.quæ dotis.ff. soluto matrimonio. Et prædicta diligenter notabis: quia vt dicit Soc. in d. l. debitori. sunt de pane lucrando, & quotidiè accidunt in facto.

II.

1 *Testator si instituerit Sempronium hæredem, & fundum legauerit Titio, donec vixerit, & moriatur primùm hæres, proximè legatarius, ad quem legatum deuoluitur. disting. nu.2.*

ADuerte, quia habebis vnũ singulare, quod est de auro lucrando,& multoties in facto accidit. Testator instituit Sempronium hæredem, & legauit fundum Ti-
1 tio, donec † vixerit, mortuus fuit hæres, deinde legatarius: quæritur, an legatum debeat remanere penes hæredem legatarij, vel redire debeat ad hæredem hæredis? Et videretur dicendum,quòd nullo pacto debeat reuerti ad hæredẽ hæredis, ex quo legatũ istud videtur relictũ à legatario hæredi post mortem ipsius legatarij,& sic videtur conditionale, an hærede viuo dies legati cedat.l. hæres meus.ff.de condi. & dem. voluit Paul. de Cast. & Alex.in l.illud.C.de legat. & fideicõmissum cõditionale ad hæredes nõ transmittitur.l.vnic.§.finautẽ. C. de cad. tol. tradunt scribentes omnes in l. hæredes mei.§.cùm ita.vbi materia. ff. ad Trebel. vnde meritò ad hæredem heredis transire non debet. Pro ista parte facit etiam tex.no.in l.in causæ.ij.§.Pomponius.cum gl. & ibi Bald. not.ff. de mino. vbi dicitur, quòd si testator reliquit nepti suæ domum,vel fundum,& adiecit, quòd si sine liberis decederet, restitueret prædictam domum, vel fundũ hæredi,quòd si hæres præmoritur, deinde decedat legatarius sine liberis, quòd tale legatum non debebitur hæredi hæredis prædefuncti. refert & sequitur do. Alex.in l.Gallus.§. etiam si parente. in fi.ff. de lib. & posth. & in l.fi.C.de lega.& in l.qui liberis.§.hæc verba.in j. col.ff.de vulg.& pupil.substit.vbi reputat hoc bene notandum,& dicit ibi bene probari.& Iaso.in l.j. in xv. col. ff. de leg.j. Contrarium determinauit Bar.in l. Titia.§.fi.in j.col.ff. de leg.ij. quia videtur sub nomine appellatiuo vocatus hæres,ergo comprehenditur hæres hæredis. l. in annalibus.C.de lega.Vnde Pau.de Cast.in d.l.Titia.§. fi.multũ
2 egregiè & † singulariter distinguit, quòd aut legatũ relictum fuit ad tempus, puta donec vixeris, vel vsque ad biennium, & tunc mortuo legatario fideicommissum reuertitur ad hæredem, non iure fideicõmissi, sed consolidationis,quia consolidatur cum hæreditate, sicut vsusfructus cum proprietate. & ita procedit determinatio Bar.in d.§.fi.Aut legauit simpliciter, nec tempus fuit appositum ad substantiam eius, sed grauauit legatariũ, quòd post eius mortem restituat hæredi, & ita procedãt allegata in contrarium: quia non trãsmittitur legatum,

ſed remanebit penes heredem legatarij grauati. alleg. l.ſi quis Titio.ff.de leg.ij.& ſubdit ibi, hoc eſſe digito alligandum, quia millies in facto euenit, & quòd vidit ſolennes viros errare in hoc, prędicta non conſiderantes. Adde quòd idem voluit idem Pau.in l.ſi à me.& poſt eũ Alex.ibi.ff.ad leg.Fal.& in l.fin.& ibi late Alex. C.de legat.& dicit ibi Pau. quòd cùm haberet in contingentia facti hanc quæſtioné Bononiæ,& eſſet aduocatus hæredis,allegauit dictum Bart.cõtra aduocatũ alterius partis,qui tenebat cõtrarium, nõ recordatus de dicto Bar. & quòd Lud.de Rom. requiſitus à clientulo ſuo vt conſuleret,videns recollectas eiuſdem Pau. in d.l.Titia.§.fi. vbi allegabat illum §. contra Bart. non videns ad illum reſponſum,recuſauit conſulere. & cum prædicta diſtinctione videtur tranſire Ang. de Perig. in d.l.Titia.§.fi.in j.col.licet de Pau.mentionem non faciat.Et hanc doctrinam Pau. didici à clariſsimo & acutiſsimo Iureconſulto dom.& præceptore meo,dom.Maria.Socino,dum legeret in hoc almo Gymnaſio Patauino, quam ipſe pro multùm ſingulari retulit,& dixit,quòd in contingentia facti per eam aliàs Senis bis obtinuit.

III.

1 *Confeſsio qualificata in vna oratione habente plura capitula,an poteſt partim admitti,& partim reſpui.*

2 *Debitor in centũ, confitetur creditori ſuo ſe debere tantùm quinquaginta,an poſsit eam confeſsionẽ admittere, ac deinde probando petere reliqua quinquaginta, non obſtante taxatiua, Tantùm?*

3 *Dictio taxatiua non qualificat.*

TV habes doctrinam notabilem Bart. in l.Aurelius. §.idem quæſiit.ff.de lib.leg.poſt glo.not.in l.ſi quidem.C. de excep.in glo.magna quam Sali. ibi in iij.col. 1 & Bar.ibi in fi.ponderant,quòd confeſsio † qualificata, in vna oratione non habente plura capitula, non poteſt in parte admitti,& in parte reſpui. Vnde ſi creditor petit à debitore ſuo, an debeat ſibi decem,qui reſpondet, debeo tibi decem ſub conditione,non autẽ purè, prout petis, non poterit creditor in parte admittere iſtam cõfeſsionem, videlicet in eo quod fatetur debitor ſe debere,& reſpuere in eo,quod ſub conditione:quia confeſsio iſta eſt qualificata,& habet vnicum capitulum, vnde di- 2 uidi non poteſt.Dubium modò oritur,debitor † qui debebat cẽtum,confitetur creditori ſuo ſe tantùm l. debere, an creditor poterit acceptare illam confeſsionem de l.& poſteà probando petere reſiduum, non obſtante taxatiua tantùm?Certè ſtante d. doctrina Bar.in d.§.idé quæſiit.videtur dicendum quòd non. Tamen in contrarium habes text.ſingularem,& valde not.in l.ſi quidem. C.de tranſac.in fi.vbi dicitur, quòd debitor confitendo partẽ debiti creditori ſuo, poterit ab illo peti tam pars confeſſata,quàm reſidua pars debiti.& illum tex.ad hoc notant ibi Bal.& Saly.Bart.in l.ſi cùm dos.ff. rerũ amo. & Paul.de Caſtr.& Curt.Senior,& Iaſon, ibi dicũt illum text.ad hoc ſingularem,& omni memoria dignum. Non obſtat prædicta doctrina Bar. quòd confeſsio qualificata debet in totum admitti,aut in totum ſperni: quia ad 3 hoc reſpondet Bald.& Salyc.ibi,quòd dictio† taxatiua, non qualificat. & vlterius declarando dicas, quòd iſto caſu confeſsio iſta non eſt qualificata, ſed ſimplex: quia apponendo taxatiuam,cenſentur duæ orationes,vna affirmatiua,& alia negatiua, & ſic taxatiua non qualificat, ſed diuidit.& ita ſoluit etiam Curt. Seni.in d.l.ſi quidẽ.

IIII.

1 *Actio confunditur,vbi creditor efficitur hæres debitoris ſui.*

2 *Creditor hæres inſtitutus à debitore ſuo, ſi adierit hæreditatem cum beneficio inuẽtarii,an poſsit petere ſibi aſsignari vnã rem hæreditariam pro debito ſuo?*

3 *Inuentarii confectio facit cenſeri hæreditatem iacentem.*

1 NOtum habes,quòd ſi creditor efficitur hæres † debitoris ſui,actio confunditur,ne idem ſit debitor, & creditor.l.debitori.C.de pact.l. Vranius.ff.de fideiuſſo.Debet enim eſſe diſtinctio perſonarum inter debitorem & creditorem.l.ij.ff.de ſtip.ſeruo.facit text.in c.debitum.de baptiſ. & in l.pen.ff.de arbi. vnde, ſi in totum ſuccedit, vel in partem, pro ea parte confunditur; pro qua eſt hæres, d. l.ſi vxor. vbi Bald.not. & hoc procedit, etiam ſi creditor ſuccedens debitori, per fideicõmiſſum grauatus ſit reſtituere hæreditatem: quia actio nihilominus per aditionem confunditur, vt volunt Ang. Imol. & do. Alexand.in l.deducta. ff.ad Trebel. Quæri- 2 tur modò,creditor† fuit hęres inſtitutus à debitore ſuo, adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarij, vellet nũc iſte creditor hæres vnam rem hæreditariam ſeparari à bonis hæreditariis,& aſsignari ſibi pro debito ſuo, nunquid poſsit hoc facere? Videtur dicẽdum quòd non, per ſupradicta. In contrarium habes ſingulare verbum Bal. in d.l.debitori. in ij.col. ver. hîc quæro. videlicet quòd iſto caſu prædictus hæres citatis creditoribus & legatariis,poterit implorare officium iudicis, & petere ſibi aſſignari vnam rem pro debito ſuo,& hoc, dicit ipſe, operatur virtus inuẽtarij.l.fi.§.in computatione. C. de iur. deli.quod dictum pro ſingulari refert Paul. de Caſt.in l. quoniã in prioribus.in fi.C.de inoffic.teſta.& Alex.in d. l.debitori.vbi dicit,quòd ita aliàs fecit obſeruare in facto.referunt & ſequuntur Iaſ. & recentiores in d.l.debitori. Adde quòd idem voluit Bald. & poſt eum Iaſ.in d. l.fi.§.in computatione.Non obſtant in contrarium alle- 3 gata: quia procedunt, niſi iſte creditor † hæres feciſſet a inuentarium, [a] quod operatur, hæredem cenſeri in eo ſtatu,in quo eſſet, ſi hæreditatem non adiuiſſet: & ſic facit cenſeri hæreditatem iacentem, vt dixit idem Bald.in locis preallegatis,& ſequũtur ſcribentes ibi.

ADDITIO.

a Inuentarium. Quid operetur confectio inuentarij,quid item noceat eius omiſsio, & quę ad eius confectionem requirantur,& in quo loco debeat fieri, vide in addit. ad Matheſil.ſingul.clvij.

V.

1 *Iuramentum præſtitum à prælato,quatenus pateat.*

2 *Res eccleſiæ inculta tradita vt colatur,quod & fit,non poteſt iure concedi ſine ſolennitate requiſita.*

1 CAnoniſtæ in c.ij.extrà de feud.per illum text. communiter concludunt, quòd † iuramentum præſtitum à prælato,de non alienando res eccleſiæ,extenditur tantùm ad res quę ſunt de menſa eccleſiæ,non autem ad bona emphyteutica,vel feudataria, adeò quòd ſi fuerũt talia bona reuerſa ad eccleſiam, putà quia fuerit finita conceſsio,vel alio modo, prout in d. capit.ij.& in c. potuit. de loca. poſſunt de nouo concedi, nullis requiſitis ſolennitatibus. Tamen hoc ſanè intelligas, videlicet vt procedat durante prima cauſa conceſsionis: ſecus vbi ceſſaret. Exemplum: Res inculta ipſius eccleſiæ data eſt 2 † vt cultiuaretur, poſteà tractu temporis reuerſa eſt ad eccleſiam bene culta: hoc caſu dico quòd non poteſt licitè concedi abſque ſolennitate requiſita, ex quo eo ipſo quòd rediit ad eccleſiam, conſtituitur de menſa: & ſic aſſumit naturam aliarum rerum. hoc fuit ſingulare dictum do.Abb.in c.vt ſuper.in ij.col.in ver. ego crederem.extrà de reb.eccle. non alien. quod pro multum ſingulari refert & ſequitur do.Fran.Curt.in ſuo tract. feudo.in ij.parte prin. in j.oppo. illud etiam commendat, & dicit valde æquum Præp.in vſib. feud.in titul. epiſ.vel Abb.in c.j.circa finem.

VI.

1 *Debitor ſpeciei perempta ſpecie tum demum tenetur,quando fuit in mora.*

2 *Speciem ſi quis promiſit, quæ perimatur intra tempus purgandi moram,an teneatur.*

1 TV habes, quòd debitor † ſpeciei perempta ſpecie tunc demum tenetur,quando fuit in mora.l.quod te.ff.ſi cert.petatur. quia mora perpetuat obligationem debitoris.l.ſi ex legati cauſa.l.ſeruum.§.ſequitur.de verbor.obligat. Modò quæritur, quid ſi † aliquis promiſit 2 ſpeciem,quæ fuit perempta infra tẽpus purgandi moram,an teneatur? Text.habes de hoc ſingularem in l.ſancimus.§.fi.C. de fideiuſ. quòd tali caſu debitor tenetur non ob-

non obstante quòd sit infra tempus purgandi moram. & illum tex. Bart. ibi in fi. ad hoc dicit notabilissimum, & Alex. in l. insulam. in pen. colum. in prin. in xv. fal. appellat eum singularem. Pau. de Castr. etiam Iaso. Curt. Parp. & reliqui repetentes in d.l. quod te. dicunt illum multum not. & singularem. Adde, quòd illũ text. ad hoc reputat vnicum & singularem Bal. in c. capitulum sanctæ crucis. in pen. colum. extrà de rescrip. & in repe. c. commissa. de elect. circa medium. vers. procedo ad alia, quæ prędictis, &c. notat Paul. de Castr. consil. ccclxxiiij. postpositis authoritatibus. col. v. vbi pulchrè limitat d. l. sancimus. quæ secundum Cyn. ibi, est vna de mirabilibus mundi, & vendicat sibi locum etiam in criminalibus: secundum Imo. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudi. & procedit etiam, vbi interuenisset iuramentum: secundum Bald. in l. qui crimen. in ij. colum. C. qui accusa. non poss.

VII.

1 *Debitum in diem ante diem peti non potest. Fallit in debitore fisci. numer. 2.*

3 *Gabellarum emptores ob necessitatem publicam ante tempus possunt compelli.*

SI aliquis est debitor alicuius in diem, certum est, ꝙ
1 † ante diem compelli non potest ad solutionem debiti. l. eum qui calendis. §. fin. ff. de verb. oblig. l. si mandauero. ij. in prin. ff. manda. Tamẽ ego dabo tibi casum
2 singularem, † quem teneas cordi, in quo debitor in diẽ, ante tempus exigi potest, videlicet in eo qui est debitor fisci, qui ante præfinitum tempus ob publicas necessitates conueniri potest. text. est de hoc in l. j. C. de condi. ex lege. qui text. etiam procedit in debitore debitoris. & illum text. ad hoc dicit singularem Barto. ibi, & Alex. in l. pecuniam. in ij. colum. ff. si cert. petat. & Ias. in l. in diem. circa finem. ff. de condictio. indebi. Et per illum text. infert Bald. ibi, quòd emptores gabellarum ob necessi-
3 tatem publicam † compelli possunt ante tẽpus, [a] & hoc
a quotidie videmus fieri, propter imminentes necessitates reipublicæ. Et dicit Salyc. ibi, quòd ille tex. quotidie practicatur contra daciarios.

ADDITIO.

a Ante tempus. Adde tamen quòd interusurium medij temporis debet eis relinqui. secundum glo. & doct. & maximè Bald. in d. l. j. C. de condict. ex leg. & idem refert & sequitnr Hippolyt. de Marsil. sing. ccclv. debitor in diem.

VIII.

1 *Stipulationem vitiat incertitudo.*
2 *Obligatio genus & quantitatem continere debet.*
3 *Legatum animalis in genere, non valet.*
4 *Votum factum ecclesiæ, an irritetur propter incertitudinem.*
5 *Obligatio facta dotis fauore, an propter incertitudinẽ vitietur.*
6 *Ius canonicum seruatur in iuramento.*

1 DE iure ciuili cautum est, quòd † incertitudo vitiat stipulationem. l. ita stipulatus. magna. ff. de verbo. obli. adeò quòd si aliquis stipulatur insulam in genere, non expresso loco, & forma, seu qualitate, & quantitate insulæ, cuius latitudinis, & longitudinis sit, stipulatio
2 inutilis est. l. qui insulam. eo. ti. Similiter, si quis † stipulatur triticum, non expresso genere, & quantitate, obligatio nulla est: vnde modicum dãdo esset liberatus. l. qui
3 triticum. ff. eo. titu. de verb. obligatio. † Quemadmodũ dicitur in legatis, quòd non valet legatum animalis in genere: quia dãdo muscam, liberaretur: vt not. in l. legato generaliter. ff. de legat. j. Pulchrum est modò videre,
4 an ista † incertitudo vitiet stipulationem de iure canonico, adeò quod si aliquis vouit dare ecclesiæ anno quolibet frumentum, non expressa quantitate, an propter istam incertitudinem vitietur votum? Et licet Gofred. in ca. ex parte. de decim. extrà per text. in d. l. ita stipulatus. tenuerit huiusmodi votum esse nullum, prout refert Alexand. in d. l. ita stipulatus. in iij. col. in prin. Tamen Archi. singulariter, & multum notanter in c. sunt nõnulli. j. q. j. in j. col. dicit, quòd de æquitate canonica non vitiatur talis obligatio, sed potest agi ex omni contractu, & omni promissione incerta, ita vt ad arbitrium boni
5 viri reducatur. Nam si fauore † dotis introductũ est, ne vitietur talis obligatio, propter talem incertitudinem, prout est tex. in l. cùm post. §. gener. ff. de iur. dot. vbi dicitur, quòd si fuerit facta promissio dotis, non demonstrata re, vel quãtite, nihilominus valebit obligatio, quia determinabitur pro modo facultatum, & dignitate natalium viri. ita de æquitate canonica debet induci, ne obligatio ex incertitudine vitietur. Hoc dictum refert & sequitur Anton. de But. in d. c. ex parte. de cens. dicẽs hoc esse notabile verbum, & perpetuò menti tenendum. Idem voluit Abb. in c. j. de dec. in j. col. in fi. vbi dicit hoc dictum singulare. Adde quòd do. Alex. in l. j. in vij. col. in medio. ff. sol. ma. dicit, quòd non meminit hoc dictũ apud legistas relatum, præterquam à Bal. in l. qui mutuã. §. salarium. ff. mandat. & idem Alex. in d. l. ita stipulatus. dicit, hoc dictum esse legistis incognitum. Abb. etiam in d. c. ex parte. in j. col. in fin. dicit hoc dictum satis notabile, & æquum, & menti commendandum. Adde do. Ias. in d. l. ita stipulatus. in ij. col. in prin. vbi dicit hoc dictũ singulare, & famosum. Et ex prędictis nouiter inferũt Aquen. in d. l. ita stipulatus. in iiij. col. in prin. quòd si præ-
6 dicta † promissio incerta esset iurata, semper valeret, & cogeretur iurans iudicis arbitrio certum quid prĕstare, cùm in iuramento seruetur ius canonicum. c. cùm contingat. de iureiur. c. licet mulieres. eo. tit. lib. vj. Itẽ cùm iuramentũ faciat causam esse de foro canonico. c. nouit. de iudic. deberet ista æquitas seruari. quod dictũ videtur satis æquum.

IX.

1 *Minor non habet legitimam personam standi in iudicio. Limit. num. 2.*

1 CErti iuris est, † quòd minor nõ habet legitimã personam standi in iudicio. l. minor. ff. de procur. Tamen ego dabo tibi casum singularem, in quo minor potest comparere in iudicio, videlicet quando minor comparet pro defensione patris absentis, contra quem post litis contestationem poterat perueniri ad sententiã diffinitiuam. text. habes in l. exigendi. in fi. C. de procu. quẽ Bart. ibi ad hoc dicit specialem. & post eum Ias. ibi in iij. col. in fi. pro singulari etiam refert. Idem dicendum
2 est, si comparet pro matre, & aliis † ascendentibus: secundum gl. sing. in d. l. minor. in verbo, possit. quam singularem reputat ibi Ang. pro extensione d. l. exigendi. quia cùm loquatur contra prædictam regulam, videbatur non extendi vltra casum d. l. exigendi. & eam dicit menti tenendam Pau. de Castr. in d. l. exigendi. in ij. col. propter eius authoritatem.

X.

1 *Donatio censetur causa mortis, quando in ea fit mentio mortis. Limit. 2.*
2 *Donatio censetur facta inter viuos, quando in ea fit mentio mortis per modum dilationis.*

REgula est in iure, quòd quãdo in donatione fit mẽ-
1 tio † mortis, tunc illa donatio censetur causa mortis. l. Seia. iunct. gl. fi. ff. de dot. pręleg. & ibi Bar. no. Bar. etiam in l. Seia. §. cùm pater. ff. de don. caus. mort. Quæritur modò, Titius donauit proprietatem cuiusdam sui fundi Sempronio retento vsufructu, vsque ad tempus mortis suæ, vtrum ista donatio sit causa mortis? Quilibet diceret quòd sic: quia in ea est facta mentio mortis. In contrarium est veritas, & ita singulariter, & multum notanter determinat Bald. in addit. Spec. in tit. de instr. editio. in vlti. col. in ver. si quis donat proprietatem. Ratio est, quia licet fuerit facta mentio mortis, tamen non adiicitur mors verbo principali, quod est donatio, sed verbis exequutiuis, & non tãquam causa finalis, sed causa demonstrandi tempus exquutionis, ideò dicetur donatio inter viuos. Cõfirmatur ꝑ tex. in l. quidã testamen-
2 to. in prin. ff. de leg. j. † vbi tex. vtitur simili distinctione: & ideò limitabitur prædicta regula, vt nõ procedat, quãdo in donatione esset facta mentio mortis per modum dilationis: qa tunc nõ dicetur donatio causa mortis, sed

inter viuos: prout etiã voluit idẽ Bald.in l.ij. in ij.col.in prin.C.de iur.dot.vbi refert Dyn.ita velle in d.l.Seia.§.fi.ff.de don.cauſ.mor. & iſtam limitationem pro multũ no.refert & ſequitur Alex.in l.quę dotis.in iiij.col.in vij.fal.ff.ſol.mat.vbi dicit, quòd cùm ſemel haberet cõſulere, vidit multa conſilia modernorum hanc partẽ tenentium per aliqua mendicata ſuffragia: qui tamen Bal. nõ viderant in loco præall. Adde quòd ita conſuluit Alex. per iſtã deciſionẽ Bal.in xiiij.conſ.j.vol.incip. circa primum dubiũ,quo quæritur. Idem voluit Iaſ. in d.l. quæ dotis.in vij.col.in iij. limi. vbi refert hanc limitationem pro multũ ſingulari.Ideò diligenter notabis.

XI.

1 *Alimentorum moderatio vt ſit facienda.*

2 *Alimenta ſi debeantur ei qui futurus eſt dominus bonorũ,tunc bona poſſunt alienari.*

ALimentorum moderatio,ſeu taxatio debet fieri ſecundum quantitatem redditũum, † non autem ſecundum valorem bonorum.l.ius alimẽtorum.§.modũ.ff.vbi pup.educ.deb.l.Imperator.in fi. vbi Bart.Pau. Alex.notant.ff.ad Treb.l.pe.in prin.& ibi Bart.ff.de ali.& cib.leg.Et propterea dixit notanter Ang.in d.l. Imperator.poſt Iac.de Are.ibi, quòd ſi extarẽt bona magni valoris,prout ſunt palatia,& turres,quæ ita paucos redditus afferrent,quòd non ſufficerent ad præſtationem dictorum alimentorũ,non debemus prædictas turres vendere,vt ex pretio illarum alimẽta ſubminiſtrari poſſint. & ita dicit ſe cum Bal. conſuluiſſe apud Ariminũ. alleg. tex.ſing.in l.qui bonis.ff.de ceſ.bo.quem tex.idem Ang. Bal.& Pau.ibi reputant ad hoc ſingularem. Idem voluit Bar.ante eos in l.pe.in fi.prin.ff.de alim.& cib.leg.Adde Sali.in l.j.in ij.col.in fi. C. de fideicõ. & in l.ſi quis ad declinandam.in ij.col.in prin. C. de epiſ.& cler.Ang.in l.j. C.de lega.& in l.diuus.ff.de pet. hæred.& in auth. cõtrà cùm rogatus.C.ad Trebel.& in l. Neſennius. §.fi.ff.de re iud. Adde do.Alex. in d.l. Imperator. in j.col. Prædicta

2 † tamen limita ſecundum Imo.in d.l. Imperator. niſi alimenta deberentur ei,qui futurus eſt dominus bonorũ: quia tunc bene poſſunt prædicta bona alienari. per tex. in l.j.§.mulier.ff.de ventr.in poſ.mit. Aliam limitationẽ tradit Ang.in d.l.diuus.per illum tex.videlicet,niſi ſerui hæreditarij venirent alendi, quia ſi fructus bonorum nõ ſufficerent,corpora hæreditaria diſtrahi poſſunt.Tertiò limitatur in caſu d. authen. contrà cùm rogatus. vt per Ang.ibi,& per do.Alex.in d.l.Imperator.

XII.

1 *Hæres qui expendit aliquid in re ſubiecta reſtitutioni,ex qua etiam fructus collegit,an tẽpore reſtitutionis teneatur fructus cum expenſis compenſare? & num.2.*

BAld.Ang. dom. Alexand. in l.in inſula. §. fructus.ff. ſol.matr.ex illo text.notant, quòd ſi aliquis bona fi-

1 de recollegit † fructus ex aliqua re,puta fundo,ex quo fecerat expẽſas vtiles,& neceſſarias,ꝙ ſi domin⁹ poſteà repetit fundũ,& bonęfidei poſſeſſor repetit expẽſas factas, dicitur ibi,ꝙ debet fieri cõpenſatio expenſarũ cum fructibus perceptis per ipſum bonę fidei poſſeſſorem,adeò quòd non recuperabit tota impendia, ſed ſolùm in eo quod ſuperabunt fructus. Quæritur modò,quid ſi hæres expendit in re ſubiecta reſtitutioni, an poſtea eueniente tempore reſtitutionis legatarij,vel fideicommiſſarij poſſent ſibi compenſare fructus,quos percepit. Videtur dicendum quòd ſic,per ſuperiùs allegata. In contrariũ eſt veritas, videlicet quòd non compenſabunt in caſu iſto

2 fructus † cum expenſis.De hoc do tibi gl.ſingularem,[a]&

a peregrinam, in l.emptor. in princ. in ver. ſuperfluum. in fin.ff.de rei vendi.vbi aſsignat rationem,quia illo tempore fructus non erant,nec eos petere valebãt. Et ad hoc illam gloſſ.reputant ſingularem Bald.& Ang.dom.Alex. in d.l.fructus.Bar.Bal.Ang.in dict.l. emptor.dicunt eam notandam.Adde Bald.Ang.Imo. Raph.dom.Alex.Paul. de Caſtr.& do.Iaſ. in l.domos. in j.colum. ff. de leg.j.vbi exclamãt illam gl.& dicunt eam ſingularem, & perpetuò menti tenendam.

ADDITIO.

a Do tibi gl.ſingul.Adde tex.quem ibi not.Doct.in l.deducta.§.qui poſt.ff.ad Trebell. Quid autem ſi pro capitali ſoluerit ſiue ſpõte, ſiue coactus, an retinere poſsit in reſtitutione fideicommiſsi.text.in d.§.qui poſt.videtur velle quòd ſic,ſecundũ Alex.ibi in ij. notab. poſt Imol. & Paul.de Caſt.& ita conſuluit Cuma. conſ.lvj.Fulgoſ. conſ.lxxxij. Rom. conſ.cclxxvj.in vij.dub.Sed in cõtrariũ facit text.in l.quod de bonis.§.quod auus. verſ.planè.ff.ad leg.Falci. & in l.cùm pater.§. Titio fratri. ff.de lega.ij. An autem hæres in dubio præſumatur de ſuo, an de hæreditariis bonis ſoluiſſe.Baldus ſingulariter, in l.filium quem habentem.colum.pen.C. famil.erciſc. tenet quòd ſi hæres non confecit inuentarium, quòd præſumitur de bonis hæreditariis ſatisfeciſſe.& tradit Ludo. in d. conſil.cclxxvj. in ix.dub.licet aliter diſtinguat.

XIII.

1 *Appellatum ſi fuerit ab interlocutoria, vel iudicis grauamine, poteſt nihilominus iudex ad alia quæ in iudicio faciẽda incũbunt,procedere non citato appellante.*

2 *Mora vbi adfert periculum, recedimus à regulis iuris. & numer.4.5.*

3 *Teſtis examinatus per notarium in mortis articulo, ſine iudicis commiſsione,facit aliqualem præſumptionem.*

6 *Par in parem nullum habet imperium.*

1 SI † ab interlocutoria, vel grauamine iudicis fuerit appellatum, poteſt nihilominus iudex ad alia quæ in iudicio facienda incumbunt, procedere, non citato ampliùs appellante. cap. eum qui. de dolo & contumacia,in ſexto. declarat Bartol. in l.iij. de appellationibus recipiendis.niſi per iudicem appellationis fuerit ſibi inhibitum.cap.non ſolùm. de appellationibus libro ſexto. Quid ſi aliquis timens ne contra ius ad tormenta ponatur, appellauit,& antequam fuerit inhibitum per iudicem appellationis, iudex à quo ſuppoſuit eum quæſtionibus,& confeſſus fuit,an iſta confeſsio valeat? Dico tibi quòd non,imò eſt omni iure nulla.de hoc habes dictum elegans & notabile Bald. in rubrica C.comminationes vel epiſtolas. circa medium, per text. in l.j.ff. nil nouari appellatione pendente. nec eſt opus in hoc caſu,

2 expectare inhibitionem † ſuperioris: quia mora eſſet

a periculũ allatura. [a] quo caſu recedimus à regulis iuris. l.de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de noui oper.nuntia. vbi Bartol. & alij notant.l.j.§. fin. de feri.l. diuus.ff. de peti. hære.quod dictum exclamat Rom.in l.ſi verò. §. de viro. in xl.fal.ff.ſol.mat.facit text. in c.fin.de pœn.& remiſsio. Idem voluit Saly.in l.j. in iiij.colum. in verſic. quæro ab extrà.C.commi. vel epiſt. Adde Bald. etiam & poſt eum Saly.in l.ſi quis procuratione. in fin. C. de appel. & Philipp.Deci.in c.cùm ceſſante.in ij. colum. extrà de appel. Pro quibus etiam facit quod voluit Anto.de But. in c.fi. de iureiuran.& Roma.in d.l.ſi verò.§.de viro.in liiij. fallen.verſic.xv.ff.ſol.mat.vbi dixerũt, quòd teſtis qui pro-

3 pter anguſtiam, † vel breuitatem temporis examinatus fuit per notarium in mortis articulo,abſque iudicis cõmiſsione, facit aliqualem præſumptionẽ. Et facit quod voluit idem Roma. in conſil. cccclij. in re præſenti. vbi

4 dicit,quòd † quando periculum eſt in mora, ſecundum decretum etiam contra non latitantem interponi poteſt. & refert iſtam fuiſſe ſingularem determinationem Ioann. Andr. in c. conſultationibus. extrà de offic. delegat.quam valde commendat Bald.in c.j.in viij.colum. verſicul.adde quod dicit, &c.in titu.de milite vaſſal. qui contum. eſt. Similiter ad prædicta facit, nam licet iudex de nocte non teneatur copiam ſui facere, vt notatur in §.ſedebunt.in authentic.de iudic.illud tamen non vendicat ſibi locum, vbi mora periculum eſſet allatura. l.j.§. dies.ff.quando appellã.ſit. Non omitto, quod voluit Petr. de Anchara. in conſil. cclxxviij. incip. & præ-

5 dicta. in † vltima colum. vbi dicit, quòd ſtatutum legis, vel canonis contemni poteſt, vbi eius obſeruantia eſt periculum allatura. allegat l. de pupillo. §. præterea.ff. de noui

de noui operis nuntiatio.& c.licet.de fer.& c.fina. de iudic. Vnde aliàs dicebat notanter Bald. in c.j. in vltimis verbis,in titul.qualiter iura. debet vassal. quòd licet sint
6 duo domini vnius castri †, & vnus committat delictum, quòd vnus alterum punire non potest de tali delicto: quia par in parem non habet imperium. l. nam magistratus.ff.de arbit.l.ille à quo.§. tẽpestiuum. ff. ad Treb. voluit Bart. in l.inter tutores. ff.de admini. tuto. hoc tamen fallit,nisi mora esset periculum allatura, quia tunc poterit eum punire. Et ad prædicta faciunt etiam quæ voluit Imo.in clemen.j. de procur. & Fely. in c. cùm accessissent.in x. col. de constitu.& do.meus Marc. Mant. in apophthe.suo cxviij.incip. Habemus, &c.& Areti.Institu.de leg.agn. tutel.§.j. versic. vltimò scias quòd licet prędicta.Iason in l.vinum.ff.si cert.peta.

ADDITIO.

a Periculum allatura. Adde in simili quòd licet antequam tutor administret regulariter certæ solennitates debeant interuenire, & requirantur, tamen in his quæ sunt tempore peritura, vel concernunt meram vtilitatem pupilli, valerent gesta per tutorem, etiam si prædicta non interuenerint.l.fin.C.de tutor.qui satis non deder.l.quidam decedens.§.vsque adeo.ff.de administ.tutor.

XIIII.

1 *Frater habens bona acquisita ex linea paterna tantùm, si decedat relictis fratribus vterinis & consanguineis, vtrum isti omnes æquè admittantur ad bona fratris prædefuncti. numer.2.*

Text.in authen.post fratres.j.C.de legi. hęre.iuncta gl.ibi,& gloss.etiam in authen. itaque. C. com. de
1 succes.volunt,quòd si aliquis† mortuus fuerit,qui habet fratrem vterinum tantùm, & fratrem consanguineum tantùm,quòd isti fratres pariter admittuntur ad successionem fratris prædefuncti, sublata differentia agnationis & cognationis,vt in authen.cessante. C. de leg.hære-
2 dib.Pulchrum † est videre modò,si decedit frater,qui habet bona acquisita ex linea paterna tantùm, relictis fratribus vterinis & consanguineis, vtrum in casu isto fratres vterini & consanguinei succedant æqualiter huic defuncto, sicut disponit prædicta authentica,vt volunt gloss. præallegat. an succedunt tantùm consanguinei? Text.in l.de emancipatis.§.exceptis. C. de legit. hæred. multum singulariter,& notanter disponit, quòd in prædicto casu consanguinei tantùm admitti debent, & non vterini. & sic text.ille mirabiliter limitat prædicta iura, vt procedant in bonis acquisitis per ipsum fratrem,non in bonis acquisitis per paternã lineam, quia in illis præferuntur consanguinei,& in maternis vterini.quem tex. Bar.ibi dicit singularem.

XV.

1 *Res eadem si duobus vendatur,an illi acquiratur cui priùs fuerit tradita,non cui priùs vendita?*

1 Nos habemus, quòd si † vendatur eadem res duobus, illi acquiritur dominium, cui priùs traditio rei facta fuit, non autem illi, cui priùs fuit tantùm ven-
a dita,& non tradita.l.quoties[a].C. de rei vendi.l. siue autem.§.si duobus.ff.de public.in rem actio. Tamen si ille, cui fuit priùs res tradita, participauit de fraude, puta quia sciebat venditionem priùs alteri factam, licet dominium fuerit in se translatum per dictam traditionem, nihilominus ille,cui priùs fuit res vendita,poterit talem rem reuocare per actionem in factum reuocatoriam, competentem ad reuocandum alienata in fraudem. ita singulariter Baldus in rub. C. de reuocan. his, quæ in fraud.credit. & Salyce.& Albert. & post eos dom.Iason in d.l.quoties.Idem voluit Areti. & Iason Institut. de actio.in §.item si quis.in xxiiij.colum.circa finem.

ADDITIO.

a L.quoties. Plures limitationes ad d.l. quoties.vide per Hippolyt. Marsil. singul. lxxxij. incip.volo tibi dare. per totum,& ibi addidi.

XVI.

1 *Crimen capitale triplex est.*
2 *Statuto vel lege disponẽte eum qui patrauerit aliquod delictum, capite plectendum,de quo in dubio id sit accipiendum.*
3 *Lex diuina vbi imponit simpliciter pœnam, de mitiori id accipiendum.*
4 *Sententiarum capitalium forma.*
5 *Verba esse accipienda in potiori significato, quomodo sit intelligendum.*
6 *Excommunicatio animæ medicina est.*
7 *Verba impropriè sumuntur pro subiecta materia.*
8 *Statutum,quando idem disponit atque ius commune, mitior interpretatio adhibenda erit.*
9 *Regula,quòd statutum accipi ita debet, ne quid discrepet à iure communi,quomodo intelligenda.*

1 Perspectum habes, quòd † crimen capitale tripliciter dicitur,videlicet vltimum supplicium,secundò, amissio libertatis,tertiò,amissio ciuitatis. l. ij.ff. de public.iudic. vbi Bartol. notat.gloss.notab.in l. transigere. C.de transac.Imo. in capit. qualiter & quando. ij. extrà de accusat.Panor.in capit. quanto. extrà de iureiurand. Addunt scribentes in d.l.transigere. quartum, videlicet membri abscisionem: nam pars extincta, est vltimum supplicium passa.§.prohibemus.in authenti.de collat. Item & quintum, vbi infamia irrogatur, quæ largo modo dicitur pœna capitalis.l.licet capitalis. ff. de verb. si-
2 gni. Quæritur modò, quid si lex,vel statutum † disponat simpliciter, aliquem qui patrauerit aliquod delictum, putà, stuprauerit virginem, debere puniri pœna capitali, de qua pœna intelligi debet, vtrum de maiori, vel minori? Et certè videtur dicendum de maiori:quia verba simpliciter prolata, debent intelligi in potiori significatu.l.j.§.qui in perpetuum. ff. si ager vecti. vel emphyteuti.petat.capit.penulti.de senten.excom. & tantò fortius, quia text.in d.capit.penult.loquitur in pœnalibus, videlicet in excommunicatione, & tamen textus dicit, quòd excommunicatio simpliciter lata, intelligitur de maiori. Et hanc partem reperio tenuisse Angel. per illum text. in l.saccularij. §.sunt quædam.ff. de var. & extraordi.crimi. Ad idem facit text. in l. respiciendum.§. fina. ff.de pœn. & text. in l. lex Iulia.§. fina. ff. ad legem Iuliam repe.& multa alia iura, quæ curiosus lector facilimè inuenire possit, in quibus iuribus habetur, quòd verbum capitis,pro morte intelligi debet,& sic de maiori pœna, tanto magis, quia verba naturaliter intelligi debent.l.fin.C. de his qui veniam ætat. impetrau. l. quibus diebus.§.dominus seruo. & l.fideicommissum.ff. de condit.& demon. In contrarium habes glo. singularem, & notabilem, in l. j. C. ne Christian. mancip. videlicet,
3 quòd † vbi lex simpliciter imponit pœnam capitalem, debet intelligi de minori,& sic de perpetuo exilio, & nõ de maiori. & similem gloss. habes in l. nec frumentum. quam Bald.& Salyc.ibi ad hoc notant.C. quæ res vendi non pos.& ratio est, quia in dubio, mitior pœna est eligenda.l.si de interpretatione. l. præses. ff. de pœn. & secundum hanc rationem, videtur dicendum, quòd deberet imponi pœna infamiæ, quæ capitalis est. d. l.licet capitalis.& mitior. Nisi dicas, ꝙ licet debet poni mitior, non tamen minima, quæ contemptibilis fiat: vt voluit Bald.post Innoc.in capit.de causis.in ij. colum. circa finem,extrà de offic. delegat. Et illam gloss. in d.l.j.C.ne Christi.mancip.sequutus fuit Ioan.Andr. in cap. quanto. in vltima colum.extrà de iureiuran. vbi post Goffre. & Hosti.refert Ioan. Cremonẽsem defendisse quendam falsarium monetæ, in ciuitate Bononiæ, vt non puniretur pœna capitis, licet statutum disponeret, prædictum falsarium pœna capitis puniendum, per textum in l.qui cùm maior.§. is demum. ff. de bonis liber. & l. hos accusare.§.omnibus.ff. de accusat. & text. in l. cùm patronus.ff. de iure patron. & hanc partem tenuit Panor. in capit.at si clerici. in xviij. colum. in fine. de iudic. & in d.capit.quanto.& Anan.in capit.j. de homici. & in cap. qualiter & quando.ij.colum.viij.de accusat.vbi reputat

illam gloss. singularem. & Anchara. in clementi. pastoralis. in x. notabi. de re iudi. do. Alex. in cōsil. ciiij. in ij. volum. quod est insertum de verbo ad verbum in addi. ipsius ad Bart. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. Adde Areti. & Maria. in d. cap. qualiter & quãdo. quæst. xiiij. art. xxvj. & do. Alexand. & Iason. in d. l. transigere. Idem voluit Imo. in d. l. ij. colum. iij. cum sequen. ff. de publi. iudi. vbi dicit illam glo. singularem & valde not. & refert opinionem Ioan. Cremonen. pro multùm not. & dicit eam menti tenendam, ꝙ ex ea poteris lucrari vnam bonam vestem, quia vbi occurrunt pericula personarum, ibi pluunt pecuniæ. refert & sequitur Areti. in trac. malefic. in verb. caput à spatulis. in xij. colum. cum seq. hinc est quòd assessores † in sententiis capitali-
4 bus exprimunt quòd caput à spatulis amputetur, ita quòd anima separetur à corpore. de qua practica meminit Fulgo. in l. præsenti. C. de his qui ad ecclesi. confu. & dominus Iason in d. l. transigere. & Fely. in c. ex literis. in decima colum. de constit. Non obstant modò adducta in contrarium: & primò tex. in dicta l. j. §. qui in perpetuum. quia dico, quòd ideo verba accipiuntur in potiori † significato, & sic in dominio directo, quia ratione
5 adiuncti non poterant referri ad vtile. & ita respondet Bart. ad illum text. in l. si mater. §. eadem. in penult. quæstio. ff. de excep. rei iudicat. & voluit Iason in l. si domus. §. fin. in j. colum. ff. de legat. j. & in l. indebiti. §. sed & si nummi. in ij. colum. ff. de condictio. indebi. Secus in casu nostro, vbi verba possunt interpretari in minori significato, & tantò fortius, quia hoc iura suadent, ex quo sumus in pœnalibus, in quibus debet fieri mitior interpretatio: dicta l. si præses. & d. l. si de interpretatione. ff. de pœn. cap. in pœnis. & ca. odia. de regu. iur. in vj. Nec etiam text. in d. cap. pen. de senten. excom. quia dico, ꝙ ibi sumus in excommunicatione, & sic in concernentibus periculum animæ, in quibus mitior interpretatio facienda est. capit. iuuenis. extrà de sponsi. vnde non mirum, si interpretatio fit de maiori excommunicatione, & sic in potiori significatu. Nec verum est, quòd ibi sumus in pœnalibus, quia excommunicatio non † est pœ-
6 na, sed animæ medicina: vt in cap. cùm medicinalis. de senten. excommunicatio. libro vj. Minus obstat, quod Angel. dicebat, per text. in d. l. saccularij. §. sunt quędam. & alia iura superiùs in contrarium ponderata: quia dico, quòd ideò in illis iuribus pœna capitis pro morte accipitur: quia ex sequentibus verbis in textu appositis demonstratur ita accipiendum esse. & in primis textus in dicto §. sunt quædam. dicit, vsque ad pœnam capitis, deinde subnectit, quòd & ipsa res mortem comminatur. Similiter in d. l. respiciendum. §. fina. dum dicitur, capitis pœna est, vel bestiis obiici, nam ille qui bestiis exponitur, debet mori: vt dicitur in l. qui vltimo. iunctis ibi notatis per glo. ff. eodem titu. de pœn. eodem modo textus in dicta l. lex Iulia. §. final. ff. ad leg. Iuliam repetund. quia apparet, dum ibi distinguitur inter pœnam exilij, & pœnam capitalem, & sic vnum verbum legis per aliud declaratur, sicut & vnum caput legis declaratur per aliud. argument. l. vtrum. ff. de petitione hære. & l. j. ff. de reb. dub. voluit Bal. in l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusatio. tuto. & sic ibi sumus in casu claro, non autem in dubio, prout in casu nostro, quorum non est par eadémque ratio. l. ille aut ille. de leg. iij. l. pediculis. ff. de aur. & argent. leg. Nec illud, quod vltimo loco dicebatur, meruit adduci, quia illa regula procedit in casibus illarum legum, vbi subiecta materia illud suadet, secus in casu nostro, vbi hoc nō permittitur, cùm in pœnis (vt dixi) mitior interpretatio facienda sit. d. l. si præses. cum concordant. & ita respondet Deci. ad illam regulam (licet ad aliud propositum,) in l. j. in ij. colum. in ij. no. in fin. C. de ser. fugit. & hoc etiam suadetur, quia
7 † verba impropriantur secundum subiectam materiam. l. si vno. ff. loc. l. damni infecti. in princ. ff. de damno infecto. & voluit do. Abb. in cap. cùm olim. in j. nota. de verbo. signifi. Prædictam tamen conclusionem limitabis, secundum Imo. in d. l. ij. de public. iudic. nisi aliter constaret de mente statuentium. argu. l. iij. C. de libe. præteri. cum similibus. Vel nisi statutum imponeret pœnam capitis, eo casu quo aliàs de iure communi esset pœna mortis. argu. notat. in ca. causam quæ. de rescript. & in l. ij. C. de noxa. & in l. fin. §. in computatione. de iure delibe. & sequitur Soci. in l. magistratibus. in. j. col. ff. de iuri. omn. iudi. & Angel. Aret. in trac. malefic. in d. verbo, caput à spatulis &c. & Hippoly. de Marsil. in sua practi. criminali in. §. opportunè. num. 45. Tamen quicquid dicant isti patres, mihi videtur, quòd ista limitatio
8 non sit † vera: quia est contra prædictam decisionem Ioann. Cremonensis, quam sequitur ipsemet Imol. & Soci. in suprà dictis locis, & indifferenter omnes scribentes, vbi statutum disponit illud idem, quod ius commune: & tamen ille falsarius fuit punitus pœna exilij, & non pœna mortis, quemadmodum ius commune disponit. l. j. & ij. C. de fals. mon. vnde mihi videtur, quòd etiam quòd statutum disponeret illud, quod ius commune, nihilominùs mitior interpretatio sit facienda. d. l. si præses. cum simil. tantò magis, quia hoc modo interpretando verba statuti aliquid operarentur vltra ius commune. cap. si Papa. de priuil. in vj. l. si quando. de leg. j. Vnde dicebat Bal. in l. ij. in vlt. colum. C. quo. & quād. iud. & in cap. pe. de milit. vas. qui contum. est. & in l. non sunt liberi. ff. de statu homi. quòd statutum dicens quem debere ter citari, operatur, quòd non sufficiat vna citatio pro omnibus, vt addat iuri communi. Ad idem dictum Bart. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de damno infect. cum concord. adductis ibi per Alexand. Non obstant iura allegata in contrarium per Imo. in quibus habetur, quòd
9 † statutum debet ita interpretari, ne à iure communi discordet: quia ad illa respondeo, prout respondet ipsemet Imol. in d. l. iiij. §. prætor ait. in iiij. colum. circa fin. quem refert & sequitur do. Alex. ibi, videlicet quòd illa iura procedunt, quotiescunque aliter interpretando, quis indebitè damnum pateretur: quia tunc bene debet fieri interpretatio secundum ius commune, etiam quòd statutum nihil adderet, prout habes exemplum in l. fin. §. in computatione. in glo. magna, in fin. quam Bar. ibi multùm exclamat, & sequūtur communiter scribentes. C. de iur. deli. Secus, quoties non insurgeret præiudicium parti, quia tunc posset fieri interpretatio, vt aliquid addat iuri communi: vt voluit Bart. in d. §. prætor ait. quem referunt & sequuntur Imo. & Alexã. ibi. Vnde cùm in casu nostro non resultet præiudicium parti, sed potiùs vtile, cùm interpretatio fiat de exilio, & non de morte. iuxta gloss. in dicta l. j. C. ne christian. mancip. meritò, &c.

XVII.

1 *Pater si dotarit filiam, eique dotem profectitiam reddi stipulatus sit, defuncta illa absque liberis, parentibus, fratribus & sororibus relictis, an omnes illi æqualiter succedant filiæ prædefunctæ?*

TEx. in authen. defuncto. C. ad Tertullia. disponit, quòd parentes necnon fratres & sorores pariter admittantur ad successionem filij, vel filiæ prædefunctæ.
1 Modò vellem † scire vnum, pater dotauit filiam, cui dotem profectitiam reddi stipulatus est, defuncta est filia absque liberis, relictis parentibus, fratribus, & sororibus, vtrum prædicti omnes pariter admittantur ad successionem filiæ præmortuæ, an pater solus exclusis aliis? Bart. egregiè, & multum notanter, in l. post dotem. in vltim. colum. in fin. ff. solut. matri. dixit, solum patrem esse admittendum. per textum singularem in l. quod scitis. ij. resp. C. de bonis quæ lib. Ratio, quia in bonis prouentis à patre, vel ex paterna linea, pater ipse præferri debet: vt ex illo textu colligitur, secundum vnam lecturam. & illum textum Bartol. ibi, & in dicta l. post dotem. dixit singularem ad hoc, & non reperiri alibi. Cum Bartol. pertransit Imol. ibi, & post eum Rom. & Iason qui reputant etiam illum text. singularem. Idem voluit Bart. in auth. itaque. C. commun. de succes. & in cōs. xviij. incip. Viso testamento condito. in ij. colum. versic. quartò est videndum. Adde Roma. consil. xl. & Paul. de Castr. in authentic. post fratres. j. de legit. hæredit. cum concordan-

concordātibus adductis per Moder. in d.l.post dotem. in penult. & vltim.colum. licet contrariam partem tenuerint Bal.Salycet.Fulgosius & nonnulli alij. ad quorum arguméta respōdet Iaſ. in d.l.post dotem. ad quem te remitto,vt breuitati consulam. Vide etiam Cor.in d. l.quod scitis.§.ſinautem.

XVIII.

1 *Obligatus ad factum ſoluendo intereſſe liberatur.*
2 *Iuramentum ſeruandum eſt, vbi ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ.*
3 *Iuramentum maximè confirmat compromiſſum.*
4 *Factum iuratum debet in forma ſpecifica impleri.*

1 SI aliquis eſt† obligatus ad factum,ſoluēdo intereſſe liberatur.l.j.ff.de action.empti.l. ſtipulationes non diuiduntur.§.Celſus.ff.de verb.oblig.l.ſi quis ab alio.§. fi.ff.de re iud. Quæritur modò,quid ſi aliquis cum iuramento promiſit factum,puta,ædificare domum, & non fecit,an ſoluendo intereſſe liberetur? Videtur dicēdum quòd ſic,per ſuprà dict.iura. In contrarium habes gloſ. ſingularem & cõmuniter approbatam in l. ſi pecuniam. in princ.in verb.neceſſe habes.ff. de condi. cau. dat. videlicet, quòd in caſu iſto promiſſor præciſè tenetur ad
a factū.[a] Et illam gloſſ.reputant ſingularem,& not.Alex. & Iaſ.in d.l.ſi pecuniam. & Ro. in rep.rub. ff. de arb.in xxix.colum.verſi.ſed redeūdo ad propoſitum,&c. Idem in terminis illius gloſ.voluit Ant.de Butr.& pleniùs do. Abb.& Imol.in c.veniens. in pen. col. extrà de iureiur. & Feli. in c.ad noſtram.in iiij.col. eod. titu. & dom.Iaſ. in l.ſi inſulam.de verb.oblig. & Bald.in l.j. in x. colum. verſi.quartò fallit.C.de ſen.quæ pro eo quod inter.pro-
2 ferunt.Pro quibus facit,quia vbi † iuramentum ſeruari poteſt abſque diſpendio ſalutis æternæ, ſeruandum eſt. c.cùm contingat.c.ſi verò.de iureiuran.c.ij. de pact.lib. vj.Et in iuraméto ineſt clauſula, quòd iurans omni meliori modo obligatur.d.c.ad noſtram. l. cùm pater.§.filius matrem.de leg.ij.Item facit quod voluit dom.Abb. per illum text.in c. cum tempore. de arbitris. vbi dici-
3 tur, quòd iuramentum adeò firmat † compromiſſum, quòd poteſt preciſè agi ad obſeruantiam laudi, nec eſt opus agere ad intereſſe. Et de hoc videtur caſus in c.ad querelam.quod ad hoc ponderat do. Anto.ibi, extrà ne
4 præla.vic.ſu. Item,quia† factum iuratum debet in forma ſpecifica adimpleri, nec ſufficit illud adimpleri per æquipollēs.d. c.ad noſtram.vbi do.Abb.in ij.col. ad hoc illum text. notat, & dicit tenendum,menti,&c.

ADDITIO.

a Tenetur ad factum.Idem tenet Matheſ.ſing.liiij.num.2. & inquantum hic dicitur quòd iuramentum ſemper eſt ſeruandum quādo poteſt ſeruari ſine diſpendio animæ, limita ſecundum Ioan.And.in addit.Specul.in tit.de iureiur.ſuper rub. vbi dixit quòd ſi aliquis iurauit non fideiubere pro aliquo, & poſtea proximior eius ſit in magno periculo conſtitutus niſi pro eo fideiubeat, quòd hoc caſu non obſtante iuraméto poterit fideiubere, nec incidet in periurium. quod dictum pro valde ſingul. refert & ſequitur Iaſ.in §.item ſi quis.colum.xvj.Inſtit.de actionibus.

XIX.

1 *Princeps ſi conceſſerit feudum alicui pro ſe & ſuis filiis, vtrum filiorum nomine comprehendantur nepotes? & num.5.*
2 *Iure competens fruſtrà precibus imploratur.*
3 *Feudi conceſſio pro ſe & filiis ſuis,quouſque protendatur.*
4 *Contractus feudalis natura quæ ſit.*
5 *Feudum an ſit contractus,vel potiùs gratia.*

1 VOlo quòd teneas cordi vnum ſingulare, quod eſt de pane lucrando. Tu habes, quòd†in contractibus appellatione filiorum non continentur nepotes. Bart.in l.liberorum.in iiij.colum.in fin.ff. de verborum ſignificatio.Pet.de Anch.in cle.j.de pœn.Bald.in rep.l.in ſuis.de liber.& poſth. Imol. in l. quod dicitur. de verbo. obligat.Ant.de Butr.in c.quibuſdam.extrà,de pœn.Iaſ. in l.quæ de tota.ff.de legatis.j.& alibi ſæpè Doctor. Modò quæro,princeps conceſſit alicui feudum pro ſe, & filijs ſuis,vtrum in materia feudali comprehendātur nepotes?Et prima facie videtur dicendum,quòd non:quia feudum eſt contractus,vt dicit Bar. in l. iuriſgentium.§. quinimò.col.fi.ff.de pact.& poſt eū Iaſ.ibi.Bald.& Ang. in l.legitima.eo.tit.Sed in contractibus(vt probaui) appellatione filiorum non comprehenduntur nepotes: ergo nec etiam in feudis.Et hanc opinionem ſequutus fuit Salyc.in l.ij.in xxj.q.C. de iur. emphyt. formando quæſtionem in emphyteuſi, & concludendo, quòd etiam in feudis appellatione filiorum non continentur nepotes. & hoc probat per plura fundamenta, vt ibi per eum, & vltimo loco,in materia feudali allegat text.in cap.j.§. & quia vidimus. verſic.cùm verò Conradus. qui feud.dar. poſſ. licet ipſe non inducat:ibi dicitur, quòd in feudis appellatione filiorum non continentur nepotes: & hoc probatur,dum ibi dicitur,quòd Conradus extendit cōſuetudinem quæ loquebatur in filijs,ad nepotes.ſi enim venirent,non diceret litera,producere dignaretur, quia nō eſſet producere, ſed extendere, ſed declarare potiùs.
2 & fruſtrà precibus imploratur, † quod à iure communi conceditur.l.j.ff.ad mun. In contrarium habes text. ſingularem in c.j.in verſicu. & ſi clientulus. de alien. feud. in vſib. feu. videlicet, quòd appellatione filiorum comprehendantur nepotes,& omnes deſcendentes maſculi. & hoc probat ille tex.dum æquiparat iſtos duos caſus,videlicet,quando quis recipit pro ſe & hæredibus ſuis maſculis,& quando recipit pro ſe, & filijs ſuis. nam primo caſu, intelligitur de omnibus hæredibus maſculis, pari modo, quando quis recipit pro ſe & filijs ſuis. & illum tex.exclamat ad hoc do.Alex. in l. Gallus.§. inſtituēs.in iiij.colum.ff.de lib.& poſt.vbi dicit,tene menti, quia ſat erit,ſi hodie aliud non addiſceres. Et hāc partem tenuit Bal.in c.quæ in eccleſiarum.in pen.col.ver.ſed pone.extrà de conſtit. vbi dicit, quòd ſi conceſſum eſt feudum
3 alicui pro ſe,& filijs ſuis, † intelligitur vſq; in infinitum: quia materia eſt indifferens quo ad gradum: vnde hoc nomen filius, ex natura illius conceſsionis, ſignificat totam lineam deſcendentem: ſed ſi materia eſſet differens quo ad gradum, intelligeretur ſolùm de liberis primi gradus. allegat in arg.l. iubemus. in prin. C. ad Treb. Idem etiam voluit Pet. de Ancha.in commento c.canonum ſtatuta.de conſti.poſt medium, dum tractat de interpretatione ſtatutorum,in verſic. tertiò principaliter quæritur, ſi in ſtatutis ſit mentio filiorum,vtrum cōprehendantur nepotes ex filijs? vbi refert, ꝙ magnæ ſcientiæ & famæ doctor,do.Franciſcus de Albergotis, de Aretio,cōſuluit, quòd in conceſsione facta per quendam Comitem,cuidam Aretino recipienti pro ſe,& filijs ſuis maſculis quoddam feudum,cōprehenderentur deſcendentes ex linea maſculina: quia feudum eſt quoddam beneficium.c.j.in fin.in titu.ex quib.cau.feud. amit.ca. ij.de cogn. feud. & in beneficijs appellatione filiorum veniunt nepotes: quia in illis eſt facienda lata interpretatio contra concedentes.l.fi.ff. de conſti.princ. c. cùm dilecti.de donat.ſed in larga ſignificatione appellatione filiorum veniunt nepotes.l. liberorum.l. iuſta. de verb. ſigni.l. filium habeo.ff. ad Maced. Præterea ſecundum
4 eum,verbum†filijs maſculis, non eſt appoſitum, vt reſtringat naturam contractus feudalis,quę eſt,vt tranſeat ad omnes deſcendentes per lineam maſculinam, ſed eſt appoſitum ad diſcernendum lineam tranſuerſalem, & fœmineā,prout eſt illius cōtractus natura, ſecundū quā verba debēt intelligi.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſu.l.ſi vno.ff.lo-
5 ca.Item†verbū filij, nō eſt appoſitū in cōceſsione cauſa reſtringendi,ſed cauſa ampliandi beneficium,vt ex perſona propria filius habere dicatur, non vt hæres patris ſtipulātis.l.quodcunque.§.ſi quis ita.de verb.obli.vnde de perſona filij,cui facta eſt acquiſitio, debet trāſire ad nepotē.& ita reſidet Ancha. Adde,ꝙ idē voluit Bart.in d.l.liberorū.in iiij.col.verſic.Quæro quid in reſcriptis. vbi dicit,ꝙ ſi princeps cōcedit caſtrū alicui,& filijs ſuis, ꝙ intelligitur etiā de nepotibus: quia largiſsimè eſt interpretandum.l.fi.de conſtitu.prin. Et hanc partem affirmat etiam do.Iaſ.in l. de quibus.ff. de legib. & in d.l. Gallus.§.inſtituens.aliquibus medijs eam corroborās, licet dicat quòd d.verſic.& ſi clientulus.ſuperius inductus per Alexandrū hoc non probat, & quòd eius inductio non eſt vera,dum dicit, quòd ille textus æquiparat

feudum quando est concessum filijs, vel quando est concessum hæredibus masculis: quia text. non facit istam æquiparationem. solùm enim dicit, quòd verbum sine hærede, in feudo, intelligitur sine filio masculo, & sic ille tex. benè dicit, quòd appellatione hæredis, intelligitur, id est, filius masculus, sed non dicit econtrà, quòd appellatione filij, intelligitur de hærede: & sic, dicit ipse, Alex. non bene ponderat, quia ponderat econtrà, quàm dicat text. Et licet gl. ibi, hoc idem affirmet, per tex. in d. l. liberorum. tamen dicit ipse, friuolum est eius fundamẽtum: quia in contractibus appellatione filiorum non continentur nepotes. Tamen quicquid ipse dicat, mihi videtur quòd ille tex. bene probet. Et ad hoc illum tex. ponderat glo. ibi, in verb. dominum. in fin. & Iaco. de Belui. in versi. opponitur iterum. & Bal. ibi, in ij. colum. vbi dicit non esse tex. clariorem in iure. Aluar. etiam in j. not. Laud. Præp. & omnes alij. & probo, quia si accipere pro se, & hæredibus, idem est quod accipere pro se & nepotibus, eodem modo, quando aliquis accipit pro se, & filijs, quia appellatione filiorum cõprehenduntur etiam nepotes in fauorabilib⁹. d. l. iusta. d. l. filij. de ver. sig. Nec est friuolum fundamentum glo. imò solidum: quia feudum non est contractus (vt ipse dicit) sed beneficium. c. ij. de cog. feud. & dicam statim. Non obstat modò illud,
6 quod dicebatur in prin. quòd † feudum est contractus, Bar. d. l. liberorum. cum simi. quia respõdet do. Alex. in d. §. instituens. quòd feudum, non est propriè cõtractus, sed potius dicitur gratia: vt dicit Bal. post Iaco. de Belu. in prælud. feu. quia participat magis de lucro, & beneficio, quã de onere. vnde debet ei attribui, de quo magis participat: arg. l. quæritur. ff. de sta. hom. Minus, quod dicit Salyc. quia emphyteusis est contractus. l. j. C. de iur. emphy. §. adeò. Insti. loca. & in contractibus debet fieri stricta interpretatio. l. quicquid adstringendæ. de verb. obli. Secus in casu nostro, vbi agitur de gratia (vt sæpius dictum fuit) & in illis fieri debet lata interpretatio. l. fin. de consti. prin. Nec versi. cũ verò Conradus. obstat, quia ad illud respondeo, ex mente Bald. ibi, quia ideo in illo tex. non comprehenduntur nepotes, quia verbum filius, ponitur tãquam terminus, priuilegium, in illo tex. quasi dicat, quia antiquitus feudum extendebatur vsque ad vitam fidelis tantùm: postea fuit prorogatum ad filios: verbum filius, ponebatur tanquam terminus priuilegium, quasi priuans, & corrigens legem antiquam, ideo strictè interpretabatur. l. si quando. C. de inoffic. testa. vnde meritò non extendebatur ad nepotes, nisi fuisset facta extensio per Conradum. Hodie verò, ex quo facta fuit dicta extensio, verbum, filius, ponitur gratia designandæ prolis, vel in honorem sanguinis: & sic quando aliquis accipit feudum simpliciter pro se, & filijs, intelligitur de nepotibus, & omnibus descendentibus. d. vers. & si clientulus. & c. j. de grad. succes. in feud.

X X.

1 *Testator si in testamento suo iusserit omnia sua bona diuendi pro collocandis mulieribus, an viduæ comprehendantur?*

2 *Molendinum si quis conduxit destructum, ea lege & cõditione, vt reficiendum curaret, an de prima refectione tantùm id sit accipiendum?*

1 TEstator in testamento suo mandauit bona sua distribui † in maritãdis mulieribus indistinctè. Quæritur, nunquid fideicommissarij possint dotare viduas, pauperes, & egenas? Bal. singulariter in procemio decret. in iiij. colum. in prin. in versi. sed pone. determinat quòd tali casu prædicti exequutores non possint eis aliquid dare: quia dispositio testatoris intelligitur de primis, & non de secundis nuptijs. allegat tex. in l. boues. §. hoc sermone. de verb. sig. Idem voluit Card. in consi. xlix. incip. cùm testatoris voluntas. in ij. colum. in versic. ad secundum. vbi dicit, quòd legatum factum debentibus maritari, non comprehendit viduas, quæ non dicuntur maritari, sed remaritari. Cõfirmatur per illud quod notanter voluit Alb. in l. beneficium. in secunda columna, vers. si autem in priuilegio. ff. de constit. princ. videlicet, quòd si princeps concedit priuilegium alicui pro se & hærede suo, intelligitur de primo. allegat l. antiquitas. C. de vsufru. Similiter si testator reliquit fratribus S. Francisci, vnã pictantiã, intelligitur de prima, quia semel tantùm debet prestari. ita notanter Bar. in l. pen. ff. de annu. leg. d. §. hoc sermone. Adde quod voluit Bald. in l. licet. in ij.
5 col. in q. iiij. C. loc. vbi dicit, ꝙ si † aliquis conduxit molendinũ destructũ cum pacto quòd deberet ipsum reficere, intelligitur de prima refectione tantùm. Facit etiam quòd si princeps concedat indeterminatè securitatem alicui bannito eundi & redeundi, intelligitur de prima vice tantùm. Ita notanter Barto. in l. j. ff. ad leg. Iuli. maiest. per d. §. hoc sermone.

X X I.

1 *Donatio, quæ incipit à præcedenti promissione, & non à traditione, si postea res donata euincatur, donator tenetur de euictione.*

1 DOnatio quæ incipit à præcedenti promissione, & non à traditione, si posteà † res donata euincatur, donator tenetur de euictione. l. Iulianus. §. j. ff. de verbo. obligatio. l. ij. vbi gloss. Bald. Ang. Saly. notant, C. de euictio. l. Aristo. vbi Bart. ff. de dona. Quæritur modò quid si aliquis promisit titulo lucratiuo rem in specie tradere, putà seruum Stichum, si postea res illa euincatur, an donator teneatur de euictione? Videtur dicẽdum quòd sic: quia etiam in casu isto donatio incepit à promissione, iuribus præallegatis. Contrarium tamen singulariter determinat Bar. in l. à substituto. §. fin. cum l. seq. per illum tex. ff. de leg. j. videlicet ꝙ in casu isto non teneatur de euictione, imò liberetur tradendo rem qualis est. & illum tex. ad hoc dicunt perpetuò notãdum do. Alex. Paul. Aret. & Ias. ibi. si verò promisit rem tradere in specie titulo oneroso, videlicet emptionis, dicit Bald. in d. §. hæres. quòd tunc tenetur facere accipientis. allegat l. ratio. in prin. ff. de acti. empt. Et hoc procedit ex natura contractus, de cuius natura est, vt quis teneatur ad translationem dominij, si est dominus, prout dicit Bart. & scribentes in l. in conuentionalibus. §. si quis vacuam. ff. de verbo. oblig.

X X I I.

1 *Tutor non potest alienare bona pupilli, interueniente etiam necessitate, nisi adhibito decreto iudicis.*

2 *Lex solùm requirit decretum iudicis, quando alienatio fit à tutore, vel curatore, aut ab ipso minore: non autem generaliter ab omnibus.*

3 *Amoris paterni mira vis.*

4 *Pater est legitimus administrator filii in potestate.*

1 VOlo quòd habeas † vnum singulare, quod est satis notabile, & quotidie euenit in practica. Nos habemus, quòd tutor non potest alienare bona ipsius pupilli, etiam in casu necessitatis, nisi interueniat decretum iudicis. l. lex, quæ tutores. C. de admi. tuto. in fin. l. magis puto. §. ne passim. iuncta glo. ff. de reb. eor. Quid dicemus in patre legitimo administratore in bonis filiorum, in quibus est vsufructuarius, an possit alienare prædicta bona sine decreto iudicis, ita quòd maior in hoc reputetur authoritas patris, quàm tutoris? De hoc habes singulare, & nota. dictum Azo. in tit. de bon. quæ lib. in ij. colum. circa medium, in versi. nec puto, quòd exigatur &c. vbi tenuit decretum non debere exigi à patre alienãte. Nec enim (dicit ipse) absurdum est, si patria potestas, quæ naturalis est, & primitiua, plus possit, quàm tutoris authoritas, quæ est inuenta ad imitationem patriæ potestatis. l. vltim. C. de sent. pass. quod dictum refert, & sequitur Bald. in l. præses. C. de trans. vbi Raph. Cum. Paul. de Cast. dom. Alex. & Ias. dicunt esse valde singulare, & menti tenendum. Idem voluit dom. Anto. & Imol. in c. constitutus. extrà de in integ. restit. & Baldus & Cum. in l. j. ff. de reb. eorum. Rom. in l. filiusfamiliàs. ff. qui satisdar cog. Aretinus in l. finali. §. pupillus. ff. de verborum obligation. Iason in l. singularia. ff. si cert. pet. & est communiter approbatum, vt refert

fert Curt. Sen. in d.l. præses. in iiij. colum. in prin. Et se-
2 quendo hoc dictum, illud† comprobare possumus, quia lex solum requirit decretum, quando alienatio fit à tutore, vel curatore, aut ab ipso minore, non autem generaliter ab omnibus. d.l. lex quæ tutores. Vnde cùm in casu isto quando alienatio fit à patre, sit diuersa ratio à prædictis, tum propter confidentiam quam habet lex de patre, tum propter ius quod habet ipse pater in bonis filij, non debemus dicere quòd lex requirat decretum, maximè cùm in l. fi. §. si æs alienum. & in §. ipsum autem. C. de bon. quæ liber. ponatur forma alienandi, & tamen de decreto verbum nullum, quod sciuisset dicere Imperator, si hoc voluisset. l. j. §. vbi autem. in fi. verb. C. de cadu.
3 tollend. Item facit, quia amor † paternus adeò magnus est, & efficax. l. fi. C. de cur. fur. l. isti quidem. §. fi. ff. quod met. cau. vt præsumptio sit, quòd non nisi ex legitima, & rationabili causa alienaret. pater enim semper bonum consilium capit pro filiis. l. nec in ea. ff. de adult. Sin autem absque necessitate, & legitima causa hoc faceret, talis alienatio esset ipso iure nulla. l. non solùm. §. cùm oportet. C. de bon. quæ lib. voluit Bald. in d. l. j. ff. de reb. eor. allegando tex. in l. j. C. de bon. mater. Salic. tamen in d. l. præses. tenuit contrarium, per l. cum emancipatis. C. de præd. min. vbi dicitur, quòd pater non potest alienare prædia filiorum sine præsidis authoritate. Sed ille text. loquitur in filio emancipato, cui pater datus erat curator. Secus est in filio in potestate: quia pater tanquã
4 legitimus† administrator, plus iuris habet, quàm tutor, vel curator. Patet, quia est vsufructuarius. l. cum oportet §. si quis quia ita. C. de bon quæ lib. §. igitur. in fin. Institut. per quas perso. nob. acqui. Item potest constituere procuratorem ante litem contestatam, vt dicit Bart. & communiter scribentes in d. l. j. C. de bon. mater. reprobata glo. ibi. Do. Ias. etiam in d. l. præses. arguit cõtra dictum Azo. quòd non sit verum: quia quãdo permittitur alicui facere, quæ facere non poterat, intelligitur seruata solennitate debita. l. si quando. iuncta gl. C. de inoffi. test. Sic in casu isto debet intelligi concessio facta patri. per tex. in d. l. fi. §. sin autem æs alienum. Item ponderat tex. in d. §. sin autem. in verb. licentiam habeat, ritè res filiorumfami. vendere. quæ dictio importat iuris solennitatem. l. non putauit. §. non quæuis. & ibi Bartol. ff. de contratab. & sic solenniter & cum decreto. Tamen ad prædicta possumus respondere, quòd text. iuncta glo. in d. l. si quando. loquitur in illo, qui est habilitatus ad testandum, in quo consideratur etiam ratio solennitatis requisitæ in testamentis. de qua in l. fi. C. de fideic. Secus in casu nostro, in quo cùm lex (vt dixi) plurimum confidat de patre, non est cõsiderabilis ratio decreti. Minus, quod vltimo loco dicebatur, quia illa dictio ritè, habuit respectum ad modum procedendi in ipsa alienatione superiùs positum in illo text. videlicet vt priùs mobilia, deinde immobilia vendãtur, non autem ad decretũ &c.

XXIII.

1 *Domini terrarum an suis subditis possint collectas imponere.*
2 *Collectarum impositio est de regalibus.*

1 DOmini terrarũ† qui habent merum & mixtum imperium in suos subditos, volunt imponere eis collectas. Quæritur an possint? Videtur dicendum quòd sic, quia cuius ipsi sunt, eiusdem omnia sua esse cognoscant, dicit tex. in l. fi. C. in quib. cau. colo. domi. accusa. poss. lib. xj. In contrarium habes notabilem doctrinam Bald. in l. cùm multa. in fin. C. de bon. quæ lib. vbi dicit, quòd domini non possunt compellere vasallos præstare collectas, vel angarias. allegat textum in l. extat. ff. quod met. cau. & in l. domini prędiorum. C. de agricol. & cens.
2 lib. xj. Ratio, quia impositio collectæ, est de regalijs, † & soli principi competit. c. j. quæ sint regal. in vsib. feud. & subdit, quòd ita tenebat Richar. Malũ. & dicit hoc bene notandum. Adde, quòd Bald. etiam in l. hi quibus. C. de fideic. liber. dicit, quòd nobiles subditis suis nõ possunt imponere talleas, quia ingenui sunt, nisi ex consuetudine, vel conuentione hoc ipsis nobilibus competat. nam secundum eum, debita seruitia debent suis finibus esse cõtenta. allegat textum in l. cùm scimus. §. caueat. C. de agric. & cens. lib. xj. & not. per Archid. in c. dilecto. de offic. Archidiac. Idem & ante eum voluit Bart. in l. j. in fin. commen. C. de excusatio. muner. dicens, quòd habens merum, & mixtum imperium non potest collectas imponere. Hanc partem sequutus est etiam dominus Iaco. de San. Geor. in tract. suo feud. in clausula, cum mero & mixto imperio. in versi. quęro vlterius, mihi. in vj. colum. Adde dominum Alexan. in consil. xxxv. incipiente, Viso themate. in j. colum. in ij. volum. vbi limitat prædicta, nisi consuetudo tanti temporis, quòd non extet memoria de eius initio, sit in contrarium. c. super quibusdam. §. præterea. de ver. sig. Vel, si ex pacto sit contrarium inter dominos, & homines conuentum: vt in comitibus Valpergiæ. & ita etiam transit Iac. de S. Geor. in tract. de homa. mihi in xx. columna, ver. iuxta pręd[i]cta quæro. Vide etiam Spe. in tit. de feud. §. quoniam super homagijs. ver. & no. quòd vasalli comitum, & baronum. vbi enumerat sex casus, in quibus vasalli debent seruire, & obedire domino suo. de quibus vltra Ioan. And. vbi vide plenè per Ioan. Rainal. in rep. c. Imperialem. §. sumitur. in pe. char. in ti. de prohi. feu. alie. per Fed. Nõ obst. adducta in contrarium, quia intelliguntur quò ad protectionem & defensionem, non quò ad exactionem collectarum: quia cùm sint regaliæ, soli principi competũt. capitulo j. quæ sint rega. colla. decima. & ita soluit Baldus in d. l. cùm multa.

XXIIII.

1 *Proclama factum, quòd qui indicauerit malefactorem, habeat centum pro præmio, an si quis seipsum indicauerit, & socios sceleris, illud præmium consequi debeat. & num. 3.*
2 *Delictum in omittendo leuius est, quàm in faciendo.*

1 IMpositum est proclama, quòd† quicunque denuntiauerit tale homicidium, vel tale furtum, habeat cẽtum. Aliquis indicauit seipsum, vel socios, cum quibus patrauit facinus, an debeat cõsequi præmium prædictum? Videtur, quòd sic. per tex. in l. si quis. §. si ex stipulatu. ff. ad Silla. vbi seruus qui fuit particeps delicti contra dominum, si postea arguerit necem domini, debet præmium consequi, & pœnam euitare. In cõtrarium habes tex. singularem. in l. idem. §. si tibi. ff. de cõd. ob tur. cau. vbi dicitur, quòd præmium concessum indicanti malefactorem, non conceditur indicanti seipsum, vel eius socios. quem text. Ang. ibi ad hoc dicit singulare, & quòd ita de facto aliàs fuit obseruatum, cùm in nocte Veneris sanctę, fuisset interfectus quidam Hebræus, vnà cum filijs, quod quidã nomine Forniolus, sub spe præmij, quinquaginta aureorum, indicauit seipsum & socios, & fuit suspensus. & illum text. ad hoc no. ibi Bar. & Paul. Cas. & dominus Alexan. vbi dicit, ad hoc signanter notandum. Idem voluit Saly. in l. j. C. de mul. quæ seru. prop. se immisc. Non ob. tex. allegatus in contrarium, quia ibi ser-
2 uus non† fuit particeps criminis in faciẽdo, sed in omittendo, & sic in non præstãdo auxiliũ domino: quod delictum facilius remittitur. l. j. §. impubes. ff. ad Silla. & ita Bar. & post eum Ang. ibi respondent. Prædicta tamen li-
3 mita, nisi† in proclamatione fieret expressa mẽtio, quòd etiã participibus delicti remittatur pœna: quia tũc bene liberabuntur: vt asserunt prędicti scribentes in dicto §. si tibi. per text. in auth. nouo iure. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & l. nõ omnes. §. fi. ff. de re mili. Limita secũdò notanter per text. in c. si quis Papa. in fin. lxx. dist. vbi est text. quòd si aliquis propalauerit tractatum mortis põtificis, etiam quòd sit particeps consilij, non solùm purgatur ab omni culpa, sed etiã remuneratione debet subleuari. ita limitat Fel. in c. j. in iij. col. de of. & pot. iu. del.

XXV.

1 *Homicidium an dicatur patrasse is, qui cùm manus consereret cum altero, mediatorem occidit. & num. 2.*

1 DVo deuenerũt † ad manus, tertius bono zelo se interposuit ad diuidendum, & fuit occisus ab altero illorum. Quæritur an occidens debeat puniri de homicidio? Tu habes glossam singularem de hoc in l. secunda. C. ad legem Corneliam de sica. inquantum illa glo.

dicit, vel vt puto etiam alium. Et sic sentit, quòd non solùm si quis occiderit aggressorē & alium, qui cum eo fuisset, prout glos. in prin. ibi intelligit literam, sed etiam si occiderit mediatorem, nō debeat puniri de homicidio.
2 Intellige tamen hoc verum, quando ipse esset† constitutus in discrimine vitæ, nisi mediatorē interfecisset: quia aduersarius superabat eum, & ipse propter interpositionem mediatoris non poterat se tueri. Vbi autem non esset in tali periculo, bene teneretur de percussione & occisione, etiam si præter intentum eum interfecisset, licet tunc lege Cornelia nō puniatur, ex quo in dolo non fuit: l. scientiā. ∮. qui cū aliter. ff. ad legem Aquil. & ita intelligit illam glo. Ange. ibi, quam ad hoc dicit singularem, & mirabilem. Adde quòd illam glo. reputat etiam singularem do. Ias. in l. vt vim. in vij. colū. ver. Nunquid autem &c. ff. de iusti. & iur. & post eum Aquens. ibi in viij. colū. & dominus meus Alciat. in tract. præsump. in xxxix. præsump. in fin.

XXVI.

1 *Sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo actu tantùm.*

1 REgula est not. in iure, † quòd sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo actu tantùm. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. l. dotis promissio. vbi Bar. ff. de iur. dot. glo. in l. eum qui calendis. ff. de verb. oblig. Quæritur modò de not. quæstione, Testator in testamento suo mandauit filiæ suæ ne nuberet nisi mercatori, vel filio mercatoris, & si aliter faceret, priuabat eam hæreditate, ipsa primò nupsit mercatori, postmodū eo mortuo contraxit secundas nuptias cum quodam nobili, vtrum debeat consequi hæreditatem? Certè quilibet diceret quòd sic: quia sufficit quòd prima vice mercatori nupserit, vnde videntur habere locum prædicta iura. Contrarium egregiè, & multum notanter consuluit Oldra. in consi. xv. incip. thema tale est. motus per glo. singularem in l. hoc genus. quā scribentes ibi sequuntur. ff. de condi. & demon. videlicet, quòd in casu isto debet priuari hæreditate, quia sermo negatiuus actu primario non finitur, secundum glo. in d. l. hoc genus. & supradicta regula in contrarium allegata, limitatur habere locum in sermone permissiuo: secus in negatiuo, secūdum prædictam glo. si. Et illud consilium Old. refert & sequitur Pau. de Cast. in d. l. hoc genus. & dicit, quòd semel fuit de illo recordatus. & de illa gl. & habuit honorem. Adde do. Ias. in l. diuortio. §. quod in anno. in iiij. col. ff. solu. mat. & Fel. in c. innouamus. in vlt. col. extrà de treug. & pac. & do. meum Alc. in d. l. boues. ∮. hoc sermone. Vide etiam insignem doct. d. Alexandrini in solenni sua rep. §. morte. l. non solùm. in xxxviij. col. ff. de noui oper. nunt.

ADDITIO.

Adde alias limitatiōes per And. Tiraq. in d. §. hoc sermone.

XXVII.

1 *Rem promittens tradere in genere, an etiam teneatur dominium transferre.*

2 *L. si rem tradi. ff. de verb. oblig. limitatur.*

1 TEX. in l. si rem tradi. ff. de verb. obli. dicit, quòd † ille qui promittit tradere, non tenetur transferre dominium, & non transferendo non tenetur de euictione. Quæritur modò, quid si aliquis promisit tradere rem in genere, puta decem salmas frumēti, an isto casu teneatur ad trāslationem dominij? videtur quòd non, per suprà dictā l. Contrarium singulariter determinauit Bar. in l. si à substituto. §. hæres. cum l. seq. ff. de leg. j. per illum tex. iuncta glo. in verb. dare. videlicet, quòd quando aliquis promittit rem in genere, tunc bene tenetur dominium trāsferre, non obstante promissione facta, per verbum trado, quod in obligatione generis importat dominij translationem. & illum tex. ad hoc ponderant, & extollūt ibi, Imol. do. Alex. Pau. de Cast. & Ias. Et hoc procedit magis ex qualitate negotij, & sic ex natura rei, quia in genere, quàm ex natura contractus. prout in simili dicit glo. in l. qui concubinam. §. si hæres. de leg. iij. & in l. si domus. §. de euictio. ff. de leg. j. Bart. Bald. Saly. & Paul. in l. ex em-
2 pto. ff. de actio. empti. Et sic per supradicta patet † limitatio ad d. l. si rem tradi. videlicet, vt procedat quando aliquis promittit rem tradere in specie, & non in genere. & ita intelligunt scribentes in d. ∮. hæres. cum l. seq. incip. quæ de legato. ff. de leg. j.

XXVIII.

1 *Venditor, qui vendidit equum cum omnibus vitiis, si facta venditione equus reperiatur laborare aliquo morbo, an teneatur?*

2 *Fraus vel dolus non dicitur inferri scienti.*

1 ADuerte, quia dicam tibi casum quotidianū. † Aliquis vendidit equum, quem sciebat morbosum, vel vitiosum, & tempore venditionis, fuit protestatus, & dixit se vendere illum equum cum omnibus vitijs, suprosibus, spinellis, & magagnis, & quòd non volebat de aliquo teneri: facta deinde venditione emptor inuenit equum laborantem dolore spatulæ, quem tempore venditionis non demonstrabat, quia erat calidus, vult agere redhibitoria, vel quāto minoris contra venditorem, quæritur an venditor teneatur? Et certè videtur quòd non, per text. in l. si tamen. §. in delitijs. ff. de ædilit. edicto. vbi dicitur, quòd emptor qui emit seruum, quem sciebat fugitiuum, si egerit contra dominum ædilitiis actionibus, putà redhibitoria vel quāto minoris, potest exceptione repelli. sic etiam in casu nostro. In contrarium habes notab. dictum Spe. & post eum Ioan. Andr. in addi. ad ipsum in titu. de emp. & vendi. §. nunc videndum. versi. quòd si venditor. per text. nota. in l. quæro. & in l. tenetur. §. fi. ff. de acti. emp. videlicet, quòd venditor tali casu tenetur, ex quo non propalauit in specie morbum, quo equus laborabat. Nam in generali sermone non præsumitur quis velle renuntiare iuri, cui in specie non renuntiasset. argu. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. & in reg. in generali. de regulis iuris in vj. Imò plus voluit Ioan. Andr. in dicto versiculo quòd si venditor. quòd si aliquis venditor expresserit vitium latens sub inuolucro verborum, dicendo, vendo equum pro cæco, claudo, dolente spatulas, & calcitroso, quòd nihilominus prædictæ actiones poterunt intentari contra prædictum venditorem, quia præsumitur fraudulenter hoc fecisse, immiscendo cum aliis morbis quos equus non patiebatur. Adde, quòd idem volunt Imol. Ang. & Alexander in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. Cy. Baldus & Salic. in l. j. C. de ædilit. actio. Angel. Paul. & Moder. in l. pacisci. ff. de pact. Panor. in c. cùm cōtingat. in xix. colum. extrà de iureiurand. & dom. Alexandri. in rep. l. non solùm. §. morte. columna liij. ff. de no. ope. nuntiat. Non obstat text. in dicto §. in delitiis. adductus in
2 contrarium, quia ibi emptor sciebat † in specie de illo vitio, & scienti fraus neque dolus dicitur inferri. l. cùm donationis. C. de transact. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædilit. edic.

XXIX.

1 *Mercatoris valisiam inueniens, florenis grauidam & tumentem, an debeat præmium consequi.*

2 *Rei alienæ inuentor ni restituat, furti tenetur.*

1 SI quis inuenit † valisiam mercatoris, plenam florenis, & pro restitutione ipsius petit præmium: mercator illud dare recusat: Quæritur nunquid inuentor possit illud consequi? Dicas quòd non. de hoc do tibi text. not. in l. falsus. §. qui alienum. versi. quid ergo. ff. de fur. vbi dicitur, quòd non probè faciunt, qui præmium pro re inuenta petunt: pro re verò inuenienda bene præmium peti potest. arg. l. nauis onustæ. §. si nauis. ff. ad leg. Rhod. de iac. l. idem. ∮. si tibi. ff. de condi. ob turp. cau. notat Bartolus in dicto §. qui alienum. Hostien. tamen in c. dudum. extrà de electio. arbitratur non esse iniquum vt aliquid detur inuentori, vt alliciatur potiùs ad manifestandum quàm ad occultandum. ar. dicti §. si tibi. tamen ille textus non probat, vt dicit dom. Abb. in dicto cap. dudum. in vj. colum. in fine. quia loquitur, quando ille à principio conuenit cum domino pro indicando seruo. Secus in casu nostro, vbi res erat inuenta. dicit tamen ipse prædicta notanda in practica, quia

magna

magna est authoritas Hosti. Aduerte tamen quòd si in-
2 uentor † rei alienæ illam non restituit, tenetur furti.
d.§. qui alienum. vnde consilium est, quòd si quis ve-
lit euitare furtum, quòd faciat rem illam preconizari, vt
venieti domino illam restituere possit. iuxta tex. in d.§.
qui alienũ. notat gl. & post eum Panor. in c. quia frustrà.
extrà de fur. Si tamen inuentor non habuerit animũ fu-
randi, sed restituendi domino, si cõpareret, & hoc com-
prehenderetur ex probitate, & integritate inuentoris, &
ex verbis per eũ prolatis, tunc etiã ꝙ nõ fecerit illã pre-
conizari, non tenebitur de furto, maximè quia consue-
tudo hodie inoleuit, quòd perdens facit preconizari.
Vide, tex. in d.§. qui alienum. habebit locum ad euitan-
dam omnem suspitionem, quæ (vt dixi) ex qualitate in-
uentoris purgari potest. & ita voluit noster Siculus do.
Abb. in c. ex literis. in j. col. extrà de furt.

XXX.

1 *Pater si dilapidet bona, quo remedio filiis prouideatur. disting. num. 2.*

1 PAter habẽs † multos filios, dilapidat omnia bona,
filij non audent petere ꝙ ei interdicatur bonis, sed
petũt ꝙ pro eorum alimentis assignetur eis aliqua pos-
sessio de bonis patris: quæritur an talis petitio de iure
ꝓcedat? Tu habes de hoc not. & singularẽ doctrinã Bald.
in l. ij. C. si quid in frau. patr. in j. col. in fi. vbi notàter di-
cit, quòd si pater dissipat bona filiorum, puta aduenti-
tia, tũc aufertur sibi administratio, per l. fin. §. minores.
C. de sent. pass. Interdum pater dissipat bona propria,
subiacentia restitutioni faciendæ filiis, & tunc aufertur
sibi possessio, & assignatur filiis, vt tamen pater inde ala-
2 tur. l. Imperator. ff. ad Trebel. Si autem sunt bona † pro-
pria, & libera ipsius patris, & tũc teneo, quòd possint filij
petere assignari tot bona paterna, vnde viuere possint:
quia pater debet eos alere. Itẽ quia hoc est vtile sibi, &
filiis. Ideo ad similitudinẽ dotis, quæ restituitur mulieri,
vt se alat & filios cùm maritus malè vtitur substãtia sua,
assignabũtur sibi aliqua bona, vt alimẽta nõ desint. arg.
c. per vestras. extrà de dona. & l. vbi adhuc. C. de iur. dot.
Et hanc decisionem Bald. dixit singularẽ Paul. de Castr.
in d. l. ij. in ij. col. circa fin. & Rom. in l. ij. §. quod si in pa-
tris. ff. solut. matr. Hanc eãdẽ opinionẽ tenuit Alex. post
Paul. & Pont. in d. l. Imperator. in iiij. col. vbi dicit hanc
decisionem Bal. singularem, & menti tenendam. Idẽ vo-
luerunt Moder. in l. si constante. in xxix. colum. ff. solut.
matrimon.

XXXI.

1 *Homicidium si quis admiserit, cuius gratiã obtinuerit à principe, deinde eodem relabatur, & secũdam gratiam consequatur, nulla mentione primæ facta, an secunda valeat?*

2 *Princeps nõ præsumitur velle promouere odiosos & criminosos.*

3 *Ad spurii legitimationem exprimendæ sunt qualitates.*

1 SI aliquis commisit † homicidium, & pro eo obtinuit
gratiam à principe, deinde aliud homicidium patra
uit, & obtinuit secundam gratiam, non tamẽ facta men-
tione de prima, quæritur vtrum secunda sit valida? Dic
singulariter ꝙ nõ. Istud fuit singulare & not. dictum Gu-
liel. de Cu. in l. iij. per illũ text. C. de episcop. audiẽ. quod
Bald. ibi in ij. col. dicit memoriæ tenendum. refert & se-
quitur Rom. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de nou. ope.
nunt. vbi dicit illud singulare. Et per hoc dixit do. Andr.
sicul. in c. super literis. xxxiij. col. extrà de rescrip. se vidis
se quendam decapitari in hac ciuitate Bononiæ, non ob-
stãte gratia quam habuerat, ex quo primum homicidiũ
silentio præteriit. Adde quod voluit Bal. in l. Barbarius.
in iiij. col. circa finem. ver. & si dicatur. ff. de offic. præto.
2 vbi dicit, quòd † non præsumitur princeps in sua dispo-
sitione, quòd velit promouere odiosos, & multipliciter
criminosos. arg. l. Lucius. §. Lucius Titius Damam. ff. de
legat. ij. Dixit etiam Angel. in l. sed si hac. §. patronũ. per
illum text. ff. de in ius voc. quòd rescriptum principis nõ
extẽditur ad defect⁹ tacitos & suppressos. Accedat quod
in simili voluit notab. Bald. in l. eam quam. in ix. col. in
fin. in versic. sed pone. C. de fideicom. vbi dicit, quòd fi-
3 lius ex adulterio & incestu † natus, si fuit legitimatus
tãquam spurius, non expressis qualitatibus spurietatis,
legitimatio non valet: sicut quando quis est excommuni-
catus pluribus excommunicationibus, & supprimit cau
sas excommunicationis. c. ex parte. extrà de offi. ordina.
Facit etiam quod voluit Oldr. in consi. ccxlvij. vbi multũ
egregiè, & notàter dixit non valere legitimationem ob-
tentam per eum, qui narrauit se spurium, & non dixit
spurietatem ex adulterio geminato, puta ex coniugato
& coniugata.

XXXII.

1 *Legatus generalis Papæ causam alii specialiter delegatam impedire non potest. Et quid ex superuenienti causa?*

2 *Procurator generalis potest ex iusta causa quam dominus ignorauit, mutare ea, quæ à domino specialiter sunt prouisa.*

3 *Officiales possunt tollere statuta specialia ex noua causa, vel recens veniente ad notitiam.*

TEx. in c. studuisti. extrà de offic. leg. disponit, quòd
1 legatus generalis † Papæ causam alij specialiter
delegatam impedire non potest. Dubitatur modò, quid
si in causa specialiter commissa iudici delegato fuerit de
nouo orta aliqua causa, vel antiqua detecta, quam sum-
mus pontifex tempore delegationis non considerauit,
& talis, quòd si considerata fuisset specialiter, non con-
cessa fuisset: vtrum legatus generalis possit inhibere de-
legato speciali, ne procedat in causa sibi specialiter de
legata? Profectò videtur dicendum quòd non, per text.
in d. c. studuisti. Oppositum singulariter, & notanter de-
terminauit do. Abb. in c. dilecti. iij. in ij. col. extrà de ap-
pel. & in d. c. studuisti. in j. col. per tex. not. in l. si hominẽ.
2 ff. manda. vbi dicitur, quòd procurator † generalis po-
test ex iusta causa, quam dominus ignorauit, mutare ea,
quæ à domino specialiter sunt prouisa. sic etiam in casu
nostro legatus generalis inhibebit ex causa, quam domi-
nus non considerauit, causam alij specialiter delegatam.
& hoc dictum Abb. exclamat Alex. in rub. ff. de offi. eius.
in iij. col. in prin. & in l. j. eo. tit. xxij. col. & Ias. in. l. non so
lum. §. morte. in xvij. col. ff. de no. ope. nunt. & post eum
Moderni Florentini ibi, in xxvij. col. circa medium. Pro
quibus facit illud quod voluit Bald. in l. error. in fi. C. de
iur. & fact. ign. vbi dicit, quòd procurator ex magna cau
sa reuocat confessionem domini. Adde quod consuluit
Anch. in consi. lxxx. in c. domina Exalina. vbi dicit, quòd
abbatissa habens distribuere bona testatoris propter
necessitatem superuenientem sui monasterij, potest reti-
nere bona pro ipso monasterio. Accedat quod voluit
Bal. in l. si in aliquẽ. ff. de offi. procon. circa fi. quòd visi-
tator generalis potest corrigere malè factum à speciali
visitatore. Non omitto quod voluit Bart. in d. l. si homi-
3 nem. vbi dicit se millies dixisse, quòd † officiales possint
tollere statuta specialia ex noua causa, vel de nouo ve-
niente ad notitiam. Vltra prædicta vide etiam quod vo-
luit Andr. Sic. in rub. C. qui admit. col. xxij. & Crem. in
sing. suo clj. mandatum. & Corset. in suo singula. cl. super
verb. iuramentum.

XXXIII.

1 *Emphyteuta, qui accepit fundum à priuato in emphyteusim, si canonem non soluerit per triennium, iure suo cadit. Limit. nu. 3. 5.*

2 *Iuramentum regulatur secundum naturam cõtractus, super quo interponitur.*

4 *Iuramentum obligat data duntaxat facultate.*

a EMphyteuta [a] qui † accepit fundum aliquem in em-
1 phyteusim à priuato, si cessauerit à solutione cano-
nis per triennium, cadit à iure suo. l. ij. C. de iur. emphy.
Si verò fuerit emphyteuta ecclesiæ, requiritur quòd sit
transactum biennium. text. est in c. potuit. extrà de lo-
ca. Quid si aliquis accepit rem aliquã in emphyteusim,
& promisit annuum censum, quem iurauit soluere, nun-
quid si cessauerit à solutione per annum, priuabitur
emphyteusi propter periurium, an verò requiritur ꝙ sit
transactum tempus statutum in prędictis iurib. Inuenio
Bald. multum signanter, & singulariter in c. querelam. in

si.extrà de iureiu.per illum tex.tenuisse, emphyteutam prædictum propter periuriũ statim posse expelli. Quod dictum Feli.ibi in iiij.col.in ver. subdit etiam Bal. dicit aureum. Idem voluit dom. Alexan.in consi.clxxv. Adde, quòd hoc dictum Bald. exclamat Ias.in l.si quis maior. C.de transac.& in l.quod te.in vij.col.ff.si cer.pe. & Parpalias in d.l.si quis maior.licet domin⁹ Ias.in d.l.ij.C.de iure emphyt.colum.xiij.in med. super hoc dubitasse videatur:motus, quia † iuramentum regulatur secundum
2 naturam contractus, super quo interponitur. l.si.C. de non nu.pec. vnde in casu isto ita demum debet priuari, si cessauerit à solutione per biennium vel triennium, secundum naturam prædicti contractus. iuribus præal. Corroboratur vltra ipsum per illud quod voluit Ang. post glos.in l.emptione.C.plus vale. quod agi. vbi dicit, quòd iuramentum interpositum super contractu simulato, illum non firmat.nam iuramentum ita est simulatũ sicut contractus. & sic clarè demonstratur, quòd iuramentum regulatur secundũ naturam contractus. Et licet ipse non respondeat, hanc obiectionẽ possumus soluere ex mente Bart.in l.si quis pro eo.in vlti. col.in viij. membro.ff.de fideius.quòd tex.in d.l.si. procedat quando in principali dispositione adest defectus consensus:
3 quia † ille nolebat obligari nisi pecunia sibi numeraretur, vnde etiam si iurauerit, tunc iuramentum propter defectum ipsius consensus intelligitur secundum qualitatem primæ promissionis: quod quidem non reperitur in casu nostro, vbi adest firmitas consensus. & ita etiam respondet Soci. ad illũ tex. licet ad aliud propositum, in l.frater à fratre.in pe.col.ff.de condi.inde.& Ias. in l. si insulam. in xviij. col.ff. de verb. obli. & in l.si conuenerit.in iij.col.ff.de iurisd.om.iudi. & Alexandrinus in repetiti.§. morte.l. non solùm. num. 76.ff.de no. ope.nun. & eodẽ modo resoluitur illud quod voluit gl. & Ang.in d.l.emptione.quia etiã in illo contractu simulato deficit cõsensus.vt dicit ibi Bal. & in l.j.C.de oper. libe.Prædicta tamen limita secundũ Bal.in d.c.querelã. nisi paupertas eum excusaret, quia tunc in periuriũ non incidisset.Pro hoc adducit ipse illum text. quem ad hoc dicit nõ esse alibi.facit etiam tex.in c.breui.iunct.gl.eo. ti.de iureiu.Adde no.per Bar. in l.pe.ff. de iureiuran.& in d.l.quod te. Bald. in c.j.de alie.feu. Alex. in d.l.quod te.in vlt.col.vbi multa ad propositum accumulat. Ratio potest assignari, licet ipse non dicat, quia iuramentum
4 † obligat data duntaxat facultate.c. Beatus. xxij.quæst. Panor. in d. c. breui. vnde cùm emphyteuta prædictus nõ haberet vnde soluere posset, nil mirum, si excusetur, iurib.præal. Aduerte tamẽ, quòd si emphyteuta in pau-
5 pertatẽ peruenisset culpa sua, † & dolosè, tunc putarem eius excusationem non esse admittendã: quia priuilegia concessa propter paupertatẽ, non cõpetunt illi qui culpa sua, & captiosè ad inopiã peruenit. l.pe.ff.de iur.dot. tradit Bal.in c.sedes.in ij.col.extrà de rescri. Moder.de Mon.Ferr.in leg.iiij.§. Cato. in xvij.col.circa med.ff.de verb.obli. De æquitate tamen canonica credo, ꝙ semper posset purgare morã, per ea, quæ voluit do.Alex.in d.l.si quis maior.vbi allegat Bald.in l.qui crimen. in xj. quest. C.qui accus.nõ pos.vbi allegat not.in capit. apud misericordiam. xxxij. quæstion.j.& glo. in dict. capitul. Beatus.tamen Alexand.in d.l. si insulam. in duodecima fallen.intelligit hoc procedere in foro pœnitentiali, vt loquitur, quod habetur in dicto capitulo Beatus. sed in foro cõtentioso putat etiam de æquitate canonica seruandum quod habetur in dicta l. si quis maior. quia vbi non reperitur contrarium decisum de iure canonico, standum est iuri ciuili, etiam in terris ecclesiæ.capit.j.de noui oper.nuntia.cum ibi not. & per alia, vt ibi per eũ. Et prædicta notabis: quia per alios non ita inuenies accumulata.

ADDITIO.

a Emphyteuta Adde Hippolyt.de marsil. sin.ccxxvj.emphyteuta priuati.

XXXIIII.

1 *Riuulus aquæ manantis à flumine publico, si ex meo prædio ad tuum profluat, an meum irrigando possim tuum exiccare.*

2 *Seruitus nulla debet causam naturalem, sed aut imposititiam, aut præscriptam.*

Audi, quia dabo tibi vnum nota.quod multoties habebis in practica. Pone, † ex flumine publico in ca-
1 pite aquæ dilabitur riuulus aquæ per prædium meum ad prędium tuum, vtrum si velim irrigare agros meos, & desiccare tua prædia, vel molendina, possim? Certè videtur ꝙ non: arguẽdo ab origine. quia in capite aquę, aqua publica est, & communis. argumen.l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff.de eden. In contrarium habes no.verbum Bal.in c. cùm omnes.in v.colum. in medio, in ver.pone ex publico.extrà de constit. vbi notanter dixit, quòd postquam aqua est in prædio meo, ego sum dominus aquę, & de ea possum disponere ad libitum meũ. l.j.§.permittitur.l.Lucius. ff. de aqua quo. & æsti. Nam cuius alueus priuat⁹ est, eius quoque est aqua. vt l.j.§.ij. ff.de flumi.l.præses.l.si manifestè.C.de serui.nam defluxus aquæ ad procliuum locum, naturalis est, & per hoc
2 non debet seruitutem inferiori prædio: quia † nulla seruitus debet causam naturalem, sed aut imposititiam, aut præscriptam. l. j. §. final. & l. ij. ff. de aqua pluuia arc. & sic cùm aqua sit libera, potest dominus de ea facere ad libitum suum, etiam si alij noceat in conscientia. arg. l.Proculus.ff.de dam. infec. nisi hoc fieret ad publicam æmulationem, putà ad impedienda molendina alicuius ciuitatis: quia hoc fieri non potest, ex quo est contra vtilitatem publicam.vt ff. de ope.publi.l.opem.& de ista decisione Bal.meminit do. Alex.consil. cxiij.col.j.in ij. volu. & extollit do.Ias.in l.j.in xviij.col.in princ.ff. de acq.pos. in l.quominus. in xxviij.col.in prin.ff.de flumi.

XXXV.

1 *Filii legitimati per subsequens matrimonium, an in feudũ succedant.*
2 *Intellectus ad c.naturales.si de feud.fuer.cõtro.inter do.& agn.*
3 *Feudi concedendi forma.*
4 *Legitimatio per subsequens matrimonium retrotrahitur.*

1 Quidam habens concubinam, ex ea † suscepit filiũ, quem posteà per subsequens matrimonium legitimauit: vellet modò filius iste legitimatus succedere patri in feudo: quæritur an possit? & videtur quòd non, per text.in c.naturales.in titu.si de feud. fue.cõtro. inter domi.& agna.vbi dicitur, quòd filij naturales legitimati, nõ succedũt in feudo. In contrariũ habes gl.sing. in c.tãta.extrà qui fil.sint leg.in gl.j.vbi dicit, ꝙ filij legitimati per subsequens matrimonium, succedunt quò ad omnia, ex quo matrimonium omnia præcedẽtia purgat, & sic proxima: sicut etiam præcedens causa turpitudinis sublata est. sic C.quod met.cau.l.j.& ff.de cõdi.ob turp. cau.l.si ob turpem.& illam gl.ad hoc dicit singularem, &
2 sequitur Abb.& alij cano. ibi. Non † obstat d. c. naturales. quia loquitur de legitimato per rescriptum principis: quia cùm legitimatio illa sit stricti iuris, tanquã dispensatio contra ius, est restringenda: vt in c.quod dilectio.extrà de cons.& affin. Secus in matrimonio quod est fauorabile, & omnia præcedentia purgat. Adde, quòd idem voluit Iac. de bel.& And. de Iser. in d.c.naturales. in ij.col. quem sequuntur ibi cõmuniter scribentes. motus per tex.in d.c.tanta. vbi tex.non distinguit inter bona feudalia, & allodialia: nec est dare rationem diuersitatis, secundũ eum, quare aliud debeamus dicere in feudo. & ideò in vtroque idẽ debet dici. l.à Titio.ff.de verb. ob. & hoc etiã ratione probatur: quia si princeps ex certa sciẽtia hoc facere potest, multò fortius hoc facere debet matrimonium, quod est de iure diuino, & communi:
3 vt tenent doct.in d.c.tanta. Hanc † regulam limitat Bal. in d.c.naturales.non procedere, quando forma inuestituræ inspiceret principium: putà si forma inuestituræ diceret, Concedo feudum tibi, & filiis ex te legitimè descendentibus: quia tunc dicit ipse, legitimati per subsequens matrimonium non succederent: quia talia verba respiciunt principium genituræ, & non est nostrum extendere scripturas. l. contractus. C.de fide instru. facit l.quid ergo.in princ. ff.de his qui not. infa. Hanc limitationem impugnat Mar. de lau.in d. c. naturales. in ij.colum.

4 ij.colum.motus,quia† legitimatio per subsequens matrimonium retrotrahitur.arg.l. qui potior. & l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. hab. & ita refert tenere in fortioribus terminis ibi Andr.de Iser.vbi tenet quòd dato quòd concessio esset hoc modo concepta, Concedo feudum tibi,& hæredibus tuis,ex tuo corpore legitimè descendentibus: quòd adhuc legitimatus per subsequens matrimonium,succederet in feudum,quia matrimoniũ subseq̃ues omnẽ maculã purgauit.d.c.tanta.quod dictũ Lau.ibi intelligit in naturalibus tãtum: secus in spurijs. d.c.tanta.vbi casus.Aluar.tamen in d.c.naturales.in pe. colũ.in prin.cõcordat istas opinio. dicens, ꝙ aut tẽpore matrimonij filius erat cõceptus & natus,& tunc procedat opinio Bal. aut tẽpore matrimonij erat conceptus, sed nõdum natus, & procedat opinio Andr. de Iser.per l.nuper.C.de natu.lib.& pro tali concordia, allegat notata per Hosti.Vincẽ.& Pau.de Leaza.in d.c.tanta.tamẽ do. Præp.in d.c.naturales.in iiij.colũ.refert,ꝙ doctores cõmuniter in c.lator.ext. qui fi.sint legi.tenẽt opinionẽ And.de Iser.secundũ quã aliàs cõsuluit clarissimus iure cõsultus do.Hieron. Fimia, siculus acutissimus.& hanc partẽ tanquã cõmunem sequitur do.Abb.in d. c. tanta.

XXXVI.

1 *Iudex,cuius iurisdictio expirabat,sententiam tulit non expectata relatione nuntii,an valeat.*

2 *Par in parem non habet imperium.*

1 SI iudex tulit † sententiam, non expectata relatione nuntij de citatione, sententia est ipso iure nulla. ita voluit notanter Bart.per illum text.in l. hoc amplius.§. j.ff.ex quib.cau.in pos.ea.& Panor. in c.quoniam cõtra. in vij.colum.extrà de probat.Ant.de But.in c.cùm dilecti.extra de dolo & contu. Quid si mora esset periculum allatura, adeò quòd interim expiraret iurisdictio, an valeat sententia non expectata relatione nuntij? Dicas quòd sic. hoc fuit singulare dictum Bald. in l. falsus. in vij.colum.C. de fur. Confirmatur per illud quod in simili voluit Bart. post glo. in l.j.ff.de offi. eius. vbi dicit, quòd licet causæ meri imperij,in casu absentiæ non possunt delegari, nisi quò ad cognitionem tantùm: tamen quando essemus in casu quo mora esset periculum allatura, putà quia delegatus haberet aliquem insignem latronem,cuius pœnam differre esset periculosum, quòd tunc habebit non solùm cognitionem, sed etiam exequutionem.l. si quis. §. hi tamen.ff.de iniust. rup.& irri. testa.& argu.l.de pupillo. §. si quis riuos.ff.de no.oper.

2 nuntia.Adde etiam† quod voluit notanter Bald.in cap. j.in vlt.verb.in titu.qualiter iurare debet vasallus.quòd si sunt duo domini vnius castri, & vnus committit delictum, quòd vnus alterum punire non potest de tali delicto:quia par in parem non habet imperium.l.nam magistratus. ff. de arbitr. l. ille à quo.§.tempestiuum.ff.ad Treb.voluit Bar.in l.inter tutores.ff.de admi.tut.hoc tamen fallit, nisi mora esset periculum allatura: quia tunc poterit eum punire. & ad prædicta faciunt quæ voluit dominus meus Mant.in apopht.suo.cxviij.vbi multa ad propositum notabilia accumulat. vide etiam Feli. in c. cũ accessissent.in x.colũ.de consti.& do.Ias.in l. vinum. in iij.colum.versi.primò probo.ff.si cert.pet.

XXXVII.

1 *Confessio facta in tormentis nullis indiciis præcedẽtibus,aut certè non legitimis,an valeat:& quid,si superueniant indicia.nu.3.*

2 *Citatione non ritè facta,omnia sequentia corruunt.*

4 *Donatio facta à filiofamil.causa mortis sine patris consensu, eo tamen post interueniente,non valet.*

5 *Testes duo si primò deponunt,postmodum iurant, eorum dictum non valet.*

1 DIcit text.in l.proinde.§.notandum.ff.ad leg.Aquil. & in c.j. de accusa.in vj.quòd † in confessum nullæ sunt partes iudicis,nisi in condemnando. Modò quæritur,reus fuit confessus in tormentis, nullis præcedentibus indicijs, vel non legitimis: Iudex vult eum vltimo supplicio damnare, an possit? certè videtur dicendum quòd sic,per supradicta iura. In contrarium habes text. egregium & singularem in l.penul.ff.de quæst.secũdum vnam lecturam,quam Bart.ibi sequitur, videlicet quòd talis confessio reo non præiudicat, etiam si millies ratificaret. ratio, quia præsumitur, quòd sicut iniquè eum quæstionibus supposuit,ita iniquè ratificare fecerit.arg. l.si cui.§.iisdem.circa fi.ff.de accu.Et ideò dicit Ang. in l.qui in aliena.§.Celsus.ff.de acqui.hær.quòd cautus debet esse aduocatus rei,qui ad banchum confessus fuit se patrasse homicidium,vt faciat probari,quòd reus priùs indebitè tortus fuit, nullis præcedentibus indicijs sufficientibus ad torturam.Imò plus voluit Par. de Put.in trac.suo syndi.in capitul. ij.in iij. columnâ,ver.an confessio torti, &c. quòd non solùm ratificatio non tenet, sed etiam non valet ipso iure quicquid posteà sequitur. alleg.l.non dubium.C.de legi.& l.j.C.de fid.instr.& iur. hast.fisca.lib.x.& l.diuus.ff.de in integ.resti.& l.nominationes,& ibi Bart.C.de appel.Pro quibus facit glo. not. in l.si accusatoribus. in glos.pen. C. de accu. quæ dicit,

2 quòd si citatio†non est legitimè facta,processus, & sententia,& omnia inde sequuta sunt nulla. quam refert & commendat Bald.in c.si clericus.in j. colum. de pac. tenend.in vsib.feudo.& in l.cum fratrem.in vltima colum. C.de his quib.vt indig. Adde quòd illum textum in d.l. penul.de quæstio.exclamat Floria.in rubr.& in l. empto rem.ff.de proba. vbi dicit Bononiæ se defendisse vnum, qui ita confessus fuerat. Idem etiam voluit Imo. & Roma.& post eos dom.Alexand. in dicta l. qui in aliena.§. Celsus. vbi refert istam esse magis communem opinionem.ff.de acqui.hære. Hãc partem tenuit etiam Gandi. in trac.quæsti.in rubric.de quæstio.& torm.in v. colum. & Feli.& Deci.in c.at si clerici. extrà de iudi.& Anch.in cle.j.de hom.& in consilio xxiij.incip. in Christi nomine,visa inquisitione,&c.vbi plus dicit, quòd si solum appareret iniustè eum fuisse tortum, & in carceribus confiteatur, nunquam talis confessio erit sufficiens ad condemnandum.allegat l.nouissimè.& ibi not. per Bald.ff.

3 quod fal.tut.auth.Adde,† ꝙ licet indicia superueniant, non tamen confirmatur confessio. ita voluit Bart. post glo.in l.maritus.in j.col.in fi.ff. de quæstio. & Bald. in c. ad nostram.circa fin.extrà de probatio.& Dec.in d.c.at si clerici.Pro quibus facit,quod voluit Bald. in l. si vxor.

4 C.de condi.inser.vbi dicit,ꝙ†licet filiusfami.possit donare causa mortis cum consensu patris. l. tam is. §.j. ff. de dona.causa mort.tamen si donat absque consensu patris,licet posteà pater ratificet, non tamen talis donatio recõualescit. quod dictũ refert & sequitur Crem. in singula.suo.lxx.incip. Donatio causa mor.&c. Accedat,qđ voluit Bal.in l.j.in antepen.col.C.qui admit.versi. extrà quæritur.vbi dicit,quòd si statutũ disponit,ꝙ mulier nõ possit cõtrahere sine cõsensu propinquorũ,aliàs non valeat cõtractus, ꝙ si hoc casu mulier cõtrahat sine cõsensu, licet posteà superueniat consensus propinquorum, non propterea valebit contractus.quod dictum refert & sequitur Ias.ibi.& Barba.in repeti. rubr. de fide instru. extrà.in xiij.char.in vlti.col.& in c.causam matrimonij. in j.col.vlti.char.de offic.delega. Facit etiã quod voluit Cin. in l.iurisiurandi.C.de testib.vbi dicit,quòd si testes

5 †primò deponunt,& posteà iurant,non valet eorum dictum:quia de natura & ordine iudiciorum est,vt primò testes iurent,&posteà deponant.de quo vide Scribentes ibi,& Butr.in c.per inquisitionem.in ver.no.iij.de elect. & ex prædictis patet respõsio & limitatio ad d.l.proinde. §.notandum.cum simi. in cõtrarium superiùs adductis.

XXXVIII.

1 *Emphyteuta qui alienauit rem emphyteuticam,non seruata forma statuti vel consuetudinis,an iure suo cadat.*

2 *Alienatio,verb.absolutè prolatum, non comprehendit venditionem nullam ex defectu solennitatis.*

3 *Statuto stante,quòd si quis cesserit actionem suam nobili,cadat à iure suo:aliquis cessit,qui cedere non poterat, vel alioqui cessio est inutilis,an cadat à iure suo.*

1 a BEne scis,quòd si † emphyteuta alienat rem emphyteuticam[a] irrequisito domino,cadit à iure suo.l.fin.

C.de iure emphy.c.potuit.extrà de loca. Quid si aliquis vendidit emphyteusim irrequisito domino, tamen non seruauit solennitatem, quæ per formam statuti, vel consuetudinis requirebatur: puta mulier vendidit sine consensu, vel interuentu propinquorum, an propter hoc cadat à iure emphyteutico? Inuenio, quòd Bald. singulariter
2 ter in l.ij.in j.col.C. de episco.aud.determinat, quod †non: quia verbum alienatio, absolutè prolatum, non comprehendit venditionem, quæ est nulla ex defectu solennitatis.argu.l.iiij.§. cōdemnatum.ff.de re iudi.facit l.alienatum.de verbo. significa. vbi dominus meus in fin. ad
3 hoc illum text.notat. Adde † illud, quod voluit notanter Bart.in l.filium.§.si quis bonorum.in fin.ff.de adi.leg. vbi per illum text. dicit, quòd stante statuto, quòd si quis cesserit actionem alicui nobili, cadat à iure suo: si aliquis cessit, qui cedere nō potuit, vel cessio fuit inutilis, quòd non cadet à iure suo.l.non putauit.§.non quæritur.ff.de bono.pos.contra tab.l.cōtinuus. §.cùm quis. ff.de verb. obliga. Idem voluit Bart.in l.quid ergo.§.cùm autem.ff. de his, qui notan.infa. Accedat quod voluit Imo. in clemen.gratiæ.de rescrip. vbi dicit, quòd clericus contrahens sponsalia de iure nulla, beneficio nō priuatur. Non omitto, quod voluit Bar.in l.si quis legatum.circa finem princ. per illum text. ff.ad leg. Cornel. de fal. vbi dicit, quòd si testis deponit falsum, & eius dictum sit nullum ex defectu formæ, quòd talis testis non debet puniri de falso.alle.not.in l.hac consultissima.§.pen.C.de testa.

ADDITIO.

a Alienat rem emphyteuticam. Adde quòd emphyteuta alienans irrequisito domino cum pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, eueniente conditione non cadit à iure suo. ita singul. Bald. post Guliel. de Cun.in l. ab emptione.col.penul. versic.extra quæro. ff. de pact. & pro singul.cōmendat Ias.in l.vlt.in xxj. quæst.vers. extra gl.C.de iure emphyt. Quid autē si alienet irrequisito domino, sed in instrumento dicatur, vendo, & trado, reseruato consensu domini, & non aliter, an isto casu cadat à iure suo. Bald.in l.vnic. col.vlt. quæst.xvj. C. de his quæ pœn.nom.decidit quòd sic. quia talis protestatio est cōtraria facto, cùm traditio sit facti: & in ipsa traditione requiritur licentia. & idem dicit Bald. si dicatur, saluo iure domini. in c.j.§.vlt. col.vlt. versic.sed pone.tit. quæ fuit prima cauf.benef.amit. An autem emphyteuta possit aliquem facere vsufructuarium sine domini consensu? Bald. tenet quòd sic, in l.j.§.j. per illum text. ff.quib. mod. vsusfruct. amitt. & pro singulati refert & sequitur Ias.in l.vlt.in 4.& 8.quæst.C.de iure emphy.& ante eum Alex.vbi refert sibi ex facto accidisse in l.iij.§.ex contrario.col.xxj.versi.quærit Bart. & col.xxiiij. versic.facit.ff. de acquir. possess. & cons.cxx. super eo quod quæritur. in vlt.verbis.lib.j. Contrarium tamen tenet Roma.sing. dcxxvj.tu scis quòd emphyteuta.motus per text.in l.fin. C. de rebus alienis non alienandis. vbi prohibita alienatione simpliciter, intelligitur prohibitus omnis actus per quem quæritur ius alteri in illa re.& idem quod Roman.nullo addito refert & sequitur Francisc. Cremens. sing.lxxxvj. Tu vide Ias.in d.l.iij.§.ex contrario. col.xiij. versi.nota diligenter ex verbis Bart.

XXXIX.

1 *Statuto si cautum sit, ne mulier possit quid alienare sine certa solennitate, si illa equum alienauit, qui post quatriduum moritur, an periculum ipsius equi ad mulierem spectet, an potius ad emptorem?*

2 *Pecuniam si quis acceperit à pupillo mutuo, quam fortuito perdidit, accipientis est periculum.*

1 Statuto cauetur, quòd† mulier, vel minor non possit alienare sine consensu duorum propinquorum, vel quacunque alia solennitate. Mulier, vel minor absque dicta solennitate alienauit equū, qui infra quatuor dies mortuus est morte naturali, vel casu fortuito. Mulier petebat solutionē equi, emptor opponebat alienationem non fuisse validam, & per consequens equum periisse in sui detrimentum: quæritur modò quid iuris? Et certè videtur dicendum periculum equi ad mulierem spectare: quia cùm alienatio fuisset nulla, & dominium non fuisset translatum ex forma dicti statuti, succedit regula l.pignus.C.de pig.actio. quæ vult, quòd res quæ perit casu fortuito, periculo ipsius domini perit. In contrarium habes glo.singu.& memoriæ cōmendādam, in l. nō omnis. §.si pupillus.in gloss.magna super verbo, eius.ff.si certū
2 pet.quæ vult, quòd si aliquis accepit † pecuniam mutuò à pupillo, quam non consumpsit, sed perdidit aliquo casu fortuito, quòd periculum sit ipsius accipientis: quia si tradens fuisset maior, detrimentum ad accipientē spectasset, quia translatum esset dominium, & cōtracta esset obligatio ad genus.l.incendium.C.si cert.peta. Cùm ergo fauore pupilli statutum sit, ne possit transferri dominium, non debet in eius damnum retorqueri. l.quod fauore.C.de legi. sic etiam in casu nostro, licet non fuerit translatum dominium equi, propter impedimētum d.statuti, tamen quia hoc fauore mulieris, vel pupilli introductum est, nō debet retorqueri in eorum damnum. & illam gloss. dicunt singularem Pau.de cast. Alexand. & Moder.ibi.per quam glo.dicit ibi Rom.in contingentia facti in casu nostro se consuluisse, & obtinuisse Florentiæ contra omnes doctores.& per istam glo.limitatur d. l.pignus.vt procedat in eo, qui est dominus de iure communi: secus in minore, qui dicitur dominus iure singulari.

XL.

1 *Interpellatio extraiudicialis an constituat illum in mora, qui solo iudicis officio conueniri potest.*

1 Tu scis, quòd interpellatio † extraiudicialis sufficit ad constituendum quem in mora. glo. in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verbo.obliga.glos.in l.vinum.ff.si cert.peta. Quid si aliquis potest conueniri per solum iudicis officium, an sola interpellatio extraiudicialis sufficiat ad constituendum in mora? Dicas quòd non. De hoc habes text. singula. in l.cùm postulassem.quem ad hoc dicit singularem Bart.ibi.ff.de dam.infect.vbi dicitur, quòd si postulaui à vicino meo, vt mihi damni infecti promitteret, & priusquam prætorem adirem, ædes suæ mihi damnum dederunt, quòd prætor nihil innouare debet, quia mea culpa damnū sum passus, ex quo tardiùs experiri cœperim. & sic clarè patet ex eo, quia interpellaui vicinum meum extraiudicialiter, quòd non constituitur in mora, adeo quòd non tenetur mihi ad damnum.& dicunt ibi Dynus Bartolus Baldus quòd non reperitur alibi textus qui hoc ita clarè probet. & ratio est, quia in casu isto iudex debet partem compellere ad hoc faciendum, non autem pars est obligata hoc facere, quia pars nihil debet. & hanc rationem assignat Bar.in l.j.in ij.col.in ver.item ex prædictis.ff.de iurisdi. omn.iud. Intellige tamen prædictam limitationem, in officio iudicis nobili, prout loquitur d.l.cùm postulassem. Sed in mercenario, interpellatio extraiudicialis bene constituit in mora. Ita voluit Cin.in l.j. circa mediū. C.de alie.iud.mut.cau.fact.quem refert & sequitur Baldus in l.j.in ij.col.in prin.ff.de iurisdi.omn.iud.

XLI.

1 *Delicta difficilè præsumuntur.*

2 *Sententia præcipitata nulla est.*

1 Notam habes regulam in l.†merito. ff.pro soc. vbi
a dicitur, quòd delicta [a] non facilè præsumuntur. Modò quæro, aliquis nobilis loquutus est ad aures alicuius, ille statim commisit homicidium, an ille nobilis teneatur de homicidio? & videtur, quò non, per supradictam regulam. In contrarium habes notab. doctrinam Bartol. in l.si ventri. §.finali.ff.de priuileg. cred. vbi dicitur, quòd si aliquis loquutus fuit homicidæ, & ille statim iuit, & occidit, quòd ex breuitate temporis præsumitur consiliū dedisse. allegat pro hoc glossam in dicto §. finali. Confirmatur per illud, quod voluit glossa & ibi cla

ibi clariùs Archid. in c. qui ambulat.v. q. v. vbi dicunt, quòd si testis statim deponat antequàm legatur sibi capitulum, quòd præsumitur falsarius, quia nimia festinatio
2 arguit suspicionem. Adde quod voluit† Bart. in l.ij.C. de sen.ex breuicul.recit. & probatur in l.iudices.C.de iudi. vbi vult, quòd si iudex incontinenti, ꝙ recepit scripturas partium, ferat sententiam in tam breui tempore, quòd verisimile non sit vidisse processum, quòd talis sententia sit nulla. Accedat text.in c.ex literis.extrà de in integ.restit.vbi dicitur, quòd si rescriptum emanauit à pontifice festinanter post porrectam supplicationem, præsumitur emanasse cum debili consilio. Item facit illud, quod voluit Ancha.consil.ciiij. incipiente, ex facto proponitur. vbi dicit, quòd si iudex, qui debet interponere decretum cum causæ cognitione, iuxta l.magis puto.§.ne passim.ff.de reb.eor.non interponit maturè, sed festinãter, non facta debita inquisitione, quòd interpositio decreti erit nulla, & consequenter alienatio. sequitur Barbat.in consi.j.in xlvij.colum.in prima parte.tamen de hoc dic, vt habetur per domi.Alex.& Moder.in l. si quis cùm aliter.ff.de verbo.obligat. Adde quòd opinionem Bart.in d.l.si ventri.§.fi.sequutus fuit Ang.ibi, & Bal.in l.j.in iij. col.C.de ser.fugi.vbi notanter limitat hoc esse verum, si præcesserit inimicitia capitalis. Refert & sequitur Feli. in c.j.in v.colum.extrà de offic.& potest.iud.deleg.& in c.afferte.in vltima colum.extrà de præsumptio.

ADDITIO.

a Quòd delicta. Delictum in dubio non præsumitur.l.meritò.ff.pro socio. Sed limitatur singulariter non procedere, quando interpretatio delicti magis conueniret animæ.ita singulariter Anchar.consi.clxxix. prima facie videretur.ad fin.quem refert & commendat Feli.in c.in præsentia.col.vij.versic.ij.nota.de probat.vbi dicit illud singularissimè notandũ: intelligendo tamen prout notabiliter ibidem declarat Bal.col.ij.cuius dictum est solenne & solitarium, secundum Felin.

XLII.

1 *Statuto permittente bannitum offendi impunè, an etiam possit occisus spoliari.*

2 *Incontinenti quæ fiunt, inesse videntur.*

ALiàs vidisti doctrinam not.Bal.in l. fororẽ. in fi. C.
1 de his quib.† vt indig. vbi dicit, quòd si statutũ di-
a sponit, quòd bãnitus[a] impunè possit offendi in ære & in persona, ꝙ si aliquis occidit bannitũ, & vestes sibi abstulit, ꝙ debet puniri crimine expilatæ hæreditatis: quia licentia offendendi bannitũ, morte finita est.l.si pœna alicui.ff.de pœn.l.qui sepulchra.C.de sepulch.viola. Idem voluit Floria.in l.binas ædes.in fi.ff.de serui. rusti. prædio.& Bal.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.& Sali. in d.l. qui sepulchra.& Aret.in tracta.malefi.in verb. vestẽ cœlestẽ abstulit.in j.col.Pro quo allegat tex.in l.diuus.ff.de bon.damn. Quid si aliquis occidit prædictũ bannitũ, & incontinenti eũ spoliauit, an teneatur crimine expilatæ hæreditatis? Dicas singulariter ꝙ non. de hoc habes dictum elegans Pau.de Ca.in cons.suo.xxxiij. incip. super primo quæsito.in fi.vbi limitat prædicta procedere, quãdo talis offensa fieret ex interuallo, & postquã occidens conuertisset se ad extraneos actus: secus, si eodẽ momen-
2 to & contextu: quia † ea quæ incontinenti fiunt, videtur inesse.l.lecta.ff.si cert.pet. & videtur simul fieri, adeò ꝙ vnum non videtur fieri priusquã alterum. vt ff.de iniur. l.si plures.& ibi Bart.l.j.§.inspiciendũ.ff. de vent. inspicien.& quod notat Cyn.in l.hac consultissima.C. de testamen.refert & sequitur Feli. in c. quæ in ecclesiarum. in iiij.colum. extrà de constitu. & Deci. in l. vt vim.in v. colum.ff.de iust.& iur.& Albe.Brun.in reper.suo, stante statuto, quòd bannitus possit impunè offendi. & Aug. de Arim.in addi.ad Angel.in d.tract.malefi.in ver.& vestem cœlestem.in j.addi.in j.colum. & Hippol. de mars. in consi.suo.xc.mihi in iiij. colum. & Butigel. in repe.l. iiij.§.Cato.in lx.colum.ff.de verbo. obligatio. & in d.l. lecta.in v.colum. Adde prædictis, quòd stante prædicto statuto, quòd bannitus impunè possit occidi, quòd tũc eo viuo poterũt sibi bona auferri impunè.ita singu. Bal. in capitu.in literis.in j.colum.in fin. extrà de restitutio. spoliato.post glo.positam ibi super verbo, prædo. quam ipse ponderat, & dicit ad hoc valde singularem. Idem Bald.l.fi.C.si contra ius vel vtilita.publi. vbi allegat tex. in l.j.§.quod prætor.ff.de aleat. per quem dicit melius, quàm alibi probari, quòd illa verba, impunè offendi, intelliguntur in ære, & in persona. Idẽ voluit Pau.de Cast. in l.in suis.ff.de liber.& posth.& Bald. in l.iij. in fin.C.si pen.appel.mors inter.& Bar.in l.nec in ea.ff.de adulter. & Feli. in d.cap.quæ in ecclesiarum.in iiij.colum.Ange. & post eum do.Alexan.in d.l.in suis.ff. de lib. & posthu. & Deci. & Ias.in d.l. vt vim.& d.l.si quis mihi bona.§. si corã.ff.de acq.hær.& in l.in actionibus.ff. de in lit. iurã.

ADDITIO.

a Statutum disponit quòd bannitus. Adde quòd tale statutum valet, secundum Nell.in j.part.ij.tempor.quæst.j. in tractat.bannit.Sed si quis extra locum statut. bannitum occidat, poterit puniri per iudicem loci delicti, vt notab.dicit Baldus in margar. in verb, excommunicatus repellitur. vbi idem dicit si bannitus offenderetur in ecclesia quæ non esset extra territorium.& idem consuluit Paul.consilio lxxxvj.primum quæsitum.ad fin.vbi addit, quòd talis offendens bãnitum extra territorium, condemnatur à iudice loci delicti, & vbique efficitur intestabilis.& faciunt quæ Bart.refert in l. cunctos populos.colum.pen.& fin.C.de sum.trinitat. Item nota quòd bannitus ex crimine capitali non debet habere legitimam: quia pro mortuo habetur, ex quo loco eius alter succedit.Bald.singul. in l. si qua pœna. quæst.ij.ff. de his qui sunt sui vel alien.iur. ex quo infert quòd fiscus non potest eius nomine legitimam petere. quod sequitur & commendat Alexan.consil. lxxv. visis & diligenter perspectis.colum.iij. versic. confirmo prædicta.lib.j. & Bar. in l.si adulterium cum incestu.§.liberto.ff.de adulter.dicit quòd bannitus perdit iura agnationis & filiationis: & sic pater poterit ipsum impunè occidere. Hinc dicebat notab.Bal.in authen.habita.not.iij.C.ne fil.pro pat. quòd banniti sunt extra protectionem iuris communis. Nota tamen quòd bannitus qui in ciuitate toleratur, licet non sit deletus ex publicis tabulis, non tamen potest impunè offendi. secundum Salic. singul.in l. nullus. per illum text.C.de Iudæis.& pro singul.not. Ioan. de Ana. in c.sicut.col.iij.versi.in ea.extrà de Iudęis.& pro notab. approbat Alex.cõsi.j.versic.pro hoc. lib.ij. & citat idem Alex.pro singul.in l.fin.ff.ad leg.Iul.de adulter. & Ias.in l.si creditores.versic. tertiò singulariter.C.de fideicommis. Contrarium tamen in hac quæst.concludit Bal.post Iacob.de Beluis.& Iacob.Butrigar.in consilio ix.ad euidentiam dicendorum.lib.iij.& latius consilio cxl.incip. hæc quæstio fuit.lib. iiij. Banniti tamen solùm ex contumacia non possunt impunè offendi, etiam permittente generali statuto, secundum Bald.singul.in l.si mora. col. j.ad fin.ff.solut.matrim.quod commendat Ias. in l.si plagij.notab.j.ff.de verb.oblig.

XLIII.

1 *Confessio extraiudicialis reuocata, an faciat indicium ad torturam.*

2 *Quæstionem & torturam quomodo possit quis effugere.*

1 COnfessio facta † extra iudicium, facit indicium ad torturam.glo. not. & communiter approbata in l. capite quinto.in gl.magna vbi Bar.& Ang.notant.ff. de adulte.Bal.in l.j.in v.colum.C.de confes. Abb. in capit. at si clerici.in vij.colum.in fin.extrà de iud.& in c.olim. in v.columna extrà de rescrip. & alibi sæpe scribentes. Quæritur modò, aliquis fuit confessus extraiudicium, postmodum reuocauit illam confessionem, vtrum illa confessio faciat indicium? Dicas quòd non.de hoc habes nota.& singulare dictũ Bal.in l.j.in pe.col. C. de cõfes.vbi voluit, tunc demum facere indicium talem cõfessionem extra iudicialem, si non fuerit reuocata.vnde dicit ipse, sit cautus torquendus, vt dicat se expressè talem confessionem reuocare, nec habet probare errorẽ, cũ sit

confessio nudi facti.l.error, C.de iur. & fact. igno. & ibi Moder.notant.& istud dictum Bald.exclamat do.Ias.in l.magistratibus.in ij.col.in versi.ij.regulariter &c. ff. de
2 iuris.omn.iudic.vbi dicit perpetuò notãdum:quia †per id posses euadere amicum à tortura. Adde Fely. in ca.at si clerici.in ij.colum.versi.ij.restringere. de iudic.&in c. olim.in iij.colum.extrà de rescript. vbi latè tangit hanc materiam. vide tamen pro hoc dicto Soci. & post eum Deci.in dicta l.magistratibus.ad quos te remitto.

XLIIII.

1 *Officiales an possint præstituere certum pretium mercatoribus.*
2 *Intellectus ad l.in re mandata.C.mandati.*

1 VOlo tibi†dare vnum singulare,quòd aliâs vidi obseruari,& multoties solet euenire in practica. Pone, officiales alicuius ciuitatis volunt statuere certum pretium mercatoribus,qui vendunt pannos, vel locatoribus domorum,& his similibus : quæritur an dicti mercatores possint ad hoc compelli?Et certè videtur dicendum quòd non,per text.in l.in re mandata.C.mand.vbi dicitur, ꝙ quilibet est moderator & arbiter in re sua. Contrarium singulariter determinat Bald. post Pet.& Cyn.in l.j.C.de episcop. aud. vbi secundum vnam lect. dicitur,quòd episcopi possunt prouidere, ne mercato-
a res nimis carè vendant[a]victualia. vnde cùm appellatione victus,contineantur non solùm cibaria,sed etiam vestes,& habitatio.l.verbo victus.ff.de verbo.signific. consequens est quòd prædictis mercatoribus pretium potest taxari,vt non percipiatur de prædictis vẽditionibus pannorum, vel locationibus domorum, nisi vsque ad quantitatem taxatam per bonos viros. & ita aliâs in regno Siciliæ in patria mea opulentissima ciuitate Platiæ, cùm ibi ob eius maximam fertilitatem,congregarentur omnes Comites,& Marchiones,reliqui feudatarij illius regni, qui ad militare seruitium tenentur, & locatores exigerent immoderatum pretium,de mandato Illustrissimi domini Proregis, per bonos viros fuit determina-
2 tum pretium. Non ob. † modò d.l.in re mandata. quia potest intelligi, de alijs rebus non necessarijs ad quotidianum victum:vt colligitur ex mente Baldi in d. l.j.C. de episcop.audien.

ADDITIO.

a Nimis carè vendãt.Adde quòd iudex ex suo officio potest ponere pretium in bladis vendendis in foro publico:de quo est text.in tit.de pac. tenend.& eius violator. ∮.si miles aduersus militem. & ita tenet per illum text. Guid.papæ singul.ccciiij.

XLV.

1 *Suus & necessarius an quis possit esse, qui non obtineat primum locum tempore mortis testatoris.*

1 IVra clara sunt, quòd† ad hoc vt quis dicatur suus, & necessarius, requiritur quòd nemo præcedat eum in gradu:quia suitas propter eius nobilitatem non recipit nisi vnum gradum.l.j.∮.secundum.ff.de suis & legit. l.si quis posthumos.§.j.ff.de liber.& post.§.sui.Insti.de hær. qual.& dif.Tamen ego dabo tibi tex.sing.in l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acquir.hære.in quo, ille qui tẽpore mortis testatoris non obtinet primum locũ,tamen suus est & necessarius,videlicet quãdo filius est exhæredatus, & nepos ex eo institutus. & ad hoc reputant illum text. sing. Raph. Cuma.Pau.de Cast.& do.Iason ibi, & dom. Alexan.in l.si quis posthumos.ff.de libe.& posth.&Imo. in c.Raynu.extrà de test.& Ias.in l.qui se patris.C. vnde libe.sed habes consimilem text.in l.filius patrono. ff.de bon.liber.quem pro concordanti allegat Bart.in l. fina. in iij.colum.ff.de condi.insti.

XLVI.

1 *Exhæredatio facta expressa aliqua simili,vel grauiore illis xiiii. causis,quibus exhæredatio fieri solet,an valeat?*
2 *Procuratio licet debeatur superiori in casibus à iure expressis: idem nihilominus in similibus.*
3 *Similium idem est iudicium.*

1 TV habes,quòd†pater potest exhæredare filiũ,propter aliquam causam ex illis quæ connumerantur in auth.vt cùm de appe.cogn. §. aliud quoq; capitulum. & per glo.in c.quintauallis. extrà de iureiuran. Quid si pater vellet exhæredare filium ob aliam causam simile, vel grauiorem,puta,quia filius fuit proditor patriæ, vel rebellis,an talis exhęredatio valeat?Dicas quòd sic. Hoc fuit mirabile dictum solius Gul.de Cun.in auth. non licet.C.de libe.præte.vbi allegat text. in c. j. §. prædictis. ibi;similis aut maior.in titu.quæ fuit prim.cau. bene.amit. in lib. feudo. quod est menti tenendum secundum ipsum.sequitur Nicola. de Neap. in dicto §. prædictis. quem refert & sequitur Alua.ibi,in ij.colũ.in versi.nota bonum text.qui refert genitorem suum ita tenuisse in sua solenni repe.authen.ex causa.C. de libe. præteri. de quo facit festum Alexand.in d.authen.non licet.in ij.colum. dicẽs illud singulare & communiter approbatum, & non habere contradicentem. licet ipse dicat quòd in puncto iuris posit teneri contrarium.Adde,quòd illud dictum sequitur Alexand.in l.si quis id quod.in penult. colum.ff.de iurisd.omn.iudi. dicens se ita consuluisse in Tuscia,in facto ponderoso.& est cons.ccciij.in ij. volumi. incipien.super themate.Idem voluit Ias.in d. auth. non licet.Idem tenet Ange.in l.lex Cornelia. in princip. per illum text. ff. de iniur. vbi dicit, quòd eo ipso quòd lex dicit de remotioribus in gradu, videtur idem dicere de proximioribus.& per hoc dicit, quòd dixerunt quidam quòd filius potest exhæredari ex causis durioribus quã sit vna ex xiiij. positis in dicto. ∮. aliud quoque. allegat text.in l.ob æs.C.de præd.mino.& l.eum ita. ∮. in fideicommissis.ff.de leg.ij. Pro quo facit etiam quod volunt Abbas Ioan.de Ana.& Maria.in ca. cum sit.de simo.vbi
2 †dicunt, quòd licèt procuratio debeatur superiori in casibus à iure expressis,tamẽ idẽ est in similibus. alleg. Abb.not.per gl.& Doct.in c.sicut.de accus.& tex. iuncta gl.in simili,in l.j.C.de cõdi.inde.& in c.statutum. de rescrip.in vj.Adde etiã quod voluit glo.singularis in l.fi. in verb. voluerit.C. de reuo. dona. quam pro singulari ex-
3 tollit ibi Saly.quæ vult,ꝙ†licet ibi enumerẽtur quinque casus ingratitudinis,& posteà tex.dicat,ex his tantùmodo causis potest donatio reuocari,tamẽ idẽ est in habentibus similẽ rationẽ.arg.l.alimẽta.in prin.&§.j.ff.de lib. agnos.l.diuus.ff.de iur.patro.cũ cõcord. vt ibi per eum.

XLVII.

1 *Hæres directus institutus gratia fideicommissarii, integram hæreditatem restituere debet.*

1 HAeres grauatus restituere † fideicõmissum vniuersale,si vult,potest detrahere quartã Trebellianicã. toto titu.ff.& C.ad Treb.§. sed quia. Insti. de fideicom. hære.gl.not.in c.Raynutius.super verbo,Trebellianum. extrà de testa.Dixit tamen notanter Bal.in l.post mortẽ. in iij.col.in prin.C.de fideicom. quòd est dare casum in quo hæres grauatus restituere hæreditatẽ,debet eam integrè & absque detractione Trebellianicæ restituere : & hoc est,quando hæres directus est institutus gratia ipsius fideicõmissarij,cui rogatus est restituere totã hæreditatem.alleg. pro hoc casum singularẽ in l. in fideicõmissi. §.cùm Pollidius.ff.de vsur.quẽ tex.Bald.in rub.C.de reuoc.his quæ in frau.cred.in fi.dixit mirabilẽ & figẽdum cordi.hoc idẽ & ante eum voluit gl.no.per d.§.cùm Pollidius.in l.in fideicõmissaria.§.fi.ff.ad Treb. quam Imo. & Rom.ibi reputant singularem. & Imo.in l.cum filio.§. pe.ff.de leg.j. Adde quòd illum text. dixit vnicum in iure Bald.in c.bonæ.el.j.in fi.extrà de postul.præla. & Moder.in d.l.post mortem.in ij.col.

XLVIII.

1 *Carceres qui semel effugit, an postmodum captus, fideiussoribus relaxari debeat.*
2 *Monachi non tenentur admittere monachum semel atque iterum fugitiuum.*
3 *Regula,quòd liberandus non est ita stricte in carcere custodiendus,vbi procedat.*

1 NOsti,quòd si quis†commisit aliquod delictum,aliquãdo est relaxãdus fideiussoribus.l.j. & l. diuus.
a ff.de custod.reo.Quid si semel de carceribus aufugit,[a]& posteà est captus,an gaudere debeat beneficio dictorũ iurium?

iurium? Dicas quòd non:quia cum fideiussore non est audiendus:imò carcer est ei aggrauandus.De hoc habes glo.singularem in l.lege Cornelia.ff. ad Sille. quam Bal. ibi ad hoc dicit singularem. licet Roman. ibi dicat non fuisse ab aliquo ponderatam. Adde quòd illam gloss.dixit singularem Bald.in l.ij.C.de episc.aud.& do.Alexan. in l.j.ff.de custo.reo.in addit. ad Barto. & Ang. Areti.in tract.malefic.in verb.fama publica.in ver. quartò notandum est.vbi pro hoc allegat ea, quæ habētur in l. quis sit fugitiuus.ff.de ædi.edict. Pro qua facit quod voluit Hosti.in c.cùm in ecclesijs.extrà de maio.& obed.vbi dicit,
2 quòd monachi† non tenentur amplius recipere monachum, qui aliàs bis fugit de monasterio. Accedat quod voluit Angel.in l.qui iudicio.in fin.ff.de accusat. vbi notanter dixit, quòd si ex forma statuti credi debet sacramento accusatoris damnum passi, quòd si est damnum datum alicui periuro, vel aliter infami, quia aliàs deierauit, quòd tunc non stabitur sacramento suo. & dicit, quòd cùm ita de facto contigisset, sic fuit iudicatum. Et per illam glos.in dicta l.lex Cornelia. limitabis glo. in l. si pecuniam.in §.si accepit.in ver.carcere. ff. de cond.ob
3 caus.vbi dicit, quòd† qui venit liberandus, non est ita strictè custodiendus in carcere. quod procedit, nisi semel aufugisset.& limitabis etiam glo.in l.si vt certo.§.custodia.in ver. est commodatus. ff. commod. inquantum dicit, quòd iuuenes faciliùs fugiunt quàm senes. & sic sentit, quòd senex non est ita custodiendus in carcere strictè sicut iuuenis:quod procedit,nisi semel aufugisset. quæ omnia,quia notabilia sunt,diligenter obseruabis.

ADDITIO.

a De carceribus aufugit. Adde quòd si incarceratus frangeret carcerem,& nescitur pro quo delicto,eo postea inuento debet puniri ea pœna qua puniretur, si verè delictum commisisset.text.in l.in eos.ff. de custod. reor.vide Nicol.Boër.decis.ccxv.num.9.

XLIX.

1 *Maritus institutus ab vxore,grauatus est de restituenda hæreditate filio suo communi,creditores mariti recurrunt ad bona hæreditaria,pater vult hæreditatem restituere filio,an possit.*
2 *Solutio facta ante diem in fraudem creditorum,improbatur.*

1 VXor instituit maritum†suum hæredē, & eum grauauit,vt post mortem suam restitueret hæreditatem filio suo communi: creditores ipsius mariti habent recursum super bonis hæreditarijs, pater vult restituere hæreditatem filio, quæritur an possit? Prima facie videtur quòd non,quia cùm istud fideicommissum sit conditionale.l.hæres meus.ij.respon.ff.de condi.& dem.l.iiij. ff.quand.dies leg.ced. & conditio debeat adimpleri in forma specifica.l.qui hæredi.l.Mæuius.ff. de cond.& demonst. consequens est, quòd ante obitum ipsius patris
2 non possit fieri restitutio.Prætereà,cùm ista†solutio fieret ante diem, videtur facta in fraudem creditorum. vt dicit text.in l.omnes.§.fin.ff.quæ in fraud.creditor.Contrarium singulariter determinauit Bald.in rub.C.de reuoc.his quæ in frau.cred.col.fin.per tex. quem ipse dicit vnicum in l.patrem.secūdum vnam lect.ff.quæ in fraud. credit.videlicet quòd isto casu pater confestim potest facere restitutionē,quia hoc casu ex præsumpta mente testatricis non præsumitur fideicommissum cōditionale, sed ad beneplacitum patris.& istud dictum Bald. dixit singulare do.Ias.in l.post mortem.in ij.col.C.de fideicō. & in l.stipulatio ista.§.inter incertam.in fi.ff.de verb.ob. Et ex prædictis patet responsio ad omnia suprà dicta. & primò ad l.qui hæredi.& l.Mæuius.quia dico, quòd ista cōditio non fuit apposita pro forma,sed in fauorē ipsius patris hæredis,cui ipse potest renuntiare.l.si quis in cōscribendo.C.de pact.c.si diligenti.ext.de for.cope.similiter apparet etiā quòd ista solutio non fit ante diem, & per cōsequens nec in fraudē creditorū: quia(vt dixi)illa conditio fuit tātùm apposita gratia dilationis ipsius patris.Vnde meritò tex.in d.l.omnes.§.fi.non obstabit.

L.

1 *Vasallus an possit pignorare feudum pro seruitio militari. & numero 3.4.7.*
2 *Feudum non venit in hypotheca,sine domini consensu.*
5 *Decimæ fructus in pignus possunt dari.*
6 *Vsusfructus commoditas vendi ac obligari potest.*

1 POne,aliquis†vasallus tēpore militaris seruitij, cùm sibi pecunia nō suppeteret,vult feudum irrequisito domino pignorare,quæritur an possit hoc legitimè facere,adeò,quòd illi qui sibi pecuniā erogarunt, indemnes conseruentur? Certè quilibet diceret,quòd non.per tex. clarum in cap.Imperialem.in prin.de prohib. feu. alie. per Fede.vbi dicitur, ꝙ nemo potest feudum in totum, vel in partem alienare, vel pignorare. per quem text. reprehenditur Bar.in l.si cōstante.in iij.q.iij. partis princ. vbi concludit, mulierem iure tacitæ hypothecæ posse agere ad res cōcessas marito in feudum, quoniam etiam ista cadunt in obligatione,quādiu durat ius feudi.l. lex vectigali.ff.de pign.tamen (vt dixi) reprehenditur: quia
2 feudum † non potest venire in hypotheca sine consensu domini:imò hypothecans suo iure priuatur. d.c. Imperialem.vbi Bal.subdit, quòd feudum etiam non venit in generali obligatione: quoniā verisimile nō est ob priuationis pœnā,quòd quis in specie illū esset obligaturus.l. obligatione generali.ff.de pig.l.j.& quod ibi Bar.C.quę res pign.oblig.pos.Hoc idē voluit Spe.in ti. de pigno.§. j.ver.sed nunquid feudū.& Saly. in l.fi.C.de iur.emphy. & Bal.in l.iij.C.vt in pos.leg.& in c.j.§.aut liuellario.qui. mod.feu.amit.Alex.in d.l.si constante.in princi.in iij.q. iij.part .prin.in viij.col.& Iason in d.l.fi.nu.78. No obst. d.l.lex vectigali.per quā mouetur Bart.quia illā oportet intelligere quando interuenit consensus domini. per d. c.Imperialē.hanc eandē opi.sensit Bar. rectè intuēti in l. codicillis.§.instituto.ff.de leg.ij.vbi voluit, ꝙ in generali obligatione quis non videtur obligasse rē prohibitā alienari sub pœna.Tamen ad propositū redeūdo, videtur ꝙ
3 †in tali casu vasallus possit irrequisito domino feudum alienare.& ita limitat tex.in d.c.Imperialē.Bal.in l.ij.in j.col.C.comm.de leg.videlicet quòd vasallus potest obligare feudū pro necessitatibus ex causa feudi incūbentibus, & pro seruitijs domini, prout est in casu nostro.alleg.tex.in l.cùm fidei.ff.de fideicom.liber.Confirmatur, quia prohibitio alienationis feudi introducta est in fauorem ipsius domini: vnde in eius odiū retorqueri non debet.l.quod fauore.C.de legib. Aliā limitationē ponit Bal.in d.ca.j.§.aut liuellario.in fi.& in d.l.ij.C.cōmu.de lega.quē refert & sequitur Aluarot. in d.c. Imperialē.in ij.col.videlicet,nisi feudū obligaretur animo lædi absque traditione.l.alienatū.ff.de verb.sig.& ille videtur habere animū non lædi, qui plus acquirit super pignore, quā valeat pignus.l.qui habebat.in prin.ff.de leg.iij.quę limitatio satis notabilis est, attēto quòd hypotheca nudo consensu perficitur.§.itē Seruiana.Insti.de actio. Tertiò restringitur per Ioā.Fab.in d.§.itē Seruiana.in xiiij.
4 col.quem refert†& sequitur do.Ias.ibi nu.10.& in l.fin. C.de iur.emphyt. vbi notanter dixit, quòd licet feudū non possit alienari,tamē fructus & cōmoditas bene possunt pignorari:motus per id,quod in simili voluit Spec.
5 in ti.de pig.§.j.circa fi.vbi dixit, ꝙ licet† decima tanquā res spiritualis non possit alienari, nec pignorari,tamen fructus decimæ bene possunt pignorari.Adde quod voluit Bar.in l.si is qui.§.an vsusfructus.ff.de pignor.vbi dixit,ꝙ licet vsusfructus non possit vendi neque obligari,
6 tamen†eius cōmoditas vēdi ac obligari potest. Intellige tamen hoc procedere,quādo vasallus actione personali obligaret se ad dictos fructus, & commoditates feudi, nam tunc obligatio esset valida. Secus autem si pro dictis fructibus & commoditatibus vasallus constitueret vsumfructum in re feudali:per notata per Bartol. in d.l. codicillis.§. instituto. vbi vult, quòd prohibitus vendere,vel obligare, potest tamen fructus rei prohibitæ alienare, obligando se personali actione ad dandos dictos fructus,quia tunc non esset alienatio.l. finali.ff. de contrahen. empt. Non autem posset ementi vsumfructum constituere, quia tunc constitueret ius in re, & esset quædam alienatio.l.finali.C. de rebus alienis non alienandis. Quartò fallit, quando vasallus pignori daret

domino suo: quia tunc videtur dominus consentire. c. j. extrà de feud. notat Baldus in dicto cap. imperialem. in prin. & Aluar. in v. colũ. versic. quæro ab extrà &c. & hoc casu dominus lucrabitur fructus: vt dicit ibi Aluar. & in capit. j. de feu. dat. in vic. leg. commissor. Quintam limi-
7 tationem ponunt, quando † vasallus habuisset plures dominos, & vni alienasset sine voluntate aliorum: quia tunc si feudum esset diuiduum, pignoratio valeret: si autem esset indiuiduum, non valeret pro parte aliorum: argu. l. cùm filius. in prin. ff. de lega. ij. & l. pater. §. quindecim. ff. de lega. iij. quando autem dicatur feudum diuiduum, vel indiuiduum, vide notata per scribentes in c. j. de duob. fratri. de nou. benefi. inuesti.

L I.

1 *Iudex debitorem capi iubet, & cogit soluere non seruato iuris ordine, an possit reuocari illa solutio.*

2 *Captio an valeat facta non præcedente citatione.*

3 *Intellectus ad l. meminerint. C. vnde vi.*

TV aliâs vidisti text. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. & ibi Bart. Baldus Pau. Alexan. &
1 reliqui notant, vbi dicitur, quòd † in executione sententiæ primò debent capi mobilia, deinde immobilia, tertiò nomina debitorum. Quæritur modò de pulchra difficultate: Iudex fecit capi personam debitoris, & fecit illum soluere non seruato dicto ordine: an possit reuocari prædicta solutio per dictum debitorem? Videtur dicendum quòd sic, per prædicta. In contrarium habes text. singularem in l. fina. §. fin. ff. quod met. caus. quòd in casu isto exequutio non retractatur, si solutum sit debitum, licet exequutio non sit ritè facta. Idem voluit Abb. in capitulo, quod ad consulationem. in vj. columna, vbi dicit, quòd remedium erit, vt à captura appelletur: quia exceditur modus in exequendo, iuxta text. in l. ab exequutione. C. quo. appel. non recipiũ. Adde quòd illum textum dicit vnicum & singularem Baldus in capitulo tuæ. in fin. extrà vt lit. non conte. & in c. conquerente. de restit. spol. similiter illum text. reputant valdè notabilem, & solennem dom. Alexand. & post eum dom. Ias. in dicto §. in venditione. Facit ad prædicta illud, quod decidit Paulus de Castro, in consilio xxxix. incipiente,
2 in causa capturæ Iacobi. ad finem, vbi dicit, quòd si † aliquis fuit captus non præcedẽte citatione, & sic non rite, si tamen de debito constet, quia captus confitetur, vel alio legitimo modo constet, dicta captura debet sustineri, ita quòd relaxatio minimè concedenda est. ita per d. l. fina. Imo. tamen in d. §. in venditione. dicit, quòd cõ-
3 tra d. §. fin. fortiter † obstat l. meminerint. C. vnde vi. vbi faciens exequutionem sententiæ non ritè, cadit à iure suo. Tamen ipse respondet quòd dicta l. meminerint. procedit, quando authoritate propria auctor inuadit possessionem. sed in d. l. fi. §. fina. accepit per vim compulsiuam, & sic interuenit voluntas, licet coacta. & hanc solutionem sequuntur dom. Alexander & Iason in dicto §. in venditione.

L I I.

1 *Minor confessus delictum quod aliâs non erat probatum, an sit restituendus.*

1 TV aliâs audiuisti, ꝙ † minores in delictis non subueniuntur. l. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de mino. Quid si minor xxv. annis confessus fuit in iudicio delictum, de quo aliâs probatum non erat, nunquid debet restitui in integrum aduersus talem confessionem? Certè videtur dicendum quòd non, per supradictam. l. Tamen in contrarium singulariter determinauit Angel. in l. certum. §. in pupillo. ff. de confes. vbi dicit, quòd in casu isto minor aduersus talem confessionem debet restitui, quia sua interest non esse confessum. & hoc dicit esse multum notabile & quotidianum. allegat pro hoc tex. in c. ij. cum gl. j. de in integ. resti. in vj. & ita intelligit d. l. si ex causa. §. nunc videndum. Et hoc dictum Ang. exclamat do. Alexan. in l. nam posteà. §. si minor. in pe. col. quam ipse legit sub l. ait pretor. ff. de iureiur. Pari modo pro multùm singulari refert, & sequitur do. Ias. in d. §. si minor. in ij. columna, & Alexander in consil. cxv. lib. iij. incipiente, in causa inquisitionis formatæ contra dictam Helenam, &c.

ADDITIO.

Adde Pet. Gerard. de pet. sanct. sing. lxvij. numero 2. Nicol. Boër. decis. xc. num. 5.

L I I I.

1 *Debitor perpetuò obligatus ad annuam pensionem, si neget se debitorem, an possit contra eum procedi.*

2 *Præstationes annuæ immobilibus æquiparantur.*

CRedo te nõ ignorare text. in l. à diuo Pio. §. sic quo-
1 que. ff. de re iudic. vbi dicitur, quòd † nomen debitoris mei potest capi pro exequutione sententiæ, dummodò non neget se esse debitorẽ meum. Quæritur modò, quid si aliquis debitor est perpetuò obligatus ad annuam pensionem, & negat se debitorem, an non obstante negatione sua possit contra eum procedi? Et videtur dicendum quòd non, per dict. l. à diuo Pio. Tamen in contrarium habes singulare dictum Baldi in l. etiam. in ij. colum. in versic. nunc restat. C. de execu. rei iud. vbi voluit, quòd in casu isto bene possit contra predictum debitorem, licet negantem, procedi. Mouetur, quia an-
2 nuæ præstationes † æquiparantur immobilibus. l. iubemus nulli. in prin. & ibi scribentes notãt, C. de sac. sanct. ecclesi. bonus tex. in clemen. exiui. §. cunque annui redditus. de verb. signi. Bart. & Ias. post alios, in l. sciendum. ff. qui satisd. cog. Tradit etiam Bal. ibi aliam rationem: quia creditor ratione talis annuæ præstationis dicitur habere contra talem debitorem quasi possessionem illius iuris. cap. querelam. extrà de elect. vnde ratione huius quasi possessionis potest creditor creditoris mitti in hanc quasi possessionem, sicut in rebus corporalibus. & hoc dictum Baldi dixerunt singulare & menti tenendum dom. Alexand. & post eum Iason in dict. §. sic quoque. Ideo diligenter notabis.

L I I I I.

1 *Hæres cum iusta ignorantiæ causa alienauit res subiectas fideicommisso: an valeat alienatio, num. 4.*

2 *Res restitutioni subiecta, vsucapi vel præscribi nequit.*

3 *Alienatione prohibita per legem, vel testatorem, prohibita censetur & vsucapio.*

5 *Fideicommissi particularis, & vniuersalis discrimen. Et de fideicommisso conditionali. num. 6.*

1 OPinor te sæpius audiuisse, quòd † res subiectæ fideicommisso, non possunt vẽdi, vel aliquo modo alienari. authen. res quæ. C. com. de leg. l. sed si quis. §. sed quia nostra. eo. titu. & ibi notant Bart. Bald. Ang. Pau. & Ias. l. Marcellus. §. res quæ. vbi Barto. Ang. Soci. Alexan. & reliqui. ff. ad Treb. in tantum, quòd si ille qui restituere grauatus est, delictum patraret, quo mediante omnia sua bona venirent confiscanda, interim res illæ subiectæ restitutioni, non deuenirent in fiscum. l. imperator. ff. de fideicom. liber. & ibi singulariter Barto. & Ang. Ludo. in l. si finita. ℱ. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. Ioannes And. in addi. Specu. in titu. de feud. ℱ. quoniam. versicu. xl. Similiter res subiecta † restitutioni non potest vsuca-
2 pi, vel præscribi. d. l. sed si quis. §. pen. & est ratio, quia censetur per legem nulla, & sic habetur pro non titulo. l. pater. §. Iulius Agrippa. ff. de leg. iij. tradit dom. Iason in l. filiusfamiliâs. §. diui. in prima & secunda lectu. ff. de
3 legat. j. Idem vbicunque per legem † vel testatorem prohibetur alienatio, ibidem censetur prohibita etiam vsucapio. glos. not. ad quam quotidie recurrimus, in l. vbi lex. ff. de vsuca. quam sequitur & commendat ibi Barto. Idẽ Bart. in l. fi. C. ex quib. caus. in integ. resti. non est necess. Ang. in l. j. post glo. C. de præscrip. long. temporis. Li-
4 mita tamen † singulariter illa iura in casu, videlicet quãdo hæres iustam habens ignorantiam fideicommissi, res fideicommisso subiectas, & alienari prohibitas, alienauit bonæfidei emptori: quia tunc valet talis alienatio quantum ad hoc vt res alienata retractari non possit: attamen alienans tenetur ad restitutionem pretij, seu ad æsti-

ad æstimationem ipsi fideicommissario. textus est de hoc valde singularis in l. fina. §. fi. ff. de legat. ij. de quo facit festum Barto. in l. iij. §. pen. C. com. de leg. vbi dicit, quòd ille casus est singularis, & valde notandus. Et illum text. dicunt valde singularem dom. Alexand. & Soci. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. & Pau. de Castr. & Ias. in d. authen. res quæ. in ij. colum. in princ. C. comm. de leg. Angel. in d. §. res quæ. & in l. iij. §. sed quia. in ij. colum. C. com. de leg. vbi dicit, quòd aduocatus actoris debet esse cautus, vt semper deducat scientiam alienantis, & eius in genere facta fuit alienatio, aliâs succumberet. Adde quòd aliâs Bald. in ca. quoniam frequenter. §. in aliis. extrà vt lit. non contest. dicebat quòd ille text. limitat omnes leges loquentes de materia prohibitionis alienationis. Aduerte tamen, quòd Imo. in dict. l. fin. §. fin. de legat. ij. & in l. quidam ita. §. si quis filium. ff. ad Trebel. quem refert & sequitur Alexand. in d. l. Marcellus. §. res quæ. intellexit illum tex. habere locum in fideicommisso vniuersali, prout loquitur ille §. secus, si res esset specialiter per fideicommissum relicta. allegat in simili notata per glo. in l. seruum. ff. mand. titut. genera. Item, quia dispositio d. §. fin. exorbitat à regulis iuris cõmunis positis in d. l. iij. §. sed quia. C. commu. de legat. ergo non debet fieri extensio ad alios. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrimo. ponunt dom. Alexand. & Moder. in l. si cõstãte. ff. sol. ma. Adde, quòd pro opi. Imo. bene facit,
5 quia non † militat eadem ratio in fideicommisso particulari, quæ in vniuersali: nam ex fideicommisso particulari etiam sub conditione relicto, dominium ipso iure transfertur adueniente conditione. l. Sempronius Attalus. ff. de vsufruct. lega. secus in fideicommisso vniuersali, ex quo non transfertur dominium ante restitutionem verbalem, sed remanet penes hæredem. l. facta. in prin. ff. ad Treb. vnde difficilius debet impediri translatio dominij ex fideicommisso vniuersali, quàm ex fideicommisso particulari. argu. notatorum in l. filiusfamiliâs. §. diui. de legat. j. & in l. ea lege. C. de cõdi. ob cau. vbi translatio dominij impeditur per vltimam voluntatem, ex quo per eam potest dominium ipso iure transferri. Secus per contractum, quia ex eo dominium sine
6 traditione non transfertur. Secundò, singulariter † illũ text. limitat Imo. in dict. §. si quis filium. procedere in fideicõmisso cõditionali, secus in fideicõmisso purè relicto. per ea quæ in simili notat gl. in d. §. si quis filiũ. dum respõdet ad l. fi. C. cõmu. de leg. & hanc limitationẽ tanquã singu. sequitur etiã Alex. in d. §. res quę. licet Pau. de Cast. in d. §. sed quia. & Soci. in d. §. res quæ. sequut⁹ Pau. de Castr. tenuerint contrarium. Tamen non videtur firmare pedes. & prædicta notabis, quia satis notabilia & quotidiana sunt.

L V.

1 *Lege vel statuto disponente standum esse iuramento alicuius pro plenaria probatione, an contra iurantem admittatur probatio in contrarium. & nu. 2.*

3 *Veritati standum potius quàm sacramento.*

1 TV habes gloss. singularem in l. ij. §. si absens. ff. si ex nox. cau. agat. ex qua colligitur, quòd licet lex, † vel statutum disponat, quòd confessioni vel iuramento vnius stetur in præiudicium alterius, intelligitur, nisi ille vellet probare contrarium. & illam gloss. ad hoc reputat singularem, & dicit non reperiri alibi Pau. de Castr. ibi, pro qua secũdum eum facit, quòd si statutum disponat, quòd de maleficio reperto per familiam potestatis stetur relationi familiæ, vel stetur relationi factæ à syndico communitatis, quòd hoc intelligendum est, nisi contrarium probatum fuerit, quamuis verba statuti intelligi debeant cum effectu. l. j. §. fin. ff. quod quisque iuris. & sic videatur, quòd non admittatur probatio in cõtrarium. Corroboratur ex eo, quòd licet lex dicat standum esse instrumento publico. l. cum precibus. C. de probatio. & etiam idoneis testibus. l. in exercendis. C. de fide instrument. attamen admittitur probatio in contrarium: vt in capitul. cùm Ioannes. extrà eodem titulo. Adde etiam,
2 quòd licet † lex dicat ignorãtiam probari per iuramentum, capitul. vt circa. §. super huiusmodi. & ibi gloss. not. de election. in sexto. & capitul. nulli. eodem titul. tamen contrarium probari potest: secundum Bartol. in l. si cui. §. iisdem. de accusationib. ff. Item dicebat aliâs Ang. in
3 l. qui vas. in princip. ff. de fur. quòd licet † ex dispositione iuris communis, vel censuræ municipalis, de æstimatione furti, vel robariæ, stari debeat sacramento furtũ, vel robariam passi, si tamen accusatus probat de æstimatione vera, non est standum sacramento, sed veritati. Idem voluit, si standum est sacramento saltuarij super damno, quia probata veritate receditur à sacramento. Quæritur modò, si lege, vel statuto cautũ esset, quòd pro plenaria probatione stetur iuramẽto, vel dicto alicuius, an tũc admitteretur ꝓbatio in contrariũ? Videretur dicendũ ꝙ sic, per prædicta. Tamen in contrariũ habes gl. singularem in clem. j. in verbo, fecisse narramus. de probat. vbi dicit, quòd hoc casu non admittitur probatio in contrarium, quia tunc habet præsumptionem iuris & de iure. & illam glossam dixerunt singularem Ludo. Roma. & Alexand. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infecto. Adde Alexand. & Iason. in dict. l. ij. §. si absens. si ex noxali causa agatur. vbi illam reputant etiam singularem. & hoc est vtile pro priuilegiis, quæ multoties concedi solent istis Hebræis fœnerantibus, in quibus continetur, libris eorum stari debere, & quòd plenariam faciant probationem: vt tradit Roma. in l. si duo. ff. de acquirenda hæreditate. Idem dicas, si statutũ diceret plenissimam probationem, quia idem operaretur: vt habetur ex notatis per gloss. in clem. j. in verbo, omnimodam de foro competenti. & sic habes singularem limitationẽ ad prædictam regulam, quam diligenter notabis.

L VI.

1 *Homini fide digno an credendum. & num. 3.*

2 *Filius non tenetur credere patri asseueranti in testamento se debere cuiquam, in præiudicium legitimæ.*

4 *Famulo solito mitti ad tales causas, credens, excusatur, si ille fugam arripuerit.*

1 SCio te aliâs † vidisse doctrinam notabilem Bart. in l. j. in fi. ff. de eo, per quem fact. erit quo. quis in iud. sist. cum qua pertranseunt ibi Docto. vbi dicit, quòd si tu nuntias mihi, quòd aliquid tibi faciam, vel annunties aliquid aliud quod sit mihi præiudiciale, non teneor tibi credere, nisi certum me reddas instrumento, vel testibus. l. si quis inficiatus. ff. deposi. l. quod te. ff. si certũ pet. l. qui in alterius. & quod ibi notatur. ff. de reg. iur. Pro quo facit, quod voluit Spec. in tit. de citatio. §. sequitur. post prin. vbi dicit, quòd quis non tenetur credere aduersario suo asserenti se appellasse à sententia, nisi instrumentum appellationis ostendat. Idem voluit Archi. in cap. quã magnum. xxij. q. iiij. Can. in clem. causam. de appel. Adde, quod singulariter voluit Bart. in l. quidam decedens. §. fi. ad fi. ff. de adm. tut. vbi dixit, ꝙ si relatum fuit mihi, quòd sum relictus tutor pupillorum alicuius, non debeo ei fidem adhibere. l. j. ff. quod fal. tut. autho. vnde modus est secundum eum, quòd ostendatur instrumentum testamenti, vel mihi fides fiat per personas, quæ dicant se vidisse testamentum, adeò quòd si non credam, sit ignorantia supina. d. l. si quis inficiatus. ff. deposi. Accedat, quod voluit Bart. in l. cùm quis decedens. §. codicilis. in j. colũ. in fi. ff. de lega. iij. ex qua colligitur, quòd
2 etiam filius † non tenetur credere patri asserenti in testamento se esse debitorem alicuius, in præiudicium legitimæ, aliâs filij de facili possent fraudari legitima sua. Idem voluit Spec. & Ioan. And. in titu. de confes. §. nũc videndum. ver. sed nunquid patris. Ant. de Bu. in capit. quamuis. in iij. colum. de re iudic. Alex. consil. cccciiij. incip. habita super his, de quibus. in vlti. colum. & in cõ-
3 sil. xxvj. in ij. volu. Quæritur † modò, quid si aliquis homo fidedignus retulit mihi aliquid sine instrumento, vel testibus, an debeam sibi fidem adhibere? Videretur dicendum quòd non, per ea, quæ dicta sunt. Tamen in contrarium habes glo. singularem in l. Titio fundus. in glo. mag. super verbo, actiones, quam ad hoc no. Bartol. ibi. ff. de condi. & dem. & illam glo. dicunt valde nota-

bilem Ang.& Alexand.in l.j.ff.de eo, per quem fact.est. vbi do.Iaſ.poſt eos illam reputat ſingu. Et per illam glo. dicit notanter Bald.in l.indicia.colum.ij.C.de rei vend. quòd dictum notabilis viri, inducit iuſtã credulitatem, ita quòd ex ea cauſari poſsit titulus ſufficiens ad præſcribendum. Ideò ſi audiuit à patre, qui erat vir notabilis, qualiter talem fundum emerat, ex hoc cauſatur iuſta credulitas,& ſic titulus habilis ad præſcribẽdum. Idem voluit Bartol. in l. Celſus.in ij. colum. ff. de vſucap. pro emptor.& Ant.de Butr.in cap.ſi diligenti. de præſcript.

4 Aliam † notabilem limitationem non omitto, videlicet, quòd quando quis credit famulo ſolito mitti ad tales cauſas, tunc excuſatur, dato quòd famulus ille fugam arripuerit.argu.l.ſi mea cauſa.§.fina. ff. commo. quod ſingulariter limitabis procedere in ſpeciebus: ſecus in quãtitatibus. Ideò ſi debeo tibi decem ducatos, & illos bona fide numero famulo tuo, quem ſolitus es mittere, licet ille aufugiat, non ſum liberatus. Ita Bartol.in l.ſi procuratori.in iiij. colum. in fin. & poſt eum Iaſon ibi. ff.de condi.cau.dat.Pau.in l.argentum.ff.commo.Bar.& Angel.in l.ſi finita.§.ſi iam ruerunt.ff.de damn.infect.Nonnullos alios caſus quibus excuſatur quis, quando credulus fuit, ponit Angel.in dict.l.j.de eo, per quem fact. eſt. quos conſultò miſſos facio vt breuitati conſulam. Tu eum videas.

L V I I.

1 *Incendium factum præſumitur culpa inhabitantium. Limit. num.4.*

2 *Conductor qui domum conduxit conſumptam incendio, an teneatur.*

3 *Conductor non tenetur niſi de lata & leui culpa.*

5 *Diligentia extinguit præſumptionem culpæ.*

1 INcendium (vt noſti) præſumitur † factum culpa inhabitantum.l.ſi vendita.in princip.in verbo, cùm incendium ſine culpa.ff.de per. & com.rei vendi. l. qui inſulã. §.fin.& ibi Bart.no.ff.loca.l.iij.& ibi Bart.ff. de offi.præfect.vig.Bal.in l.ſi creditor.C.de pign. act.

2 † Quæro modò de quotidiana & contingente difficultate. Cõductor domum conduxit, quæ incendio conſumpta fuit, an teneatur de prædicto incendio? Certè videtur dicendum quòd ſic, per prædicta iura. & hanc opinionem tenuit Imo.in l.ſi domus.ff. de lega.j. vbi dicit, quòd locator in caſu iſto habet intentionem ſuam fundatam contra cõductorem: quia incendium (vt dixi) præſumitur factum culpa inhabitantium, niſi conductor ipſe probet incendium abſque ſui culpa, vel ſuorum, pro quibus tenetur, proceſsiſſe.& hanc opinio.dicit ipſe, videtur tenere Bar. in l.ſi quis ex argentariis.§. prætor ait. ff. de eden. Idem voluit Saly.in l.ſi creditor.C.de pign.actio.In contrariũ

3 facit, quia † conductor non tenetur niſi de lata & leui culpa.l.contractus.ff.de regu. iuris. vbi Deci. & alij notant.l.ſi vt certo.§.nũc videndũ. ff. commo.& culpa quæ præſumitur ex incendio, eſt leuiſsima: vt tradit glo. ſingularis in §.præterea.Inſtit.qui. mo.re con. oblig.vnde conductor non debet teneri. & hanc opinionem tenuit Alexan. in dict. §. prætor ait. vbi exclamat dict. gloſſ. & poſt eum do. Iaſon ibi. & illam glo. ad hoc notant & reputant ſingularem Bald. & Salyce. in l.quæ fortuitis. in vltim.colum.circa finem.C.de pigno.Adde, quòd Alex. & Iaſ.in dict.l.ſi domus.dicunt illam glo.ſingularem. Idem Iaſon in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.in penul. colum. & iſta eſt magis communis opinio: vt refert Curt.in l.dominus horreorum.ff.loc.in ij. colum.in fin. Et ſi fortè diceretur, quòd ſaltim ex lege Aquilia teneri debet, in qua venit leuiſsima culpa. l. in lege Aquilia.in princ.ff.ad leg.Aqui.Ad hoc reſpondet do. Alexã. in dict.§.prætor ait.& in dict.l.ſi domus. ex mente gloſſ. in l.ſi mora.ff.ſol.mat.quòd arg.procedit, quando culpa leuiſsima fuiſſet commiſſa in faciendo, ſecus ſi in negligendo diligenter cuſtodire: quia tunc non procedit d. l.in lege Aquilia. Adde quòd idem voluit Bart. in rep.l. quod Nerua.verſic.idem quæro, vtrum culpa leuiſsima. ff.depo.Bald.in l.pignus.C.de pigno.actio. Salyce.in l.ſi nulla.in fin.eo.titu. Non obſtat quod dicebatur, quòd

4 incendium præſumitur † factum culpa inhabitantium: quia dico quòd intelligitur de leuiſsima: vt dicit gloſſ. in dicto §.præterea. quam ſequuntur prædicti doctores. Opinio tamẽ Imo. poſſet procedere in commodatario, qui tenetur de leuiſsima culpa. l. in rebus. in princip.ff. commo. & in conductore in caſu quo tenetur de leuiſsima culpa, prout loquitur text. in l. qui mercedem. & ibi notatur.ff.loca. & in iſtis terminis debet etiam intelligi doctrina Barto.in dicto §. prætor ait. prout intellexit etiam do.Alexan.& poſt eum do.Iaſ.ibi. Non omitto illud, quod notanter dixit Bald. in quodam ſuo conſil. cxj.incip.quidam Riſtorus de Corneto. in v. volumi. vbi dixit, quòd ſi ille qui habitabat in domo, erat vigil, & diligens, ſi alia indicia contra eum non appareant, nõ

5 tenebitur † de incendio: quia diligentia ſua extinguit præſumptionem culpæ: argumen.l. non omnes. §. à barbaris.ff.de re milit.l.argentum.ff.commoda. & hanc deciſionẽ Bald. ſequuntur Alexand. & Iaſon in locis præallegatis.vide etiam ad materiam multa per Hippol.l.j.C. ad leg.Cor.de ſica.

L V I I I.

1 *Pœnitentiæ non eſt locus in permutatione, quando permutatur vna ſpecies cum alia.*

2 *Pœnitentiæ quare non ſit locus in contractibus.*

3 *Permutatio eſt contractus, qui rei interuentu perficitur.*

1 COntractus permutationis † eſt contractus innominatus.l.j.C.de rerum permutatio.vbi Barto. Bald. Ange.& Salyc.l.j.ff.eodem titu.glo.Barto.& Bald.in rubric.C.eodem.& dicitur innominatus, quia permutatio eſt nomen generale, comprehendens omnem contractũ, ex quo hincinde aliquid datur: & cùm in eo detur certa ſpecies pro alia certa, caruit ſpecifico nomine: quia plura ſunt negotia quàm vocabula.l.naturalis.ff.de præſcriptis verbis.vnde cum retineat nomen ſui generis, dicitur innominatus, ſcilicet nomine ſpeciali. ita dicit gl. communiter approbata in dict.rub.C. de rerum permutatio. quam Bart. Bald. & reliqui ibi ſequuntur. Bartol. etiam & cæteri ſcribentes in l. iuriſgentium. in princip. ff.de pactis. & in contractibus innominatis locus eſt pœnitentiæ.l.ſi pecuniam.& ibi omnes ſcribentes.ff.de cõdict. cauſ.dat. intantum, quòd talis pœnitentia locum etiam habet in hærede, cùm cenſeatur eadem perſona cũ defuncto.authent.de iureiuran. à mor. præſti. in princi. iuncta.l.j.C.vt acti.ab hæred. & ratio quare in dictis cõ-

2 tractibus † ſit locus pœnitentiæ, aſsignatur, quia ſicut ſunt debiles in obligatione inducenda, quia ſolo cõſenſu non producunt obligationem efficacem, ita & in obligatione retinenda ſunt debiles. Ita glo.in dicta l. ſi pecuniam. De iure verò canonico non eſt locus pœnitentiæ, niſi quando aduerſarius fidem non ſeruaret. ita voluit Bald.in dict.rubri. C.de rerum permutatio. allegat cap.cum inter.iuncta gloſſ.extrà de electio. Idem voluit Ange.in l.traditionibus. C.de pactis.& Bal. in l.cũ quis. C.de iur.& fact.ignor. & in l.ſiue apud acta. C.de tranſactio. & hanc partem tenuit etiam Alexand. in dict. l.ſi pecuniam. Mouetur ipſe, quia de iure canonico ita oritur actio ex nudo pacto, ſicut ex ſtipulatione. cap. j. de pactis. Sicut ergo quando in contractibus interuenit ſtipulatio, non licet pœnitere.l. ex placito. C. de rerum permutatio. ita debet eſſe de iure canonico, quando initus eſt contractus innominatus per pactum: ſed de iu-

3 re ciuili licita eſt pœnitentia: † quia permutatio eſt cõtractus, qui non ſolo conſenſu, ſed rei interuentu perficitur.dict.l.ex placito. notat Bald.in dict.rubr. C.de rerum permutatio. Limita tamen hoc ſingulariter in vno caſu, videlicet, quando eſſet conuentum de permutãdo rem, quæ eſſet expoſita venalis: quia tunc non eſt locus pœnitentiæ.de hoc habes text. valde ſingularem in dict. l.j.C.de rerum permutatio. Et ratio iſtius fallentiæ eſt, quia ex quo habebat rem venalem, aſſumit naturam cõtractus nominati: vt dicit text. in dict. l.j. & Imo.in l.Ariſto.de donatio. Alexan.& Iaſon in dicta l.ſi pecuniam. & illum textum in dict.l.j.reputãt ſingularem ad hoc, & dicunt non reperiri alibi in iure Bart. Bald. Ange.& Salyce.ibi.

lyce.ibi. Bald. in l.ij.C. de condi. ob cau. Imo. in dict.l. Aristo.in fin. Adde, quòd illum text. dicunt etiam singularem Ang. in l. sciendum.§.deinde.ff.de ædil.edict. Bar. in dict.l.j.ff.de rerum permutatio. Alexand. & post eum Ias.in dict.l.si pecuniam.Iason in l.si eum.§. qui iniuriarum.in vltim. colum. ff. si quis cautio. Idem Iason in §. actionum.in xvj.colum.in fin. Institut. de actio. & Ang. in l. pretij causa.ff.de rescinden.vend.

LIX.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an habeat locum in confessione facta in vltima voluntate: vel quando confessio est geminata. & numero 2.4.5.*

3 *Exceptio simulationis quando possit opponi.*

1 APertissimi iuris est, quòd † si quis confitetur in instrumento publico, vel priuata scriptura, se recepisse mutuum, quod non recepit, infra biennium efficaciter conueniri nō potest: quia obiicere potest exceptionem non numeratæ pecuniæ. l. in contractibus. l. si ex cautione. etiam ibi scribentes notant. C. de non numerata pecunia.§.j.Institu.de litera. obligatio.& ibi Bald. Areti.Ioan.de Platea, & cæteri scribentes post eos, plenissimè notant. Imò plus voluit notanter Barto. in dict. l.si ex cautione.in ij.colum. quòd si aliquis confitetur in instrumento se recepisse x. nō spe futuræ numerationis, sed quia recepit, quòd talia verba non obstabunt, quin possit prædictus debitor opponere exceptionē non nu-
2 meratæ pecuniæ. Adde, quòd etiā † quòd quis esset obligatus in instrumento guarentigiæ, in quo continetur præceptum tabellionis, quod emanat per modū voluntariæ iurisdictionis in confessum, quòd tunc prædicta exceptio opponi potest, ex quo præceptum illud venit in consequentiam confessionis mutui. vnde intantum se extendit præceptum, inquantum suum principale. & hoc intellige, nisi statuto cautum esset, cōtra tale instrumentum exceptionem non numeratæ pecuniæ opponi non posse. ita Cyn. & Bald. in dicta l. in contractibus.in fin.princip.C.de non numerata pecu. Similiter, si recipiens mutuum iurasset se recepisse, adhuc excipere potest, per text.in l.fin.C.de nō numerata pecu. Et hoc casu non est necessaria absolutio: vt declarat Bald. ibi, & hoc ex eo, quia in iuramento inest tacita conditio, si mihi fidem seruaueris.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.& creditor qui non numerat, non seruat debitori fidem.l. si voluntate. C.de dot.promis.& hoc intellige verum, nisi iuramentum esset oppositum veritati, non solutioni: vt quia iurat debitor verè numeratum: quia tunc exceptio opponi non potest, secundum Bald.& Salyce.in di-
3 cta l.fin. Non omitto, quòd talis exceptio † opponi potest, etiam quòd esset statutum in ciuitate, quòd contra instrumentum confessionatum nulla exceptio opponi possit, nisi exceptio solutionis, & simulationis: quia quādo promittitur aliquid spe futuræ causæ posteà non sequutæ, tunc potest opponi exceptio simulationis: & exceptio non numeratæ pecuniæ est quędam species simulationis, & ideò videtur quòd opponi possit. ita Bartol. & latius Bald. post eum in l.ij.C. de postulā. & Bald. e-
4 tiam in l.pecuniæ.C.de solu. Quæritur modò, quid † si aliquis in testamento suo confitetur se mutuò recepisse decem ab aliquo, an tunc infra biennium possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ? Certè videtur quòd sic, per suprà dicta. In contrarium habes glo. singularem in l.j.C.de fal.cau.adiect.leg.quæ vult, quòd tali casu prædicta exceptio opponi non potest, quia tūc non sperat futuram numerationem, cùm sit in extremis constitutus: sed ob præcedens meritum facit. Et illam glosam sequuntur ibi Bart.Bald.& cæteri. Adde, quòd illam glosam dixit singularem, & vnicam in iure, Bald. in cap.in literis.de præsumpt. & eam sequitur Baldus in l.fin.C.de non numerat.pecuni.Cyn.& Salyc. in l.in cōtractibus.in princ.C.eo.titu.Felin.in ca. si cautio. extrà de fid.instru.Bald.Instit.de liter.oblig. Et illam gloss.reputat etiam singularem Bald. in titu.de pace constan.in verbo, vassalli.in fin. Secundò limita singulariter, vt per Abb.in dict.ca.si cautio.in fin. de fid. instrumen. vbi di-
5 xit, quòd si confessio fuerit † geminata ex interuallo, tunc prædicta exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non possit. allegat notata per Barto.in l.cùm scimus.C. de agric. & cens.lib. xj. vbi dicitur, quòd vbi confessio ex defectu voluntatis non præiudicat, tamen si fuerit geminata valet. Adde quòd idem ante eum voluit gloss. singularis in d.l.in contractibus.§. sed quoniam. in fine.in verbo penitus.C.de non numer.pec.quam Bald.& Ang. ibi sequuntur.& illam glo.reputat singularem Roma. in l.si verò.§.de viro.in xxxj.fal.ff.solu. matri. Idem voluit Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de don.int.vir. & vxo.in rubr.ad fin.& Iason in l.& si post tres.ff. si quis cautio.& Hipp.de Marsil.in l.j.§.quæstioni.ff.de quæstio. pro quibus facit, quod voluit Butr.in repet.c.per venerabilem. qui fil.sint legit.vbi dicit, quòd licet naturalis filius regulariter excludat substitutum. l. cùm pater.§. volo. de legat.ij. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff.ad Trebel. ca.in præsentia.extrà de prob.tamen si per testatorem fuerint geminata ista verba, sine filiis legitimis, & naturalibus, ex suo corpore descendentibus, tunc substitutus nō excludetur. Adduco etiam quod voluit Bal. in l. apud antiquos.in ver.item quæro.in fin.C.de fur. vbi ponit vnā notabilem limitationem ad l. respiciendum.§. furta. ff. de pœn.quòd licet furtum domesticum nō sit vindicandum, nec pro eo admitti debeat accusatio circa viliora: tamen si mercenarius hodie furatur vnam rem domino, & cras aliam, & ita in multis vicibus multas res furatur, potest conueniri furti: secundum Odofr.& Nic.de Mattha.ibi.argu.l.nemo. in fi. C.de episco. aud. & l.capitalium.§.grassatores.ff.de pœn.

LX.

1 *Cedens iura sua alicui, contra debitorem suum ob aliquam causam, quæ posteà sequuta non sit, an nihilominus cedens poterit agere contra cessionarium.*

2 *Intellectus ad l.iii.C.de nouat.*

1 CRedo te aliàs vidisse † text.in l.iij.C. de nouatio. vbi dicitur, quòd ille qui cessit iura sua alicui aduersus debitorem suum, tamen non obstante cessione, quia apud eum remanserunt directæ actiones, potest agere aduersus debitorem suum, & debitor soluēdo liberatur, nisi in tribus casibus ibi enumeratis: videlicet quando cessionarius esset litem contestatus, vel si partem debiti suscepisset: aut si denuntiauerit debitori ne solueret. Quid, si aliquis cessit iura sua alicui contra debitorem suum, ob aliquā causam, quæ posteà adimpleta nō fuit, an nihilominus iste cedens poterit agere aduersus cessionarium etiam in casibus exceptuatis in d.l.iij. Dicas
2 † quòd sic: quia dict.l.iij.intelligitur, quando cessio esset facta simpliciter: secus, si ob certam causam. & ista est singularis limitatio, quæ colligitur ex text. l. pacto successorum.in fi.C.de pact. vbi habes text.& exēplum, videlicet quòd si debitor moriatur relictis pluribus hæredibus, qui inter se conueniunt, quòd vnus satisfaciat creditoribus, & solus exigat debita hæreditaria, & ob hoc tradiderunt sibi instrumenta, si hæres posteà non satisfaciat creditoribus, licet per consignationem instrumentorum cohæredes intelligantur trāstulisse actiones in ipsum.l.j.C.de donatio.notat Bald.in l. fi. C. quand, fisc.vel priuat.Bal.& Imo.in l.Mæuia.in prin.ff.solu.matri. tamen poterunt prædicti hæredes agere ad restitutionem instrumentorū: quia cessio fuit facta ob illā causam, vt ipse solueret creditoribus, & quia nō fuit impleta, poterunt recuperare chirographa, seu instrumenta. Et illum text. reputant singularem ad limitationem d.l. iij.Salyce. Alexand. Curt. Sen.Iason, & Deci. in d.l.pacto.C.de pact. Secundò notabiliter limita d.l. iij. quòd non habeat locum, quando primus cessionarius cessit actiones suas secūdo cessionario: quia si debitor primo cessionario soluerit, post cessionem factam secundo, non liberabitur aliquo modo: quoniam apud primum nullæ remanserunt actiones directæ vel vtiles, postquam cessit alteri: vt notatur in l. ex asse. ff. ad Trebel.& in l. emptor.C.de hæred.vel actio.vendit. Ita notanter limi-

tat Bart.& post eum Alex. in d.l. ex asse.in iij. colum. in princ.ver.ex quibus infert Bart.hic, &c.

L X I.

1 *Fructus percepti per creditorem,si adhuc extant, an computandi sint in sortem.& nu.2.*

3 *Fructus in sortem qui compensare vult,quid facere debeat.*

4 *Fructus etiam non consumpti,in sortem computantur. Et quãdo hoc procedit.nu.5.*

1 FRuctus perceptos † per creditorẽ ex re pignori data, sortem extenuare manifesti iuris est.l.j.& ij.C.de pign.actio.l.j.C.de distract. pigno.l.si dominium. C. de pign.& Hippo.c.j.extrà de vsur. Hinc notanter dicebat aliâs Baldus in rub.C.de contr.emption.in xv.quæstion. quòd si mandaui alicui vt nomine meo emeret mihi fundum, & de pecunia sua pretiũ soluit, & tãto tẽpore prædictum fundũ possedit,quòd fructus ascendunt ad quantitatem pretij, quòd prædicti fructus sortem seu pretiũ absorbebunt iure tacitæ compensationis, adeò quòd prædictum fundum consequar absque aliqua solutione pecuniæ. Imò plus voluit Bald.in d.l.j.C.de distr. pign. in prin.quòd etiam si intercesserit pactum, quòd creditor lucretur fructus pignoris pro vsuris,quòd tale pactũ non valet,& fructus debent in sortem cõputari, præterquàm si essemus in casibus c.conquestus. & cap.salubriter. de vsur. vbi vsuræ etiam de iure pontificio permissæ sunt, licet olim ante ius canonicum tale pactum permittebatur.l.j.§.pacto.& ibi glo.not.ff.de pigno.Quæritur modò,quid si aliquis accepta pecunia,pignorauit aliquem fundum,& fructus adhuc extant,ãn prædicti fructus computari debeant in sortem? Certè quilibet diceret,quòd sic,per supradicta.Tamen in contrarium habes glo.notabilem in l.diuortio.§.ob donationes.in glo. super verbo, compensationes.ff.solut. matri. ex qua col-
2 ligitur, † quòd ita demum fructus computantur in sortem, quando sunt consumpti: tunc enim extenuant sortem ipso iure:vt est text.not.in d.l.j.C. de distr. pigno.& not.Panormit.in d.cap.j.in ij.notab.de vsur.intellige tamen opposita compensatione ab homine: vt dicit gloss. in d.l.j.de distr.pign.C.quam Bald. & Salicet.ibi sequũtur.Secus autem esset, si dicti fructus non essent cõsumpti,quia tunc sortem non extenuant, nec in sortem computantur, quia de specie ad quantitatem non fit cõpensatio.l.si conuenerit.ff.de pign.actio.not.glo. & scribentes in d. §. ob donationes. nisi quando species esset ad quantitatẽ reducta,quod aliquando euenit,prout quando species quæ debetur, est aliena, & dominus non vult illam vendere,vel vult vendere nimis magno pretio, tũc in locum speciei succedit quantitas: vel quando aliqua iusta causa subesset. iuxta text.notab.in l.si domus.§.qui confitetur.& ibi latè traditur ff.de leg.j. ita notanter voluit Ioan.Fab.in §.in bonæ fidei.Institut. de action. Et ꝙ prædicti fructus extantes in sortẽ non imputentur, probatur etiam ratione: quia ante consumptionem nõ sunt in dominio creditoris,sed ei pro debito sunt obligati.l. iij.C. in quib.caus. pign. tacit. contr.l. Paulus.§.j. ff.de pigno.& sic non possunt extenuare sortem: vt not. Bald. & post eum Salic. in d.l.j.C.de pign.act. Hinc est, quòd
3 † aliâs Bald. in l.quamuis. C. in quibus caus.pign.tacit. contrah.dicebat, quòd ille qui vult compensare fructus in sortem, debet articulare fructus consumptos esse, aliâs non compensarentur, sed loco pignoris tenerẽtur: hoc de fructibus naturalibus intelligere debemus.Sed si fructus consisterent in pecunia, vt pensiones domorum, statim esset extenuatum debitum. facit d.l. si cõuenerit. in princ.ff.de pign.actio. Et istam differentiã inter fructus consumptos, & non consumptos, facit etiam Cyn. post Franc.Accur. in d.l.j.C. de pigno. actio. quos referunt & sequuntur Bald. & Salic. ibi.Bald.in l.si.e.titu.& in d.l.quanuis. & Petr. de Ancha.in d.cad.j.de vsur.& ibi do.Abb.in ij.no. Anton.de Butr.in c.ad nostram.j.de iureiur.Alexand.in d.§.ob donationes. Aduerte tamen, quòd aliquando licet fructus non sint consumpti, tamẽ
4 † in sortem computantur, & hoc quando recipiunt functionem cum debito,& ideò si mutuaui tibi cẽtum, pro quibus pignorasti mihi prædium, ex quo percepi frumentum:certè istud frumẽtum non extenuabit sortem, cùm non recipiat functionem cum debito, ex quo non est eiusdem generis, nisi sit consumptum, vel venditum, quod potest creditor facere, quando deterioratur tempore. ita Bald. & Salic.in d.l.j.de pign.actio. Non omittam etiam aliud, quod est satis notabile ad aliud quod in princip.dixi, quòd fructus percepti computantur in
5 sortem,quòd † illud non procedit quãdo res fuit pignorata pro tanta quãtitate, quòd verisimiliter non est spes luitionis,quia tunc creditor facit fructus suos,& eos lucratur tanquam ex re propria, quia tunc videtur rem exiuisse potestatem & dominium debitoris, & iudicatur prout de rebus quæ spectant ad creditorem pleno iure.text.est singula. in l.qui habebat.in princip.ff.de legat.iij.ita notanter dixit Alex. post Iac. de Aren.& Imo. in l.j.§. per seruum corporaliter.in fin.ff.de acqui.pos.

L X I I.

1 *Mulier si in dotem fundum dederit æstimatum, & æstimatio non respondeat valori, an eò censeatur facta venditio ipsius fundi?*

1 AEstimatio rei † datæ in dotem in dubio facit emptionem.l. quoties. & l. cùm dotem. C.de iure dotium.glo.magistra & communiter Doctores in l. si inter virum.eo.titu.volunt Bald.Salic.Alexand.Iason & Dec. in l.ex conuentione. C.de pact. Bald. & Salicet.in l.j.C. com.post Cyn.ibi.Bart. in l.si vt certo. §. nunc videndũ. ff.eod.titu. Quæritur modò, quid si mulier dedit fundũ in dotem æstimatum,& pretium seu æstimatio non correspondet cum valore ipsius fundi, putà quia multum excederet valorem ipsius fundi,vel econtrà minimum esset,an in casu isto censeatur facta venditio? Dicas quòd non. Ita singulariter voluit Bald. in l.j.in iij.q.C. commoda.Aret.in consil.lxxxiij.quod incipit,diligenter põderatis. Bald.& post eum Salice. in dict.l. ex conuentione.per glo.singularẽ in l.j.§.j.in prin. ff. de super. vbi singulariter dicit,quòd ex quantitate æstimationis, & pretij,declaratur & discernitur venditio. & illam gl.ad hoc dicunt valde singularem Cur. Senior, & post eum Iason in d.l.ex conuentione. Aliam singularem limitationem habes ad prædicta iura,quæ dicunt, quòd æstimatio rei dotalis faciat emptionem,videlicet vt procedant,quando maritus est soluendo:quia si non esset soluendo, competeret ipsi mulieri vtilis rei vendicatio rei æstimatæ, & posset illam à quocunque possidente vendicare. Ista est glo.quam approbant Bald. & Salic. & communiter doctores in l.in rebus. C. de iur.dot. quæ allegat text.in l. vxor marito.ff.de donatio.inter vir.& vxo. Idem voluit Bald. & Salic.in l.interest.ad fin.C.de vsufruct. & Imol. in l.æstimatis. in princ.ff.solu. matr. & scribentes in d.l. ex conuentione. vbi referũt hanc limitationem pro valde singulari.

L X I I I.

1 *Pœnitentia an habeat locum, quando simpliciter tibi dedi decem, deinde inter nos conuenit vt meo nomine aliquid facias.*

2 *Contractibus innominatis sola oblatio non habet vim implementi.*

3 *Regula, quòd in contractibus innominatis locus est pœnitentiæ, quando procedat.*

1 IN contractibus † innominatis locus est pœnitentiæ. l.si pecuniam.vbi Bart.Pau.Alexand.& Iason notant. ff.de cond. caus. data. & rationem assignat gloss. magistra ibi,quam sequitur Bartol. & alij in d.l.si pecuniam. quia prædicti contractus sunt debiles in obligatione cõtrahenda: patet: quia solo consensu non producunt obligationem efficacem:ita & in retinenda. Hinc est,quòd in contractibus innominatis, si conuentum sit de dãdo, non tenetur præcisè dare, imò soluendo interesse liberatur.notat gloss.in l.j.C.de senten.quæ pro eo,quod inter.& plenius Bart.in l.stipulationes non diuiduntur.in xj.oppo.j.partis prin.ff.de verbor.obligat.cùm aliâs obligatus ad dandum, teneatur præcisè dare. §. sic itaque. Institut.de actio. Similiter videmus, quòd in contractibus

2 bus † innominatis, sola oblatio non habet vim implementi: vt ea mediante agi possit, prout dicit gloss. singularis in l. iurisgentium. in prin. in glo. magna, in verbo, aliquid facias. in fin. ff. de pact. Et tamen in contractu nominato sola oblatio facit vt quis possit efficaciter agere. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Quæritur modò, quid si dedi tibi decem simpliciter, deinde ex interuallo conuenimus inter nos, quòd pro illis decem petas Capuam pro me, an sit locus pœnitentiæ, quemadmodum
3 disponunt prædicta iura? Dicas † quòd non: quia regula illa, quæ dicit, quòd in contractibus innominatis locus est pœnitentiæ, procedit, quando tempore dationis celebratus fuit contractus innominatus. secus, si ex interuallo, prout fuit in casu nostro. Ita dicit glo. singularis in l. si cùm fundum. in glo. prima, & ibi clariùs Bart. Fulgo. Pau. & communiter alij. ff. de pactis. & illam glossam ad hoc reputant singularē Paulus de Castro, & post eum do. Iason in d. l. si pecuniam.

LXIIII.

1 *Filiusfamiliâs non potest comparere in iudicio sine patris consensu, potest nihilominus iudicis officium implorare. & numer. 4. & 5.*

2 *Res quando dicatur tractari in iudicio, & forma iudicii.*

3 *Conuentus, qui irrequisito abbate agere non potest, rescriptū tamen potest impetrare.*

1 NOn potest † filiusfamil. esse in iudicio sine consensu patris. l. fin. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. & ibi Barto. Bald. & Salic. notant. capitu. fin. & ibi Gem. post alios de iud. in vj. intantum, quòd aliâs singulariter dicebat Bald. in l. nec quicquam. §. de plano. versicu. sed nunquid. colum. fin. ff. de offic. proc. & lega. quòd nec etiam in causis summariis, & executiuis filiusfamilias potest esse in iudicio absque consensu patris. Sequitur Alexan. in consilio lviij. in ij. volu. incip. viso processu causæ tam principalis &c. in j. colum. Quæro modò, aliquis implorat officium iudicis extra ordinem, & sic non in figura iudicij, prout est, quando aliquis agnoscit bonorū possessi. an hoc casu requiratur consensus patris? Dicas quòd non. De hoc habes gloss. singularem & communiter approbatam in l. j. super verbo, ignorante. secūdum vltimam responsionem. C. qui admit. quam ad hoc reputant singularem Ang. ibi, & Rom. in repetitio. rub. ff. de arbitr. & illam glo. multùm commendat Bartol. in d. l. j. & dicit eam menti tenendam. Adde, quòd illam glo. dixit singularem do. Iason in d. l. nec quicquam. de offic. procōsu. in antepenult. colum. & in l. cùm filiusfamiliâs. in j. colum. ff. si cert. petat. & prædicta intellige, antequā in iudicio admittatur aliquis contradictor. iuxta notata in l. iij. ff. de bon. poss. aliâs cōtradictore admisso, requireretur consensus patris: quoniam tunc res agitatur in figura iudicij, & sic oportet personam filij tunc plenè legitimari: prout tradit Odofre. in dict. l. j. in v. colum. & post eum Cin. in ij. oppositio. Alberi. & Salice. & Bald. ibi in ij. iij. iiij. & xxj. oppo. & dicitur tunc res tractari in
2 iudicio, & forma iudicij, † quādo in iudicio interueniūt tres personæ, videlicet Iudex, Actor, & Reus, iuxta text. in cap. forus. de verb. signi. & sic in casu isto cùm nihil geratur cum patre, sed solùm cum iudice, nihil mirum si nō requiratur consensus patris. Et ad prædicta facit quod voluit Bald. in dict. l. j. in xxj. oppo. C. qui adm. vbi dicit, quòd petere bonorum possessionem, est potiùs impetrare, quàm agere: ideo non requiritur licentia patris. arg. l. libertus. ij. ff. de in ius voc. Vnde infert quòd filius potest insinuari facere donationem absque consensu patris. Adde Rot. in titu. de iud. in vj. decis. incip. itē, quòd valet commissio. vbi dicunt d. de Rot. quòd valet commissio facta per rescriptum impetratum à filiofam. sine consensu patris. Adde, quod voluit Abb. in cap. causam
3 quæ. extra de iud. vbi dixit, quòd † conuentus qui irrequisito abbate agere non potest, rescriptum tamen potest impetrare. Non omitto, quod per illam glo. in d. l. j. C. qui adm. tradit Spec. & post eum Ioan. Andr. in titu. de acto. §. j. versic. sed quid si conuenitur. in xij. colum. vbi dicit, quòd filius conuenitur, & est contumax in causa aduentitij peculij, in quo pater nihil iuris habet, quòd propter eius contumaciam, patre non vocato, potest fieri missio in possessionem: quia tunc ipse filiusfam. debet conueniri suo nomine: licet enim ordinarium iudicium sine patris consensu non valeret, valebit tamen extraordinarium, scilicet missio in possessionem. Et facit, quòd licet fratres minores non sunt capaces relictorum, clement. exiui de paradiso. de verb. signi. possunt nihilominus iudicis officium implorare. ita Bar. in l. nec quicquam. §. fin. ff. de offic. procon. & lega. Idem Bart. in l. ciuitatibus. ff. de leg. j. Bald. in l. j. in ij. colum. C. de fideicomm. Bart. in l. Quintus. in prin. ff. de ann. leg. l. seruos. & ibi Bart. ff. de alimen. & cib. legat. tradit Iason in d. l. j.
4 C. qui adm. in iiij. colum. Et sic ex † prædicta glo. habes singularem limitationem ad d. l. fin. §. necessitatem. C. de bon. quæ lib. videlicet, quòd tunc demum filiusfam. requirere debet consensum patris, quando agit ordinariè, secus quando implorat officium iudicis extraordi-
5 nariè. † Limita & secundò notabiliter, quando pater cōsensisset filio agenti in iudicio, qui demum condemnatus fuit, & pro condemnatione conuenitur actione in factum, quia tunc consensus patris non requiritur in tali iudicio. de hoc habes glo. multùm egregiam & notabilē in l. iij. §. sed vtrum. super verb. inuito patre. ff. de minor. Limita singulariter & tertiò, in omnibus causis, in quibus minor potest esse in iudicio sine authoritate curatoris, quòd eisdem casibus potest filiusfam. interesse sine consensu patris. hoc fuit singulare dictum Spec. in dict. titu. de acto. §. j. versic. Sed nunquid in casibus. Et de hoc habemus gloss. singul. in cap. fin. de iud. in vj. super verbo, regulariter. & istud dictū Spec. pro sing. refert Rom. in singul. suo cccxxij. incip. tu sai §. necessitatem. Alias limitationes ad dict. §. necessitatem. vide per scribentes ibi.

LXV.

1 *Filius in potestate, mortuo patre, non potest vsucapere pro hærede.*

2 *Regula, quòd filius ex quocunque capite succedat patri, venit vt suus, quando locum habeat.*

3 *Filia exclusa à primo capite liberorum, habebit xxx. annos ad adeundum ex alio generali capite legitimorum.*

1 FIlius in potestate † mortuo patre non potest vsucapere pro hærede. l. nihil. C. de vsuc. pro hæred. l. ij. §. fin. ff. eo. titu. Ratio est, quia non habet titulum, cùm viuo patre sit dominus, vel quasi. l. in suis. ff. de lib. & posth. §. sui. Institut. de hæred. qual. & differ. notant Bald. & Salice. in dict. l. nihil. Hinc videmus, quòd æstimum patris censetur æstimum filij. glo. singu. in l. ij. C. qui æta. lib. x. quam ad hoc reputat singu. Bald. in l. diximus. §. si pater. ff. de excut. tut. & in capit. quæ in ecclesiarum. circa fin. de constitut. Et per illam glo. dicit Bald. in l. j. §. illud. C. com. de succes. quòd habitatio patris censetur habitatio filij. Alibi Bald. in l. etiam. in pen. colum. C. de exec. rei iud. per illam glo. dicebat, quòd pater & filius, quantum ad æstimationem communis, pro vno capite computantur. Non omitto, quòd per illam gloss. Bald. in l. sciendum. in prin. ff. qui satisd. cogan. dicebat, quòd si statutum disponit, quòd in ciuitate nullus possit esse prior, nisi sit æstimatus in mille, & pater in libro communis sit æstimatus in mille, quòd istud æstimum prodest filio. Imò plus voluit sing. Bald. in d. cap. quæ in ecclesiarum. quòd stante dict. statuto, si pater reperiatur habere plures filios, tale æstimum de mille prodest omnibus filiis, & vnicuique insolidū, donec pater viuit. Et ad propositum redeundo, quæro, Pater possedit per x. annos fundum alienū absque titulo, & cùm non posset præscribere, cùm in tali præscriptione requiratur titulus. l. super longi. l. diutina. & l. longi temporis. C. de præscript. long. temp. l. nullo. C. de rei vend. §. j. Institut. de vsucap. interim mortuus fuit, & ei successit filius, qui similiter possedit aliis decem annis tanquam hæres, vtrum iste filius præscribere possit? & videtur quod non: quia non habet titulum. dict. l. nihil. Nihilominus Bald. in rub. extrà de præscript. in iiij. colum. in ver. quæro, pater pos-

fidet. multum egregiè & singulariter dixit, quòd si filius dicit se non possedisse vt filium, sed vt agnatum, quòd tunc habet titulum pro hærede, & præscribit: quia filius ex triplici capite potest succedere patri: scilicet vnde liberi, vnde agnati, & cognati: & exclusus ab vno, non intelligitur exclusus à reliquo. l. j. §. sed videndum. ff. de successo. edict. gloss. fin. & scriben. in l. j. C. qui admit. vnde in casu nostro, filius veniens ex capite vnde agnati, vel vnde cognati, potest præscribere pro hærede: licet secus sit, quando venit ex capite vnde liberi: vt dictum est. Et hoc dictum Bald. reputat singulare, & legistis incognitum Alexã. in d. l. in suis. in iij. colum. ff. de lib. & posthu. & l. j. C. qui admit. & in l. qui se patris. C. vnde lib. in iiij. colum. Adde hic, quòd dictum Bald. pro sing. referunt & sequuntur Iason Dec. & recentiores in d. l. j. C. qui admit. & Alexand. in l. licet. in ij. colum. C. de iur. delib. & dicit Iason in d. l. in suis. in ij. colum. quòd nunquam legit, aut reperit contradicentem: tamen ipse tenet contrarium, per text. quem ad hoc dicit singularem, & à nemine ponderatum, in l. de bonis. §. j. in verb. qui sunt. ff. de Carbo. edict. vbi dicitur, quòd ex quocunque capite filius veniat, ꝙ tunc etiam venit vt suus. sic militat text. in d. l. nihil. & dicit, quòd ad illum text. totus mundus non potest respondere. Sed tu respondeas ex mente do. Alexand. in l. si emancipati. in iij. colum. C. de collat. & sequitur Deci. ibi in vj. quòd illud quod dicitur, quòd
2 filius ex† quocũque capite succedat patri, venit vt suus, procedit in his, quæ vtilia sunt filio, putà quòd habeat semper annum ex quocunque capite succedat, ita quòd non excludatur centum diebus. & ita loquitur dict. l. de bonis. §. j. secus quando esset damnosum, quòd non posset præscribere, prout in casu Bald. nam si filius quando succedit ex secundo capite vnde agnati, consideretur vt suus, hoc esset sibi detrimentum, quoniam non posset præscribere titulo pro hærede. Ergo quo ad sui fauorem consideratur vt agnatus. & ita respondet idem Iason in d. l. j. C. qui admit. licet de prædicto text. mentionem nõ faciat. Et sic ex prædictis remaner defensatum dictum Bald. quod corroborari potest ex eo, quod singulariter voluit Bald. in d. l. licet. C. de iur. deliber. in pen. colum.
3 versic. quartò quæritur. vbi dicit, quòd † si filia staret per xxx. annos quòd non adiret, & sic exclusa esset à primo capite liberorum, quòd habebit alios xxx. ann. ad adeundum ex alio generali capite legitimorum: & sic dotẽ matris poterit consequi, & petere vsque ad sexaginta annos: quia sicut se habet annus de iure prætorio, ita se habent xxx. ann. de iure ciuili. d. l. j. §. sed videndum. de success. edict. quod dictum pro singulari refert, & sequitur Alexand. & post eum Iason ibi. Idem voluerunt Pau. & Rapha. Cuman. in l. quamdiu. ff. de acquirenda hæreditate. vbi Paul. refert hanc decisionem esse mirabilem, & in facto ita consuluisse. Idem voluit Ang. & Pau. in dict. l. licet. cum pluribus concordantibus adductis ibi per Modernos. Facit etiam illud, quod singulariter voluit idem Bal. in d. l. si emancipati. in ij. col. C. de collatio. vbi dicit, quòd si omnes liberi sunt exclusi à succedendo ex capite liberorũ, & veniunt ex secundo capite, scilicet vnde agnati, vel vnde cognati, ꝙ non habet locum collatio, quæ cessat in succedentibus ex alio capite. iuxta not. in l. j. C. de legi. hæred. quod est notandum secundum eum. Referunt hoc dictum pro singulari & sequuntur do. Alexand. Aret. & Ias. ibi.

LXVI.

1 *Testis si deponit de veritate, & ipse idem, & alius de fama, vtrum plenè probent. & nu. 3.*

2 *Parentela probatur per duas extremitates simul iunctas.*

4 *Baldi lapsus.*

5 *Testis vnus facit semiplenam probationem super quo deponit.*

1 TV habes, quòd † testimonia coniunguntur ad aliquid probandum. capitu. de parentela. ij. & ibi notatur. xxxv. quæst. vj. capitul. nihilominus. & ibi gloss. iij. quæstio. viij. facit text. in capitul. licet ex quadam. circa finem, extrà de testi. plenè Bartol. & repetentes maximè Seuer. in l. admonendi. de iureiurando. Pro quibus facit quod voluit Baldus in l. testium. in vj. columna, versicul. circa primas interrogationes. C. de testib. vbi dicit, quòd si volo probare præscriptionem decennij, & probo per duos testes de primo quinquennio, & per alios testes de alio quinquennio, quòd ex coniunctione istorum testium, optimè probo præscriptionem continui decennij. Intellige tamen, quando testes secundo loco producti, probarent de secũdo quinquennio, quod esset immediatè sequutum, cùm ad inducendam præscriptionem decennalem requiratur immediatè possessio: vt notant Bartol. & alij in l. Celsus. de
2 vsucapion. Eodem modo in parentela, ex † duabus extremitatibus simul iunctis probatur coniunctio, licet per diuersos testes: Verbi gratia, Duo testes deponunt, quòd ego sum filius Petri, & alij dicunt, quòd Ioannes fuit filius Petri, ex coniunctione testium, probatur quòd ego & Ioannes sumus fratres: vt probatur extrà de testi. in dict. capitul. licet ex quadam. in glossa penultima. Adde quod voluit Bald. in l. Gallus. §. ille casus. in tertio notabili. ff. de liberis & posthumis. vbi argumento illius text. dicit, quòd si aliquis accusatur de incestu, & duo testes deponunt de consanguinitate tantùm, & non de cognitione carnali, & duo alij probant cognitionem carnalem, & non consanguinitatem, quòd ex coniunctione istorum testium bene probatur incestus. Imò plus voluit Baldus ibi, & est verbum valde singulare (&
3 hoc est quod volui dicere) quòd si vnus testis † deponit de veritate, & ipse idem deponit de fama, quòd isti duo simul iuncti bene probabunt. Quod dictum exclamat ibi dominus Alexand. & dicit menti tenendum, propter authoritatem Bald. cùm non habeat contradicentem, & quòd vidit aliàs dubitari apud peritos, qui hoc ignorabant. Ipse tamen putat hoc dictum non esse verum, quia vnus testis non facit regulariter nisi semiplenam probationem. l. vbi numerus. ff. de testi. l. iurisiurandi. C. eodem titulo. capitul. ex insinuatione. de procurator. Bartol. & alij in dict. l. admonendi. Sed in casu Bal. primò faceret semiplenam probando de veritate. Secundò probando famam cum alio faceret aliam semiplenam. contra l. iij. §. item diuus. ff. de testi. & sic faceret plusquàm semiplenam. Secundò mouetur, quia si † vera es-
4 set opinio Bald. sequeretur, quòd si per vnum testem probaretur veritas depositi, putà quod vidit Titium facientem tale depositum, faceret semiplenam probationem: & si per eundem probaretur cõfessio depositi, parte præsente, eo casu quo confessio plenè probat, tunc etiam faceret semiplenam probationem, & sic per vnum testem plenè probaretur depositum: quod est absurdum. capit. in omni. capit. à nobis. de testi. dict. l. iurisiurandi. Tamen sustinendo Bald. respondere potes, prout etiam respondet Socin. ibi, quòd verum est, quòd super eodem facto vnus testis non facit nisi semiplenam probationem. & ita procedunt iura in contrarium adducta. Sed si deponit † super diuersis factis, non est incon-
5 ueniens quòd faciat plures semiplenas, quia stat regula, quòd super quo deponit testis, faciat semiplenam. dict. cap. ex insinuatione. sicut si duo testes deponerent de veritate, & illimet deponerent de fama, dubio procul probarent veritatem & famam, quia vtrunque est probatum per duos testes. dicta l. vbi numerus. Non obstat secundum argumentũ, quòd per vnicum testem plenè probaretur: nam deponendo super veritate depositi, probaret semiplenè, sed deponendo super confessione, per se non probat plenè, licet cum alio sic. & ita loquitur Baldus. Et cum hac solutione transeunt domin. Iason & Aquen. ibi, & referunt hoc dictum Bald. pro valde singulari. & sic ex prædictis habes notabilem, & singularem ampliationem ad prædictam regulam, quã teneas perpetuò cordi.

LXVII.

1 *Collatio inter quos locum habeat. Et quid ad eam requiratur. num. 6.*

2 *Lex potius fauet ascendentibus, quàm descendentibus.*

3 *Filii in*

3 *Filii in primo gradu constituti non computant fructus perceptos in quartam.*
4 *Collationem locum habere inter descendentes, qualiter accipiendum.*
5 *Filiæ si repellantur à successione intestati ex forma statuti masculis stantibus, si pater instituat filios & filias, inter eos non erit collationi locus.*

Collatio, vt tradunt communiter scribentes in l. si
1 emancipati. C. de collatio. solùm habet † locum inter descendentes succedentes ascendentibus, & non inter alios. & hoc ideo est, quia nō reperitur lege cautum: & nemo debet conferre nisi lege cautum sit. l. illam. C. de collatio. Hinc est, quòd inter transuersales succedentes transuersalibus non habet locum collatio. gloss. fin. in l. j. C. de legi. hæredib. quam referunt, & sequuntur Paul. Alexand. & reliqui in dict. l. si emancipati. Nec etiam in successione ascendentium si succedant descendentibus, habet locum collatio. Ideò si pater & mater succederent filio prædefuncto, non conferrent dotem, vel donationem habitam à filio, de cuius successione agitur: prout tenent Cyn. Bald. Paul. Fulgo. Rom. do. Alexand. & cæteri scribentes in dict. l. si emancipati. Pro
2 † quibus dicas tu facere, quia videmus, quòd lex magis fauet descendentibus quàm ascendentibus: quia filius potest detrahere duas quartas, vnam ratione Trebellianicæ, aliam ratione legitimæ. cap. Raynutius. de testa. Bartol. & alij in l. quanquam. ff. ad leg. Falcid. do. Iason in l. filium quem habentem. C. fami. ercisc. Et tamen pater non potest detrahere nisi vnam quartam: quia in patre hoc expressè statutum non est. Ita Bald. singulariter in l. à milite. §. j. ff. de testa. mil. tradit do. Alexand. in l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falci. Item filij in primo
3 gradu constituti, non † computant fructus perceptos in quartam. l. iubemus. C. ad Trebell. quod secus est in patre, & reliquis ascendentibus. l. filiusfamiliâs, & ibi scribentes. ff. ad leg. Falc. Item facit, quia ascendentes non succedunt descendētibus in feudo, & tamē descendentes masculi bene succedunt ascendentibus. cap. j. de natur. success. feu. Item filius exhæredatus transmittit querelam non præparatam ad filios. l. scimus. §. fin. l. si quis filium. in prin. C. de inoffi. test. Secus tamen est, si ascendentes fuerint exhæredati. Ita singulariter Ang. in l. nam & is. ff. de inoffi. testa. Quod autem dixi, collationem
4 inter † descendentes locum habere, aduerte secundum Bald. & reliquos in d. l. si emancipati. hoc procedere tribus copulatiuè concurrentibus. Primò, quòd descendentes veniant ex capite vnde liberi. & pro hoc vide quę dixi in sing. meo incipien. filius in potestate. suprà num. lxv. Item, quòd succedant titulo vniuersali. l. à patre. l. filiam cum fratribus. C. de collat. Similiter requiritur, quòd sint in primo gradu. Et ex hoc infert singulariter Bald. in dict. l. si emancipati. in ij. colum. in ver. item potes, &c. (& hoc est quod volui dicere) quòd si pater instituat filium in legitima tantùm, & nepotes ex eo instituat hæredes vniuersales, quòd inter dictos nepotes nō erit locus collationi: quia non veniunt vt liberi, sed vt extranei. Nam cum prædicti nepotes non possint succedere ab intestato, quoniam pater eos præcedit in gradu: sequitur quòd causa testati à iure naturæ est penitus separata, & sicut eis non debetur legitima, ita multò minus debetur collatio, quæ locum non habet, nisi inter eos, quibus legitima debetur, si omnes leges mūdi percontaberis dicit ipse. & hoc dictum pro singulari referunt & sequuntur Paul. de Castr. & do. Alexand. ibi. Salicet. etiam multum eum extollit: tamen reliquit cogitandum. Fulg. tamen, & post eum domin. Iason ibi, conantur impugnare hoc dictum Bald. tamen pro resolutione idem do. Alexand. & Mod. Ferrar. Dec. & reliqui recentes ibi, quæ omnia omitto vt breuitati consulam. Vnum non omitto, quòd ex hoc dicto Bald. satis singulariter infert dom. Alexand. in dict. l. si emancipati. videlicet, quòd † si ex forma statuti stantibus masculis fi-
5 liæ fœminæ repellantur à successione intestati, si pater institueret filios & filiā, inter eos non erit locus collationi: quia huic filiæ etiam legitima non debetur, secundum Baldum in l. maximum vitium. C. de libe. præter. quem refert & sequitur idem Alexand. in dict. l. si emancipati. Comprobari potest ex eo, quod voluit sing. Bartol. in l. j. §. sciendum. ff. de suis & leg. vbi per illum text. dixit, quòd stante prædicto statuto in ciuitate, quòd filia fœmina extantibus masculis non succedat, quòd talis filia, cùm ex forma statuti sit exclusa, quòd desinit esse sua, sicut ibi filius exhæredatus. Prædictam tamē illationem impugnat do. Iason in dict. l. si emancipati. mouetur ipse per illud quod notat dom. Alexand. in consil. cxxxj. inci. transmissum est, &c. in j. volum, vbi limitat dictum Bartol. in dict. l. j. §. sciendum. vbi dicit, quòd stante prædicto statuto, filia desinit esse sua, quòd illud secundum Alexand. procedit in successione ab intestato, vel ex testamento contra voluntatem testatoris: Secus si pater eam instituisset, quia tunc reputatur sua. Item mouetur, quia dom. Alexand. in prædicto consil. limitat decisionem Bartol. in d. §. sciendum. vt non procedat, si statutum disponit, quòd filia debeat dotari, prout volunt statuta communiter, quia tunc dos succedit loco legitimæ, iuxta notata per Bartol. & Imol. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demon. & sic cùm filia nō sit penitus priuata à statuto, hoc casu erit sua: igitur si sua, ergo non extranea, & per consequens illatio non vera. Tenendo tamen illationem do. Alexand. possumus respondere negādo cōsequentiā: nō enim sequitur hoc, filia instituta, & dotata à patre dicitur sua, prout in vtraque
6 limitatione † dictum fuit, ergo conferre debet: quia ad hoc vt locum habeat collatio, requiritur, quòd ab intestato succedat, & quòd præterita possit impugnare testamentum: sed in casu nostro non est huiusmodi: quia præterita non rumpit testamentum, vt tradit Barto. in l. fin. versic. quæro quid si ista. ff. ad senatuscon. Tert. Alexand. Iaf. Dec. in l. filiæ dotem. C. de collationi. Ange. in l. Papinianus. §. si quis mortis. ff. de inoffi. testa. ergo collatio locum non habebit. & prædicta diligenter notabis, quia vtilia sunt.

LXVIII.

1 *Obliuio eorum, quæ in animo consistunt, decennio inducitur.*
2 *Testamentum non reuocatur propter reconualescentiam testatoris.*
3 *Mandans tenetur, si paulò post mandatum res executioni mandetur.*

1 Clarum est, quòd per † decennium inducitur obliuio eorum quæ consistunt in animo. vt notatur in l. iij. §. si seruus. cum similibus. ff. de acquiren. possess. tradit Rimi. in l. sancimus. C. de testam. An eodem modo inducatur mutatio voluntatis? pone quòd aliquis fecit testamentum legitimum, & deinde stetit per decennium, & nullam mutationem fecit de eius voluntate, an propter lapsum temporis censeatur mutata voluntas, adeò quòd succedant venientes ab intestato? Dicas quòd non. De hoc habes textum egregium & singularem in dicta l. sancimus. quem ad hoc reputant singularem Bartol. & Paul. ibi. & per illum textum infert singulariter Pau. ibi ad quæstionem, quæ quotidie contingere potest: quòd si aliquis ad præsens diues, decessit nullo condito testamento, & reperitur vnum testamentum conditum, quòd iam sunt xl. anni, tempore quo erat pauper, in quo Titium hæredē instituit, quòd si non apparet aliud testamentum, ille debet consequi totam hæreditatem, non obstante contradictione venientium ab intestato, & dicentium, non esse verisimile testatorem voluisse illum succedere in tam ampla facultate, si tempore conditi testamenti esset pauper. Idem volunt dominus Alexander Moder. Ferra. & Ia-
2 son ibi. † Et prædicta etiam vendicant sibi locum, si testator tempore primi testamenti erat in extremis constitutus, adeo quòd de vita desperasset. Nam licet donatio causa mortis, facta ab eo, qui detinebatur graui infirmitate, adeò quòd erat in discrimine vitæ constitutus, reuocetur propter reconualescentiam donantis. l.

non omnis. in princip.& ibi scribentes notant.ff.si cert. petat.gloss.& Bartol.in l.ij.ff. de donat.caus. mor. secus est in testamento. l.final.C.de posthu. hæred. institu.vbi Bald. Alexand.& alij ad hoc notant. Paul.de Castr. Roma.do.Alexand.& Iason in dict. l. non omnis.Bald.post Cin,in l.fina. C. de donat. caus.mor. Adde, quòd idem
3 † est in mandato. Vnde si mandaui tibi vt Titium interficeres,& post longum interuallum occidisti,quòd ego teneor ex mandato. ita Bartol. in l. non solum.§. si mandato. versicul. quæro mandaui tibi. ff. de iniur. vbi allegat Innocen. idem volentem in cap. ad audientiam. extrà de homic. vbi dicit, quòd mandans semper tenetur, nisi mandatum sit reuocatum tacitè. vel expressè,vt quia vel pacem fecit cum inimico suo, vel parentelam. argu.l.iiij.ff.de adim.legat.& cum Bartol.videntur pertransire do. Alexand. in l.qui in aliena. §. si is, qui.in ij. colum.circa fin.ff.de acquir. hæred. & do. Iason in l.j.C. de ser.fugi.in iiij.colum.in fin. & hoc procedit, quando mandatum fuit receptum per mandatarium: secus si ipsum recusauit. ita Bald.in l.si literas. C. mand.in fin.& Bald.in l.non ideo minus.C.de accusation.in fin. Adde quòd idem est, si aliquem procuratorem constitui, iam sunt anni. x. vel xx. quòd nihilominus poterit virtute mandati agere: & non censetur ex diuturnitate temporis reuocatum mandatum,nisi iusta causa superuenerit, vt quia effectus est eius inimicus, vel (vt vtar verbis doctorum)quia sit factus vnus ribaldus.l.si cùm Cornelius. & ibi Bart. notat.ff. de solut. tradunt Paul. Iason, & alij in dict.l. sancimus. facit pro hoc l.in confirmando. & l. vtilitatem.ff.de confirmãd.tuto. Adde,quòd text.in d.l. sancimus. in versicul. sin autem testator. reputatur singularis ad aliud,videlicet quòd licet text. in §. ex eo autem solo.Institut. quibus mod.testa.infirmen.disponat, quòd testamentum secundum imperfectum, vel alia vltima voluntas non perfecta, non tollat primum perfectum,imò requiritur quòd secundum sit perfectum, tamen hoc procedit, nisi testator secundum testamentum inutile, seu imperfectum coram tribus testibus confecerit, & decennium fuerit emensum: quia tunc secundum testamentum non solenne cum lapsu decennij reuocat primum validum, & solenne. Et illum text.ad hoc exclamat do. Iason ibi, dicens illum singularem, & non reperiri alibi in corpore iuris. Aduerte tamen, quòd dictum decennium incipit currere à tempore compositionis testamenti, non autem à tempore mutatæ voluntatis, vt voluit ibi gloss. secundum vnam opinio. Cin. etiam & Angel. in aliquibus lectu. ibi, & communiter cæteri scribentes. Limitatur tamen prædicta l.vt procedat, quando testator ex toto recessit à primo testamento, cum lapsu decennij: secus autem si non ex toto, sed limitatiuè, detrahendo aliquod capitulum: quia tunc etiam decennij præteritione primum testamentum solenne non reuocatur. ita notanter voluit Abb. in consil. xj. in causa, quæ vertitur inter hospitale,&c.in j.colum. in prin.in j. volu. refert & sequitur Iason in dict.l. sancimus.in vltima colum.

LXIX.

1 *Testamenti pars an probari possit per septem testes dicentes se illud scire, nec quicquam plus, & alia pars per alios septem testes.& nu.2.*

3 *Ad,& vsque,dictionum vis.*

1 Testium depositiones † coniunguntur ad aliquid probandum. cap.nihilominus.& ibi glo.iij.quæst. viij. text.in capit.licet ex quadam.in fine in penult.glos. extrà de testib.Bald.do.Alexand. Soci.& alij in l.Gallus. §.ille casus.ff. de liber. & posthum. plenissimè per Bartol. & repetentes in l.admonendi.de iureiurando. Dixi de hoc suprà in singula. meo incip. tu habes, quòd testimonia coniunguntur, &c.num. lxvj. Modò quæritur, nunquid vna pars testamenti possit probari per septem testes, dicentes se illud scire, & non plus, & alia pars probari possit per alios septem simili modo deponentes? Certè videtur dicendum quòd sic, per supradicta
2 iura.In cõtrarium † multum egregiè, & singulariter determinauit Bald. in l.cùm antiquitas.in ij.colum. C. de testamen. in ver.ab eo,vel ab eius &c.dum dicitur,quòd si aliqui testes testamentarij remouentur propter aliquã imminentem necessitatem, antequam testamentum sit perfectum,deinde in eorum loco alij testes subrogãtur, quòd omnia prius acta iterum debent repeti, & prius recitari:& sic infert, quòd nisi testis probet totum tenorem testamenti perfectum,quòd nihil probat. Et si aliqui testes testamentarij probent plus dictum, aliqui minus, quòd illi qui minus deponunt, cùm totum nesciunt,non videntur esse testes legitimi, & quòd nõ probant aliquid etiam id, super quo deponunt: quia non videntur interfuisse toti testamento, ex quo totum nesciunt.& cum Bald. simpliciter transeunt Pau. de Castr. & Ferra.ibi. Et hanc decisionem Bald. do. Alexand. ibi dicit pertuò menti tenendam, & subdit, Non obliuiscaris eam: quia nescio alibi. Limitat tamen ipse, nisi ex dicto testis appareat ipsum fuisse præsentem toti testamento, licet dicat se non recordari de omnibus in eo contentis, sed quòd bene memoria tenet illud de quo controuersia vertitur, putà legatum, vel institutiones,& quòd testator in eis nihil in contrarium disposuit in illa sua dispositione. & ita colligitur ex his quæ singulariter voluit Cin. & post eum Bald. in l. si præsidi. in fine. C. de donation.ante nuptias. Bene facit quod voluit Bald. in finalibus verbis, & post eum alij in l. si ita scripsi hæredem.ff.de hæredibus instituendis.& quod voluit Innocen. in cap. qualiter & quando.magnum, extrà de accusationi. & cum hac limitatione transit dominus Iason in dicta.l. cùm antiquitas. vbi exclamat hoc dictum Bald. dicens illud singulare & multum notabile. Adde quòd decisionem Bald. sequitur Ludouic. Roma.consilio lxx. incipien. visis ac procuratis actis. & do. Alexan. consilio clxxxvij. in secundo volumin.incipien.viso themate mihi exhibito. in tertia colum. Confirmatur ex eo quod voluit idem Bald. in l. obseruare. in vltim. colum. C. quorum appellatio. non reci. vbi dicit, quòd stante statuto, quòd si quis iuerit de tali loco ad talem locum, pede mutiletur, & duo testes deponunt, quòd viderint ire ad dimidiam partem itineris, alij vsque ad aliam dimidiam, quòd istæ depositiones non coniungentur, vt probent: quia perfectum accessum non possunt probare, nisi testes qui viderunt principium & finem. Item
3 † quia vbi ponitur dictio Ad, vel dictio Vsque, requiritur maleficium factum consummatum, sed primi duo testes probant maleficium attentatum non consummatum.argumen. eius quod voluit gloss. in l. arboribus. §. idem tractat.ff.de vsufruct. dum dicit, quòd lupus exit syluam, nondum tamen exiuit. Non obstat, quòd parentela potest probari, si duo testes probant vnum gradum, alij alium gradum: quia quilibet gradus est in se quid perfectum. Sed in quæstione proposita neuter probat aliquid perfectum. Tamen contra dictum Bald. facit illud quod voluit gloss. in dict.cap. nihilominus. vbi dicit, quòd si aliqui volunt testari, quòd aliquis excommunicatus celebrauit, & vnus deponit se audiuisse principium missæ, & alius finem, quòd bene probabunt. cogita.

LXX.

1 *Reus excipiendo fit actor.*

2 *Actus vbi se habet ad permissum & prohibitum, in dubio præsumitur celebratus tempore permisso.*

3 *Homicidii accusatus si fateatur factum, verùm ad sui defensionem, num condemnari possit, non obstante illa confessione qualificata?*

4 *Delictum in dubio præsumitur in his quæ sunt de genere prohibitorum.*

5 *Facta non præsumuntur, nisi probentur.*

6 *Regulariter vbi quid est prohibitum, tamen aliquo loco & tempore est permissum, necesse est quòd reus probet locum & tempus.*

1 CLarum † est in iure, quòd reus debet ita clarè probare exceptionem suam, sicut actor suam intentionem: quia reus excipiendo fit actor. l. j. ff. de excep. l. in exceptionibus. ff. de proba. & videtur expressum in l. matrem. C. de probationib. Quæritur modò de pulchra difficultate: Titius accusatur quòd vulnerauit Sempronium de mense Maij, & probatur. Titius ad sui defensionem excipit, quòd ille de iure municipali potuit offendi, ex quo erat bannitus, & producit bannimentum factum in medio mẽsis Maij, & sic per exceptionem ipsius Titij est dubium an talis percussio fuerit delictum, vel non, hoc est, an fuerit percussus ante bannimentum, vel post. Dubitatur demum an prædictus Titius reus, ex quo clarè non probauit exceptionem suam, debeat absolui vel condemnari? & certè videtur dicendum, quòd condemnari debeat, iuribus præalleg. Tamen in contrarium habes singularem, & semper memoriæ cõmendandam doctrinam Bartol. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de noui operis nuntia. vbi notanter dixit, quòd licet actor intentionem suam probarit, reus tamen per exceptionem dubiæ defensionis, & non plenè probatam, debet in criminalibus absolui: quia cùm res efficiatur dubia, debet interpretari in dubio, quòd non sit delictum, per regulam l. meritò. ff. pro socio. Pro qua facit, quia in pœnis mitior interpretatio est facienda. regula, in pœnis. de regulis iuris lib. vj. l. interpretatione. ff. de pœn. Ad idem text. in l. ij. iuncta gloss. C. de petitio. hæredi. ibi enim fundata intentione actoris excipiebat reus de titulo suæ emptionis. Sed dubitabatur, an dicta exceptio præcesserit litem, vel fuerit subsequuta? & dicitur ibi in gloss. quòd si non probatur contrarium, præsumitur in dubio præcessisse. Ratio, quia alia præsumptio faceret delictum, videlicet contractum litigiosum. Eadem ratione, dicit de ingrediente palatium, vt ibi per eum, & ita limitantur iura, quæ dicunt, quòd reus debet ita plenè probare exceptionem, sicut actor suam intentionem, videlicet vt non habeant locum in criminalibus. Secus in non delictis: quia tunc si excipiens clarè non probet intentionem suam, in dubio debet succumbere, vt in cap. auditis. de præscript. & dict. l. matrem. & notat gloss. in clemen. fi. in verbo, creatum. de rescriptis. Cum ista doctrina Bartol. videtur pertransire Bald. in l. precibus. C. de impu. vbi dicit, quòd in delictis semper præsumitur pro eo, quod delictum excusat. per dict. l. merito. Alibi idem Bald. in l. j. sol. ma-
2 trim. ff. dicit, quòd vbi † actus se habet ad permissum & prohibitum, in dubio præsumitur quòd tempore permisso fuerit celebratus. per gloss. in dict. l. ij. C. de petit. hæredit. & hanc opinionem Barto. tenuit Salicet. in dict. l. matrem. Roma. dominus Alexand. & post eos domi. Iason in dict. §. sed vt probari. quem ipsi legunt sub §. sciendum. Et dicit ibi domi. Alexand. quòd totus mundus sequitur opinionem Bartol. Adde Felin. in cap. significasti. ij. de homic. vbi dicit hanc opinionem Bartol. communem. Idem Feli. in capit. auditis. in xvj. colum. de præscriptio. & Petr. de Ancha. in capi. constitutus. de rescript. licet contrarium tenuerit Bald. in dict. l. matrem. Ad cuius argumenta respondet Roma. in dict. §. sciendum. referunt & sequuntur dom. Alexand. & Iason ibi. Adde quòd hanc opinionem Bartol. sequitur dom. Abb. in cap. in præsentia. in iiij. columm. in princip. de probat. vbi reputat eam singularem, pro limitatione & intellectu iurium dicentium, quòd dubia probatio non releuat. dict. cap. in præsentia. cum simil. & idem Abb. in dict. cap. auditis. in penultima column. & ibi subdit, quòd contra hanc doctrinam Barto. facit illud, quod voluit idem Bartol. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de lib. legat. vbi dicit, quòd si accusatus de homicidio, dicit
3 † quòd hominem illum interfecit ad suam defensionem, potest nihilominus damnari. non obstante, quòd illa confessio sit qualificata, & sub vnico structu verborum prolata. ex quo enim præsumptio quæ oritur ex homicidio, est contra confitentem. l. j. C. ad leg. Cornel. de sica. potest pro parte acceptari, quatenus est contra confitentem, & pro parte respui, quatenus est pro eo. tamen respondet do. Abb. quòd illud non debet obstare, quia in casu illo tractatur de exceptione fundante intentionem ipsius rei, quæ non erat fundata, nisi per confessionem ipsius: quæ confessio non releuat confitentem, vbi præsumptio est contra eum: vt notatur in cap. cùm accessissent. xiiij. q. ij. Sed in casu nostro, exceptio ipsius rei erat probata, licet probatio esset dubia. putat tamen ipse, quòd ex illa sola confessione sic qualificata, quando aliter de delicto non constat, non debet reus capitaliter damnari, quia in criminalibus prob[illegible]iones debent esse luce meridiana clariores. l. sciant cuncti. C. de probat. Allegat etiam doctrinam Inno. in cap. quia verisimile. de præsumpt. quod dictum est multùm singulare. & illud pro singulari refert do. Alexand. in d. §. sciendum. in ij. colum. in fin. & in l. decem. de verb. obligat. do. Iason & Dec. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. & post eos Aquen. ibi in xiiij. colum. & Felin. in dict. cap. significasti. de homicid. in pen. colum. & in dict. cap. auditis. in lviij. colum. licet ibi aliquatenus insurgat cõtra dicta do. Abb. Illud dictum etiam extollunt Hippolyt. de Marsil. in singul. suo clxxxv. incipient. confessio. & Thom. Ferra. in cautel. v. in ordine, vbi latè. Adde quòd istud dictum Abb. reputat singulare Soci. in l. j. in v. colum. in princip. ff. de vulg. & pup. licet idem Socin. in l. non vtique. colum. fin. ff. de exceptio. expressè teneat contra Abb. tamen ad eius argumenta, & ad illa quæ adducta fuerunt per Felin. in dict. capitul. auditis. latè respondet Deci. & bene, in capitu. cùm venerabilis. in xj. colum. versicul. & retenta ista limitatione. de exceptio. licet recentiores in dict. capit. auditis. conentur sustinere opinionem Socin. tamen quia iste non est articulus noster, aliter non insistam. satis erit allegasse prædictas authoritates pro corroboratione illius singularis dicti domi. Abb. quod videtur communiter approbatum, vt ex prædictis iudi-
4 care potes. Redeundo † tamen ad propositum, contra Bartol. vnum obstat, videlicet quòd in his quæ sunt de genere prohibitorum, in dubio præsumitur delictum. l. prima. C. ad leg. Cornel. de sica. capitu. j. de præsumptio. l. si non conuitij. C. de iniur. notat Bartol. in dicto §. idẽ quæsiit. Ergo præsumptio ista fundat intentionem accusatoris, & transfert onus probandi in reum. l. cùm de indebito. ff. de probationi. iuncta l. siue possidetis. & ibi notatur, C. eodem titul. Vnde sibi incumbit onus probandi illud, quod est fundamentum suæ intentionis, videlicet se illum vulnerasse tempore limitato: aliàs sequeretur, quòd cùm delictum possit esse cum dolo, & sine dolo, deberet in dubio præsumi sine dolo, etiam reo nihil probante. Ad istud argumentum respondet domin. Alexand. in dicto §. sciendum. quòd tunc delictum præsumitur factum in casu licito, quando apparet probatum ex parte rei, quòd interuenit causa, quæ potuit facere esse licitum, vt patet in dicta l. meritò. & prout in quęstione nostra, in qua fuerat probatum de banno. Sed vbi causa, quæ posset reddere actum esse licitum, apparet ex sola confessione, non est clarè, neque dubiè probatum, tunc procedit dicta l. j. C. ad legem Corneliam de sicar. Ex quo notanter infert, quòd si probatur per accusatorem, quòd dict. Seius vim sibi intulit cum armis, satis dicitur probare quòd Titius Seium occiderit, & reus ex aduerso probauerit, quòd Titius incontinenti occiderit Seium ad defensionem, quia ex parte rei fuit probata causa, scilicet insultus, per quem ponit homicidium esse licitum. Sed contra istam responsionem Alexand. insurgit Decius in capitulo, in præsentia. in septima columna, in versiculo sed referendo, &c. vbi dicit, quòd responsio Alexand. sibi non satisfacit, quia licet ex parte rei non sit probata causa, quæ licitum homicidium facere possit, tamen dicit ipse quòd sufficit quòd causa illa sit nota in iure, & ꝙ ex illa apparet, quòd probatio actoris cõtra reũ non cõcludit. Vnde si consideremus rationẽ, quare est, ꝙ quando reus causam probauit, ꝙ per eam probatio actoris cõtra reũ facta non concludit, videbimus ꝙ illa met militat, quãdo causa nota est in iure, absque probatione. Ex quo patet, ꝙ probatio delicti facta contra reum, non sit concludẽs.

6 Tamen † ego adhuc adhæreo opinioni do. Alexand. per rationes suas. Ad argumenta Deci. respondetur, quòd non sufficit quòd causa sit nota in iure, quia si hoc sufficeret, delicta remanerent impunita: contra text. in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aqui. & l. si operis. C. de pœn. cum concordantibus plenissimè adductis per gloss. in prædictis iuribus. cùm in iure semper sit causa ad excusandum delictum, sed necesse est, quòd causa illa in iure nota probetur, & verificetur in facto, vt voluit ibi Alexand. facta enim non præsumuntur nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis & postlimi. reuersis. & ibi scribentes notant. l. consilio. §. quæsitum. ff. de cura. furio. & stante causa, probata in facto iuri nota, licet dubia sit, tamen in tali dubio capitur pars illa in non delictum, & consequenter vt sequatur absolutoria. Et pro corroboratione responsionis Alexand. contra Decium facit text. in capitu. cùm dilecti. de accusationi. ibi enim causæ illæ in iure erant notæ, tamen non iuuabant episcopum confitentem: sed necesse fuit, quòd ille eas allegaret, & in facto probaret. Vnde non sufficit, quòd causa nota sit in iure, sed necesse est, quòd allegetur, & in facto probetur, & licet probatio sit dubia, tamen pars illa capitur in non delictum. dicta l. meritò. Contra prædictam doctrinam Bartol. adducit etiam do. Iason text. quem dicit fortiter stringere in l. j. §. j. ff. de aleator. vbi dicitur, quòd quando aliquid est regulariter prohibitum, prout est furtum ibi, & † homicidium in casu no-
7 stro, tamen aliquo tempore, & loco est permissum, necesse est, quòd reus probet præcisè locum & tẽpus, eò quia accusator qui plenè probauit homicidium, habet intentionem suam fundatam de iure communi. Sed ad illum tex. potest responderi, quòd ibi causa non fuit probata, & ideò reus ille condemnatur: secus autem si esset probata, prout loquitur Bartol. in dict. §. sed vt probari. & licet do. Iason ibi dicat, quòd causa fuit probata, scilicet furtum in domo lusoris: tamen replicatur, quòd causa ista ad excludendum delictum sufficiens non erat. Licet enim respectu loci sufficeret, tamen respectu temporis non concludebat: & ideò probare debuit furtum commissum fuisse in domo lusoris, & diem, qua ibi ludebatur: quia tunc tali causa probata, reus debet absolui, licet probatio dubia esset, satis erat probasse tali die lusum fuisse ibi, licet coarctatè non probasset, quòd tota die, vel illo momento, quo furtum factum fuit, fuisset lusum. & ita intelligenda est doctrina Bartol. in dict. l. j. ne contradicat his, quæ dixit in dict. §. sed vt probari. Et prædicta omnia bene notabis, quia quotidiana sunt, & in contingentia facti possent tibi comparare maximum honorem.

LXXI.

1 *Testes rogati à partibus censentur approbati, adeò quòd non potest eis obiici exceptio infamiæ, vel nullitatis, dũmodo hoc probauerint per notarium, vel testes.*

1 NOta gloss. singularem, in † auth. de testi. in §. & licet. super verbo, suppliciis. quòd quando partes rogarunt aliquos, vt essent testes in contractu, adeò censentur eorum fidem approbasse, quòd non possunt eis opponere exceptionem infamiæ, vel nullitatis. & illam gloss. dicit singularem Imol. in l. ad testium. §. in conditione. ff. de testamen. & eam sequitur Bald. ibi. & idem Bald. in l. parentes. C. de testib. vide do. Anton. de Butr. Imol. & alios in cap. ex literis. de transac. Illam gloss. sequitur & dicit singu. & ordinariam Bald. in cap. ij. de testi. vbi eam notanter limitat, dummodò probatum fuerit per ipsos testes, quòd fuerint rogati à partibus, & hoc constiterit per tabellionem, vel per duos testes, qui interfuerint eorum rogationi. nam in hoc non staretur ipsis testibus vilibus. & hoc est singulariter notandũ pro limitatione dictæ gloss.

LXXII.

1 *Statuto stante, quòd propinqui litigantes teneantur ad compromittendum causas, vsque quò temporis illud compromissum possit peti?*

2 *Litibus & expensis non debet aduersarius vexari, & eludi.*

QVæro de pulchra quæstione, statutum disponit, quòd propinqui † litigantes debeant arctari ad
1 compromittendum causas: vsque ad quantum tempus illud compromissum peti potest? Dicas singulariter secundum Bald. in l. j. ff. de transac. quòd tale compromissum peti potest ante publicatas attestationes, & re iam non liquidata. Idem voluit Angel. ibi, quia publicatis attestationibus res dicitur esse liquida & clara. Et hanc decisionem Bald. sequitur Ludoui. Roma. in l. prætor ait. in princip. in nouis additionibus. ff. de noui oper. nuntia. vbi rationem assignat: quia talia compromissa inuenta sunt à statuentibus, vt lites citius finiantur. l. quanuis. ff. de arbit. quæ ratio cessat, quando compromissum petitur prope finem litis. Hanc eandem sententiam tenuit Paul. de Castr. in procem. C. in princip. in j. colum. in fin. vbi quærit, si statutum disponit, quòd ad petitionem partis debeat fieri compromissum, an in quacunque parte litis possit peti tale compromissum? & determinat, quòd ante publicatas attestationes possit peti, quo tempore res adhuc est dubia, post verò
2 res videtur clara: non enim debet quis facere † aduersarium fatigari litibus, & expensis coram iudice, & postea eludere quoquo modo. arg. l. final. C. de compensatio. & ita refert in contingentia facti se consuluisse, & ita consuluit consilio lxxiij. incipien. quòd in causa appellationis non possit. quod refert & sequitur do. Alexand. in consil. lxxxij. quod incipit, in causa vertẽte inter Petrum & Ioan. in penulti. colum. in primo volumi. & in consilio lxij. in secundo volumi. quod incipit, visa facti narratione. prope finem. & in consilio xxvj. in tertio volumi. quod incipit, videtur prima consideratione. in quarta colum. Idem voluit Areti. consil. cj. in causa Gregorij. & Rapha. Cuma. in consil. lxxxv. incipien. quanuis de iure communi. Adde, quòd dictum Bald. dixit singulare do. Alexand. in l. si causa cognita. C. de transactionibus. vbi etiam tenet, referendo Paul. de Castro in dicto consilio lxxiij. quòd in causa appellationis non possit peti dictum compromissum. vide etiam Curt. Senio. in dicta. l. si causa cognita. vbi refert hoc dictum Baldi pro singulari, licet ipse aliquibus mediis conetur illud impugnare. tamen dicit, quòd contra decisionem Bald. & sequacium, nunquam potuit obtinere. & prædicta notabis, quia quotidiana sunt.

LXXIII.

1 *Principe inferior, habens tamen potestatem legis condendæ, si ferat sententiam, vel epistolam mittat, an legis vim habeat.*

2 *Supplicatio porrecta principi vim libelli habet, & litis contestationis.*

DIsponit text. in l. prima. ff. de constitutionib. prin-
1 cipum. † quòd Imperator epistolam mittendo, vel rescribendo, dicitur ius condere: eodem modo sententia diffinitiua principis, cum causæ cognitione lata, habet vim legis, non solùm in causa illa, in qua producta est, imò facit ius quò ad omnes similes. l. finali. C. de legibus. Quæritur modò, quid si aliquis inferior à principe, qui habeat potestatem condendi legem, putà Rex, marchio, vel Comes, ferat aliquam sententiam, vel epistolam mittet, an habeat vim legis? Dicas, quòd non: imò si iuri contraria sit, tanquam iniqua, potest rescindi. l. prima. ff. à quibus appellar. non licet. De hoc habes gloss. singularem, in l. prima, super verbo, derogare. ff. de feriis. quam gloss. reputat signanter notandam Ange. & post eum do. Alexand. & Iason ibi. Adde, quòd illam glossam sequitur Fulg. ibi, & ad hoc est multùm singularis, secundum Roma. in dicta l. prima. sequitur etiam dominus Alexand. in l. ciuitas. in vltima colum. in fin. ff. si certum petatur. quicquid dixerit idem Angel. sibi contrarius, in l. item veniunt. §. cæterum. ff. de petition. hæreditat. Corroboratur, quia
2 in simili videmus, quòd supplicatio porrecta † principi, habet vim libelli, & litis contestationis. l. prima, & secunda.

& secunda. C. quando libel. princip. dat. cap. significasti. de rescriptis. & tamen hoc non habet locum in inferiore, puta Rege, proconsule, vel episcopo. l. prima. C. de officio præfect. prætor. Afric. & ibi Fulgo. ad hoc notat. & prædicta diligenter notabis pro limitatione dictorum iurium.

LXXIIII.

1 *Rex, vel Baro, an possit milites creare extra suum regnum, vel baroniam.*

2 *Iurisdictionis voluntariæ quæ sunt, possunt extra suum territorium exerceri. & quomodo hoc sit accipiendum. num. 3.*

1 QVæro de pulchra quæstione,† an Rex vel Baro transiens per alias partes, possit extra suum regnum, vel baroniam creare milites? Et videtur dicendum quòd non: quia ibi vt priuatus homo habetur. l. fina. ff. de officio præfect. vrbis. Contrarium notanter determinauit Bartol. in l. prima. versicul. sed tamen dubitatur, nunquid rex. in viij. colum. in fin. C. de dignitatib. lib. xij. quòd rex in tali casu bene potest creare milites:
2 quia ea † quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt extra suum territorium exerceri. l. prima & secunda. ff. de offic. procons. & legat. Comprobatur per illud, quod notabiliter decidit Bald. in dicta l. secunda. vbi dixit, quòd episcopus extra suam diœcesin, potest instituere præsentatum à patrono ad beneficium, quia est voluntariæ iurisdictionis: secus in vicario episcopi, etiam habente speciale mādatum. quod est notandum secundum eum: quia commissio facta ab inferiore à principe, nunquam potest exerceri extra territorium committentis. allegat Bartol. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. De quo tamen vide per Abb. in capit. nouit. in ij. column. de offic. legat. Hinc dicit Hosti. in summ. in titu. de pœn. & remissio. §. cui confitendum. vers. & nunquid extra territorium. quòd sacerdos parœcialis, existens extra territorium suæ parœciæ, potest vbicunque confiteri, & absoluere parœcianum suum, cùm sit voluntariæ iurisdictionis. Adde illud, quod dicit copiosus Barba. in dict. cap. nouit. in versicul. ex ista gloss. potest inferri. vbi dicit se audiuisse, aliâs fuisse dubitatum in ciuitate Bononiæ. Episcopus Astensis transiens per illam ciuitatem, ordinauit quosdam scholares Astenses in clericos: quia potuit hoc facere, quia si potest conferre beneficia, ergo & ordines. Aduerte tamen ad illud, quod superius
3 dixi, quòd ea † quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt extra territorium exerceri, quòd hoc verum est, nisi aliud quod esset expediendum, competeret de iure speciali. text. est singu. iuncta glo. in cap. statutum. de præben. lib. vj. refert Roma. in singul. suo xlix. incipien. Tu habes, quòd ea quæ sunt voluntariæ, &c.

LXXV.

1 *Beneficio priuatur is, qui quod est causa sui beneficii negauit. 3.*

2 *Maritus matrimonium denegans priuilegio, ne inquantum facere potest, condemnetur, priuatur.*

4 *Responsio etiam simpliciter facta, ad omnia quæ præcessere refertur.*

1 LEgisti aliâs, quòd † negans illud quod est causa sui beneficij, perdit beneficium. l. sed hoc ita. §. quod autem. vbi Bartol. Imol. Alexand. & Iason notant. ff. de re iudica. Ad idem text. in l. si dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiusso. vbi dicitur, quòd fideiussor qui negat se fideiussorem, amittit beneficium diuisionis cōpetens pluribus fideiussoribus. Item filius qui est in potestate patris, si negat se esse in potestate, amittit beneficium. l. si ex parte. §. interdum. & l. j. ff. quod cum eo. Similiter vasallus negans dominium feudi, eo ipso cadit à iure suo. Ita Innocent. Panormita. Feli. Deci. in capit. cæte-
2 rùm. de iudic. Item maritus qui negat † matrimonium, perdit priuilegium ne condemnetur, nisi inquātum facere potest, cum neget illud quod est causa sui beneficij: Secus, si negat dotem datam, vel contractum dotis celebratum. ita Bartol. notanter in l. etiam. §. j. circa finem. ff. soluto matrimo. quem refert & sequitur Alexand. in l. maritus. eodem titul. Intellige tamen prædicta vera, in eo qui dolosè negauit: Secus, si per errorem, vel ignorantiam, & sic absque dolo vel culpa: quia tunc non perdunt dictum beneficium. ita probatur in cap. si vasallus. j. in titu. si de feudo fuer. controuer. inter domi. & vasal. quem text. ad hoc ponderat ibi Bald. & notatur per Bal. post gloss. in l. fina. ff. de rei vendi. Idem voluit. Alexand. post Angel. & Raph. Cuma. in dict. §. quod autem. Quæ-
3 ritur † modò, quid si aliquis non neget id quod est causa sui beneficij, putà se esse fideiussorem, vel se esse sociū, sed generaliter respondendo libello, in quo fit mentio de societate, vel fideiussione, dicat, Nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur, nunquid hoc casu perdit dictum beneficium? Dicas singulariter, quòd nō. Hoc fuit singulare dictum Bartol. in dict. l. si dubitetur. §. ita demum. de fideiusso. quod dictum exclamat ibi Imol. & dicit se ex hoc dicto aliâs fuisse bene lucratum, & quòd ex eo poteris lucrari vnam vestem, eo quia ex tali generali negatione, solùm intelligitur negasse substantiam facti, sed non singulas circunstantias qualitatis: sicut quando simpliciter respondet, contenta in inquisitione vera, videtur solùm confiteri contenta principaliter in inquisitione esse vera, non autem in consequentiā, nec accessoriè. Idem voluit Paul. de Castro in dicto §. ita demum. & Imol. in d. §. quod autem. & Bal. in l. si cui. §. si à filio. ff. de legatis primo. & in capitul. j. in iij. columna. de litis contestatio. licet idem Bald. in l. j. in ij. colum. in fine, & in l. j. C. de ædil. actio. & Ant. de Butrio, in cap. j. de lit. contestatio. tenuerint contrarium. & Felin. ibi, & in capitulo cæterùm. sequitur hanc partem, & dicit quòd ista est communis opinio. Adde, quòd Alexand. in dicto §. quod autem. dicit hoc dictum Bartol. singu. licet dicat quòd in puncto iuris non procedit. Mouetur,
4 quia † responsio simpliciter facta, ad omnia prædicta refertur. argumen. §. prætereà. Instit. de inuti. stipu. tamen ipse posteà sustinet opinionem Bartol. quia generalis negatio non debet intelligi comprehendere id quod in specie quis verisimiliter non esset negaturus. argumēto l. obligatione generali. ff. de pignoribus. & l. j. C. quæ res pignor. & ideo non videtur, quòd in generali responsione veniat illud quod meretur pœnā. l. si procurator. in princip. ff. de condict. indebiti. & l. iij. §. si procurator. ff. quod quisque iuris. & notat Bartol. in l. codicillis. §. instituto. de legatis secundo. ista sunt de mente Salicet. in l. cum precum. C. de liberali causa. vt fatetur Alexan. in dicto §. quod autem. quamuis prædicta non alleget. Adde quòd hanc opinionem Bartol. sequitur Deci. in d. cap. cæterùm. vbi reassumit ista dicta Alexan. tacito authore: & ita ipse respondet ad argumentum superiùs factum de §. prætereà. Similiter hanc sententiam Bartol. sequuti sunt Raph. Cuman. in l. necessariis. ff. de acquirenda hæreditat. & Alexand. in l. etiam. §. primo. soluto matrimonio. & idem Alexan. in consilio xxxvij. Viso. colum. v. lib. ij. & cum Bartol. videtur concordare Butrigarius in l. prima. C. de litis contestat. & Iason in dicto §. quod autem. sequitur etiam hanc opinionem Bart. quam dicit esse communem contra Felinum in dicto c. cæterùm. & certè ex prædictis apparet opinionem Bart. esse magis communiter approbatam.

LXXVI.

1 *Contumax in respondendo libello, an & quando possit mulctari duplici remedio. & nu. 2.*

1 IVdex, qui processit † ad missionē ex primo decreto, contra reum citatum ad respondendum libello, & cōtumacem in non comparendo, potest adhuc illum mulctare alio remedio, & consequenter punitum vno remedio, adhuc alio punire potest. l. j. §. is videtur. & ibi Paul. Alexand. & Iason notant. ff. si quis ius dicenti non obtemp. Intellige tamen, & limitā singulariter illum textum secundum Paulum de Castro ibi, in vltimo nota. procedere, quando reus punitus vno remedio, iteratò citatus fuit, vt respondeat, & ipse adhuc perseuerat in

contumacia, quia tunc licet iudex vsus sit vno remedio, si illud satis non fuit, potest peruenire ad aliud remediũ, perseuerante contumacia. l. j. §. quid ergo. de ventre inspiciendo. l. consentaneum. & ibi per Bartol. notatur, C. quomodò & quando iudex. aliàs per missionem in possessionem satis punita esset prima contumacia. l. satis. ff. de in ius vocando. & hoc dictum Paul. multùm extollit Alexand. in dicto §. is videtur. & post eum Iason ibi, dicens quòd illud est singulare, & quòd præstat intellectum ad totum illum titulum. Pro quo facit text. in ca. quoniam frequenter. §. finali, cum glossa, extrà vt lite non contestata. vbi Abbas in vltimo notabili hoc limi-
2 tat, † nisi contumacia rei magna esset, putà, quia citatus protulit verba opprobriosa contra iudicem, & dixit se non compariturum coram eo, quia tunc iudex pro eadem contumacia posset imponere mulctam, & mittere actorem in possessionem. argumen. capit. statuimus. xvj. quæst. j. vbi à principio imponitur duplex pœna, si hoc meretur delictum: nam & pœna commensurabilis delicto esse debet. cap. non afferamus. xxiiij. quæstio. j. Similiter, sicut ex nimia contumacia potest iudex mittere in possessionẽ, & iubere vt missus lucretur fructus. l. Fulcinius. §. final. ff. ex quibus causis in possessio. ita etiam potest facere missionem, & etiam mulctam indicere. & ita dicit posse intelligi gloss. notab. in authent. qui semel. C. quomodò & quando iudex. in verbo, locum habeat. quæ dicit, quòd si iudex partibus præsentibus præcepit, vt antequam recedant, litem contestentur, & altera pars recedit cõtumaciter, poterit iudex illam mulctare, & actorem in possessionem mittere. Pro quo facit text. cum glo. in cap. ij. in fin. de officio delegat. in vj. & prædicta faciunt ad limitationem eorũ, quæ notat Bart. in dict. l. consentaneum. in vlti. colum.

LXXVII.

1 *Error in nomine appellatiuo vitiat dispositionem, nisi res præsens sit.*

1 SI erratum fuerit † in nomine appellatiuo, talis error vitiat dispositionem. l. si quis in fundi vocabulo. vbi omnes scribentes ad hoc illum textum notant. ff. de legatis primo. Quæritur modò, quid si res est præsens, & ad oculum demonstretur, & erretur in nomine appellatiuo, putà, si aliquis dixerit, Promitto tibi hunc equum, demonstrato boue in præsentia, an talis error nominis appellatiui vitiat dispositionẽ? Dicas singulariter quòd non. De hoc habes glossam singularem in l. quæ extrinsecus. ff. de verb. obligat. super verbo, appellationẽ. quia tunc licet sit erratum in appellatione, tamen præsentia rei facit omnem errorem cessare. & illam glossam dicũt singularem, & non reperiri in iure Imol. Angel. Cuman. Alexander & Iason in dicta l. quæ extrinsecus. Angel. Imola, Alexander, & alij, in dicta. l. si quis in fundi vocabulo. in principio. Angel. in l. quoties. in principio. ff. de hæredibus instituendis. Ang. in l. si in nomine. C. de testamentis. Imola in l. si ita stipulatus fuero. ff. de verborum obligationibus. Felin. in capitulo significante. in secunda colum. extrà de rescriptis. & pro illa glossa facit text. in l. certum. ff. si certum petatur. vbi dicitur non referre an proprio nomine res appelletur, an digito ostendatur. Ad idem glossa in dicto c. significante. paulò post. princip. de rescriptis.

LXXVIII.

1 *Statutum disponens, quòd causæ coniunctorum debeant compromitti, locum sibi non vendicat in eo, qui opponit exceptionem transactionis, vel litis finitæ.*

1 EXceptio trãsactionis † est exceptio litis finitæ. l. fratris. vbi Bald. Salicet. Alexand. & reliqui notant. C. de transactio. sicut exceptio iurisiurandi, & rei iudicatæ. hæc enim remedia ad dirimendas lites inuenta sunt. l. j. & ij. ff. de iureiurando. l. j. ff. de re iudica. faciunt quæ habentur in capitu. j. de lit. contestatio. in vj. & in hoc sunt priuilegiatæ, quia licet peremptoriæ sint, quæ regulariter processum non impediunt, tamen istæ impediũt, si ad processum opponantur, & in eis modus opponendi erit intuendus. Ad quæ vide notata per Bartol. in l. cùm quærebatur. ff. iudica. sol. Et ex his infert singulariter Bald. in dicta l. fratris. & sequitur ibi Salice. (& hoc est quod voluit dicere) quòd si ex forma statuti cauetur, quòd causæ inter coniunctos vertentes, cõpromitti debeant, si aliquis coniunctorum moueat litem, & reus opponat exceptionem transactionis, vel aliam exceptionẽ litis finitæ, quòd tunc si de tali exceptione appareat, reus ad compromittendum compelli non poterit. quoniam motor litis iam decisæ audiri non debet. l. tertia. §. ibidem. ff. ad exhiben. & hoc exclamat Alexand. in dicta l. fratris. & dicit se habuisse de facto, & obtinuisse. Adde quòd idem voluit Bald. in l. si iudex. in fine. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. vbi dixit, quòd illæ exceptiones, quæ impediunt processum, impediunt etiam compromissum fieri, quia petitio compromissi est de processu, secundũ eum. Et istud dictum Bal. dicunt singulare, & extollunt Curtij in dicta. l. fratris. referunt & sequuntur Iason & Decius ibi. Adde Mari. in consilio xxxviij. incipien. pro decisio. column. penulti. & Corne. in consilio xvij. licet in hac consultatione. colum. fina. libro primo. Alexand. in consilio clxij. in causa & lite. colum. secunda, lib. septimo. Et licet prædictæ exceptiones litis finitæ, non opponerentur ad impediẽdum processum, sed ad merita causæ, adhuc compromissum impediretur: quia ꝓpter tales exceptiones res clara & decisa videtur: & statutum non videtur sibi locum vendicare: vt notanter tradit Barto. in l. elegantet. ff. de condict. indebi. in principio. Idcirco tale statutum habebit locũ ante publicatas attestationes, & non post, quia tũc res est liquida, vt voluit singulariter Bald. in l. j. ff. eodẽ. & Roma. in l. prætor ait. in princ. ff. de noui oper. nunt. & Pau. de Cast. in procem. C. in prima colum. in fine. cũ aliis concordantibus traditis per me suprà, in singula. meo incipiente, quæro de pulchra quæstione, statutum disponit. num. 72.

LXXIX.

1 *Regula, res inter alios acta tertio non præiudicat, fallit.*
2 *Præsumptio facit præualere probationem vnius partis, cæteris aliis paribus.*
3 *Testis vnius fides suppletur per alium.*

1 VVlgata est illa regula † in iure, quæ habet, quòd res inter alios acta tertio non præiudicat. tot. titu. C. res inter alios act. l. sæpe. ff. de re iudi. Quæ sanè intelligi debet, vt procedat quò ad plenum præiudiciũ: sed quò ad qualequale præiudicium, bene alteri nocet. l. à sententia. in princi. ff. de appellatio. & ibi glo. l. si duo patroni. in princip. & ibi glo. super verbo, habiturum. ff. de iureiur. gl. in cap. cùm super. in verbo, rationabiliter. extrà de iureiuran. & in l. j. in versic. præiudicium. ff. de excep. rei iudi. & illud est præiudicium præsumptionis: quæ præsumptio est magni effectus, vt dicit glo. singularis in d. l. si duo patroni. super verbo, authoritatis. quia si probationes sunt hincinde pares, ille obtinebit, qui habet illud plus, videlicet qualemqualẽ præsumptionem. Et hoc sequuntur omnes scribentes ibi. & dicit Angel. quòd illa gloss. est melior quacunque alia quæ sit in iure. & ad hoc reputant singularem Fulg. ibi, & Ang. in rep. l. sciendum. ff. de verb. oblig. & illam gloss. exclamat Cur. Seni. in rep. l. admonendi. num. clxxiiij. idem voluit Ange. in l. j. ff. de excep. rei iud. Et pro ista gl. facit quod dicitur de interdicto vti possidetis, videlicet quòd
2 præsumptio facit præualere † probationem vnius partis, cæteris aliis paribus, quæ præsumptio ibi est ex antiquiore possessione. l. clam possidere. ff. de acqui. poss. & habemus exemplum naturale, secundum Bald. in d. l. si duo. in ponderibus in æquilibrio permanentibus: quia si ex vna parte aliquid modicum superadditur, facit illam præponderare. Et pro illa glo. facit quod voluit gloss. in cap. ordinatos. lix. dist. & cap. dilectus. ij. de simo. & ij. quæst. v. c. interrogatum. Ex quibus colligitur, quòd ex isto qualiquali præiudicio, inducitur præsumptio contra ius tertij: & sic iudex facilius pronuntiabit cõtra ius tertij, in causa posteà aduersus eum mota.

mota, quasi rectè per primum iudicem iudicatū fuerit. Adde, quòd etiam operatur hoc, prout notanter dixit Guliel.de Cu.in dicta l. si duo patroni. videlicet quòd si pars probasset per duos testes, qui reiici potuissent, ꝙ præsumptio resultans pro eodem probante, ex sententia inter alios lata, facit illos testes pro integris haberi. Allegat in ar.l.qui liberis.§.testamento.versic.planè. ff. de bo.pos.secundum tab. quod dictum non exeat mentem tuam. Non omitto illud, quod egregiè dixit Bald.per il-
3 lum tex.in l.si quis†ex argētarijs.§.j.in prin.ff. de eden. vbi dixit, quòd si vnus testis est infamis infamia facti, qui non censetur esse integer testis, gl. in l.iij.§. duo autem. in verb.eandem fidem.ff.de Carb.edict.& in l.j.vbi scribētes, C.de sum. trin. & alius testis sit valde fide dignus, quòd tunc illi duo testes facient plenam fidem: quia fides vnius suppletur per alium. quod est menti tenendū, secundum eum. & Moderni ibi dicunt illud dictum famosum & quòd tota die in consulendo allegatur. Idem voluit Bald.in l.j.in iij.colum.C.de test.Sali.in l.in bonę fidei.C.de reb.cred.Ludo.Rom.in l.j.§. si quis stipulāti. ff.de verb.oblig.& Alexan.in d.l.si quis.§.j. Et prædicta procedent, quando testes erant tales, quòd examinati facerent indicium, dato quòd aliàs examinari non debuissent, vt sunt impuberes, vt habetur in notatis per gl. in l.fi.C.de his, quib.vt ind. Secus, si indicium aliquod non facerent, vt in teste qui propter reuerētiam non potuit recipi, putà seruus contra dominum, nam examinatus indicium non facit.l.maritus.& ibi Bart. ff. de quæstio.l.diuus.§.ex quibus.eod.titu.Bald. in l.seruos.C.de testi. Vnde si nullum indicium facit, ex alia probatione incrementum recipere non potest, cùm incrementum aliquod adesse præsupponat.l.sed si manente. ff. de preca.& ita potest limitari dictum Guliel.& Bald.

LXXX.

1 *Coniunctum scire facta coniuncti, quomodo sit accipiendum.*
2 *Vicinus præsumitur scire facta vicini.*

1 TV habes dictum satis vulgatum, quòd†coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.l. octaui. ff. vnde cogna.l.de tutela. C. de in integrum restitutio. minor. notat Bald.& post eum Alexand.Ias. in l. quoniam sororem. C.de iure.deliberan.Idem Alexand. l.ij. C. qui admit.Bald.Angel.Imol.in l.Titius.§.j.ff. de liber. & posthu.tangit Ange.in l.tres fratres.ff.de pact.Bar. Pau.Alexand.& Ias.& reliqui recentiores in l. j. ff. si cert. peta. Quæro modò, aliquis coniunctus patrauit aliquod homicidium, vel vulnerauit aliquem, an coniuncti præsumantur conscij huiusmodi delicti, adeò quòd teneātur? Videtur dicendum quòd sic, per supradicta iura. Et cōprobari potest hæc opinio per text.in c. constitutus. extrà de testib.vbi dicitur, quòd si consanguinei illius episcopi, qui accusabatur de simonia, prohibebant amplius testes produci contra dictum episcopum (ex quo verisimile non est, quòd eo inuito talia fierent, & hoc non caret scrupulo societatis occultæ) mādat ibi summus Pontifex, quòd episcopus ille suspendatur ab officio: & sic vides quòd coniunctus præsumitur scire facta coiuncti. Tamen in contrarium facit text.in c.quia prælatus. j. q. iiij.vbi consanguinei cuiusdam presbyteri, eruerunt oculos aduersarij sui, nec factum illorum imputatur presbytero. Tamen concordando prædicta iura dicas sic, quòd aut delictum patratum per consanguineos, est momentaneum, vel successiuum: vt homicidium, vel vulneratio, & non præsumitur cōtra consanguineos, vt ex hac sola præsumptione puniantur, sed requiruntur alia indicia vrgentia.& ita procedet d.c.quia prælatus.& faciunt notata in c.Petrus.extrà de homi. Aut delictum est successiuum, seu habet causam permanentem, & tunc præsumitur contra consanguineos, quòd fiat de eorum voluntate. Et ita intelligatur d.c. constitutus. quem text. ita intellexit do. Abb.ibi.& idē Abb. in c.cum causam. colum.x.extrà de testi.& Imo.& Felin.in d.c.constitutis. dicūt illum text.meliorem de corpore iuris.& ita etiam illum text.notat Bal.in l.j.in fi.C.si quacunque præditus potestate. Facit pro hoc illud quod voluit Pau. de Cast.
2 in l.j.ff.si cert.petat.vbi dicit, quòd†vicinus præsumitur scire facta vicini in his, quæ habent causam successiuam, & sic possunt de facili transire in notitiam vicini: secus in his, quæ habent causam momentaneam. Accedat elegans dictum Abb.in c.fin. de consi.extrà, vbi dicit, quòd ex vnico actu momentaneo, non inducitur consuetudo, secus si esset vnicus habens causam continuam. allegat textum singul.in ca.cum de beneficio. de præben. in vj.
3 Nec †obstat text.d.l. octaui. cum similibus: quia dico quòd procedunt quò ad ea, quæ concernunt iura sanguinis, & processum naturæ. & ita respondet Bald. in d. l.quoniam sororem.& post eum Alex.& Ias. ibi. & prædicta obseruabis: quia notabilia sunt.

LXXXI.

1 *Mandatum ad pias causas an mandantis morte terminetur.*

1 EXplorati iuris est, mādatum † procuratoris re integra extingui per mortem mandantis.l.mandatum. vbi Bald.& Salice.hanc materiam plenè examinant, C. manda.§.rectè.Instit.eo.titu.l.si per epistolam.vbi Bart. notat.ff.de acquir.hęred.l.si quidem.C.de actio. & obligati.latè Sali.in l.inter causas.in prin.ff.man. Bald. in c. cùm venissent.extrà de testibus. Quæritur modò, quid in mandato ad pias causas, putà aliquis mandauit alicui, vt dotaret ecclesiam, & constituens moritur re integra, an hoc mandatum expiret? Dicas quòd non. De hoc habes text.vnicum, & singu.in c.exijt, qui seminat. in secunda charta.in §.in eo verò casu.de verb. signific.in vj. quem text.pro singul.allegat Bal. in auth. si qua mulier. colum.fin.C.de sacros.eccles. & idem tenet in l. mandatum.C.mand.& in l.sicut. in fin. C. de acti.& obligatio. Adde quòd illum text. ad hoc dixit singularem Ias. in l. eius qui in prouincia.§. placebat. in j. colum. ff. si cert. pe.& illum text. ad hoc reputat etiam singu. Lud. Rom. in consi.cxviij. incip. in prima conclusione præcedentis consilij.& idem Roma.in repet.auth.similiter. C.ad leg. Falcid.in xvij. speciali piæ causæ circa contractus. licet dicat non probari in cle.exiui.& certè nec mirum, quia Bald.illam cle.non allegat (vt vidisti) vnde ipse Lud Roma.alleg.pro hoc l.si pater filio.ff.de manu.vindi.vbi dicitur, quòd in libertate mandatum non expirat re integra morte mandantis fauore libertatis: ergo eodem modo ratione piæ causæ.

LXXXII.

1 *Probatio eorum quæ consistunt in intellectu & conscietia nostra, quomodo fiat.& num.3.*
2 *Iuramento hæredis dicentis sibi non esse in animo adire hæreditatem, an standum.*

1 MVltoties credo † te audiuisse, quòd ea quæ consistunt in animo, vel conscientia nostra, probantur per nostram simplicem assertionem cum iuramento. De hoc habes gloss.not.in cap. significasti. super verb. si ita est.vbi Cano.notant, extrà de homicid. Ad idem gloss.in capit.præsentium.extrà de testi.& in capitu. pastoralis. extrà de exceptio.notant dom.de Rot.decisio.xlv.incip. item si impetranti.bonus tex.in l.non omnes.§. à Barbaris.ff.de re militari. Et ideò Cardin.consi.xxix.incipien.
2 vnde exercitium.dicit, quòd statur iuramento†hæredis dicentis, quòd per aliquos actus non habet animum adeundi hæreditatem. Allegat gloss.in dict. capit. significasti.& in capit.si verò. ij. de sentent. excommunicatio. Ad idem gloss.singu.in §. sed istæ. Instit.de actio.quam gloss.ad hoc dicit singu.Bald.in capit.bonæ.ij.de postu. prælat. Hinc est, quòd Bart.in l.Celsus.in ij. colum.ff. de vsuc.dixit, quòd si pater emit fundum, quem decem annis possedit, & posteà decessit relicto filio, qui similiter alijs decem annis possedit, & cecidit à possessione, & non potest inuenire instrumēta, vel testes, per quos probetur titulus, consulit, vt allegaret titulum, & probaret iustum vel iustissimum errorem, de quibus ibi per eum: quia sequuta possessione decem anno.sufficit. Et si dicatur, dicit ipse, qualiter probabitur, ꝙ hoc sciuerit, vel crediderit ab initio, cum cœperit possidere? respondet

ipse, quia hoc pendet à suo animo, & statur suo dicto. alleg. glo. in d. §. sed istæ. Tamen prædictam conclusionem intellige sano modo, videlicet quòd tunc in his, quæ de-
2 pendent† ab animo, stetur assertioni alicuius cum iuramento, quando talis persona est fide digna. & ita singul. voluit Bald. in l. falsus. in iij. colum. in iij. opp. C. de furt. & glo. not. in d. ca. significasti. de hom. Facit quod voluit Bald. notabiliter in repe. l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fid. cath. vbi dicit, quòd si statuto cauetur, quòd credatur libro mercatoris, intelligatur, nisi talis mercator sit infamis: quia tunc etiam quòd iuramentum sit interpositum, nõ credetur suo libro. Accedat quod voluit notanter Ange. in l. qui iudicio. ff. de accusa. vbi dixit, quòd si ex forma statuti debet credi iuramento denuntiatoris, vel damnum passi, quòd tamen non stabitur iuramento denuntiatoris, vel damnum passi, si sunt infames, etiam sola infamia facti. & ita attestatur fuisse iudicatum.

ADDITIO.

Adde Guid. Pap. singul. dcccvj.

LXXXIII.

1 *Obligatio omnium bonorum præsentium & futurorum, fieri potest. Limit. num. 3.*

2 *Debitori si quis pecuniam mutuauit, ex qua merces emptæ sint, quæ extant, in hisne possit præferri mutuans cæteris creditoribus. & num. 3.*

4 *Emphyteusis ecclesiæ obligari non potest.*

1 NOn te latet, quòd fieri † potest obligatio omnium bonorum præsentium, & futurorum. l. fin. C. quæ res pig. oblig. poss. vbi Barto. Bald. & Salice. notant. intantum quòd tunc etiam includuntur nomina debitorum ipsius debitoris obligantis, vt notant Bartol. Bald. & Salice. in l. iij. C. de hære. actio. Bartol. in l. Quintus. §. argento. ff. de auro & arg. leg. l. nomen. vbi Barto. & alij. C. quæ res pigno. obli. poss. intelligendo tamen, quando prædicta obligatio bonorum simpliciter facta esset: Secus autem, si fuerit obligatio bonorum mobiliũ, & immobilium: quoniam tunc iura, actiones, & nomina debitorum non comprehenduntur: quia actio, seu debitoris nomen, tanquam tertia species, non continetur appellatione mobilium, & immobilium. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. l. quam Tuberonis. §. penul. ff. de pecul. notant Bartol. & alij post Dyn. in l. potest. de autho. tuto. & in l. mouentium. ff. de verborum signific. Cano. in c. nulli. de rebus ecclesi. non alien. Similiter in generali obligatione venit pecunia. l. cùm tabernam. §. final. & ibi Bartol. notat. ff. de pignorib. tradit Alexand. in l. si constante. in iij. quæst. iij. partis princ. in versicu. confirmo, nam in generali. &c. ff. soluto matrimo. quod tamen intellige de pecunia debitoris ab alio mihi mutuata, quàm à creditore, cui bona illa sunt obligata. d. l. cùm tabernam. §. final. versicu. ab alio. Et ratio assignari potest, quoniam debitor pecuniam quàm mutuò accepit ab illo creditore, qui omnia bona sua obligauit, eo animo accepisse videtur, vt cũ ea possit negotia sua explicare: idcirco non est verisimile, quòd voluerit eam comprehendi in dicta obligatione bonorum: quoniam tunc non posset ea vti in suis negotijs, sed posset impediri per creditorem. Ita singular. Bald. in l. obligatione generali. ff. de pigno. tradit Rom. in sing. suo. dcxj. incipi. Accipio à te pecuniam mutuò. Pro quo facit, quòd si ali-
2 quis† mutuauit pecuniam debitori, ex qua merces emptæ fuerunt, quæ extant, in illis prædictus mutuans præferri cæteris non debet. ita Dyn. Bartol. Bald. Angel. & communiter scribentes concludunt in l. si cùm dotem. §. fina. ff. solu. matr. per l. procuratoris. §. planè. & §. sed & si dedi. versi. siquidem. ff. de tribut. l. quidam fundum. ff. de in rem vers. Ioan. Faber Institu. de rer. diui. §. venditæ. Bald. in l. fina. C. commo. & in l. eum, cui. ff. de actio. & oblig. & in l. in rebus. C. de iur. dot. Ias. in l. creditor. ff. si cert. peta. Alexand. in d. l. si cùm dotem. §. fina. vbi notanter limitat prædicta, nisi pecunia expressè mutuata fuisset ad merces comparandas: quia tũc mutuans in dictis mercibus, bene præferretur cæteris creditoribus personali actione agentibus. l. quod quis. cum glo. communiter approbata. ff. de priuil. cred. Imò fortius dicit glo.
3 not. in† authentic. quo iure. C. qui pot. in pignor. habe. quòd talis mutuans expressè ad merces comparandas, habet in eis tacitam hypothecam. Adde etiam, quòd in dicta generali obligatione, veniunt etiam bona emphyteutica: & sic licet regulariter bona emphyteutica alienari non possint irrequisito domino, tamen possunt hypothecari. Ita notat Bartol. & clarius Bald. & Paulus de Castr. in l. tutor. §. fina. ff. de pigno. actio. & l. lex vectigali. ff. de pigno. & Bartol. in l. si constante. in princi. in iij. quæstio. iij. quæstio. principa. ff. soluto matrimo. quem refert & sequitur ibi Alexand. reprehendens Rom. contrarium ibi tenentem. Idem voluit Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. Adde, quòd idem tenet glo. in l. fin. in versicu. vendere. & ibi Salice. & alij. C. de iur. emphyteu-
4 ti. Dicit tamen Salice. ibi† se audiuisse quendam solennem doctorem tenentem, quòd si esset emphyteusis ecclesiæ, obligari non possit, neque hypothecari, per auth. hoc ius porrectum. & authenti. quas res. C. de sacrosan. eccle. sed subdit ipse, quòd iura illa minimè probant, quoniam loquuntur in administratore ecclesiæ, & non in emphyteuta, qui ius suum tantùm, & non ius ecclesiæ pignorat: nam ius ecclesiæ pignorare non posset. l. rem alienam. ff. de pig. acti. & ita refert & sequitur Ias. in d. l. fin. Limita modò singulariter prædictam regulam, quæ
5 habet, quòd quis potest † obligare omnia bona præsentia, & futura, nisi quis vellet obligare bona alicuius viuentis, de cuius hæreditate speraret: quia illa obligare non potest. Ita est tex. sing. in l. fi. ver. neque hypothecas. C. de pact. quem ad hoc vterque Cur. ibi dicunt sing. Intellige tamen, quando bona illius viuentis essent specialiter obligata, prout loquitur ibi text. aliàs sub illa generali obligatione bonorum præsentium & futurorum etiam bona viuentis includerentur, per ea quæ notat Bart. ibi per l. iij. §. de illo. ff. pro soc. & sentit Dec. in d. l. fi. in viij. notab. Secundò, & singulariùs limita, nisi obligans ex consensu creditoris rem obligatam alienaret, quoniam si illam alienet, & posteà ex nouo titulo acquirat, non poterit creditor dicere, quòd virtute generalis obligationis, in qua veniunt futura, res illa de nouo acquisita intelligatur. Text. est singularis in l. fina. C. de remiss. pig. quem Bart. ibi in prin. exclamat, dicendo illum singularem, & dicit etiã, quòd qui nesciret illam legem, semper responderet contra illum casum. & illum text. dixerunt etiam sing. dom. Ias. & post eum Cur. in dicta l. fin. in vlt. not. C. de pact.

LXXXIIII.

1 *Statutum restringens facultatem probandi ad vnum modum tantùm, valet. limit.*

2 *Satutum interpretationem recipit à iure communi.*

3 *Iuramentum probatur per duos idoneos testes.*

1 STatutum, vel consuetudo restringens † facultatem
a probandi ad vnum modum[a] tantùm, putà per instrumenta, vel testes tantùm, valet & tenet. ita Specu. in titu. de prob. §. videndum. versi. sed pone, quòd instrumento. & expressè tradit Ange. in auth. vt sine prohi. matr. colũ. vij. in fi. & Alexand. consi. xxxvj. viso processu. in princi. lib. v. Idem Alexan. consi. 50. in causa & lite. col. j. eo. lib. sicut enim lex potest minuere, & alterare probationes, vt dicit gl. in c. j. de cens. lib. vj. & in c. j. in versi. auhentic. de sent. excom. eo. lib. & Spec. de instr. editione. §. restat. versi. sed si alij. ita & consuetudo, secundum ipsum. cum quo transeunt Ant. Abb. Barb. Feli. & Dec. in d. ca. ij. de prob. Et tale statutum locum habet non solùm agendo, sed etiam excipiendo, vt voluit Alexan. in d. consi. xxxvj. Limita prędictam conclusioné non habere locũ, quando quis esset adstrictus ad probandum per instrumentum, & vellet probare per quinque testes: quia tali casu statutum non refragaretur. Ita singulariter voluit Abb. in d. c. ij. in fin. per text. in l. testium. C. de testi. de quo ipse facit festum. & hoc dictum Abb. reputat singulare Feli.

ibi, in

ibi, in quinta colum. in secunda conclusione in iij. fal.
2 refert etiā & sequitur Deci. in eo. c. Pro quo facit, † quia statutum recipit interpretationem à iure communi. l. j. §. lex Falcidia. ff. ad leg. Falc. vbi Bart. plenè, & postеum Alexand. quemadmodum enim de iure communi quinque testes vicem obtinent scripturæ, & instrumenti. d. l. testium. ita & in statuto dicendum est. Adde aliam sing. limitationem videlicet, nisi ageretur de probando iuramento, quod in contractu interpositum esset, quoniam
3 tunc, licet ex forma statuti requireretur † scriptura ad probationem cōtractus, tamen per duos testes idoneos probabitur iuramentum, maximè coram iudice ecclesiastico, coram quo agi potest ad obseruantiam dicti cōtractus. c. cùm C. laicus. & ibi scribentes notant, de foro competen. lib. vj. Ita singulariter voluit Imol. in repe. c. cùm contingat, extrà de iureiuran. in vigesimaprima charta. in sexto membro princi. quod dictum exclamat cumulator bonorum dictorum Feli. in d. c. ij. in versicu. sextò intellige. idem voluit Deci. ibi in decimatertia fal. in penulti. colum. vbi aliqua notabilia dicit, quæ videas. Et prædicta diligenter notabis: quia singularia sunt, & frequenter in practica accidere solent.

ADDITIO.

a Ad vnum modum. Adde quòd licet valeat tale statutum vel consuetudo, non tamen valet pactum vel conuentio quòd debitum non possit probari nisi per instrumentū: vt tenet expressè gl. magna in §. quia verò. in auth. vt sine prohib. mat. debit. & credit. & eam approbat ibi Angel. Cin. Bart. & Bald. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. idem tenet Floria. in l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad leg. Aquil. quod tamen fallit si tale pactum fuerit iuramento vallatum, vt per Roma. sing. cciiij. tale enim iuramentum erit seruandum, per cap. si verò. de iureiurand. vide Cæpol. cautel. ccliiij. dubitari. & Boueri. in sing. in verb. probatio. num. 25.

LXXXV.

1 *Testamentum an probari possit per duos testes, etiam si nata sit controuersia super voluntate testatoris.*
2 *Instrumentum ad hoc vt fidem faciat, quid requiratur.*

1 VOluntas testatoris quando † est dubia, puta an instituerit aliquem hæredem ita, vel non, & de hoc vertitur controuersia, debet probari per septem testes: vt probatur per gloss. & communiter scribentes, in l. ij. C. de bonorum possessio. secund. tabu. Tamen dabo tibi casum singu. in quo per duos testes poterit probari testamentum, etiam si quæstio oriatur de volūtate: & hoc est, quando instrumentum testamenti authenticum, celebratum corā septem testibus, aliquo casu fortuito perditur: nam probata amissione & tenore testamenti per duos testes, erit probatum testamētum. Ita singulariter probatur in simili in l. testium. C. de testi. & ibi Bald. notat in vlti. not. in ij. colū. & reputat hoc notabile. Idem voluit Salice. ibi. & illud dictum Bald. exclamat Ioan. Bapti. Seuer. in repe. l. admonēdi. num. 74. de iureiuran. & illud etiam reputant singu. Alexand. & Ias. in dicta l. ij. C. de bonorum possessio. secun. tab. Idem voluerunt Salice. Rom. & Deci. ibi. & Deci. in c. ij. in ix. colum. versicu. tertiò, si instrumentum, &c. extrà de proba. Angel. tamen in dicta l. testium. in aliquibus lecturis, quæ communiter non habentur, intelligit dictum Bald. verum, si tenor testamenti fuerit probatus per duos testes, qui fuerunt præsentes testamento, tunc dictum Bald. posset saluari, si testes, qui deponunt de amissione testamenti, & de eius tenore, sint valde periti: quoniam tunc sufficerent, dato quòd non fuissent præsentes in celebratione dicti testamenti. Pro hoc facit quod voluit Bartol. in l. ij. §. diuus. ff. de iur. fisc. vbi dicit, quòd quādo quis probat
2 instrumentum, & tenorem instrumenti, ad hoc † vt faciat fidem, perinde ac si instrumentum ostenderetur, requiritur illud probari per personas instructas, vt per notarium, iudicem, vel iuristas, qui sciunt discernere instrumentum publicum, & qualitates instrumentorum: non autem sufficeret quilibet testis. Idem voluit Bart. etiam in l. sicut. C. de fide instrumen. & Bald. in authenti. si quis in aliquo. C. de edend. & de hoc est tex. in cap. cùm olim. j. extrà de priuil. Feli. in ca. sicut. in j. colum. de re iudic. Corne. tamen in dicta l. ij. C. de bono. possess. secund. tabu. conatur impugnare dictum Bald. dicens, quòd text. in dicta l. testium. loquitur in casu diuerso, in quo de minori præiudicio agitur, quàm in testamento. Tamen responderi potest, quòd in testamento militat eadem ratio, ex quo principaliter agitur de probanda amissione instrumēti: & amissio est illa, quæ immediatè probatur, & non testatoris voluntas, quæ probatur per ipsum testamentum, probata amissione. Facit quod voluit Bald. in l. j. C. quibus ex cau. serui pro præmi. libert. accipi. vbi adiicit, ꝙ si seruus qui vult vlcisci necem domini, probauit indicia, propter quæ deuentum est ad torturam illius iudicis officio, quòd non meretur præmium libertatis, quia ista probatio potiùs est facta officio iudicis inquirentis, quàm per ipsum delatorem. Pro hoc etiam facit, quod voluit Cæpo. in cautel. ccliij. statuta quandoque disponunt. & quod voluit Deci. in dicto c. ij. de prob. quos videas.

LXXXVI.

1 *Confessio facta parte absente cōfitenti an præiudicet: & quādo.*
2 *Partis præsentiam quæ non desiderant.*

1 SI confessio facta † fuerit parte absente, [a]non præiu-
a dicabit confitenti. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. l. j. C. eod. titu. l. fina. C. de interro. acti. Intellige hoc verum, quando confessio directè tendit ad obligandum confitentem ei, ad cuius fauorem emanat cōfessio. Si autem principaliter ad hoc non tendit, sed aliquid probandum, ex qua probatione obligatio absenti quæritur, tunc talis confessio ipsi confitenti præiudicium parit. Vnde si filius præteritus approbat testamentum patris absente instituto, talis approbatio proderit instituto. Vel si aliquis approbat aliquod instrumētum tanquam verum, vigore huius approbationis omnes quorum interest, poterunt contra approbantem se tueri, licet non fuerint præsentes tempore approbationis. Ita egregiè & sing. voluit Ang. in §. si verò expressim. per illum text. in auth. de hær. & fal. quod dictum exclamat Frācíscus Cur. Senior, in repet. l. admonēdi. de iureiur. num. 17. refert & sequitur Alexand. in add. ad Bart. in d. l. certum. §. si quis absente. Et comprobari potest ex eo quod voluit Bartol. in l. nuda. in ij. opp. in ij. colum. ff. de
2 don. vbi dicit, quòd † consistentia in animo vnius solius, putà aditio hæreditatis, ratificatio, approbatio contractus, & similia, non exigunt præsentiam partis, cùm dependeant à voluntate vnius tantùm. Idem voluit Barto. in d. l. Nesennius. de negot. gest. & in d. l. certum. §. si quis absente. per glos. in l. Pomponius scribit. de neg. gest. & in l. non solùm. §. liberationis verba. ff. de liber. leg.

ADDITIO.

a Parte absente. Adde Hippolyt. plenè singu. ccij. tu scis regulam. & sing. dcxxvij. materia confessionis. & singul. cccclix. vox viua.

LXXXVII.

1 *Vulneratus si medicum non adhibuit, sua culpa mortuus præsumitur, quādo medicorum iudicio vulnus æquè ad vitam atque ad mortem se haberet.*
2 *Mortuus sua culpa præsumitur is, qui medico & salutem promittentibus parere noluit.*
3 *Locus insignis quis dicatur.*
4 *Consilium à ciuitate petendum, lignum à nemore.*

1 NOt. glo. singularem † in l. si ab hostibus. §. j. ff. solut. matr. quæ præstat argu. ad quæstionem quotidianam, videlicet, quòd si aliquis vulneratus fuit, & medicū non adhibuit, præsumitur sua culpa decessisse, quādo

vulnus iudicio medicorum poterat se habere ad vitam, & ad mortem: & sic vulnerans de occiso non tenebitur. quod est nota. dignum secundum quod dicit ibi Bald. vbi reputat illã glo. auream. & dicit Imol. ibi, quòd istud est omninò dignum ad practicam, pro defensione vulnerantis. & illam glo. ad hoc reputant etiam sing. Paulus de Cast. & Raph. Cum. ibi. Idem voluit Bald. in l. qui occidit. §. fi. vbi bonus text. ff. ad leg. Aquil. & in c. j. in prin. in tit. quib. mod. feu. amitt. Idem notant doct. in c. ij. de cleri. percusso. bene facit text. in l. item mela. §. Celsus. & in l. huic scripturæ. §. j. ff. ad leg. Aquil. quæ iura disponunt, quòd etiam si quis mortiferè ab aliquo sit vulneratus, si tamẽ ab alio posteà penitus exanimetur, primus vulnerans non tenebitur de occiso, sed solùm de vulnere. Idem dicas, si non permisit se curari, vel concubuit
2 cum vxore. Item † dicitur sua culpa decessisse, si noluit medicis obedire, ei salutem promittentibus, si permitteret se curari. ita Baldus & Flori. in dicta l. qui occidit. §. fina. Idem Baldus in add. Specu. super rubrica de homic. dicens, quòd si constat de inordinata vita vulnerati, imputabitur sibi. Similiter, si vulneratus fecit se curare per incantationes, quæ sunt prohibitæ: nam tunc in culpa dicitur fuisse, adhibendo curam prohibitam, in qua dicitur potiùs mors, quàm vita, nec tunc dicitur adhibuisse medicum, cùm tales non sint medici. ita notabiliter Socinus in consilio suo clxxviij. incip. Primo aspectu. vbi etiam dicit, quòd si clausus stare debebat, & exiuit, culpæ suæ imputabitur. Et ex prædictis colligitur modus articulandi, secundum Flor. in dicta l. qui occidit. §. fina. Idem dicas si vulneratus habuit medicum ignarum: quoniam parificantur non adhiberi medicum, vel adhiberi, & minùs peritum: prout dicit textus notab. in l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de ędilict. edict. & ibi est vna glossa quæ dicit, quòd bonus aduocatus potest facere pessimam causam videri bonam. & subdit ibi glossa quòd ille qui malum medicum adhibuit, est indignus hæreditate infirmi. & eam ad hoc pro valde notab. allegat Angelus in l. si seruum. in princip. ff. de verbo. obliga. Adde, quòd Baldus in l. si non simpliciter. in iiij. columna. C. de ædil. actio. dicebat, quòd vitium medici, vel malitia medicinæ, excusabant vulnerantem. & Angel. in dicta l. quòd si nolit. §. si mancipium. dicebat, quòd si vulnus secundum iudicium medicorum potest se habere ad vitam, & mortem, si vocatur medicus imperitus, & moriatur percussus, non imputabitur vulneranti. Non tamen credas quòd sit necesse adhibere antiquiorem, sed sufficit adhibere iuuenem, bene disciplinatum: secundum Angel. in dicta l. si seruum. in princip. de verbo. oblig. Aduerte tamen ad illud quod dicebat alibi Bartolus multum eleganter, quòd ad fundandam intentionem agentis, non sufficit probare, quòd medicum non adhibuit, vel adhibuit minùs peritum: sed debet probari, quòd medicum potuit adhibere sufficientem: quia erat in loco, in quo copia medicorum haberi poterat, aliàs sibi imputabitur. ita Bartolus in dicta l. si ab hostibus. §. j. & post eum dominus Alexander ibi. & Angel. in dicta l. quòd si nolit. §. si mancipium. in princip. Adde Innoc. in capitulo, statutum. de præscript. in vj. & textum in l. ij. §. si quis. ff. si quis caut. & c. querelam. de procur. & Bartol. in l. denique. ff. pro soc. & Bartolus in tract. de testi. in verb. lata culpa. Bartolus in l. tutor qui repertorium. §. penultimo. ff. de adminis. tuto. Bartolus in l. bonorum. ff. de bon. possess. titu. gen. Bald. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. In quibus locis
3 etiam habes, quòd † locus dicitur insignis, quando habet forum meri & mixti imperij. l. si duas. §. decet. ff. de excusa. tuto. Et prædicta notanda sunt pro omnibus casibus, in quibus vis alicui quid imputari, quod non fecit per alium, vt habeas necesse probare verè vel præsumptiuè quòd aliàs inueniebat, per quem de facili facere poterat. ita Bartolus in dicta l. si ab hostibus. §. primo. & in dicta l. idémque. & Baldus in dicta l. iuris ignorantia. Si tamen in loco non reperiebatur, nisi vnus medicus, vel nullus, debet mittere ad loca vicina pro perito, secundum Bar. in d. l. continuus. §. item qui insulam, in fi. ff. de verb. oblig. per l. diuus. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Facit quod notat Bald. in d. l. iuris ignorantia. vbi dicit,
4 quòd sicut † rusticus vadit ad nemus pro lignis, ita debet ire ad ciuitatem pro consilio. arg. l. iij. §. si tam vicinum. ff. de dam. infect. Idem tenet Ant. de Butr. & Imol. in c. ij. de consti. & Roma. in l. si duo. ff. de acquir. hæred. per glo. ibi. dum dicit, si facile erat &c. bene facit quod notat Ioan. And. in d. c. statutum. quæ omnia diligenter notabis, quoniam sæpissimè in facto accidunt.

LXXXVIII.

1 *Contumax vt quis dicatur, quæ, & quot requirantur. & num. 2.*

1 COmpertum habes, quòd † ad hoc vt quis constituatur contumax, requiritur trina citatio, vel vna peremptoriè. l. consentaneum. §. tres denuntiationes. & ibi Barto. Bald. & Salic. notant. C. quo. & quan. iud. Quæritur modò, aliquis fecit aduersarium suum citari peremptoriè, vel per trinas citationes, qui non comparuit: tamen ipse actor non accusauit contumaciam, an propter hoc reus possit dici contumax? Dicas quòd non. de hoc habes text. egregium & notabilem in l. properandum. §. & siquidem. ibi, actoris absentiam accusante. C. de iudi. quem text. ad hoc dicunt meliorem de iure Fulg. & Pau. de Cast. ibi. Referunt & sequuntur dom. Alexand. & Ias. in d. §. & siquidem. & illum textum alleg. ad hoc Fulg. in l. consentaneum. C. quo. & quan. iud. & in l. si finita. §. Iulianus. in iiij. columna ff. de dam. infect. Ad hoc etiam alleg. illum text. Bartolus in l. ij. in penultima columna ff. si quis in ius voca. non ier. & in dicto §. Iulianus. & in l. arbiter Calendis. ff. de arbitr. & in d. l. consentaneum. in fi. vbi notabiliter dixit, quòd ad hoc vt quis dicatur contumax, non solùm requiritur trina citatio, vel vna pro omnibus, sed etiam requiritur, vt pars, scilicet actor se præsentet in termino. Nam si actor præsens non esset, licet reus non se præsentaret, non propterea contumax esset. d. l. arbiter. & d. l. properandum. §. j. Et ideò dicit ipse, inoleuit practica, quòd in termino citationis pars compareat, & absentis contumaciam accuset. Et ista regula non solùm vendicat sibi locum in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, quando proceditur per accusationem: quoniam tunc etiam requiritur, actorem expressè accusare contumaciam ipsius rei, aliàs non censetur contumax: nam in criminalibus proceditur ad instar iudiciorum ciuilium. l. absentem. §. j. ff. de pœnis. & hoc voluit Imo. post Bart. in l. inter accusatorem. ff. de public. iudi. Barto. in extrauag. ad reprimendum. in ver. neglexerit. Salicet. in l. absentem. C. de accusatio. Prædicta intelligas quantum ad hoc, vt iudex procedat contra aliquem tanquam contumacem: secus quò ad effectus, qui ipso iure inducuntur à lege, vel à statuto. Vnde si sta-
2 tutum disponit, quòd contumax habeatur † pro confesso, & conuicto, si aliquis citatus non comparuit, quantum ad effectum statuti, contumax reputatur, dato quòd pars aduersa eius contumaciam non accusauerit. Ita singulariter voluit Bald. per illum text. in l. si tutor. C. de inter. mat. refert, & sequitur Iason in d. l. properandum. §. & si quidem. Addit insuper Bart. in d. l. consentaneum. ꝙ ad hoc vt quis dicatur vt contumax abesse, requiritur etiam quòd actor à iudice licẽtiatus recedat: non enim sufficit venire, nisi tota die terminum expectet. l. post edictum. de iudic. & colligitur in l. quæsitum. de re iudi. & hoc tenet Inno. in c. calumniam. de pœn. & prædicta dicit Barto. ibi notanda perpetuò. Adde, quòd idem voluit Bar. in d. l. si finita. §. Iulianus. in iij. columna, & post eum Imo. ibi. Pro quo dicit bene facere id, quod not. gl. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. in ver. comparere. de elect. in vj. & quod habetur in l. si quis decurio. cum ibi notatis. C. de decur. libro decimo. & quod not. in cap. j. de iudi. & pleniùs vide per dom. Alexand. in d. §. Iulianus. in vij. colum. circa fin.

LXXXIX.

1 *Gabellas fraudare, & collectas indictas per vniuersitates terrarum, an licitum. disting. num. 2.*

1 Quarto

1 QVæro, nunquid sit licitum † fraudare gabellas [a] &
a collectas impositas per vniuersitates terrarum?
Breuiter dicas, quòd si sunt licitè impositæ, quòd non: si verò sunt illicitæ, tunc permittitur, vt notanter dixit Iac. But. in l. ij. C. de iur. aureo. annul. quem refert & sequitur Bald. ibi. idem voluit Bar. in l. vectigalia. ff. de publican. vbi dixit quòd fraudās gabellas, non tenetur Deo, nec mundo: quia illæ gabellæ sine permissione principis, sunt extorsiones, nisi ipsimet ciues sibi ipsis grauamen imponerent. Idem voluit Abbas in c. innouamus. in secunda colum. in prin. de cens. & in c. j. de constitutio. in vij. colum. & Bald. in l. cùm proponas. C. de naut. fœno. in fi. Ang. in d. l. ij. C. de iur. aure. annulo. Bald. in l. veluti. in j. lect. in fin. ff. de iusti. & iur. & Bald. in rubr. extrà de const. in fin. Abb. in proœ. decret. Rex pacificus. in iiij. colum. & sic apparet vnus casus, in quo
2 licitè fraudari potest gabella. Limitatur † secundò hæc regula, nisi solutio gabellæ vel pedagij esset nimis barbarica: secundum Bal. in d. l. ij. C. de iur. aure. annulo. putà quando solueretur vltra tertiam octauæ partis, prout dicit idem Bald. in rubri. ff. de rer. diuisio. in ij. colum. per l. fin. C. de vectiga. Tertiò, limitari potest quando cessat causa licita ab initio illius impositionis, putà, si pro refectione pōtis, quem aqua secum trahens, præcipitauit, illo refecto, poterit licitè fraudari gabella, si petatur. Ita notanter Hosti. in sum. de cens. §. ex quibus. versicu. sed quid si mercatores. Plenè per Firm. in tract. suo de gabe. in ix. parte in princip. ibi, nonò principaliter, &c.

ADDITIO.

a Fraudare gabellas. Adde Guid. Pap. singul. dccxxvj. qui alias limitationes ponit.

X C.

1 *Statuto stante, quòd nullus possit ciuitate efferre vinum vel frumentum, si quis asportet res licitas & illicitas simul, an omnia veniunt fisco applicanda?*

STatutum disponit, quòd † nullus posit portare extra ciuitatem vinum, vel frumentum. accidit, quòd aliquis extrahit res licitas & illicitas simul, nunquid omnia veniant publicanda, & applicanda fisco? Videtur dicendum quòd sic, per text. in l. cotem. §. dominus. ff. de public. vbi dicitur, quòd ratione partis confiscatur totum. In contrarium habes text. not. in l. si publicanus. §. j. in fin. ibi, vt si quid amplius, &c. quasi dicat, non alia. ff. eo. titu. Non obstat tex. in d. §. dominus. quia ibi ratione partis publicatur totum, non in consequentiam rerum, sed in consequentiam delicti: quia capite puniuntur, & omnia bona publicantur. l. j. C. quæ res expor. non pos. & ita tenet Bart. in d. §. dominus. & in hanc sententiam residet etiam Guliel. in l. præsidis. ff. si cert. peta. & Cin. in l. cùm proponas. C. de naut. fœno. Sed Iac. de Aren. in d. l. cùm proponas. aliter distinguebat, videlicet, quòd aut omnes merces licitæ & illicitæ quæ ducebantur, erāt ducentis, aut suæ & aliorum: primo casu, omnes confiscantur. & ita intelligitur d. §. dominus. cum glo. secundo casu, quādo res licitæ erant aliorum, tunc non cōfiscantur. Nō obstat d. l. si publicanus. §. j. quia intelligit illam procedere, quando ea, quæ ibi licitè portabantur, erant alterius, quam ferentis. & hanc distinctionem sequitur Bart. in d. l. cùm proponas. Si tamen esset consuetudo, quòd indistinctè confiscarentur omnia bona non facta inquisitione, cuius sint res, valet talis consuetudo: quia in vectigalibus culpæ attribuitur non inuestigare loci consuetudinem. l. fin. §. diui quoque. ff. de public. & hoc est propter generalem consuetudinem: quia vbique con sueuerunt esse statuta super huiusmodi directis & vectigalibus præstandis: ille tamen propter cuius culpam res alterius confiscantur, tenetur domino ad interesse. argu. ff. de pign. actio. l. fin. §. fin. & quod ibi notatur. l. lectos. ff. de per. & com. rei vend. l. iubemus nullā. C. de sacrosan. eccles. Adde etiam ad prædicta, quòd si statuto cauetur, quòd si inuentus fuerit aliquis portare merces, aut quid aliud, contra deuetum, perdat illud & animal, super quo portatur: Reperitur postea quidam portare illud super alieno animali, tunc recurrendum est ad distinctionem d. §. dominus. quia aut dominus animalis fuit sciēs aut ignorās: vt primo casu perdat animal, secūdo verò non. Et ideò ignorans, quando animal venditur, si domino ignorante talia vehebātur potest dominus ipse comparere, & impedire venditionem. Ita Bart. in d. l. cotem. §. dominus, &c.

X C I.

1 *Pupillus proximus pubertati si contrahendo iurauit se adultum, deinde iurauit se non oppugnaturum à se initum cōtractum, an eò contractus firmetur & subsistat. & nu. 2.*

1 TV scis, quòd contractus † impuberis etiam proximi pubertati, non firmatur iuramēto: prout voluit glo. quam sequūtur magis communiter legistæ in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vēd. refert Alexan. in l. qui iurasse. ff. de iureiurand. in j. colum. Curt. Seni. & Ias. in d. auth. sacramenta puberum. voluit Angel. in d. l. qui iurasse. & Bald. in l. pactum. in j. columu. C. de col. Quid si impubes proximus pubertati contraheret cum aliquo, qui dubitaret eum esse minorem, & ipse dolosè illi persuasisset se adultum esse, & iurasset, an ex tali iuramento cōtractus validetur? videretur dicēdum quòd non, per suprà dicta Cōtrariū singulariter voluit Gul. de Cun. in d. l. qui iurasse. vbi dixit, ꝙ si pupillus doli capax contrahit cum illo, qui dubitabat an esset pupillus, qui iurauit se esse adultum, & iurauit se non venire contra contractum, quòd tunc contractus validabitur iuramento: quia pupillus tunc voluit decipere contrahētem secum. argumē. l. si alterius. C. si min. se maio. dixe. attēto, quòd pupillus doli capax teneri debet ex delicto. l. impuberem. ff. de fals. cap. j. extrà de delict. puer. Et hoc dictū Paul. de Castr. in dict. l. qui iurasse. dicit se non recordari alibi legisse: & illud exclamat Curt. Sen. in rep. dict. authen. sacramēta. in iiij. colum. dicēs illud stupendum & mirabile, multùm limitans dictam communem opinionem. & illud reputat etiam singulare Ias. in dict. authentic. sacramenta. in iiij. column. refert & sequitur Alexan. in dict. l. qui iurasse. in j. colum. & ante eum Ange. ibi licet de Guliel. mentionem non faciat. Idem vo-
2 luit Guido de Suza. in dict. authenti. sacramenta † puberum. vbi limitat, nisi contrahēs cum pupillo esset persona sibi coniuncta: quia tunc verisimile est eum pupilli ætatem non ignorare. l. octaui. ff. vnde cogn. l. de tutela. C. de in integ. resti. l. si filium. C. de lib. caus. dixi suprà in sing. meo. incip. Tu habes dictum satis vulgatum. nume. 80. vnde tunc quamuis iuraret se adultum, non firmabitur contractus iuramento. & hoc memoriæ mandabis.

X C I I.

1 *Contrahentibus an liceat sese mutuò decipere. disting. 2. 4.*
3 *Iura permittentia contrahentibus se fallere, quando locum habeant.*
5 *Deceptio non cadit in bonum virum.*
6 *Dolus si det causam contractui, rescinditur contractus, vel agitur ad supplementum.*

1 QVæro, an † contrahētibus permissum sit se circumuenire? & videtur primò quòd non, per tex. in l. sed & si pupillus. §. sed si aliàs. ff. de instit. & l. j. §. magistrum. ff. de exercit. vbi dicitur, non licere contrahentibus se decipere. In cōtrarium habes text. in l. in causæ. ij. §. idē Pōponius. ff. de minor. l. item si pretio. §. quemadmodum. ff. loc. notat Bald. in rubric. C. de contrahēd. emptio. in xij. quæstion. quòd imò licitum sit cōtrahentibus se circumuenire. Vnde pro concordia dicas, quòd textus in dict. §. sed si aliàs. cum similibus, procedant,
2 † quando contractus est perfectus, quòd non est licitum decipere in non obseruando contractum. Text. verò in contrarium allegati procedunt, quando contractus est in fieri: nam tunc respectu pretij & valoris rei, permittitur circumuētio, dummodo non excedat dimidiā iusti pretij: quia tunc circūuentus potest petere vel pretij supplementum, vel pretium restituendo rem recupe-

rare.l.ij.C.de rescindend.venditio.c.cùm dilecti. capit. cùm causa.de emption.& vēditio. Aduerte tamen quòd iura permittentia contrahentibus se decipere, proce-
3 dunt,†quando deceptio interuenit re ipsa,prout singulariter voluit Cald. in capitu. nauiganti. extrà de vsur. Quod dictum pro multum not. refert & sequitur Abb. ibi. & in capitu.in ciuitate.eo.titu. & communiter approbatum:vt voluit Aret. in capitu. cùm causa. in antepenulti.colum.extrà de testib.tamen Abb.in capit.quia plerique.in x. colum. in ix. quæstio. putat quòd in casu isto,quando interuenit deceptio re ipsa, si posteà superuenit scientia valoris rei, quòd tunc tenetur decipiens restituere id,in quo alius fuit deceptus, quando à principio emisset iusto pretio, si illud sciuisset: si verò tanto pretio non emisset, tenetur ad restitutionem rei, quando alter vellet pretium restituere, ex quo iustum pretiū restituere non vult:argumen.l.in fundo.ff.de rei vend.& l.si quis cum aliter. ff. de verborum obligatio.vbi parificantur deceptio re ipsa,& ex proposito.Contrarium tamen voluit Aret.in dict.cap. cùm causa. in antepenulti. colum.vbi tenet, quòd talis reipsa decipiens, licet sciat postea maiorem valorem rei,ob superuenientiam scientiæ,non constituitur in mala fide: quia postquam dominium sine peccato trāslatum est, licet superueniat scientia rei alienæ, non debet irritari acquisitio semel iustè facta,sicut dicimus in eo qui bona fide præscripsit,quòd superuenientia malęfidei, eum non obligat in foro conscientiæ:vt est communis opinio Canonistrarum in cap. vigilanti.post glo.ibi,de præscriptio. & certè argumentū Areti.multùm stringit. Et ex prædictis apparet,quòd
4 licet in foro fori permissum†sit contrahentibus se decipere, dict.l.in causæ.§.Pomponius.tamen de iure poli,& sic in foro conscientiæ hoc regulariter permissum non est.Idem voluit Inno. in dict.c. in ciuitate. & post eum Anto.de Butr.& Abb.ibi.& Cin.in d.l.in causæ.§. idem
5 Pomponius.†Similiter nec bono viro talis deceptio permissa est:vt voluit glo. singularis in l.semper in conuentionibus,aliâs,in contractibus.ff.de reg.iur.quam reputat sing.Bald.in cap.si proponente.extrà de rescri. & in cap.quanto.in iij.colum.de iureiur.& in authen.ad hæc. in pen.colum.C. de vsur. Et dicit Bald.in l. cùm ipse.in princ.C.de contr. empt. quòd ad bonam fidem spectat, iusto pretio vendere.Et per illam glo.Ioan.de Ana.in c. in ciuitate.de vsur. in viij.colum. tradit not.cautelam, dicens,quòd si aliquis deceptus fuit, faciat positionem, quòd ille qui eum decepit,erat bonus vir.nam verisimiliter hoc non negabit,& tūc deceptio retractabitur. Sed aduertendum est, quòd si aduersarius nollet, compelli non posset huic positioni respondere: quia si negaret, detegeret turpitudinem suam, quam nemo detegere compellitur:iuxta notata per glo. Bart. & alios in l. qui iurasse. ¶. si pater.ff. de iureiur.& ita videtur reprobare hanc cautelam Feli.in cap.fin.in iiij. colum. de præsum. Sed responderi potest, quòd ista non sit turpitudo, ex quo iura permittunt.argu.l.Gracchus.C.de adulter.vnde melior solutio videtur, quòd illa positio sit captiosa, cui respondendum non est:vt tradit glo.in c. si post præstitum.in verbo,rationabili.de confes.in vj.& Paulus de Cast.in l.controuersia. in ij. colum. vbi declarat quæ sit positio captiosa.ff.de transf. Bald. in l. ij.§. obseruari.C. de iur.calum. Adde domi. meum Mant. in apopht. suo 150.incip.Ioan.de Anan.vbi reprobat etiam hanc caute-
6 lam.Non omitto,quòd si dolus†dat causam contractui, vel incidit in contractum, quòd tunc sine dubio contractus rescinditur,vel agitur ad supplementū in foro contentioso, & multò fortiùs in foro animæ.l. eleganter.ff. de dol.l.Iulianus.§.venditor.ff.de actio. emp. glos. not. in d.c.cùm dilecti.de emptio.& vendit.Aret.in d.c.cùm causa.in vj.colum. distinguendo inter contractus bonæ fidei & stricti iuris:vt distinguit glos. cōmuniter approbata secundum Imo. ibi & recentiores in d.c. cùm dilecti.& glos.in d. l. eleganter. & in d.l.ij. C. de rescind. ven.Sed contra prædicta videtur obstare text.in l.si quis cùm aliter.ff.de verb.oblig. vbi dicitur, quòd deceptio re ipsa,& dolosa, æquiparantur, ergo sicut deceptio re ipsa non rescindit contractum (vt superiùs dictum fuit) eodem modo debemus dicere in deceptione dolosa. Ta-
7 men pro†responsione dicendum est,quòd deceptio dolosa,& re ipsa æquiparantur, quando deceptio re ipsa excedit dimidiam iusti pretij, non autem quando esset circa dimidiam iusti pretij.& ita intelligitur d. l. si quis cùm aliter.& hoc videtur sensisse Pau.de Cast.ibi,in prino nota. Et hoc expressè voluit Anto. Burgos Hispanus in d.c.cùm dilecti.de empt.& vendit.

XCIII.

1 *Tutores, curatores, prælatus seu rector ecclesiæ, & procurator principis, an & quando possint transigere super immobilibus. & num.2.*

3 *Litis dubius euentus quid operetur.*

4 *Pater an possit transigere super bonis aduentitiis filiorum.*

1 VOlo quòd obserues†vnū singulare,quod frequenter practicari solet, & hoc aliâs in facto vidi. Tu scis,quòd tutor,vel curator sicut non possunt res immobiles minorum sine decreto alienare, ita nec transfigere. l.non solùm.C.de præd.mino.vbi Bald.& cæteri.Paulus de Castr.in l.cùm hi.¶.si cùm lis.ff.de transaction.Ias.in l.mandata.in ij.colum.ff.de iurisdictio.omn. iudic. not. in l.j.C.si aduer.transactio.quam Bart. ibi multùm commendat, & notat contra fraudes quæ fiunt tota die per rectores ecclesiarum,qui sine decreto,& sine solennitate alienare non possunt. Principis quoque procurator, eo
2 inconsulto†transigere non potest.dicit text.in l. nulli.ff. de transactio.per quem text.Bald.ibi,putat idem dicendum in thesaurarijs & collectoribus ecclesiæ,quibus nō est permissum componere Romano pontifice inconsulto.Allegat notata per Innocent.in capit. cùm ex officij. extrà de præscriptio.Facit l.qui Romæ.¶. Calimachus. de verb.oblig.referunt & sequuntur Paul. & Ias. ibi. Similiter prælatus seu rector ecclesiæ super re immobili ecclesiæ,vel super mobili pretiosa,quæ aliâs sine solennitate alienari non permittitur,non potest transigere sine consensu sui capituli,& authoritate sui superioris.dicūt Canonistæ communiter in cap.cōtingit. quos refert ibi Abb.extrà de transactio. & in terminis cōsuluit Federi. de Sen.in consil.mihi.xciiij.& Abb.in consi.lvj.in j.part. j.colum.incipien.videtur primò, quòd spectet. Nam sicut directè non potest fieri talis alienatio sine debita solennitate.xij.q.ij.Abbatibus.& c.placuit.xvij.q.iiij.c. in venditionibus.cum simil.eadem causa,& quæstione.ita nec indirectè transigendo.Et licet certis casibus permittatur alienatio:vt notatur xij.q.ij.in summa.non tamen sine authoritate diœcesani.Vnde siue prelatus petat possessionem ab alio detentam,siue ab eo petatur,nūquam poterit fieri transactio, per quam possessio penes alios remaneat absque solennitate requisita. Ita voluit Abb. in dict.capit.contingit.post Federic.in d.consilio xciiij. incipient.prælatus cum consensu capituli,&c.facit text. in d.l.cùm hi.§. si cùm lis. ff. de transactio. & text. iunct. gloss.in d.l.non solùm.C.de præd.minor. vbi dicitur, quod quemadmodum pupilli alienare prohibentur sine decreto,ita & transigere sine decreto non possunt. Non enim debet vna via permitti,quod alia prohibetur.capit. cùm quid.de regul.iur.in sexto.capit.tuæ.de procurato.
3 extrà.Et si opponeretur,quòd dubius †euentus litis debet aliquid operari,& de nouo aliquid inducere,respondetur quòd operatur hoc,quòd potest transigi, & transigendo potest remitti,& alienari ius ecclesię,quod aliâs alienari non debet: non tamen sequitur, quòd sine authoritate superioris: sufficit enim quòd operatur hoc quòd res ecclesiæ potest alienari.facit C.de transactio.l. præses.& quod nota.in Specul.de instrum. edit.§. nunc verò aliqua.in vij.colum.ad fin. versic. de illo quæritur. Aduerte tamen ad vnum,& hoc diligenter notabis:quia habebis singul.limitationem ad omnia prædicta, quòd si per transactionem res remanet penes prælatum, tutorem,vel curatorem,similiter penes ipsius principis procuratorem,aliquo dato aduersario per ipsos,quòd tunc poterunt

poterunt prædicti transigere sine aliqua licentia,& consensu,ex quo reddunt conditionem ecclesiæ, principis, & pupillorum meliorem. Ad hoc habes glo.not.& singularem,quam Doctores ibi vnanimiter commendant, & sequuntur in l.nulli. ff. de transactio. & illam gloss. multùm commendant Panormit.in dict.capit. contingit. & post eum Ancha.Andr. Sicul. ibi. Adde Abb. etiam in consil.lxij.incipient.illud de iure quæritur.in ij.colum. in princip.in primo volumin. Ludouic. Roman. in consil.clxxxiij.& in consil.clxv. & Barbat. in capit. cùm pridem.de pact.Et prædicta limitatio procedit,si dicta res, de qua litigatur,possidetur per dictas personas: secus si per aduersarium possideretur,quia eo possidente,& retinente ex causa transactionis, videntur prædictæ personæ alienare, quod non licet sine solennitate: vt superiùs visum fuit. Ita singulariter, & notanter voluit Bartol.in dict.l.nulli. vbi ad hoc alleg. gloss. in l.cùm hi.§.si vni.super verbo,transactio. ff. de transactio. quod dicit perpetuò menti tenendum. & hoc dictum Bartol. pro valde singular. refert & sequitur dom.Ias.in dict.l. nulli.Item adde prædictis,quod voluit Bald.in l.j.in prima colum. C. de bonis mater. vbi dixit, quòd pater super
4 bonis aduentitijs † filiorum in quibus habet vsumfructum,transigere potest,retinendo tamen,sed non dando bona filiorum.per illum text. refert & sequitur Ias. in d. l.nulli. in finalibus verbis. ff. de transactio. Et prædicta in practica notabilia sunt,ideo diligenter notabis.

XCIIII.

1 *Transactio facta inter hæredem scriptum, & legitimum,propter incertum successionis euentum, an creditoribus præiudicet.distíng.num.2.4.*

3 *Hæres scriptus postquam effectus est hæres, licet exhæredatus querelam intentet,testamentum ob id non irritatur,nec desinit esse hæres.*

1 TRansactio facta † cum vno ad alios non porrigitur. l.iij.ff. de transactio. l.j.C. eod. vbi scribentes notant. Quæritur modò, aliquis est scriptus hæres in testamento, legitimus verò hæres dicit testamentum nullum, & controuersia mota tandem transigunt de hæreditate defuncti illam inter eos diuidendo, an talis transactio præiudicet creditoribus hæreditarijs, ita vt omninò compellantur stare huic transactioni: vt non possint conuenire hæredem scriptum? Et certè videtur dicendum quòd non, per prædicta. maximè, quia casus iste videtur decisus in dict.l. iij. vbi dicitur, quòd transactio facta inter hæredem scriptum,& legitimum, non extenditur ad legatarios, quin possint conuenire hæredem scriptum. Si ergo hoc procedit in legatarijs, multò fortiùs in creditoribus, qui tractant de damno vitando: illi verò de lucro captando. l. fina.§. licentia. C.de iure deliberandi.l. finali. C.de codicil. In contrarium habes casum egregium & singularem in l. controuersia. ff. de transaction. vbi deciditur, quòd in tali casu transactio præiudicat creditoribus, adeò quòd ei tenentur stare. Ratio est, propter incertum successionis euentum dicit ibi textus,quem ad hoc exclamat Angel.ibi dicens illum singularem, & non reperiri alibi in iure, & memoriæ commendandum consulit. Et dicit Paulus de Castro ibi, quòd determinatio illius legis non reperitur alibi. Adde quòd illam legem reputant singularem & solennem Baldus in l.secunda ad finem, C.de hæreditate vel actione vendita. & domin. Alexan. in l. sæpè. in antepenultima columna.ff. de re iudicata. & domi. Iason in dicta l. controuersia. Non obstat text. in dicta l. iij. quia ad illum textum respondet gloss. in dicta l.controuersia.in gloss.magna,super verbo, parte. quam indifferenter ibi sequuntur Doctores, vbi distin-
2 guendo dicit, quòd aut † petebatur testamentum irritari, aut ipso iure irritum esse. Primo casu, quando petitur testamentum irritari, putà per querelam inofficiosi testamenti, & pendente iudicio querelæ, antequam sequeretur sententia, fuit facta transactio inter scriptum hæredem & legitimum, & tunc hæres scriptus tenetur legatarijs,& creditoribus. quia querela intentari non potest, nisi adita hæreditate per hæredem scriptum. l. filium. §. sed cùm exhæredatio. ff. de legatis
3 præstandis. Et postquàm hæres scriptus † effectus est hæres, licet exhæredatus intentet querelam, testamentum proptereà non irritatur, nec hæres desinit esse hæres, sed demum lata sententia contra testamentum. l.si suspecta.§. quamuis.ff. de inofficios. testa. vnde meritò in casu illo hæres scriptus in totum tenetur legatarijs.
4 Secundo casu,quando † petitur declarari testamentum nullum, tunc refert aut transactio est facta, ita quòd legitimus vnam rem particularem, aut certas res habeat, tunc cùm constet quod vniuersale nomen,& ius hæredis remaneat penes scriptum hæredem: vt Instit. de fideicommiss.hæredi.§.si quis vna.& l.quoties.C. de hære. instit. conuenietur hæres scriptus à creditoribus, & legatarijs:sicut in superiori casu, & his duobus casibus potest loqui dict.l.iij. de transact. Si verò transactio est facta per quotas hæreditatis, & tunc si loquimur de creditoribus, quemlibet tam scriptum hæredem, quàm legitimum conuenient pro portione hæreditaria.Et idem in legatarijs petentibus legata relicta in testamento, dummodo legata repetita sint ab intestato,id est, quia testator in testamento ordinauerat, quòd siue succederetur ex testamento, siue ab intestato, legata deberentur, & hoc propter incertum successionis. & ita procedit dicta l.controuersia.vbi gloss.ita respondet, licet extendat fimbrias suas ad alia,quæ non faciunt ad propositum nostrum. Aduerte tamen ad vnum, quòd si creditores,vel legatarij vellent suscipere in se onus probandi,qualiter hæreditas in totum spectabat ad scriptum hæredem, quòd non tenentur stare huic transactioni, imò possunt habere recursum in totum contra hæredem, & non habebit locum dispositio illius legis, quæ principaliter facta fuit in fauorem creditorum dubitantium contra quem recurrerent. ita notabiliter Angelus ibi,& hoc voluit etiam Alber. quem referunt, & sequuntur Modernior. ibi. Et per rationem decidendi assignatam in dict. l. controuersia. remouetur virtualiter contrarium d.l.j.C.de transactio.

XCV.

1 *Delegatus principis, cui facta delegatio his verbis, Præcipimus, vel iubemus,an alteri possit subdelegare? & num.3.*

2 *Ordinarius vbi dat licentiã prædicandi,absoluendi,& prouidẽdi ecclesiis de prælatis,delegatus per se solum potest id curare.*

4 *Mandatum,est quid vltra consilium,& citra præceptum.*

1 DElegatus † principis potest causam alteri subdelegare.l. à iudice.C. de iudi. vbi Bald. Salic. & Alexand. notant. capit. quoniam. extra de offic. delegat. capit.cùm causa.de appellationib.l.fin.C.de iudi.ratio, quia censetur maior quocunque ordinario. cap. pastoralis.§.præterea.de off.ordi. cap. sanè.ij. de offi. dele. Si ergo ordinarius potest delegare, ergo à fortiori delegatus principis. quod tamen ita absolutè non intelligas, (nam vt dicit Arch.ij.q.vj.si episcopus.) licet delegatus principis dignior sit ordinario,tamen ordinarius habet firmiorem iurisdictionem. Idem voluit Bald. in l. si vt proponis.j.in iij.columnn.in princip. versicu. sed hîc dubitatur. C. quomodo & quando iud. vbi ex hoc infert, quòd licet ordinarius qui tulit sententiam nullam, denuò iudicare possit.l.si præses. C. quomodo & quando iud.l.iiij.C.de accusat.Secus tamen est in delegato.dict. l. si vt proponis. etiam quòd à principe delegatus sit: quoniam ita firmam & efficacem iurisdictionem non habet, sicuti ordinarius. Hanc eandem sententiam tenuit Bald.in capitu.in literis in prin.de offic. deleg. per textum in dict.l.si vt proponis.& opinio Archidia.comprobari potest per text.in l.ij. C. de spor. vbi delegatus principis etiam illustris, non potest mulctare contumacem, nisi vsque ad sex solidos: ordinarius verò pro arbitrio mulctat.l.eos.C.de mod.mulctar.Facit quòd delegatus principis non potest causam delegare cum potestate subdelegandi,prout dicit glo. reputata singular.

in cap.ſuper quęſtionum.§.porro. de offic. deleg.& not. Ioan.Andr.in cap.is,cui.de offic.delega. in vj. in nouel. & Specu.in titu.de iudi. deleg.§.ij. verſicu. ſed nunquid ſubdelegatus. Secus tamen eſt in ordinario : quia poteſt delegato ſuo hanc licentiam ſeu poteſtatem aſsignare: vt tenet Bartol.& alij, in l.more. ff. de iuriſd. omn. iud. Cin.& communiter ſcribentes in dict.l. à iudice. C. de iudic.gloſſ.in dict.capit.is,cui.Suadetur etiam per text. in dict.cap.inter cætera.& c.fi.de offic.ord.& c.cauſam. de electio.iuncto cap.fin.de offic. deleg. & c. is cui.eod.
2 titu.libr.vj. vbi ordinarius poteſt dare † licentiam prædicandi,& abſoluendi, prouidendi eccleſijs de prelatis: delegatus per ſe ſolum poteſt exequi. Hanc partem latè tenet Alexand. & reliqui ſcribentes in rubr. ff. de offic. eius.& Feli.in d.cap.ſanè.in prin. Et in tantum verum eſt quod ſuperiùs dicebam, quòd delegatus principis poteſt ſubdelegare,quòd ſiue princeps motu proprio & ex officio, ſiue ex partium conſenſu dederit delegatum, vtroque caſu poteſt etiam inuitis partibus ſubdelegare. cap.fin.in princ.& ibi Abb.in primo notab.de offic. deleg. Item adde, quòd non ſolum ex iuſta cauſa poteſt ſubdelegare, iuxta text. in capit.ſi pro debilitate. extrà de off.dele.quinimò quando nulla iuſta cauſa ſubſiſtit, ſubdelegare poteſt.Ita gloſſ.in cap.paſtoralis. in princi. in verbo,exoneratur.& ibi dom.Abb.de offic. deleg. diſtinguendo vt ibi per eum. Limita ſingulariter prædictam concluſionem, quòd tunc verum eſt quòd delega-
3 tus principis poteſt alteri † ſubdelegare, quando princeps delegat per verbum, Mandamus : ſecus ſi per verbum,Præcipimus,vel, iubemus : quia tunc ſubdelegare non poteſt.ita gloſſ. ſingularis in l. ſæpè.ff. de off. præſi. quam Bald. ibi dicit non eſſe alibi. & eam reputat ſingularem Imo.in clem. ſæpe. de verbo. ſignifi. & in clem. procuratorem.vbi etiam Cardi.de procur. & illam glo. totus mundus approbat dicit dom. Alexand.in l.more. in penultim.colum.ff.de iuriſd.omn.iudi.& eam ſequitur Bartol.in dicta l.ſæpe. & Bald. in l.j. C. quomodo & quando iud.& in l.legis virtus.ff.de legi.& Imo. in l. qui in aliena.§.is,qui putat.ff. de acqui. hæred. Facit quod voluit gloſſ.in cap.cum aliquibus.in verb. concedimus. de reſcrip.in vj.vbi dicit, quòd præceptum magis arctat quàm mandatum.not.Card.in cap. quoniam abbas. de offi.deleg.& in clemen.j.in viij.not. de iudic. & clemen. fin.in j.q.ad finem,de procu.Alibi dicebat Arch.in cap. quod præcipitur.xiij.q.j. quòd mandatum eſt vltra conſilium,& citra præceptum : & ſic in plus ſe habet, quàm conſilium,& minus quàm præceptum,&c.& prædictam limitationem diligenter notabis : quia in practica frequenter accidere ſolet.

XCVI.

1 *Pactum initum cum vna perſona, aliis non prodeſt.*
2 *Papa ſi conceſſit beneficium alicui epiſcopo, qui vita functus ſit, an tale beneficium porrigatur ad eius ſucceſſorem?*
3 *Delegatio facta alicui ſub nomine dignitatis, re integra non extenditur ad ſucceſſores.*

1 PActum cum † vna perſona nō prodeſt alijs.l. ſi vnus. §.ante omnia.ff. de pactis.l.imperatores.ff. de tranſactioni.& ibi ſcribentes. Quæritur modò, quidam pater promiſerat dotem pro filia : pactus eſt poſt mortem ſuam ſi filia decederet ſine liberis, quòd dos apud hæredem fratrem ſuum remaneret,qui pater poſteà procreatis filijs,& illis relictis hæredibus deceſsit, ſimiliter & filia,an dicta dos remanere debeat penes fratrem teſtatoris, an verò penes eius filios, adeò quòd pactum cum fratre proficiat filijs? Et videtur dicendum quòd penes fratrem remanere debeat per ſuprà dicta. Tamen in contrarium habes textum egregium & ſingularem in l. tale pactum.§. fina. ff. de pactis. videlicet, quòd in caſu iſto filij conſequi debent dotem, & ſic prædictum pactum factum cum fratre, tanquam hærede, prodeſt filijs: & hoc ex præſumpta voluntate paciſcentis: vt ſentit Angel.ibi.quæ colligitur, quando diſpoſitio conferebatur in aliquem ratione alicuius qualitatis : deinde illa qualitas fuit tranſlata in aliam perſonam:prout fuit in caſu noſtro.& hoc modo limitatur prædicta regula in contrarium adducta:vt colligitur ex mente ſcribentium in d.§. fi.& voluit expreſſè Iaſ.ibi.Et illum text.reputant ad hoc ſingularem Pau.de Caſtr.ibi,& Bald.& Iaſ.in l.cùm acutiſsimi.C.de fideicommiſ.Idem Bal.in cap.j.de duobus fratrib.à cap.inueſtit.in vſibus feudo. & Bald. etiam in rubric.extrà de pact.in penul.colum.Et ille text.inducitur per gl.& ſcribentes ibi,ad not.quæſtionem. Si Papa
2 † mandauit aliquid, vel conceſsit beneficium alicui epiſcopo, qui mortuus fuit, an tale mandatum vel beneficium porrigatur ad eius ſucceſſorem, tanquam factum potiùs dignitati,quàm perſonæ?& glo.ibi notabiliter diſtinguit:Aut mandatum ſeu conceſsio facta fuit ſub nomine proprio, & non porrigitur ad ſucceſſorem : quia nomen proprium tantùm perſonam nominatam reſpicere videtur.l.ad recognoſcēdos.C.de ingen. manumiſ. §.ſi quis in nomine.Inſti.de leg.Aut facta fuit ſub nomine dignitatis,& ad ſucceſſorem trāſit.§. & hoc verò iubemus.in auth.vt nulli iud.& cum illa diſtinctione glo.pertranſeunt communiter ſcribentes ibi. Idem voluit Bar. & alij in l.& quia.ff.de iuriſdict. omn. iud. & de hoc habemus text.in capit.quoniam Abbas.extrà de offic. delega.& ibi gloſſ. aſsignat rationem : quia quando exprimitur nomen dignitatis,talis conceſsio videtur facta dignitati,quæ nunquam moritur,neque alteratur.iij.q.ij. liberti.c.ſi gratioſe.de reſcrip.in vj.Secus,quādo fit perſonæ,quæ corruptibilis eſt.vnde extincta perſona extinguitur etiam conceſsio beneficij tanquam acceſſoria ad perſonam.cap.acceſſorium.de regul.iur. in vj. Et quod
3 dictum † eſt de cōceſsione facta ſub nomine dignitatis, procedit etiam re exiſtente integra:quia talis conceſsio tranſit in ſucceſſorem : vt voluit ibi dom. Abb. Contrarium tamen in hoc voluit expreſſè Angel.in dict.§.& hoc verò iubemus.vbi dicit, quòd delegatio facta alicui ſub nomine dignitatis, re integra non extenditur ad ſucceſſores.tamen opinio dom.Abb.videtur verior,quia ratio aſsignata in dict.ca.ſi gratioſe. videlicet, quòd dignitas nunquam corrumpitur,neque moritur,militat etiam re integra. Adde,quòd opinionem dom.Abb.tenent etiam Anto.de Butr.Imol.& dom. Card. ibi. & plures limitationes ad d.regulam,vide per ſcribentes in dict. c. quoniam abbas.& per Alexan.in l. qui liberis. §. hæc verba. de vulg.& pupil.& per Iaſ.& alios in d.l.& quia.

XCVII.

1 *Teſtator ſi grauauit extraneum de reſtituenda hæreditate poſt mortem filii ſui,& filius è vita deceſſerit, relictis etiam filiis, an illi faciant ceſſare fideicommiſſum.& num.3.*
2 *Fratres duo ſi fuerint inueſtiti de feudo,pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis, & vnus ex fratribus moritur relicta filia,illa ſuccedit,non frater.*

1 FIlius grauatus † de reſtituendo fideicommiſſo poſt eius mortem, intelligitur ſi deceſſerit ſine filijs. l. cùm acutiſsimi. C.de fidecom.l.cùm auus.ff.de condit. & demonſt. Pro hoc facit, quòd ſi aliquis non habens liberos, facit donationem liberto ſuo, vel alicui extraneo, quòd per ſuperuenientiam liberorum reuocatur talis donatio.l.ſi vnquā.C.de reuo. donatio. quæ lex eſt ad hoc ſingularis, ſecundum Salic. ibi, & Imo.in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rup.& irrit.teſtament.& Bald.in l. j.C.de inof.dona.& Bart.latè in l.Titia.§.Imperator.de legat.ij. Et ratio quare talis donatio reuocetur per natiuitatem,aſsignatur:quia ſi tunc temporis, cùm donationem fecit pater, de filijs cogitaſſet, illam profectò non feciſſet. non enim veriſimile eſt aliquem alienam ſucceſsionem poſteritati ſuæ velle anteponere. dicta l. cùm acutiſsimi.dict.l. cùm auus. Facit etiam, quòd ſi
2 duo fratres † fuerunt inueſtiti de feudo pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis, & vnus ex fratribus moritur relicta filia, quòd frater non ſuccedit,ſed filia. Vnuſquiſq; enim pro ſe & heredibus ſuis proſpexiſſe dicitur. c.j.de

cap.j.de duob.fratri. à capit. inuesti. cap.j.§. cùm verò Conradus.in titu.qui feud. da.pos.in vsib.feud.quod tamen procedit in feudo nouo: secus si esset paternum, quia patruus descendēs à stipite auctore feudi,&masculus excluderet fœminam, & sic filiam fratris. cap.j. de grad.success. in feud.cap.j. in verbo,non enim. patet in titu.de eo,qui sibi & hæred.suis mascu. & asserit Præpo. in dict.cap.j.in prin.de duo.fra. &c. Item facit text. in l. cùm enim.de adopt.C. vbi in arrogatione liberti debet inseri causa,videlicet defectus liberorum.Non omitto, quod voluit Paul. de Castr. in dict.l. cùm acutissimi. in fin.vbi dicit, quòd si pater habebat filium & nepotem, & filium institutum grauauit, vt restitueret hæreditatem nepoti, si post testamentum nati sunt alij nepotes, quòd simul cum illo posteà admittuntur. Quæritur modò, quid † si testator grauauit tertium de restituendo fideicommissum post mortem filij, & filius decessit relictis filijs,an isti filij faciant deficere fideicommissum iniunctum tertio? Et videtur quòd sic, per prædicta. Tamen in contrarium habes tex.singularem in l.qui filium. §.Sabinus.ff.ad Treb.quem text.inferiùs inducam.& illum text.ad hoc reputant notab.Bart.& Pau.ibi. Adde, quòd illum text.dicit ad hoc singularem,& non reperiri alibi, Angel.in l.generaliter.§. cùm autem. C. de instit. & substitut. Idem voluit Imol. & Ang. in dict. §. Sabinus.& Paul. de Castr. in dict.l.cùm auus.ff. de conditio. & demonst. tamen ille text. iudicio meo probat oppositum. Dicitur enim ibi, quòd testator exhæredatis filijs grauauit vxorem eorum matrem, quòd si filius ad ætatem viginti ann. perueniret, hæreditatem sibi restitueret:quòd si non peruenerit,voluit hæreditatem filiæ Honoratæ debere restitui: decessit filius post mortem matris cœpto vigesimo anno, & non completo, relicta filia Valeriana hærede,& dicitur ibi quòd hæreditas Valerianæ nepti testatoris,& non eius filię Honoratæ restituenda est. & sic clarè patet, quòd filia ipsius filij facit deficere fideicommissum, cùm hæreditatem consequatur. Tamen tuendo prædictos scribentes, dico quòd ideò Valeriana filia ipsius filij consequuta fuit hæreditatem,ex quo pater eius ingressus fuit vigesimum annum, qui habetur pro completo:vt dicit ibi text.& in l.rem.ff. de muner.& honor. & sic voluntas testatoris locum habuit,quæ semper attendenda est.l.in conditionibus primum locum. ff. de conditio. & demonstratio. Secus, si non attigisset vigesimum annum: quia tunc non obstante filia, hæreditas perueniret ad Honoratam filiam ipsius testatoris. Et sic ex prædictis habes singularem limitationem ad dict.l. cùm acutissimi. & ad dict. l. cùm auus.quam diligenter notabis.

XCVIII.

1 *In contractibus seu actibus inter viuos, si testes habent notas voces contrahentium, an etiam requiratur, quòd viderint, ad validitatem depositionum. & num.3.4.*

2 *Confessionis cautè eliciendæ consilium.*

3 *Testimonium dicentis se audiuisse pariete intermedio valet.*

1 Audi notabilem & † quotidianum casum. Creditor quidam cùm non haberet instrumentum debiti sui,neque testes, adeò quòd non poterat probare debitum suum, fecit reponi quosdam testes in camera vicina prope suam,vbi non poterant videre, sed tantum audire debitorem loquentem, licet ingredientem videre potuissent: Deinde fecit vocare debitorem ad se, & illum interrogauit, an sibi deberet illud debitum? Qui cùm non videret aliquos testes, confessus fuit debitum. Quæritur, an talis probatio valeat, adeò quòd debitor condemnari possit ad soluendum debitum? Videtur dicendum quòd non, per text. in l. si non speciali. & l. si vnus.C. de testament. in quibus iuribus habetur, quòd testes debent esse in præsentia testatoris, & videre oculata fide ipsum testatorem,aliàs testamentum non valet, quia fraus committi posset. Sic arguendo de contractibus ad vltimas voluntates, prout arguit Iurisconsultus in l.ita stipulatus,la grande, de verborum obligat. & in l.si diuortio. eod. titu. & in l. pactum inter hæredes. vbi gloss.& Doct. ff. de pact. tradit latissimè Iason in l.quæ de legato.in princ. de leg. j. videtur dicendum, ex quo isti testes non viderunt ipsum debitorem confitentem, quòd eorum depositio,seu probatio nō sit valida. Contrarium in casu isto voluit notanter Paulus de Castr. in dict.l. si non speciali. videlicet quòd prædicti testes(ex quo sumus in actibus inter viuos) bene probent, non obstante pariete intermedio,quia non requiritur,quòd videant contrahentes, dummodò vocem ipsorum cognoscant.Et ita dicit debere intelligi gloss. singular.in l. ij.§.idem Labeo.iij.ff.de aqua pluuia arcen. secundum Bart.& alios ibi,& Bald.in l.conuenticulam. C. de epis. & cleric.tradunt scribentes in d.l.si non speciali. Imol. in cap. præterea. extrà de testi. vbi dicit gloss. illam esse vnicam apud Legistas.& in cap.ij.post dom.Anto. extrà de consuetu.Refert & sequitur Felin.in dict.cap. præterea.in ij.colum. Et per hoc datur optima cautela,quãdo

2 quis vult † inducere aliquem ad confitendum id quod coram testibus fateri noluit,vt inducat testes post parietem vel cortinam, qui notam habeant vocem confitentis, quoniam in actibus inter viuos bene probabunt. Hinc notanter dixit Specul. in titu. de testi.§.j. versicu. quid ergo,si viro,&c.quòd si vir & mulier erant in certa camera clausi, & testes qui erant extra cameram, deponunt quòd audierunt virum dixisse,Desponso te in vxorem meam:& vxorem dixisse,Sum contenta.probant,licet paries esset intermedius, & non viderint. Accedat quod voluit egregiè Hostien. in cap.ij. extrà de consue.

3 vbi dicit, quòd valet dictum testis, † qui solum audiuerit verba, licet non viderit personam. Et ponit exemplum in quæstione facti, quod quidam tabernarius furto subtraxerat ganeæ suæ quoddā vas argenteum, quod restituere nolebat, neque coram testibus confiteri, tamen in præsentia ipsius amasiæ non negabat:Mulier illa posuit testes & tabellionem post parietem, & tabernarium, & induxit ad confitendum, quòd furatus fuerat sibi vas,& pollicebatur illud restituere, quo audito mulier rogauit notarium & testes super confessione tabernarij:quasi vellet, quòd confessio posit probari per testes, licet ipsi non viderint personam loquentem, quod est notabile verbum. Et quòd regulariter † valeat testi-

4 monium de auditu proprio intermedio pariete,vel cortina, quando quis habet notas voces contrahentium, tenet expressè Archid.in cap. hoc autem.xxij.q.v.qui ab hac regula excipit viij.casus.Non obst.dict. l. si non speciali.cum simili. quia illud speciale est in testamentis ad euitandam falsitatem, quæ posset committi, quæ plus timetur quàm in alijs.l.finali.C.de fideicommis.Non sic in actibus inter viuos, ad quorum substantiam non requiruntur testes, sed duntaxat ad probationem. Et ita voluit Paulus de Castro in dicta l.si non speciali. Limita tamen prædictam conclusionem, nisi testes deponant super matrimonio separando: quia testimonium de auditu mediante tenui pariete, vel cortina, non valet sine alijs adminiculis:vt plenè probat gloss.singular.in dicto cap.præterea. de testib. quæ de facili non reperitur alibi: secundum Imol. ibi. Idem in causa criminali: vt tenet Imol.in dict.l.ij.de aqua plu. arcend. extra istos ca-

5 sus communiter tenetur,†quòd valeat testimonium dicentis se audiuisse intermedio pariete. prout dicit Imola in dicto capitulo præterea. quem refert & sequitur Felinus ibi. De qua materia vide etiam Angel. in dicta l. si non speciali.& Panor.in capit.cùm causam.extrà de testi.& dom.Anto.in cap.tam literis.eo.titu.Quæ omnia notabis,quia frequenter in practica habebis.

XCIX.

1 *Hæres institutus,cui facta sunt prælegata, vel relictum est aliquid donationis titulo inter viuos, vel quocunque alio titulo, potest legata & alia bona acquisita retinere, & hæreditatem repudiare.*

2 *Feuda & possessiones emphyteuticæ non veniunt nomine hæreditatis paternæ.*

3 *Institutus à tributario debitore fisci, si renuntiet hæreditati, co-*

gitur cedere omnibus aliis bonis quocunque titulo à debitore prouenientibus.

4 *Decimæ dicuntur tributa animarum egentium.*

1 HAeres institutus, cui † fuerunt facta prælegata, vel facta fuit donatio inter viuos, vel relictum aliquid quocunque titulo, potest legata, & alia bona acquisita retinere, & institutionem seu hæreditatem repudiare. l. qui filiabus. §. si vni. l. filio pater. ff. de legat. j. l. j. C. de donat. inter virum & vxorem. authent. vnde si parens. C. de inofficioso. testamen. singula singulis referendo. Et hoc est vtile, quando hæreditas esset implicata & grauata ære alieno, & quis vellet lites euitare, quas boni viri execrantur. dicit text. in l. apud Celsum. §. si quis ex vncia. ff. de except. dol. & in l. item si rem. §. fina. ff. de alien. iudic. mutan. caus. fact. Hinc dicebat Bald. in d. l. filio. argum. illius legis, quòd filius potest repudiare hæreditatem paternam, & retinere rem emphyteuticam, quam pro se & filijs suis pater stipulatus fuit, nisi aliud de mente contrahentium appareat. Et hoc ideò, quia talis emphyteusis vadit ad filium iure cuiusdam mortis causa capionis, & sic titulo singulari. Sequuntur Imo. & Flor. Ang. de Peri. & post eos Modernio. ibi. Idem voluit Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. Bar. Bal. Ang. & alij in l. si tibi. §. pactus. ff. de pact. Bal. in l. tale pactum. §. fi. eo. tit. & in l. emptorem. C. locat. Sali. & Ias. in l. ij. nu. 188. C. de iure emphy. Bal. in authen. vnde si parẽs. C. de inoffic. testam. Bart. Imol. Alexand. in l. quod dicitur. de verb. obligatio. Pro quibus facit quod singulariter voluit Bart. in l. item videndum. §. fi. in fin. ff. de petition. hæred. vbi refert Din. ita consuluisse. dicit ibi Bartol. quòd si frater

2 † fecit quietationẽ fratri, de omni eo quod repetere possit de paterna hæreditate, quòd propter hoc non impeditur petere feuda, vel partem possessionum emphyteuticarum, quia non petũtur ex hæreditate paterna. idem volunt Bald. & Ange. ibi. Bald. in l. j. ff. de rer. diuisi. latè Alber. in l. tres fratres. ff. de pact. & hoc procedit, etiam si talis renuntiatio sit facta cum iuramẽto: vt voluit sing. Bald. in c. j. in ij. colum. versi. sed quid si filius. in titu. an agna. vel filius defunct. in vsib. feu. Et dicit hanc esse bonam cautelam, ad euitandum onera hæreditaria, à nullo alio doctore imaginatam, videlicet quòd filius viuo patre renuntiet hæreditati paternæ, & posteà acceptet feudum, vel emphyteusim. referunt & sequuntur Aluar. & Præposi. ibi. & Ias. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indebit. Intellige tamen dictũ Bal. & aliorũ in d. l. filio pater. vt procedat quando pater stipulatus fuit emphyteusim pro se & filijs: Secus si dixisset, pro se, filijs, & hæredib. quia tunc concessio requirit vtrunque, & quòd sit filius & hæres, per text. in §. emphyteusim. in auth. de non alienan. ita Bart. in d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. voluit Alex. post alios in d. l. quod dicitur. in xviij. colum. ff. de verb. oblig. Imo. in c. potuit. extrà de loca. & in l. ex facto. ff. de hęred. instit. Anch. in clem. ij. de iur. patron. Franc. Crem. in singu. suo xv. incip. traditur pro regula. & Ias. in d. l. ij. C. de iur. emphyt. Adde prædi-

3 ctis vnum casum singularem, in quo repudians † hæreditatem instituentis eum hæredẽ, non solùm priuatur hæreditate, verũ etiã omnibus alijs bonis: & hoc est, quãdo quis est institutus hæres à tributario debitore fisci, quia etsi renuntiat hæreditati, cogitur cedere omnibus alijs bonis quocunque titulo à debitore prouenĩetibus. text. est in l. hæredes. C. de omni agro desert. lib. xj. quem tex. dicunt singularem & mirabilem Bar. & Ioa. de Plat. ibi. Ias. in d. l. qui filiabus. §. fin. Et dicit Bart. arg. illius l. ibi, quòd institutus hæres à debitore communis Perusij, si repudiat hæreditatem, priuabitur omnibus alijs bonis quocunque titulo per eum à testatore acquisitis. Adde quòd illum text. dicunt peregrinum & singularem Ang. & Imol. in l. j. ff. de acquir. hær. Et per illũ tex. dicit Ang. ibi, quòd si ex forma statuti bona stabilia patris cõdemnati filijs conseruantur, ne mendicare cogantur, non possunt acceptare partem eorum, & partem repudiare. Quinimò si ciuitas statuens habet priuilegia fiscalia, vt Florentia, tales filij coguntur talia bona agnoscere, si obnoxia sunt debitis fiscalibus, aliàs priuabuntur alijs

4 bonis acquisitis à patre ex alio capite. Nõ omitto, † quòd illum text. aliàs dicebat singularem etiam Roman. in authen. similiter. in xiiij. speciali. C. ad leg. Falc. & illum ampliabat, vt procedat etiam in repudiante hæreditatem debitoris piæ causæ occasione decimarum, quæ dicuntur tributa animarum egentium. cap. tua nobis. de decim. xvj. q. j. c. decimæ. nam priuabitur omnibus illis bonis, quæ idem hæres repudians percepit ab illo testatore aliquo titulo inter viuos. Et illud quod dicitur in dicta l. hæredes. quòd repudians priuatur omni commodo, est speciale fauore fisci, vt sentit Ang. ibi, & dom. Alexand. in l. j. in ij. colum. ff. de acquir. hæred. secus est in alijs iuribus superiùs in princip. allegatis &c.

C.

1 *Legatum alicuius fundi factum cuipiam à testatore, reuocatur per alienationem voluntariam factam ab ipso testatore. & numero 3.*

2 *Alienatio necessaria quæ dicatur.*

4 *Donatio causa mortis facta ab infirmo, qui posteà reconualescat, ex tacita donantis voluntate num reuocetur?*

5 *Donatio causa mortis sola donantis pœnitentia reuocatur.*

1 LEgatum alicuius † fundi factum à testatore alicui, reuocatur per alienationem voluntariam factam ab ipso testatore: secus per alienationem necessariam. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. iij. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. l. Stichum, qui meus erit. ff. de legat. j. Et

2 dicitur necessaria alienatio, quando facta † est ex necessitate rei familiaris, vel quia erat tempore peritura, vt dicit gloss. in dicto §. si rem. Et ideò si testator prædictum fundum donasset, cùm donatio censeatur mera liberalitas, & per consequens facta absque necessitate, quòd per talem donationem in dubio præsumitur ademptio legati. de quo tamen per Bartolum in dicta l. rem legatam. Et quando testator voluntariè legatum alienat, licet postea redimat, non tamen conualidatur. l. cùm seruus. vbi Bartol. notat. ff. de adimendis legat. nisi sit legatum libertatis. l. verum. ff. de manumis. testament. sequuntur Angel. Paul. Bald. domin. Ias. in dicta l. iij. C. commun. de legat. Nec tamen locum habet prædicta distinctio in legato conditionali: quia tunc etiam per necessariam alienationem intelligitur reuocatum: prout est textus singularis in l. scribit. §. fina. ff. de auro & argent. legat. quem text. ad hoc dicunt singularem domin. Alexand. & Iason in dicta l. Stichum, qui meus erit. licet contrarium senserit gloss. ibi, & malè. Nec similiter locum habet, si testator legatum pignorasset etiam voluntariè, quia nõ intelligeretur facta ademptio. dicta l. iij. C. cõmu. de legatis. & ibi latè Bal. & post eum dom. Iason, nisi testator pignorasset pro tanto pretio, vel pluri, quàm valeat: quia verisimile est quod noluit redimere: & tunc reuocatur legatum. Ita limitat Bartolus in dicta l. rem legatam. & ante eum Cinus in l. iij. C. de legatis. & sequitur Paulus de Castro & dom. Ias. ibi. Et prædicta distinctio quæ fit in legatis, vtrùm voluntariè, an ex necessitate fiat alienatio, habet etiam lo-

3 cum in donatione causa mortis. & ideò si † aliquis donauit fundum alicui post mortem suam, & posteà illum alienauit ante mortem (quia ista intelligitur donatio causa mortis, ex quo in ea fit mentio mortis. l. Seia. §. fina. cum gloss. j. ff. de donation. causa mort. vbi Bartol. notat. l. Seia. ff. de dote prælega. tradunt Barto. Imol. dominus Alexand. & Iason in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio. Bartol. in l. fin. C. de institu.) per talem alienationem, ex quo est volũtaria, reuocabitur dicta concessio. istud fuit famosum & solenne dictum Din. in dict. l. Stichum qui meus erit. de legat. j. quod exclamat Baldus ibi, & dicit aureum, & se nescire alibi. sequuntur Imol. Raph. Cum. Are. Alexand. & Iason ibi. Cinus Salicetus, in l. si maritus. ij. C. de donatio. inter vir. Ioann. Fabr. in §. item rescripserunt. Institut. de legat. dom. Alexand. & Ias. in l. iij. C. de leg. & in l. cùm quid. ff. si certum peta. & in l. sciendum. de legat. j. & ista est magis communis

opinio,

opinio, prout refert Maria. Socin. in repetit.d.l. sciendum.& pro ista opinione facit textus in l. Marcellus.§.j. & in l.illud.ff. de donatio. causa mortis. in quibus iuribus habetur,quòd donatio causa mortis assimilatur legatis.
4 Comprobatur etiam, quia si aliquis † infirmitate detentus faciat alicui donationem causa mortis, & posteà reconualescat ex tacita donantis voluntate, licet nihil fiat circa rem donatam: talis donatio ipso iure reuocatur.l.non omnis. in princ. & ibi scribentes notant.ff.si certum petatur.l.iij.vbi Bartol.ff.de donatio.causa mortis. Ergo multò magis per talem donationem reuocari debet,ex quo apparet de voluntate ipsius.authen.multò magis.C.de sacrosanct.eccle. Prætereà, corroboratur e-
5 tiam per dominum Iason.quia donatio causa†mortis ex sola pœnitentia donantis reuocatur,sed alienando dicitur pœnitere.l.cùm hic status.§.si maritus.l. vxori.ff. de donation.inter vir.& vxor.Ergo talis donatio per alienationem reuocari potest.ita dicit ipse in dicta l.Stichum, qui meus erit. vbi pluribus alijs medijs more suo corroborat.Videas ipsum.

C I.

1 *Condemnatus per sententiam ad aliquid faciendum, an soluendo interesse liberetur.*

1 OBligatus ad factum † non tenetur præcisè facere, sed soluendo interesse liberatur. l. stipulationes non diuiduntur.§.Celsus.ff.de verbo.obligatio.l. si quis ab alio.ff.de re iudicata.l.j.ff.de action.empt. Quid si aliquis esset condemnatus per sententiam ad aliquid faciendum, an soluendo interesse possit liberari? Dicas quòd non. De hoc habes glos. singularem in l.qui restituere.ff.de rei vendic.in glossa magna,in verb. condemnandi.circa medium.quam multum exclamant Bald. & Ang.ibi,& illam reputat singularem Ias.in §. actionum. num.48.Instit.de actionib.

C II.

1 *Alienare extra familiam prohibitus, non prohibetur hæredem instituere legitimum,qui ab intestato esset successurus,quamuis non sit de familia.*

1 TEstator † si prohibuit alienationem cuiusdam fundi in certum genus personarum,puta, vt non alienetur extra familiam, tunc prohibitus alienare si instituit hæredem extraneum,qui non sit de familia, talis alienatio non valet.l.peto.§. fratre. & ibi Dinus,Iacobus de Aren.& Bartolus ff.de legatis secundo. Quid si instituit hæredem legitimum, qui ab intestato erat successurus,qui tamen non erat de familia, an talis alienatio valeat? videtur quòd non, per supradicta. In contrarium habes glossam singularem in l. pater.§. Iulianus Agrippa.in gloss.magna. ff. de legat. iij. videlicet, quòd instituendo legitimum,quamuis non sit de familia,talis alienatio valeat. & illam gloss. ad hoc reputat singularem, & sequitur Imol. in l. si ita quis. §. ea lege. in penultima columna, versiculo sed hic occurrit dubium. ff. de verborum obligationibus.& est communiter approbata secundum Rapha. Cuman.& Imol. in l.cùm pater.§. cùm inter.ff.de legat. ij. dominum Alexand. in consilio quinquagesimoquinto,in tertio volumine, incipiente, ponderatis his quæ in themate narrantur. in iij. colum. & in consilio quinquagesimonono.in tertio volumine. attentis verbis testamenti. in quinta columna in fin. & sequent. & eam dicit valde singularem, & menti tenendam dominus Ias.in l.voluntas. in secunda columna.in prima fallentia.C.de fideicom. & in d.l. si ita quis. §. ea lege.in antepenul.colum.

C III.

1 *Bonorum possessio in quibus casibus non sit necessaria.*

1 NOta tibi,† est gloss. notab.in l.finali. C.vnde legit. quæ enumerat plures casus, in quibus hodie est necessaria bonorum possessio: & plures alios enumerant ibi Bartolus, Baldus, Angelus, Fulgosius, Cuman. Alexander & Iason. & vltra scribentes ibi,latè Aret. Institut.de exhæred. liber. in princip. in penultima & vltima columna. Tamen ego dabo tibi singularem limitationem ad omnes illos casus,videlicet, quando testamentum esset conditum in præsentia principis,in omnibus illis casibus posset hæres succedere de iure ciuili, & sic bonorum possessio non esset necessaria. gloss. habes de hoc singularem in l.omnium. in gloss. magna, super verb. testibus. in fine. C. de testamen.quam ad hoc reputat singularem Angelus ibi. & in dicta l. finali.C. vnde legiti. & in l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. irritóque testament. & post eum Imol. ibi. in xlij. colum. & illa gloss.est magis communiter approbata: prout refert Alexand.in dict.l.omnium.in vltim.colum. in princip.& eam reputat singul.Ful.ibi.

C IIII.

1 *Testamentum inter liberos conditum, semper intelligitur habere clausulam codicillarem, & quòd valeat omni meliori modo quo valere potest.num.2.*

1 EXploratum habes†textum in l.prima.ff.de iur.codicil.& in l.non codicillum. cum ibi notatis per gloss. & Doctor.C.de testa.vbi dicitur,quòd si dispositio testatoris non valet vt testamentum,non valebit etiam vt codicillus,nisi fuerit expressè dictum. Tamen illa regula limitatur singular. vt non procedat, quando testamentum esset conditum inter liberos: quia tunc semper intelligitur clausula codicillaris, si non valet iure testamenti,valeat iure codicillorum, etiam quod non sit apposita. Ad hoc habes gloss.singular.in l.cohæredi.§. cùm filiæ.super verb.non valuit.in fin.ff.de vulg.& pupil. vbi allegat textum in l.fina.C.famil. ercíscun. quam ad hoc exclamat Imo. ibi, ex ea colligens, quòd testamentum
2 inter liberos semper censetur † habere clausulam, si id quod ago, non valet vt ago, valeat omni meliori modo quo valere potest. & idem voluit in capit. Raynutius. in vigesimaoctaua columna post Anton. de Butr. ibi. extra de testament. & illam glossam reputat solennem & singularem dominus Ias. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. in tertia columna.C. de testament. & eam sequitur dominus Alexander ibi, in vltima columna in fin.& in l.finali.C.de iur.codicil.Consimilem gloss.ponderat Fulg.in l. filij.C.fam. ercisc. in versic. ab intestato. quam ad hoc dicit singularem.

C V.

1 *Testamentum nutu aut signis factum ad pias causas, valet. numero 2.*

1 VIdisti text. in l.iubemus. & ibi scribentes notant, C.de testa.quòd ille† qui non potest loqui articulatè, mortuo similis est: & ideò cùm testator loquitur balbutiendo,cùm prius fuerit homo rectæ linguæ, eius testamentum non valet.& ex hoc refert Bartolus in dict. l.iubemus.in princip.quòd semel faciebat exceptionem ad impugnandum testamentum, quòd erat factum ab eo qui non poterat articulatè loqui.quod reputat tenendum menti,quia est meliùs quod habeatur in illa lege.& ex hoc etiam inferunt scribentes ibi,quòd testamentum nutu compilatum, non valet: sed oportet quòd fiat aut per vocis expressionem,aut per scripturam. Tamen præ
2 dicta regula fallit in testamento † condito ad pias causas: secundum gloss.singular.in capit.cùm tibi.per illum textum secundum vnum intellectum,extrà de testamen. & illam gloss.reputat ad hoc singularem,& dicit non reperiri alibi Bald.in l.j.in iij. colum. in princip.C. de sacrosanct.eccles.Idem voluit Bald.& Imol. in l.ij.ff. eod. Anchara.& Imo.in capit. ij. de testamen. & est communiter approbata, prout referunt dominus Alexander & Ias.in d.l.iubemus.

C VI.

1 *Testamentum secundum an tollat primum conditum inter liberos, si in secundo non est facta expressa derogatio.*

1 SEcundum testamentum quod est† solenniter conditum, tollit ipso iure primum, licet de primo mentionem non faciat. l. si quis in priore. in princip. ff. ad Trebellianum. §. posteriore. Instit. quib. mod. testamen. infirm. tradunt scribentes in l. sancimus. per illum text.
a C. de testamen. Quid si pater a condidit primum testamentum inter liberos, & posteà compilauit secundum, an per istud secundum reuocetur primum? Dicas singulariter quòd non, nisi in secundo testamento sit reuocatum primum, & in eo adsit numerus septem testium. text. habes de hoc singularem in authent. hoc inter liberos. C. de testam. ex quo colligitur, quòd testamentum conditum à patre inter liberos, censetur habere clausulam derogatoriam ad omnia testamenta sequentia. & illum textum ad hoc ponderant & reputant singularem Paulus de Castr. & Ias. ibi. Intellige tamen prædictum text. procedere, quando in secundo testamento essent instituti extranei hæredes. prout illum expressè intelligunt Paulus & Iason ibi, & Angelus in authent. de testamen. imperfect. in §. & si quidem. vnde sumitur dicta authentic. hoc inter liberos. Si autem in secundo essent ita instituti filij, sicut in primo, & secundum esset fauorabilius ipsis filijs, tunc secundum tolleret primum, nec tunc requiritur dicta clausula derogatoria: vt voluit Baldus in dicta authentica, hoc inter liberos. in vltim. columna & post eum Ias. ibi in ij. colum.

ADDITIO.

a Quid si pater. Adde quòd si quis faciat testamentum in quo instituat filios, quibus est debita hæreditas, licet istud testamentum sit factum cum duobus testibus tantum, tamen non tollitur per secundum testamentum, nisi secundum sit cum septem testibus celebratum: etiam si istud secundum fiat inter liberos. & tamen si in primo testamento instituãtur extranei, quibus non est debita hæreditas, istud tollitur per secundum etiam imperfectum, dummodo in eo sint instituti venientes ab intestato. vt hæc omnia probãtur in l. hac consultissima. & auth. hoc inter liberos. C. de testam.

CVII.

1 *Testamentum secundum validum, in quo appositum est iuramentum, an tollat præcedens testamẽtum, cui subiecta est clausula derogatoria?*

2 *Iuramentum in testamento appositum habet vim clausulæ derogatoriæ ad sequentia.*

1 TEstamentum† in quo est apposita clausula derogatoria ad sequens, ad hoc vt tollatur per secundum testamentum, requiritur quòd in secũdo fiat derogatio, & specialis mentio de priori testamento. l. si quis in principio testamenti. & ibi Bartolus. ff. de legatis tertio. l. si mihi & tibi. §. in legatis. & ibi Alexand. ff. de legatis primo. Quid, si in secundo testamento esset appositum iuramentum absque clausula derogatoria, an sufficiat ad reuocandum primum testamentum in quo est apposita dicta clausula derogatoria ad sequentia testamenta? Dicas quòd sic. De hoc habes singulare dictum Baldi in l. sancimus. in vltima col. C. de testa. quod dictum extollit Paul. de Castr. ibi. & illud reputant singulare dom. Ias. in dicta l. sancimus. & Anto. Corset. in repetitio. rubric. extrà de iureiurand. in xxxiiij. priuileg. Illud etiam multum commendat dominus Alexand. in dicta l. sancimus. in ij. colum. pro cuius corroboratione facit quod voluit Ioan. Andr. in reg. quod semel. in fin. in mercuria. & Bar. in l. omnes populi. in tertia quæstione principali in fin.
2 dum expressè volunt, quòd iuramentum† in testamento appositum, habet vim clausulæ derogatoriæ ad sequentia: ergo pari ratione si apponatur iuramentum in sequenti, debet habere vim clausulæ derogatoriæ ad præcedens testamentum. Et pro hoc allegatur textus singular. in l. cùm pater. §. filius matrem. ff. de legat. ij. vbi iuramentum habet vim clausulæ codicillaris, vel quòd valeat omni meliori modo, quo valere potest.

CVIII.

1 *Instrumentum si continet, quòd pater primò donauit, & posteà emancipauit, quod istorum dicatur præcessisse?*

1 INstrumentum† si cõtinet, quòd pater primò donauit, & posteà emancipauit, quæritur quod istorum dicatur præcessisse? Et certè videtur præcessisse donatio. & pro hoc facit doctrina notab. Barto. in §. j. in prima constitutione Codicis, columna finali, vbi dicit, quòd si reperiuntur duo instrumenta scripta in vna charta, instrumentum primò scriptum præsumitur primò factum. Idem voluit Baldus in l. de rebus. C. de donat. ante nuptias. In contrarium habes singulare dictum Baldi post Cinum in l. cùm in testamento. §. primo, per illum textum. ff. de hæredibus instituendis. videlicet quòd in casu isto priùs censeatur facta emancipatio, quàm donatio: vt actus potiùs valeat quàm pereat: quia si donatio facta fuisset filio existenti in potestate, non fuisset valida. l. ij. C. de inofficiosis donationibus. Secus si emancipato, & ideò præsumitur, quòd emancipatio potiùs præcessit quàm donatio. Et talis cõsideratio est vtilis, vbi non interuenit traditio. Si autem res tradita fuisset, dato quòd à principio non valuisset, si fuisset tradita filio in potestate, tamen emancipatione confirmata fuisset. l. siue emancipatis. C. de dona. & ibi Baldus & Salicetus notant. & hoc reputant bene notandum Baldus & Angelus in dicta l. cum in testamento. §. j. sequitur dom. Alexander in l. diuortio. in princip. in tertia columna. ff. soluto matrimonio. vbi dicit, quòd est menti commẽdandum: quia non meminit alibi ita in terminis legisse. hoc idem voluit Alexander in consil. octuagesimoprimo, in iij. volumine. lecto & discusso laborioso processu. in v. columna. & in l. ij. §. prius. in iij. columna. ff. de vulg. & pupil. & dominus Iason in l. hac consultissima. in secunda column. C. qui testamen. facer. poss. Et ex prædictis patet notab. limitatio ad doctrinam Bartoli in dicto §. j. in j. const. C. videlicet vt procedat, nisi ita præsumendo actus de quo agitur, vitiaretur. & hoc sentit dom. Alexand. in addi. ad Bart. in d. §. j. in j. constit. C.

CIX.

1 *Præscribens contra aliquem, & habens titulum à tertio, qui tanquam dominus concessit, vel vendidit seruitutem cuiusdam fundi, cùm non posset, vtendo illa seruitute, præscribit, etiam ignorante domino.*

2 *Seruitus quando dicatur constituta per traditionem.*

1 VOlo, quòd teneas cordi vnum, quod frequenter practicari solet. Tu habes, quòd † in seruitutibus habentibus causam continuam, vel quasi, plura requiruntur ad hoc vt præscriptio fieri posit, de quibus per Paul. de Castr. in l. seruitutes. ij. in iij. columna. ff. de seruitu. Inter cætera requiritur, quòd præscribens fuerit vsus sciente & patiente aduersario. l. secunda. C. de serui. quia in seruitutibus incorporalibus non datur quasi possessio, nisi per scientiam & patientiam aduersarij. l. penultima. vbi Bartolus, & latiùs Paulus de Castro notant. ff. de seruitu. l. ratio. §. si inter. ff. de actio. empt. Bartolus post gloss. in l. secunda. C. de seruitu. & aqu. Barto. in l. secunda, in princip. ff. de aqu. plu. arcen. Limita singulariter prædicta, nisi aliquis præscriberet contra aliquem, & haberet titulum à quodam tertio, qui tanquam dominus concessit, vel vendidit seruitutem alicuius fundi, cùm non posset: quoniam tunc vtendo præscribit, etiam ignorante vero domino, sicut præscriberet verum dominium ipsius rei. l. finali. C. de præscriptio. long. temporis. & pro hoc bene facit textus notab. in l. si ego. §. primo. ff. de Publicia. in alternatiua ibi posita, dum in textu dicitur, per traditionem constitutis, vel
2 per patientiam, nam per † traditionem seruitus dicitur constituta, quando à tertio titulum habet, & tunc non requiritur scientia nec patientia domini, quæ aliàs requireretur: vt probatur in illo textu. Et quòd in casu isto non requiratur scientia nec patientia domini, voluit Cinus post Pet. in dicta l. secunda. C. de seruit. & aqu. quos

aqu. quos refert & sequitur Pau. de Castro in dicta l. seruitutes. in penultim. colum. versic. quartò requiruntur. vbi dicit istam esse singularem limitationem ad prædicta, & perpetuò menti tenendam, & quòd potest contingere in multis: vt in pascuis, aquæductibus, & in iurisdictionibus, & in iure boscandi. De quibus quotidiè oriuntur lites, & pauci sunt, qui de hoc aduertant. & communiter dicitur, quòd non potest præscribere qui non probauit de scientia & patientia aduersarij. & hanc limitationem reputat etiam singularē Iason in l. j. in xv. colum. circa principium. ff. de acquir. possession.

C X.

1 *Animal venditum si moritur post triduum à tempore venditionis, & reperiatur iecore putrido, præsumitur mortuum ex infirmitate venditionem præcedente.*

2 *Iudicio peritorum standum, & nitendum in omni genere artium.*

1 HAbebis sæpius in facto hunc † casum. Aliquis vendidit equum, vel bouem, qui intra triduum decessit, & repertus est habere iecur putridum, an detur actio redhibitoria ipsi emptori cōtra dominum? Dicas quòd sic. Ita singulariter determinat Ioann. Andr. in addit. Specu. in titu. de emptio. & vendi. in §. sciendum. in addi. incipien. de illo qui simpliciter vendidit. colum. xiij. allegat text. in l. quòd si nolit. §. si mancipium. & l. si hominem. ff. de ædil. edict. vbi competit redhibitoria post mortem mancipij venditi. Et ex breuitate temporis satis apparet morbum præcessisse tempus contractus. facit text. in l. fin. ff. ad municip. & in l. j. §. caput. ff. de aqua quoti. & æsti. & cap. si qua fœmina. 50. distinct. Et dicitur tempus breue, & incontinenti, si vitio intra triduū mortuus fuerit: vt notatur per gloss. sing. in l. j. C. de emend. seruo. De cuius veritate vide Bald. in l. j. C. de ædili. actio. & istud dictum Ioann. Andr. refert & sequitur Bald. in l. ij. in iiij. colum. C. de rescin. vendi. & latius in dict. l. j. colum. iiij. C. de ædilict. actio. & Abb. in cap. iniustum. in penultim. & vltim. colum. extrà de rer. permu. & Imo. & Alexand. in l. si quis cùm aliter. in vltima colum. ff. de verbo. obligat. Adde, quòd hanc opinionem sequutus fuit etiam Ioan. de Ana. in cap. præterea. in vltim. colum. de cleric. percus. & do. Iason in l. lecta. in xiij. colum. ff. si certum petat. Hippol. de Mars. in l. statuliber. ff. de quæstio. & Angel. in repeti. l. sciendum. ff. de verbor. obligat. quæ est posita in fin. titu. vbi limitat hoc dictum, nisi probaretur contrarium per venditorem, quòd intra triduū equus comedit herbas venenosas, vel aliquid propter
2 quod † equus mortuus sit, & iudicio peritorum cor subitò putrefactum sit. standum est enim in hoc iudicio ipsorum. l. semel. de re milita. lib. xij. C. licet ipse Ang. cōtrarium tenuerit in dict. l. si quis cùm aliter. Ad cuius argumen. respondet ibi Imo. in vltim. colum. & Abb. in d. cap. iniustum. licet de Angel. mentionem non faciat. Et ad prædicta faciunt quæ voluit Bald. in proœm. fforum. & Bartol. in l. maritus. in fin. ff. loc. & Aret. in tract. malefi. in rub. de homic.

C XI.

1 *Verbum prolatum in vna dispositione, potest variè accipi.*

2 *Confirmatio, pars & finis electionis est.*

3 *Statutorum verba vt sint accipienda.*

1 NOta vnum, quod est † multū singulare, quod probatur in capit. cùm dilectus. de consue. videlicet, quòd quando vnum verbum refertur ad diuersa diuersimodè, potest & debet interpretari, quando vniformiter sumptum præiudicaret iuri communi. quem textum plurimum commendat Card. Floren. ibi. pro quo optimè facit vltra ipsum text. iuncta gloss. in l. ij. ff. de offic. proc̄on. & nota. in l. cùm mulier. ff. solut. matrim. voluit Alexand. & Dec. in l. testamento. j. C. de milit. testamen. & illum text. in dict. capit. cùm dilectus. reputat multum singularem Panor. ibi in iij. colum. circa finem, ad interpretationem statutorum. nam in illo text. quòd statuto episcopi disponebatur, vt electio prælati penderet penes fratres eiusdem loci, & capitulum Krofense, & verbum Electio, inquantum respicit fratres eiusdem loci, propriè ponitur, & inquantum concernit capitulum
2 Krofense, † stat pro confirmatione, quæ largissimo sumpto vocabulo electio dici potest: quoniam pars & finis electionis est, vt dicit ibi Abb. & talis interpretatio ibi fit: quia si verbum Electio, quo ad vtrunque casum propriè sumeretur & strictè, præiudicaretur iuri communi: quia de iure communi electio spectat duntaxat ad collegium illius ecclesiæ. Et ex illo text. & prædictis notat ibi Abb. vnum, quod dicit non esse obliuioni tradendum,
3 quòd † verba statutorum debent intelligi latissimè, vel strictissimè, si hoc modo interpretando non corrigitur ius commune. & sic quod dici solet, quòd verba statuti debent strictissimè interpretari. l. quicquid astringēdæ. & ibi scribentes notant. ff. de verbo. obligat. intelligitur, quando per illam strictissimam interpretationem minus receditur à iure communi. Vnde quò ad istum effectum potest etiam largissimè interpretari, vt probatur in illo textu, qui secundum do. Abb. ibi quotidie ad hoc solet allegari.

C XII.

1 *Promissio facti alieni an & quando valeat.*

1 PRomissio † facti alieni non valet, neque tenet. l. stipulatio ista. & l. inter stipulantem. ff. de verbor. obligatio. & ibi scribentes notant. l. sicut. ff. de fideiussoribus. §. si quis alium. Institut. de inutilib. stipula. ratio est, quia tunc non geritur negotium inter stipulantem & promittentem: vt dicunt Cuma. Imo. Angel. & alij in dict. l. inter stipulantem. in princip. per illum textum. Quid si aliquis promittit alium aliquid facturum ad conseruationem eius, ad quod ipse promissor tenetur, puta debitor promittit pro se fideiussurum, an talis promissio valeat? Dicas quòd sic. De hoc habes text. singul. in l. qui autem. §. si quis. ff. de constitu. pecu. quem text. Bart. ibi reputat menti tenendum, & non reperitur alibi: secundum Baldum in rubr. C. eodem titul. & illum reputat singularem do. Iason in dict. l. stipulatio ista. in ij. colum. in iij. fallen.

C XIII.

1 *Creditor an possit testificari in causa debitoris sui.*

2 *Statuto disponente de venditione fructuum gabellam soluendam, quid iuris, si vendatur fundus plenus fructibus.*

1 CReditor vellet † perhibere testimoniū in causa debitoris sui, vtrum hoc facere possit? videtur dicendum quòd non: quia creditoris interest habere debitorem diuitem: & inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. dicit text. in l. nam is. ff. de dolo. & in cap. j. colum. ij. extrà de restit. spoliato. & in ca. Odoardus. de solutionib. Ratione ergo talis commodi, videtur quòd
a sit repellendus. l. omnibus. C. de testib. Contrarium[a] singulariter voluit Iacob. Butri. & Angel. in l. non solùm. §. quæritur. per illum tex. ff. de procurato. vbi Angel. reputat hoc tenendum menti. & Imol. in consilio lviij. in casu præmisso videbatur breuiter dicendum. & Alexand. in consilio lxxviij. incipien. in causa & lite vertente. in j. volumin. in ij. columm. & hoc dictum multùm exclamat do. Iason, & dicit esse digito ligandum, in l. stipulatio ista. §. si stipuler. in iij. colum. in princ. ff. de verbor. oblig. Non obstat ratio in contrarium adducta, quia commodum, quod peruenit creditori, peruenit in quandā consequentiam: ideò non consideratur. l. j. in princip. ff. de aucto. tuto. l. si quis nec causam. ff. si certum pet. & text. in l. nauis aduersa. ff. ad leg. Rhod. de iact. Et pro hoc facit quod not. Gulielm. de Cuneo & Bald. in l. abstinendi. ff. de in integrum restit. quem text. Bald. legit in præcedenti lege quæ incipit, non solum. vbi per illum textū
2 dicunt, quòd si statutum disponit, † quòd de venditione fructuum debeat solui gabella, si quis vendit fundum plenum fructibus, isto casu pro dictis fructibus nō

debet solui gabella, quia cùm fructus non vẽdantur principaliter, sed secundariò, attenditur quod principaliter agitur. alleg. text. in l. fin. §. penultimo. ff. quæ in fraudem creditorum. Adde quod voluit Ioan. Andr. in reg. sine possessione. de regulis iuris, in sexto. in mercurial. vbi dicit, quòd si Episcopus petit decimas ab aliqua ecclesia, & rector illius ecclesiæ opponit, quòd consuetudo generalis illius loci est, quòd decimæ non soluantur, quòd poterit prædictus rector conuentus probare per rectores aliarum ecclesiarum illius Episcopatus, seu prouinciæ, esse consuetudinem illius loci, quòd non soluantur decimæ, ex quo illi principaliter non deponunt in fauorem suum. & voluit Alexãd. in consil. suo cccxiij. incip. Visis & opportunè discussis. in iij. colum. lib. ij.

ADDITIO.

a Contrarium. Adde Hippol. Marsi. sing. dclxij.

CXIIII.

1 *Factum à maiori parte capituli, censetur factum ab omnibus, nisi lex vel constitutio aliud requirat.*

2 *Verba confitentis omnia contenta in accusatione esse vera, quomodò sint accipienda.*

1 FActum à maiori parte † capituli censetur factũ fuisse ab omnibus & concorditer. l. quod maior. ff. ad municipalem. l. nominationum. & ibi Bartol. C. de decurion. libro x. cap. j. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. nisi à minori parte, aliquid rationabile fuerit appositum. dicto capitu. primo. Tamen si lex, vel constitutio requirat omnes & singulos, non sufficit maior pars, sed omnes debent interuenire. ita singulariter voluit gl. in capitul. vbi periculum. §. iidem quoque. super verbo, singulis. de electione lib. vj. & ibi Domi. & alij sequuntur, & multùm extollunt illam glossam, quã adducit Barbat. in capitul. j. de plus petitio. colum. xxvij. ad id quod
2 in libello accusationis apponi solet, quòd quando† quis confitetur omnia & singula quæ in accusatione continẽtur esse vera, quòd illa verba non solùm referantur ad expressa, sed ad expressorum qualitatem.

CXV.

1 *Iudex quid spectare debeat antequàm comprehendi cõcedat debitorem suspectum de fuga.*

1 IVdex ad hoc † vt concedat familiam creditori habenti debitorem suum suspectũ de fuga, debet inspicere an creditor habeat iustam causam timoris, putà quia vidit præparamenta fugæ, vel alia indicia, & tunc concedenda est licentia capiendi debitorem, aliàs secus. ita Bartol. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraudem creditorum. allegat in argument. ad hoc l. hoc autem. in principio. ff. si cui plusquam per legem Falcid. & l. ij. ff. soluto matrimonio. & l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisdare cogantur. Tradunt plenè do. Alexand. & Iason in dict. l. ij. & Angel. in repetitione l. nemo carcerem. C. de exactoribus tributorum, libro decimo. & Bald. in rubric. C. de reuoc. his quæ in fraudem creditorũ. & prædictam conclusionem intelligit veram Bartol. in dicto §. si debitorem. si post debitum cõtractum noua causa iusti timoris superueniat: Secus si illa causa suberat tempore contracti debiti. allegat l. si creditores. ff. de priuilegiis creditorum. & l. qui bona. §. de illo. ff. de damno infecto. & l. si is à quo. in princip. ff. vt in possessionem legatorum. in quibus locis hoc idem firmat Bartolus. Limita singulariter prædictam conclusionem secundum Paul. de Castr. in l. etiam. §. j. ff. soluto matrimonio. non procedere, quando debitor tempore contracti debiti esset pauper, & tamẽ dolo induxisset creditorem suum ad secum contrahendum, dicens se habere idoneas facultates: quia isto casu non poterit allegare, quòd prædicta suspitio inerat tempore contractus. allegat in simili text. quem ipse reputat singularem, in l. penulti. §. fin. ff. de iure dot. Refert & sequitur do. Alexan. in d. l. ij. ff. sol. matrimon.

CXVI.

1 *Instrumentum producens in parte, & partibus pro se facientibus, & non aliter, non impedit, quin stetur instrumento contra ipsum.*

1 VOlo etiam tibi dicere vnum, quod frequenter, & quotidiè practicari solet, quòd si aliquis † producit instrumentum, & dicit, prout quotidie faciunt procuratores, Produco instrumentum pro parte, & in partibus pro me faciẽtibus, quatenus verò cõtra me faciunt, nequaquam: quòd ista verba nihil operantur, quòd nihilominus stabitur in parte faciente contra producentem. Ita dicit gloss. singul. in l. j. §. editiones. in glo. magn. super verbo, die & consule. circa finem. ff. de edend. quã ad hoc reputat singula. & mirabilem Salicet. ibi. prout refert do. Iason in d. §. editiones. in iiij. colum. in princi. & hanc partem tenuit Bald. vbi alleg. istam gloss. in cap. præsentium. in prima colum. extrà de testi. & in l. j. C. vt quæ desunt aduocat. & post eum do. Alexand. & Pau. ibi, qui reputat illud dictum Bald. singula. & Roma. consi. ccccxxxiij. incip. quo ad primam. in vltim. dubio. & Pau. de Castr. in dict. §. editiones. in secunda columna. in ver. & no. circa fin. gloss. vbi vbi refert dictum Bald. pro singulari: & dicit quòd habuit istum casum de facto. Dicit tamen de hoc videndum esse Specul. in titu. de instru. editio. §. videndum. ver. quid si aliquis. & ver. quid si producitur. vbi videtur sentire oppositum.

CXVII.

1 *Doctor antiquior iuniori præferendus.*

2 *Doctor posterior tempore, doctoratus tamen ab Imperatore, an præcedat doctoratum prius ab alio?*

CRedo te vidisse gloss. in l. cùm quid. super ver. nouũ. in fin. ff. si certum petatur. & ibi do. Alexand. & Ias.
1 notant, qua† sumitur argumen. quòd Doctor antiquior debet præferri iuniori. pro qua facit textus in l. j. C. de cons. lib. xij. & in l. j. ff. de alb. scrib. & dicitur antiquior, non ætate, sed gradu & dignitate: vt voluit gloss. not. in capit. fina. ver. antiquiores. de consuetu. in sext. & sequitur Gemi. ibi, & prædicta conclusio procedit, etiam si posterior sit ditior, quia istæ qualitates non tollunt prærogatiuam temporis, vt voluit Innocentius in capit. statuimus. de maioritate & obedientia. & tunc demũ consideratur, quando datur paritas in tempore: vt voluit Bartol. in l. j. ff. de obseq. & Bald. in l. nemini. C. de aduocatis diuersorum iudicum. in fin. Quid si aliquis est creatus Doctor à collegio, & sic est prior in tempore, & alius posteà creatus est ab Imperatore, an ille qui est anti-
2 quior, præferri † debeat? videtur dicendum quòd sic, per supradicta. Contrarium notanter determinauit Ludouic. Roman. in l. si verò. §. de viro. in xlix. fallent. ff. soluto matrimonio. per text. in capitul. per tuas. extrà de maioritate & obediẽtia. videlicet quòd in casu isto præcedere debeat ille qui fuit doctoratus ab Imperatore, licet posterior sit in tempore. sequutur do. Alexand. & Iason, in l. ij. §. prius. ff. de vulgari & pupillari. Et per hoc aliàs respõdebam doctissimis & acutissimis iuuenibus artium, & medicinæ doctoribus, do. Ioan. Philippo bono, & Francisco Cagno, Siculis cõciuibus, & sociis meis, cùm essemus in studio Patauino, & ipsi me consulerent quis præcedere debeat, an miles qui creatur posterior ab Imperatore, an ille qui creatur à Comite Palatino, vel ab alio inferiore à principe, licet anterior sit. & dicebam, quòd ille qui creatur ab Imperatore, per text. in dicta l. ij. de albo scribendo. & in d. cap. per tuas. & hoc in terminis voluit ibi do. Abb. & hoc fuit dictum Frãc. Tigri. in dicta l. secunda. quod allegat copiosus Barbatias in capitulo, quod clericis. in penultima columna extrà de foro competenti. & illud dictum allegauit ad hoc Scipio Trigona consobrinus meus. Illud etiam refert & sequitur Felin. in d. c. per tuas. in ij. colum. & Moder. in c. clerici. extrà de iudi.

CXVIII.

1 *Testimonium de auditu non probat. Limit. nu. 2.*

Testimonium

1 TEstimonium de auditu non † probat. capit. licet ex quadam. extrà de testib. l. testium. & ibi gloss. magna, super verbo, præsto. C. eod. titul. capit. tua. & ibi do. Abb. extrà de consang. & affin. quod intellige de auditu auditus: Secus vbi ꝑprio sensu audiuisset, quia tunc valeret eius testimonium: vt not. per gloss. in l. in summa. §. idem Labeo. iij. ff. de aqua pluuia arcend. & voluit dom. Abb. in dict. capitu. licet ex quadam. in secundo not. Li-
2 mita † singulariter prædictam conclusionem non procedere, quando testes interfuissent depositionibus testiũ, qui recepti fuissent ad perpetuam rei momoriam, quia tunc eis fides adhibetur super examinatione, & etiam super dicto, licet deponant de auditu auditus. ita singulariter Antonius de Butrio post Innocen. in cap. significauit. & ibi do. Abb. extrà de testib. & dicit Imol. ibi illum esse casum singularem, & mirabilem: in quo admittitur testimonium de auditu propter iudicis authoritatem ibi interuenientem. Refert & sequitur Felin. in cap. tam literis. in iij. colum. de testib.

CXIX.

1 *Bannitus restitutus per principem, non recuperat bona sua fisco illata. Limit. num. 2.*

1 BAnnitus cuius bona sunt publicata, si restituitur † per principem, non recuperat bona quæ per fiscũ alienata sunt. ita Bartol. in l. Gallus. §. & quid si tantum. per gloss. ibi super verb. emancipatus. in fin. ff. de liberis & posthumis. Pro quo facit text. in capitu. quamuis. de rescript. in vj. voluit Iacob. de Bel. in titul. hîc finitur lex, dein. consu. regn. incip. versicul. sed quæritur. vbi dicit se disputasse hanc quæstionem in ciuitate Bononiæ, quã vidit de facto in curia regis Caroli, dum esset in regno Siciliæ. & ibi latissimè quasi per tres colum. prosequitur. & voluit Baldus ibi, in quarta columna, versiculo, sed ego quæro. & in l. sed si per pœnam. ff. de in ius vocand. Bartol. & Bald. in l. final. C. de sent. pas. cum aliis cõcord. adductis per Alexand. & Iason. in dicto §. & quid si tantum Si verò bona non sunt alienata, bene intelligitur ad illa restitutus. l. prima in fin. C. de sententiam passis. Vnum tamen diligenter notabis, quod est multum singu-
2 lare, quòd licet † restitutus recuperaret bona non alienata, nullo in casu recuperat fructus perceptos à fisco, & multò minus perceptos ab aliis. De hoc habes text. singula. in authenti. idem est de Nestorianis. C. de hæreti. quem text. ad hoc reputant singularem Angel. Imol. Areti. Cuma. & Alexand. in dict. §. & quid si tantum. quicquid dixerit do. Ias. ibi. Hoc idem voluit Bald. vbi istum text. extollit in capitu. domino guerram. in titul. hîc finitur lex, dein. consue. reg. incip. in dicta l. fin. C. de senten. pas. & reputat singula. Roma. in l. iusiurandũ. §. procurator. ff. de iureiur.

CXX.

1 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ renuntians, & iureiurando promittens illa non vti, si postmodum denuo asseuerat confessionem fuisse simulatam, iuramentum nihil obstabit.*

1 EXceptioni non numeratæ pecuniæ si aliquis renuntiauit, talis † renuntiatio nõ operatur, quin prædicta exceptio opponi possit. l. si ex cautione. & ibi gloss. Bald. & alij notant. C. de non numerata pecunia. dixi de hoc latè suprà in singula. meo lix. incipiente, si quis confitetur. Si tamen renuntians promisit cum iuramento non vti illa exceptione, & posteà illa vti velit, posset compelli censura ecclesiastica ad obseruantiam prædicti iuramenti, cùm illud seruari possit sine interitu salutis æternæ. capitu. ad nostram. & capit. & si Christus. capit. cum contingat. de iureiuran. Limita singulariter prædictam conclusionem, nisi renuntians replicaret confessionem, & promissionem simulatam fuisse, quia tunc iuramentũ in aliquo non obligaret. istud fuit singula. verbum Ang. in l. prima. C. de dote caut. non numera. vbi allegat gloss. quam ipse dicit non esse alibi in l. emptione. C. plus valere quod agitur. & istud dictum Angeli reputat singularissimum, & dicit memoriæ commendandum Iason in §. fuerat. numero 86. Institu. de actio.

CXXI.

1 *Statutum disponens quòd in causis vertentibus super instrumento guarentigiæ summariè procedatur, omni exceptione remota, vt sit accipiendum.*
2 *Clausula, omni exceptione remota, quid operetur.*
3 *Regula, appellatione pendente iudicis officium cessare, fallit.*

OBserua dictum singulare Bald. quod frequenter practicari solet. dicit enim quòd si statutum dispo-
1 nit, † quòd in causis vertentibus super instrumentis guarentigię procedatur summariè, quòd istud statutum habebit locum, si agatur contra principalem debitorẽ: Secus si contra tertium possessorem, etiam si agatur hypothecaria: quia confessio priuilegiata, seu præceptum non sequitur fundum, seu fundi possessorem. hoc voluit Bald. in l. j. versicu. nota hîc de dictione, super &c. C. cõmun. de legatis. argumen. l. j. C. si certum petatur. & l. j. §. si hæres. ff. ad Trebel. vbi do. Alexand. & Iason reputat hoc dictum Bald. singulare, & perpetuò notandum. Sequitur etiam Rip. ibi, & Petr. de Anchara. in capitu. canonum statuta. in versicul. circa istam extensionem alibi &c. extrà de constitu. & do. Alexand. in consil. lxxxiij. in iij. volumi. incipien. viso themate suprà scripto. in penul. colum. & in consil. sequen. quod incipit, in causa quę vertitur inter agentes. in iij. colum. & sequen. Pro quo facit text. in cap. super eo. & ibi do. Abb. notat, extrà de of-
2 fic. deleg. vbi dicitur, quòd clausula, † appellatione remota, operatur vires suas respectu partium, non autem respectu tertij comparentis pro suo interesse. & inducit illum text. Abb. quòd si statutum prohibet appellationem respectu instrumẽti confessionati, quòd non intelligitur prohibita respectu tertij comparentis pro suo interesse. Adde quod voluit Bald. in l. ij. C. si aduer. credito. vbi dicit per illam legẽ probari, quòd executio sententiæ vel instrumenti guarentigiæ potest peti contra condemnatum, vel eius heredem vniuersalem, non autẽ contra tenentem bona obligati. Allegat gloss. in l. eadem. C. de condi. ob caus. & dicit hoc notandum contra ignorantes procuratores & aduocatos. Idem voluit Angel. in
3 dicto §. si hæres. in princip. Non † omitto quod dicebat alibi Bald. & post eum Ange. in l. si quis filio exhæredato. ff. de iniust. rup. & irri. testa. vbi dicunt, quòd pendente appellatione officium iudicis conquiescit: fallit respectu tertij. allegat Bald. text. in l. creditor. ff. manda. Accedat quod voluit Petr. de Anchara. in clemen. j. de probat. vbi dicit, quòd si iudex pronunciat, Condemnamus Titium procuratorem talis, facit fidem quòd est procurator inter partes: secus respectu tertij.

CXXII.

1 *Contractus an sit è re ecclesiæ, vel non, quando dubium est, quid tunc præsumendum.*
2 *Iudicis decretum vbi interuenit, præsumptio est omnia ritè & rectè processisse.*

1 DIligenter obseruabis † verbum singulare Bald. in capit. j. de his qui feu. da. pos. in iij. colum. in princip. vbi quærit, quando est dubium, vtrum contractus sit vtilis ecclesiæ vel non, quid sit in dubio præsumendũ? Nam dicit ipse quòd vbi seruata est forma, & decretum superioris interpositum, semper præsumitur factum pro vtilitate ecclesiæ. argumen. not. in l. j. C. de præd. curia. lib. x. Idem voluit Bald. in capitu. sicut. in vltima colum. extrà de re iudica. refert & sequitur Ias. & Lance. Deci. in l. pacta nouissima. C. de pact. quod dictum sequitur & reputat egregium do. Alexand. in consilio lxxix. incipien. circa primum, de quo quæritur. in viij. colum. lib. primo. & illud exclamat Iason in dict. cap. j. in iij. colum. Pro quo facit quod voluit Bart. in l. frater à fratre. in antepenulti. colum. versic. tertiò quæro quid de contractu emptionis. vbi dicit, quòd quando in contractu, vel alio actu interuenit præsentia vel decretum iudicis, talis cõtractus dicitur fieri palam & bona fide. allegat l. fin. in princip. ff. quod metus causa. Idem volunt Ang. & Imol.

in l.prima.§.fuit quæsitum. ff. ad Trebellia. & Alexand. in l.transactionem. in fin. C. de transactio. Adde quod voluit Specul.in titu.de emptio. & vendi. §. nunc dicendum restat.versicul.& breuiter scias.vbi dicit quòd† vbi
3 in aliquo actu reperitur decretum iudicis interpositum, omnia præsumuntur ritè & rectè processisse. Refert & sequitur Bald.in l.cùm hi.§.si prætor. j. ff. de transactio. vbi allegat gloss. in l.j. C. de fide instrumen. & iur. hast. fisc.libro x.& Imol.in l. si quis cùm aliter. ff. de verborũ obligationibus.Bald.in l. quæcunque. C. de bonis quæ liberis.Limita singulariter prædicta procedere in maioribus magistratibus: secus in minoribus vt municipalibus, vel pedaneis. Ita notanter voluit Bald.in l. tutores. ff.de admini.tuto.& ita intelligitur.§.nos autem. Instit. de Atti.tut.vbi dicit ista esse dicta Azo. in summa.C. de tuto.& curato. qui satis non ded. & istam limitationem pro singulari refert & sequitur Iason in dict. ca.j.de his, qui feu.da.pos.& in d.l.pacta nouissima.& in rub.C.qui admit.in ij.colum.in fin.Contrariũ tamen voluit in hoc Dec.& elegans Alcia.in dict.l. pacta nouissima. ad quos te remitto:quia tempus electionum instat.

CXXIII.

1 *Diuisio præsumitur facta inter fratres, qui decennio possederunt pro diuiso bona,quæ antè communia habebãt, licet de diuisione aliter non constet.*

2 *Ius suum iactare nemo præsumitur.*

1 LIga tibi ad digitum illud, quod † voluit gloss.singularis in l. si maior. in gloss.j. C. com. diui. vbi dicit, quòd si essent duo fratres,quorum vnusquisque possedit partem suam vt propriam pro diuiso longo tempore,videlicet x.annis inter præsentes,& inter absentes,& quòd solus subiit onera illius rei,& solus percepit commoda, si de diuisione aliter non apparet, per hoc præsumitur facta diuisio:arg.l.cùm de in rem verso. ff. de vsur. & l.j. §.fi.ff.de aqua plu.arcend.l.minus.C. de acqui. pos. quã gl.Bart.ibi multum exclamat, dicens illam singularem, & signandam,ac perpetuò menti tenendam.& de illa gl. facit festum Nico. de Neapo. in §.quædam. Instit. de actio.& eam reputat solennem & singularem Ias.ibi,& in l.si certis annis.in iij.colum.versic.vj. facit. vbi dicit illã esse magis communiter approbatam. C. de pact. & in l. sciendum.in vij. colum. ff. de verb.obligat. Bald. tamen in d.l.si maior.in j.colum.intelligit dict. glo.esse veram, quando isti qui venerũt ad diuisionem proportionabi-
2 liter possedissent,ita† quòd inter ipsas possessiones esset æqualitas:quia tunc de paruo aut nullo præiudicio agitur.Sed si esset inæqualitas: quia res quas vnus possideret,valerẽt longè plus, q̃ illæ quas alius possidebat, non præsumeretur diuisio:quia nõ præsumitur alter ius proprium iactasse.l.cùm de indebito.ff.de probat.Et cum ista distinctione pertransit simpliciter Pau.de Castr. ibi, & fuit opinio Rayner. in dict.l.si maior. Pro qua distinctione facit, quod voluit Barto.in quæstione sua, mulier habens amplum patrimonium.in fin.& in dict.l.cùm de in rem verso.in iij. colum. & in l. qui in aliena. versicul. sed & si non adierit.in fi.ff. de acquir. hæred. vbi videtur intelligere dictum glo.in dict.l. si maior. quando tractaretur de modico præiudicio, & asserit dom.Alexand. in dict.l.si maior.in addi.Bald.

CXXIIII.

1 *Contractum factum negans, si posteà conuincatur, in odium ipsius præsumitur solennitas extrinseca.*

2 *Matrimonium negans,perdit priuilegium, ne condemnetur nisi inquantum facere potest.*

1 REgula est in † iure,quòd solennitas extrinseca non præsumitur.l.quæcunque.§.fin.ff.de public.gl.not. & scribentes in l.sciendum.vbi materia.ff. de verborum obligat. Quid si aliquis conueniretur ex aliquo contractu, & negaret contractum fuisse factum, si posteà conuincitur de veritate contractus, an in odium ipsius negantis præsumatur solennitas extrinseca? Dicas quòd sic. Istud fuit singulare dictum Bald.in cap.j.qui test.sint necess.ad prob. nou. inuestit. per text. in authen. contra qui propriam. C. de non numera. pecu. & istud dictum reputat nouum & singulare Areti. in dict.l.sciendum.in viij.colum.in fi.versicu.& adde singul. Pro quo ipse allegat text. in l. cùm de indebito. in princip. ff. de probat. Illud refert etiam pro singul. Iason in dict. l.sciendum. colum.vj. Adde quòd idem voluit Bal. in l.fina. colum.j. C.de fideicommiss.vbi dicit, quòd negans si cõuincatur, non potest deinde defectum solennitatis opponere.Corroboratur per illud quod voluit Bart.in l.etiam §.j. cir-
2 ca fin.ff.solu.matrimo.vbi dicit, quòd maritus † qui negat matrimonium perdit priuilegium,ne condemnetur nisi inquantum facere potest. refert & sequitur Alexan. in l.maritus.eo.titu. vide etiam ad corroboratione quæ tradunt Cano.in cap.cæterùm.extrà de iudi. & Ange.in l.fina. ff. de rei vendic. & quæ dixi suprà in singul. meo lxxv.incip.legisti aliàs.

CXXV.

1 *Emphyteuta, colonus & censuarius si tribus superioribus annis postremò lapsis probent se soluisse, præsumuntur soluisse anteactis annis,nisi contrarium probetur.*

1 QVoniam tempus est canere receptui, quia statim † habebimus principium studij,Ideo pro complemento tantum referam tibi vnum text. aureum & singularem,quem habes in l.quicunque. C. de apoch. publ.lib.x. vbi dicitur, quòd ille qui ostendit se soluisse tribus proximis annis,retro soluisse præsumitur,nisi cõtrarium probetur.quem text.ad hoc Barto. ibi dicit mirabilem. & Bald.in cap.literæ. ad fin. extrà de dil. reputat aureum. illum etiam pro singulari refert Salicet.in l. ij.C.de iure emphy.& post eum Iason ibi num. 135. multùm exclamat,& non reperitur alibi,secundũ Bal.in l.ij. C.de dot. promiss. Et per illum text.dicit gloss. singul.in d.l.ij.C.de iur.emphy.in gl.magna circa medium,quòd eo ipso quòd emphyteuta probauit se tribus continuis annis proximè præteritis soluisse, quòd præsumitur retro soluisse semper. Quam glo. sequuntur indifferenter omnes scribentes ibi dicentes illam singularem. Et ille text.habet etiam locum in colono, secundum Ange. in §.scire autem.in fin.verb.in authen.de non alie.cùm militer eadem ratio, quæ in emphyteusi. Dicit tamen de hoc se nescire legem. Adde, quòd idem voluit ante eum Bald.post Ioan.Andr. in dict. cap.literæ.in fin. versicu. quæro vtrum &c. vbi dicit, quòd qui soluit pensionem
2 per † triennium proximum præteritũ, præsumitur soluisse pro tempore præterito: siue loquamur in emphyteuta,siue in simplici colono,siue in censuario. Et similiter si quis soluit collectas in communi per triennium proximum præteritum, siue per tres collectas annuales, præsumitur semper soluisse, nisi contrarium probetur. & hoc per d.l.quicunque.Intellige tamen prædicta vera, quando dicta solutio trium annorum esset facta separatim vnaquæque per se anno quolibet: Secus si esset facta simul vno anno pro tribus annis: quia tunc procederẽt. Ita singul.Cyn.Bald.in dict.l.ij. C.de do. promissio. vbi reputat hoc tenendum menti. & Bald.& do.Alexand.in dict.l.quicunque. & Iason in dicta l.ij.C.de iure emphy. Comprobatur etiam per illud,quod voluit Bald.in cap. ex literis.in vltim.colum.extrà de constitu. vbi per gloss. notab.in l.si conuenerit.j.ff.de pigno.actio.dicit,quòd si statutum disponit quòd in maleficiis reus debeat ter citari, quòd non sufficit vna citatio pro tribus etiam peremptoriè, sed requiruntur tres separatæ diuersis temporibus factæ. Item per illam gloss. dicit Bald. in proœ. C.in vltim. colum.quòd ad hoc vt confessio dicatur geminata, & operetur effectum confessionis geminatæ, non sufficit, quòd eodem tempore sit pluries reiterata, sed requiritur quòd sit facta diuersis temporibus. Accedat quod voluit Bal.post Cin. in dicta l. ij. in j.colum. cum sequen.C.de dot. promiss. dum limitat l. cùm de in rem verso.ff.de vsur.vbi habetur,ꝙ ex solutione.x.annorũ præsumitur debitũ præcessisse,vt non procedat,quando fieret vna solutio pro decem, aut pluribus annis.Idẽ voluit Bart. in l.eum,qui.ff.de annu.legat.

FINIS.

SINGVLARIA D. BARTOLI DE SAXOFERRATO EX ANTONII DE PRATO VETERI ORDINE PER

D. Gabrielem Saraynam Iurisconsultum Veronensem, ad verum authoris sensum explicata, & variis ab eodem celeberrimorum Doctorum scholiis hic adscriptis, decorata.

I.

1 *Interpellatio extra iudicium non constituit in mora eum, qui solùm per iudicis officium potest conueniri.*

1 INterpellatio † extra iudicium nõ constituit in mora eum, qui solùm per iudicis officium potest conueniri. l. cum postulassem. in princ. ff. de dam. infec. Qui text. est ad hoc singularis: & non est alibi hoc ita expressè.

ADDITIO.

Huius singularis rationem ponit Bart. in l. j. ff. de iurisdict. omn. iudic. vbi limitat dictam l. cum postulassem, in officio iudicis nobili: secus in mercenario. & ita tenet declarando l. j. C. de aliena. iudi. mutand. caus. fact. & ibi Cin. in v. quæst. in fine. Item videtur fallere in alio casu, quem ponit Bald. in l. si soror. C. de collatio. per l. filius. §. fin. vbi glo. ff. de collatio. dot. Sed dic vt per Bartol. in dicta l. filius. §. finali.

II.

1 *Confessoria si pro constituenda quasi possessione seruitutis agatur, debet aliquid fieri contra contumacem, ex primo decreto fit missio in loco seruiente: ex secundo decreto statuitur certum tempus, intra quod agat.*

1 QVando agitur † confessoria, si pro constituenda quasi possessione seruitutis, debet aliquid fieri contra cõtumacem, ex primo decreto fit missio in loco seruiente: ex secundo decreto statuitur certum tempus, intra quod agat. l. à quo fundus. ff. de dam. infe. quæ lex est multum singularis in hac materia. Bart.

ADDITIO.

Vtrum hæc missio, & d. l. à quo fundus. habeat locum in negatoria? Barto. tenet quòd sic in l. si prius. in iij. oppositio. secundæ partis. ff. de oper. no. nuntia. Et vtrum habeat locum in missione in possessionem ex secundo decreto? Bartol. tenet quòd sic in dicta l. si prius. in iiij. quæst.

III.

1 *Donatio pura sub conditione resoluenda, non est propriè donatio.*

1 DOnatio † pura sub conditio resoluenda non est propriè donatio. ista est glo. singul. & multũ notab. in l. j. in ver. liberalitatem. ff. de donatio.

IIII.

1 *Clausula constituti si ponatur in instrumento venditionis, nõ est necesse, quòd dicatur hoc fuisse actum in principio.*

1 SI apponatur † clausula constituti in instrumẽto venditionis, non est necesse, quòd dicatur hoc fuisse actum in principio. hic est casus multum singularis in l. ij. §. si ab ignoto. ff. de manumis. Qui licet videatur prima facie innuere contrarium, ibi, enim ab initio. Tamen à contrario facit pro hoc notabili, quia ibi secus, quia loquitur in domino & seruo. Secus in duobus liberis, qui possunt hoc inter se pacisci.

ADDITIO.

Vide Alexand. consil. xxv. colum. penult. versic. & non. volu. ij. qui text. in dict. §. si ab ignoto, declarat. Et vide Bald. & Angel. in l. bene à Zenone. in princip. colum. ij. C. de quadrien. præscriptio.

V.

1 *Hæres institutus & fideicommissarius, non est hæres, nisi sit & fideicommissarius.*

1 ALiquis † instituitur hæres & fideicommissarius, tũc non est fideicommissarius, nisi hæres. iste est notab. & singularis casus in l. Lucius Titius. ibi, Modestinus. ff. de fideicommiss. libertat.

VI.

1 *Monumentum transit cum vniuersitate.*

1 LEges † dicunt, quòd monumentum non potest legari. l. monumenta. C. de leg. Quid est hoc dicere? Dic quòd non transit, nisi cum vniuersitate. tex. est singul. in l. quædam sunt quæ. ff. de acquir. rerum dominio.

ADDITIO.

De materia d. l. quædam sunt. vide Iacob. de Beluis. in l. in modicis. ff. de contrah. emptio. Limita singulariter, vt per Bart. in l. si mercedem. §. j. ff. de actio. empt. Et quod not. Bart. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obli. & in l. peto. §. patre. ff. de legat. ij. & Bartol. in l. Aufidius. ff. de priuileg. cred.

VII.

1 *Clusa in flumine publico, quo ad vsum est publica, licet quoad proprietatem sit illius, cuius est ager, cuius frontem inspicit.*

1 QVando † est clusa, quæ respicit frontem alterius agri, est illius, cuius est ager quo ad proprietatem, quo ad vsum est publica. iste est text. notabilis multum, & illum nescio ita bene alibi in l. si epistolam. §. Paulus si insula. versic. si id quod in publico. ff. de acquir. rerum domi.

ADDITIO.

Adde quæ notat idem Bartol. in l. fluminum. in princip. ff. de dam. infect.

VIII.

1 *Testes deponentes aliquem possedisse fundum vltimis sex mensibus anni, an probent de toto anno?*

2 *Factum ad conseruandum operatur ad inducendum.*

3 *Intellectus l. iij. in princ. ff. de acquir. possess.*

4 *Animus retinendi operatur acquisitionem.*

1 POne † quòd quidam toto isto anno vsque ad Calendas Februarij possedit vnũ fundum: Testes probant de sex mensibus vltimis, an probent possessionem?

Certè non, quia intro in istis vltimis temporibus non animo acquirendi, sed continuandi possessionem in initio quæsitam, quam non probaui. ista est singularis glossa & notabilis, si esset vera in l.iij. in princip. in ver. animo. ff. de acquiren. possess. Ego tamē [a] teneo cōtrarium:
2 quia † istud quod quis facit ad conseruandum, operatur ad inducendum: vt l.ij. C. comm. vtriusque iud. & l. posthumus. §. fina. ff. de iniusto rupt. irritóque testa. & ff. de bon. possess. secundum tabu. l. qui ex liberis. §. testamento. Probo etiam ratione, nam text. in dicta l.iij. non
3 requirit † quòd quis habeat animum acquirēdi, sed animum posidendi, non acquirendi de nouo, vt vides in d. l.iij. in fin. princ. ibi, dum dicit, dum ea mente & cogitatione, vt totum fundum vsque ad terminum velit posidere: non dicit acquirere. Et vide in l.j. §. adipiscimur. ibi: quia affectionem tenendi non habent. ff. de acquir. possess. Non dicit acquirendi. Sed iste, qui putabat se posidere etiam habet affectionem tenendi, & posidendi, ergo &c. Itē induco casum l. quod vulgò. ff. pro emptor. & sic probatur. Certum est, quòd rei furtiuæ non quæritur nobis possessio per seruum, imò, si seruus tradit mihi rem, quam surripuerat, & eam recepi credens me posidere eam prius per seruum: tamen ex die, qua recipio,
4 incipio posidere, & sic apparet, † quòd animus retinendi operatur ad acquisitionem, vt l. qui ob pactionem. & l. seruus. & d. l. quod vulgò. ff. pro emptor.

ADDITIO.

a Ego tamen &c. idem tenēt Ang. Imol. & Alex. in d. l.iij. in princ. ff. de acquir. poss. Bart. Ang. & Imol. in l. sequitur. §. Labeo. ff. de vsucapio. Bald. in sua disputatione incip. Accusatus de vi turbatiua. & Imol. in l. qui fundum. ff. pro emptor.

IX.

1 *Vsufructuarius an ius vsusfructus ciuiliter, & naturaliter possidere possit?*
2 *Dominium, aut vsusfructus non possidetur.*
3 *Possessio in incorporalibus nil aliud est, quàm patientia domini.*

1 QVæro † vtrum vsufructuarius habeat aliquam ciuilem possessionem? Et quidam dicunt, quòd sic: gloss. tamen dicit contrarium in l. naturaliter. in princ. per l.iij. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. & not. in l.j. in princip. ff. de acquir. posses. in ij. glo. magna. Tu verò ad declarationem huius dic, quòd in vsuario & vsufructuario sunt consideranda duo, res ipsa, & ius vsusfructus. Et rem ipsam non posidet, nisi naturaliter, sed ius vsusfructus videtur quòd ciuiliter, & naturaliter posset posidere. glo. est multum singularis in l. ait prætor. §. item ei. ff. ex quib. caus. maior. Et Cin. tenet in l.j. C. vti poside. & dicebat, quòd non erat alia gloss. in mundo. Sed alia glo. est in l. si plures. §. deiectum. ff. de vi & vi arma. in l. fin. ff. vti poside. in glo. super verb. defendat possessionem. in quibus dicitur, quòd vsusfructus quasi posidetur. Sed istud non videtur bene dictum: quia non
2 possumus dicere, quòd dominium † posideatur: vt in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. posses. sic nec vsusfructus: vt ff. eodem titu. l. permisceri. Dico ergo q̄
3 in † incorporalibus quasi possessio nil est aliud quàm patientia domini. ff. de seruitu. l. quoties. & ista quasi possessio est in vsufructu. in l.iij. §. dare. ff. de vsufruct. Et ideò dico, quòd agendo contra dominum potest dici quasi posidere vsumfructum ciuiliter & naturaliter, vt in dicta l. ait prætor. §. item ei. & dicta l. si plures. §. deiectum. Sed contra alium non potest dicere, nisi de possessione rei, quam rem solum naturaliter posidet. Et idem in cæteris seruitutibus, & idem videtur sentire gloss. ff. si seruit. vendice. l. sicuti. §. Aristo. in glossella parua, quæ est super verbo suo vti. quod tene menti.

ADDITIO.

Vide Andr. Barba. in apostil. ad Bart. in dicta l. naturaliter. in prin. super verb. Tu verò ad declarationem. & super versic. dico, quòd in incorporalibus.

X.

1 *Dominium non potest quis animo perdere possessione retenta.*

1 NOn potest † quis animo perdere dominium possessione retenta. hic est casus, qui tota die allegatur, & bene, & est singularis in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. posses.

ADDITIO.

Vide ibi Doctor. maximè Modernos, qui hoc latè examinant.

XI.

1 *Dominus qui de possessione deiicitur, an & quādo eam per colonum retineat, & quando non?*
2 *Intellectus l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. posses.*

1 SI dominus † deiiciatur de possessione, & eam retinet per colonum, & ideo non dicitur eam perdere. At si spontanea voluntate alij tradat, secus est, quia statim causa cadit. de hoc habes vnam glossam valde singularem in l.j. §. non alij, in verb. retineo. ff. de vi & vi arma.
2 quæ hoc dicit. Et per hoc apparet † responsio ad l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. posses. vbi solo animo posideo, & non perdo possessionem, nisi alius ingrediatur. Quia quis solo animo non perdit possessionem, nisi alius ingrediatur, verum est, non perdit voluntate coacta, secus si spontanea voluntate alij tradat: quod videtur facere constituendo se alterius nomine posidere.

ADDITIO.

Vide Petr. de Anchar. in cap. fin. de precario, & Aret. consil. xxxij. colum. iiij. in princip.

XII.

1 *Traditio non vacua sufficit quo ad dominium.*
2 *Traditio non vacua non sufficit in vsucapione.*
3 *Vsucapio interrumpitur propter missionem in possessionem causa rei seruandæ, si traditio fit ab eo, qui ciuiliter & naturaliter possideat.*

1 LIcet † quo ad dominium sufficiat traditio non va-
2 cua: vt l. si fundum. ff. de fundo dotal. Tamen † in vsucapione non sufficit: vt l. naturaliter. ff. de vsucap. & l. sine possessione. Quod intelligunt doctores quando possessio non est vacua, sed plena, quia ab alio posidetur naturaliter & ciuiliter: vel ciuiliter tantùm. Et ideo licet ille, cui tradita est possessio, posideat naturaliter tantū, tamen non incipiet præscribere, donec alius desinat posidere ciuiliter, vel quia animo dimittit, vel ex negligentia longi temporis, vel minoris. Et hoc tenet gloss. C. de seruis fugit. l.j. in fin. & Din. in cap. sine possessione. circa fin. de regul. iur. in vj. sit ergo cautus aduocatus rei, si potest probare alium antea possedisse. Sed pone, quòd aliquis posidet naturaliter, sed tradens posidet ciuiliter: vel tradens posidet ciuiliter & naturaliter: alius est in possessione causa rei seruandæ, non est vacua possessio vt l.ij. §.j. ff. de actio. empt. & l. ratio. ff. eod. tit. sufficitne ad vsucapionem traditio non vacua, eo modo vltimo quo dixi? Et certè sic, vt in l. acquiritur. ff. de acquiren. rerum domi. & l. missio. ff. pro emptor. & l.ij. in princ. ff.
3 pro hærede. Sed vna † lex est, quæ multum videtur turbare ista, & habetis text. singul. qui non est alibi, vt credo, & videtur dicere, quòd interrumpitur vsucapio propter missionem in possessionem causa rei seruandæ, & traditio fit ab eo, qui ciuiliter & naturaliter posidet. text. est in l. à diuo Pio. §. si super rebus. in fin. §. ff. de re iudic. & ibi dixi.

ADDITIO.

Adde eundem Bartol. in l. si de eo. §.j. ff. de acquir. posses. & Bald. in l. cum res. C. de probatio. vbi tradit quomodo probetur vacua possessio. & per Bartol. in l.ij. §.j. ff. de actio. empti.

XIII.

1 *Diuisionis ex causa quod mihi traditur tanquam meum, eius vsucapiendi conditionem non habeo.*

1 EIus quod † ex causa diuisionis mihi traditur tanquā meum, vsucapiendi cōditionem non habeo. ista est

lex sin-

lex singularis in l. cùm solus. in princi. ff. de vsucapio. secundum communem modum allegandi.

ADDITIO.

Vide Bald. notab. in l. nullo. C. de rei vendica. in l. super longi. in iiij. colũ. vbi declarat subtiliter & mirabiliter hanc legem. C. de præscriptio. longi temporis.

XIIII.

1 *Iudices duo ordinarii qui de causa cognoscunt, si diuersas sententias ferãt in iudicio, in quo apparere nõ potest quis actor, quisve reus existat, vtraque sententia erit in pendenti, & ad superiorem recurretur.*

1 Actum est familiæ erciscundæ iudicio † coram duobus iudicibus ordinariis, in quo iudicio apparere non potest quis actor, & quis reus sit, certè si ij diuersas sententias ferant, vtraque sententia erit in pendenti, nec poterit habere locum l. inter pares. ff. de re iudic. sed recurretur ad superiorem. iste est text. notab. in l. duo iudices. ff. de re iudica. tene menti, quia hic casus non est alibi.

XV.

1 *Iudex potest circa accessoria supplere eodem die.*

1 Circa † accessoria potest iudex supplere eodem die, quando per talem suppletionem, vel adiectionem, nil derogatur ei, quod iam est sententiatum. text. est in l. Paulus respondit. ij. ff. de re iudic. quæ lex est singularis.

XVI.

1 *Ius accrescendi cessat adita hæreditate. & quid si adiens in integrum restituatur?*

1 Cessat † ius accrescendi adita hæreditate. l. j. in fi. de vsufr. accres. Hoc est verum, nisi ille qui adiuit in integrum restituatur. text. est in l. ex contractu. ff. de re iudic. nec habes alibi melius.

XVII.

1 *Exigi si debeat aliquis in quantum facere potest, inspicitur quantum ex eius patrimonii fructibus potest redigi, non quantum ex venditione rerum.*

1 In exigendo † aliquem in quantum facere potest, inspicitur quantum ex eius patrimonij fructibus potest redigi, non quantum ex venditione rerum redigeretur. text. est singularis & mirabilis in l. qui bonis. ff. de cessio. bonor.

ADDITIO.

Nota quòd inspicitur, quantum ex fructibus patrimonij redigi potest, benefacit l. si fundum per fideicomissum. in princ. & quod ibi notat idem Bart. ff. de leg. j. & idem Bart. in l. ij. in fin. de rescind. venditio. Adde text. & ibi not. Bart. in l. Imperator. in fin. ff. ad Trebellia. Et per hunc text. Bald. vt refert Imol. in l. si maritus in id. ff. soluto matri. dicit quòd si maritus, qui condemnatus est in quantum facere potest, habet possessionem maioris valoris, & modici reditus, ex quo reditu vix viuere potest, non cogitur illam vendere, per illum text. Sed Imol. ibi contrarium tenet. an autem quando maritus condemnatur in quantum facere potest, sufficiat sibi relinquere tantum, quod sibi pro victu sufficiat secundũ qualitatem personæ suæ: An verò sufficiat relinquere tantum, ex quo sine necessitate viuere possit? vide Bald. in l. maritum. ff. sol. matri. & doct. in d. l. si maritus. & singulariter Bald. in rubr. C. qui bonis cede. poss. & in l. ij. circa prin. C. quod cum eo. Et adde quæ consuluit Roma. consil. ccccclx. ad fin. per hanc legem, quam ibi dicit singularem ad id.

XVIII.

1 *Contumacia alicuius si nimia sit, prætor decernere potest, ne missus in possessionem ex primo decreto fructus lucretur.*

1 Propter † nimiam contumaciam potest prætor decernere, vt ex primo decreto missus in possessionem fructus lucretur. hic est singularis & notab. casus in l. Fulcinius. §. Diuus. ff. ex quibus caus. in posses. eatur.

ADDITIO.

De hoc notatur per eundem Bart. in l. si finita. §. Iulian. in penul. colum. ff. de dam. infect. & ibi videtur intelligere illum text. quòd missus ex primo decreto demum lucretur fructus in casu, quando iudex hoc expressit. Gloss. tamen in dicto §. diuus. sentit, quòd vbi constat de aperta contumacia, quòd lucretur fructus ex dispositione illius §. etiam si iudex nihil dixerit. d. §. Iulia. Adde Bald. in authen. ei qui. in vltim. colum. C. de tempor. appellatio. & in l. consentaneum. colum. ix. C. quomodo & quando iudex. vbi etiam dicit, quòd potest facere, quòd possideat. Et adde Inn. in cap. dilecto. de ver. signifi. Spec. & Ioan. Andr. in titu. de primo decreto. §. restat. versic. hoc autem. & ibi plenè habetur quæ dicatur nimia contumacia post gl. in dict. §. diuus. & do. Anton. de Butri. in cap. contingit. de dolo & contuma. & Ioan. Andr. ibi, & Bald. in l. ij. in vj. quæst. si ex noxal. caus. aga. circa primũ decretum. adde quòd Bald. consil. liiij. volu. ij. vult quòd offerantur loco cuiusdam mulctæ, licet parti applicetur. l. j. §. hoc iudicium. ff. si quis ius dicenti non obtem. Fallit tamen secundum eum illud quod dicitur, quòd missus in possessionem ex primo decreto non lucratur fructus, nisi consuetudo loci, vel statutum contrarium disponeret. gl. in §. si verò. in authen. de exhibend. reis. vbi aliàs ex nimia contumacia, quæ non cadit in minore indefenso, non posset ipse mulctari in fructibus, vigore talis consuetudinis & statuti mulctabitur, quia statutum pariter minores & maiores ligat. l. si sine hærede. §. Lucius. ff. de admini. tut. Et multi tenent, vt Alexan. in dict. l. si finita. §. Iulianus. quòd tale statutum non valeat, quia in fraudem vsurarum. Sed de Bald. ibi non faciunt mentionem.

XIX.

1 *Testamentum si quis desinat possidere, an incidat in legem Corneliam de falsis?*

1 Quæro † vtrum ille, qui desiit possidere testamentum, incidat in legem Corneliam de falsis? Responde quòd non, vt est casus, quem nescio alibi in l. iij. §. & posse. ff. de tabul. exhiben. Videtur tamen ibi iurisconsultus velle, quòd quis incidat in legem Corneliam si subtrahat, vel amoueat testamentum alicui. Secundò, si quis testamentum celat tantum. Tamen in hoc est aduertendum, quia non sufficit vni, vel duabus personis celare: Sed ille punitur, qui celat testamentum quoad omnes, vt nemo possit habere, & ille incidit in legem Corneliam de falsis. Sed ille qui respectu vnius celat, non punitur lege Cornelia de falsis.

ADDITIO.

Adde Bald. in l. Paulus. ff. de solutio. & cum Bart. hîc transit Bald. in l. fin. in vltim. colum. C. de edend. dicens hæc verba esse multum notabilia. Et adde quod legitur & notatur in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. Et nota quòd si probo quòd tu subtraxisti mihi instrumentum venditionis factæ per te in me, ista probatio facit plenam fidem contra te pro me. l. si de possessione, vbi vide de materia. C. de probatio.

XX.

1 *Exactio an differatur per adiectionem instantis temporis?*
2 *Iudex si statuat terminum pro hodie partibus ad audiendum sententiam, an debeat expectare vltimum finem diei ad ferendam sententiam?*

1 Adiectio † instantis temporis exactionem non differt. casus est notabilis, & singularis in l. liber homo. §. decem hodie. ff. de ver. obli. per quam legem fuit determinata quædam quæstio, & disputata per quendã
2 magnum doctorem. Dixit iudex † parti quòd hodie esset ad audiendam sententiam, quæritur an iudex debeat expectare vltimum finem diei ad dandum sententiam? Et determinauit per istam legem, quòd non. Istud non placet, nam si bene respicis illum tex. ideò hæc adiectio, Hodie, non differt executionem, quia istud hodie

videtur adiectum, vt denotetur tempus ipsum, in quo fit promissio. q. d. ista est dies, in qua promitto, vt ibi in fine apertè dicitur. Sed si apponeretur solutioni, vt promittis dare decem, quæ solues hodie, tunc nullum esset dubium, quòd deberet expectari tota dies, vt patet ibi in tex. Nunc in q. proposita, si intelligeres sic, statuo terminum hodie ad audiendam sententiã, hoc est, hæc est dies, in qua statuo terminum, tunc terminus esset incertus, & sic non valeret, vt l. aut qui aliter §. j. ff. quod vi aut clam. & sententia nulla. Sed si intelligas, statuo terminum hodie, hoc est, hodierna dies tibi statuitur pro termino, tũc iudex debet eum expectare vsque ad vltimam horã diei iudicialis, hoc est, vsque ad vesperas vt §. sedebũt. in aut. de iudicib. Et no. Instit. de ver. obl. §. omnis. vel vsque ad tenebras, vt cap. consuluit. de officio delegati.

XXI.

1 *Alienatio rerum an veniat in generali mandato reipublicæ?*
2 *Solennitates multæ requiruntur in vendendis rebus ciuitatum.*
3 *Alienatio rerum ciuitatis, qua cautela, seu consilio possit tutè ab eius syndico, vel procuratore celebrari.*
4 *Statutum factum ab aliqua ciuitate causa alienationis faciendæ alicui Tyranno, est nullum, & alienatio potest cum secutis reuocari, quasi facta iusto metu.*

1 IN mandato † generali reipublicæ non venit rerũ suarum alienatio, quod est verum nisi lege municipali aliud caueatur. hic est valde singularis text. & mẽti tenen-
2 dus in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clàm. Per † hoc consilium habes cùm in vendendis rebus ciuitatum requirãtur multæ solennitates vt l. vlt. C. de vend. rer. ciui.
3 lib. x. est tale remedium, & consiliũ, Quòd facias † quòd ciuitas primò faciat statutum de hoc: & facto statuto poteris vendere secundum formam statuti. casus est no. in d. §. planè. ibi, hoc ita verum est, si modo &c. Puto tamen
4 quòd si aliqua respublica faceret aliquod † statutum causa alienationis faciendæ alicui Tyranno, quòd ista alienatio, & omnia quæ facta essent possint reuocari, quasi facta iusto metu. l. j. §. quę onerandæ. vers. & in summa. ff. quar. rer. act. non det. facit quod dixi in l. creditor. in princ. ff. de solutio.

ADDITIO.

Iste §. planè. est singularis & menti tenẽdus, quem §. allegat Bald. in l. ciuitas. ff. si cert. pet. & vide eundem Bart. in l. principalibus. ff. eo. tit. & Cin. & Bart. in l. præses. C. de transactio. Et in l. item magistri. ff. de pact. post gl. Idem notat Bar. in l. j. in prin. ff. de iusti. & iure. & vide Bart. in rub. C. de cõtrah. empt. in iij. q. Et per istũ text. dicit Bal. in c. j. in §. iniuria. de pac. iura. firm. ꝙ Anciani non possunt remittere iniuriam factam ciuitati: sed requiritur concilium ciuitatis. Et ita etiam tenet Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facien. Adde quod cõsuluit Paul. de Castr. in consi. vlt. Et de remedio & consilio hîc tradito, vide eundem Bart. in l. j. ff. ne quid in loc. publ. Sed pone quòd facto statuto de quo hîc, commune Perusij vendidit fructus lacus per quinquennium, postea de plenitudine potestatis aufert emptoribus. Dic ꝙ emptores contra commune poterunt agere ad interesse. Similiter dico, quòd si Papa cõtulit mihi aliquod beneficium: demum de plenitudine potestatis illud dedit alteri, quòd mihi tenebitur prouidere de alio simili, quod est notatu dignum secundum Bald. pro gl. ibi. in cap. j. ad hoc vers. si vero. de pace iu. fir. & ad hoc vide quę notantur in l. digna vox. per Cin. & Bart. C. de legib. cũ simil. Et ꝙ hic de Tyranno dicit, idem tradit Bart. in tracta. de Tyrannide, & plenè Bald. in l. decernimus. C. de sacro. eccle.

XXII.

1 *Citatio continere debet actum, ad quẽ quis citatur, & si aliquis citetur ad vnum actum, si ille actus aliter agatur vel in qualitate, vel in substantia, quàm fuerit dictum in citatione, videtur factus parte non citata, & clàm.*

1 NOta † quòd quando aliquis citatur ad aliquem actum, si ille actus aliter agitur vel in qualitate, vel in substantia, quàm fuerit dictum in citatione, videtur factus parte non citata, & clàm. casus est in l. aut qui aliter. in princ. ff. quod vi aut clàm. quæ lex deberet scribi literis aureis.

ADDITIO.

Vide Feli. in cap. j. colum. x. in fi. in ver. nota etiam quòd citatio. extrà de iudic. & Abb. in consil. xxxiij. volum. j. Et Fel. in c. quia iudicante. col. j. de præscript. & Bart. cõsil. clj. & Barba. consi. xxxij. volu. ij. & Imol. consil. xcvij. col. iij. Hoc tamen limitarem nisi pars præsens reperiretur per dicta Feli. in d. c. j. circa pen. colum. in ver. valet iudicium. Et Felin. in cap. consuluit. colum. iij. & seq. de officio deleg. & cap. ad petitionem. colum. vij. ad finem, vbi limitat, de accusatio.

XXIII.

1 *Delinquentes si plures sint, an vnus conuentus alios liberet?*
2 *Solutione vnius alter non liberatur, quando agitur rei persecutoria.*

1 QVæro vtrũ † vnus de pluribus delinquentibus cõuetus alium liberet. de hoc est sing. §. & distinctio, quam nescio alibi, in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam. Et ibi intelligit gl. diuersimode. sed Din. notabiliter distinguit, aut delictum est tale, ex quo imponitur mera pœna ex parte agentis & conuenti, & tunc aut deliquit vna familia, vel vnum collegium, vel vna vniuersitas: & tunc vnius solutio liberat alios, & perinde est ac si vnus deliquisset. vt ff. si fa. fur. fecis. dica. per totũ. Aut diuersis nominibus distinguuntur, nec sunt de eadem domo, seu familia: & tunc siue fecerunt communicato consilio, seu proprio motu, quilibet tenetur insolidum, nec vnus soluendo liberat alium. vt ff. de fur. l. vulgaris. §. si duo. & l. si quis id. §. fi. cum l. seq. ff. de iurisf. om. iud. Et l. item Mela. §. si plures. ff. ad legem Aqui. Ista sunt verba Din. Ego de hoc dixi ff. si famil. furt fecis. dica. l. quoties. & tetigi etiam in l. si plures. ff. arbor. fur. cæsar. Si verò delictum est tale, cuius ratione pœna imponitur ex parte rei, ex parte verò actoris est interesse, vt in casu dictæ l. semper. §. si in sepulchro. tunc, aut omnes deliquerunt communicato consilio, & tunc vnius conuentio alterum liberat. ita dicit Din. Tu dic secundum Iacob. de Aren. quòd vnius conuentio alterum liberat de rigore: vt ind. §. si in sepulchro. Sed de æquitate non liberantur conuentione, sed perceptione. argu. l. si ex duobus. §. j. ff. de peculio. & l. perceptione. ff. de his qui deiecet. vel effuder. Si verò deliquerunt quilibet proprio animo, tunc aut concurrunt in idem tempus, & vnius cõuentio liberat alium perceptione secuta, vt l. j. §. fi. ff. de his qui deiecerunt vel effud. l. j. §. pen. ff. de eo per quem fact. erit. Si verò diuersis temporibus, tunc vno soluente
2 alius non liberatur. quod patet, quia † vbi agitur rei persecutoria, vno soluente alter non liberatur, vt l. qui rem. §. j. ff. de furt. Ergo multomagis vbi ex altera parte est pœnalis. facit l. ita vulneratus. in princip. ff. ad legem. Aquil. ita dicit Din. tene menti hanc distinctionem, quia est notabilis.

ADDITIO.

Adde eundem Bart. in d. l. si quis id quod. ff. de iurisf. omn. iud. & in l. ex maleficiis. §. j. ff. de actio. & obligat. & quod notat Bart. in l. multi. ff. de publ. & vide omnino Inn. declarantẽ in c. sicut. de homicid. ꝑ Din. in reg. bonafides. de reg. iur. in vj. & quod notat Bart. in d. l. quoties. ff. si fa mil. furt. fecis. dicat. Sed dubitatur an eo casu, quo vnius solutio liberat alium, an soluens possit repetere ab alio, quem liberauit? Glossa in dict. l. ex maleficiis. in §. penultimo in versic. agendum. ff. de actio. & obligat. dicit, quòd non, si est verè malefactum. Quam gloss. simpliciter videtur sequi Bart. in l. j. §. si plures. ff. de eo per quem fact. erit. & vide Bartol. in dict. l. quoties. & Bald. in l. j. C. de condictio. furti. & Bartol. in l. etiam. §. item si quis dolo. ff. de petitio. hæredita. Bart. in l. cum duobus. la. ij. in iiij. q. ff. de duobus reis. & Bald. in l. j. in j. col. in versic. Sed si tu quæris. C. si plures vna sentẽtia. & Iacob. Butri.

Butr. in l. si familia. ff. de iurisdictio. omn. iudic. & per Cin. in l. fi. in ij. quæst. ff. ne quis eum. per Roma. in l. hoc edicto. aliâs est in l. j. ff. de eo per quē fact. erit. Adde Bal. consil. ccxxxix. volu. iij.

XXIIII.

1 *Exceptio rei iudicatæ non obstat in non prosecutis.*

1 VNum † volo quod notes, quòd in non prosecutis non obstat exceptio rei iudicatæ: gl. in l. & an eandem. in §. actiones. ff. de exceptio. rei iudica. Quod in effectu est verum quando quis nō est prosecutus ignoranter: secus si ex certa scientia, & malitiose, vt l. de rebus. ff. de arbit. & nescio alibi istum casum.

ADDITIO.

Vide Ang. in l. tres fratres. ff. de pactis. & Moder. in c. pen. de exceptio. faciunt festum de isto dicto, & ibi etiam allegant aliud notabile dictum Bar. in l. j. C. de ordi. iudic. per text. in l. duobus. ff. de exceptio. rei iudica.

XXV.

1 *Venditio rei facta in ludo an valeat?*

1 SIngularis † casus est in l. fi. §. si in alea. ff. quarum rerū actio non datur. vbi plenam habes doctrinam iūcta glo. an & quando vēditio rei facta in ludo valeat, de quo ego dixi post gl. in l. si quis cùm sciret. ff. pro emptor. & in d. §. si in alea.

XXVI.

1 *Fideiussor potest accedere obligationi operarum.*

1 OBligationi † operarū potest accedere fideiussor in ea actiuè, & pasiuè possunt duo rei constit. iste est singularis text. in l. nemo est qui nesciat. in princip. ff. de duobus reis.

ADDITIO.

Vide ibi latè Modernos Ferrarienses, videlicet Ronchegal. qui diffusè insistit.

XXVII.

1 *Responsio an dicatur facta incontinenti si interrogatus in instrumento dicat, facias scribi, deinde respondeo.*

1 QVæro † quid si in instrumento interrogas me, & dico, facias scribi, deinde respōdeo, an videar incontinenti respondere? Et gl. dicit quòd incontinenti videor respondere in l. duos. §. j. ff. de duob. reis. quam tene menti, quia singularis est.

ADDITIO.

Hanc gl. notanter allegat Bal. in l. in bonæ fidei. in j. colum. C. de pact. & vide ibi per Salicetum plenius ad dicta per Bart. in repet. & Ronchegal. in d. l. duos. §. j. qui egregiè loquitur.

XXVIII.

1 *Cessio facta vni ex reis debendi quando prosit, vel noceat alteri?*

1 CEsio si fiat † reo debendi contra quem fit consentiente eo, & tunc est idem, quod in delegatione dicitur, scilicet, quod idem est per omnia quod est in vera solutione & acceptilatione, vt l. si rem. §. fi. ibi, vel nuptura ipsa, secundum vnum intellectum, ff. de noua. Aut eo non consentiente, & tūc aut fit correo suo, & iste correus cui ceditur, ista cessione est liberatus. Casus est singularis. ff. de leg. ij. l. qui duos. Facit ff. de lib. le. l. si quis duos.

ADDITIO.

Adde notata per Alexand. post Imo. ff. de leg. j. in l. nō quocunque. §. qui Caium.

XXIX.

1 *Dominorum nomina propria si in stipulatione cōmunis serui exprimantur, vocantur domini in viriles, si exprimantur appellatiua, vocantur in dominicas, & quid iuris sit si vtrunque exprimatur?*

1 DOminorum † nomina propria si in stipulatione cōmunis serui exprimantur, vocantur domini in viriles: si exprimantur appellatiua, vocantur in dominicas: sed si vtrùque exprimatur, in dubio inspicitur quod præcedit. Ista est singularis lex in l. si communis seruus ita. in princ. ff. de stip. ser.

ADDITIO.

Ibi, inspicitur quod præcedit. quæ sit ratio, vide Bald. in l. fin. in antepenult. colum. C. de condit. inser.

XXX.

1 *Fideiussor de iudicio sisti an teneatur post sententiam?*

1 FIdeiussor † de iudicio sisti non tenetur post sententiam. Hic est casus, qui non bene reperitur alibi, in l. Græcè. §. & post. de fideiuss.

ADDITIO.

Adde similem casum in l. j. in princ. ff. si ex noxali causa agatur. iuncta gl. parua, in verbo, iudicium. Et quid in fideiussore de defendendo? Dic idem, quòd non tenetur post sententiam. l. cùm quærebatur. & ibi Bar. in fi. prin. ff. iud. sol. & Paul. de Cast. in d. §. & post. qui dicit, quòd qui promittit defendere, promittit sistere. Quod est verum, etiam si promisisset eum exhibere, & parere mandatis Curiæ. vt tenet Bald. in addit. Spec. in titu. de no. ope. nun. in j. colum. licet indecisum relinquat, in l. eum pro quo. ff. de in ius voc. & ibi per Alex. Item hoc est verum, quòd talis fideiussor post sententiam non tenetur, nisi promisisset eum repræsentare toties quoties Curiæ videbitur. de quo in l. si quis. ff. de custod. reo. & notatur in l. ij. §. fi. & ibi Alex. ff. qui satisd. cog. Et pro limitatione vide Felinum in cap. in nomine domini. colum. ij. extrà de testibus.

XXXI.

1 *Solutum vbi potest repeti vel redditum retineri, talis solutio non parit liberationem.*

2 *Naturalis obligatio, qua quis tenetur ad antidora, impedit repetitionem indebiti soluti.*

3 *Obligatio continens incertum est inefficax.*

1 SOlutum † vbi potest repeti, vel redditum retineri, talis solutio non parit liberationem. Iste est casus, qui non reperitur alibi ita bene in l. si testamento. §. j. versic. propterea quòd creditor. ff. de fideiuss. vbi etiam videtur
2 casus, q naturalis † obligatio qua quis tenetur ad antidora impedit repetitionem indebiti soluti. Sed gl. ff. de iust. & iur. l. ex hoc iure. circa finem glossæ magnæ dicit, quòd non impedit semper. vt l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indeb. q. d. regulariter impedit, casualiter nō. Sed certè in d. §. libertus. illa naturalis erat redacta ad præstandam necessitatem, secundum gl. ibi positam. Vnde circa hoc sic dicas, Aut talis obligatio est redacta ad necessitatem, & tunc aut talis obligatio est redacta ad necessitatem per ius ciuile, & tunc aut talis obligatio respicit præstationem certæ rei, vel facti, & est liberatus qui naturaliter tenetur ad operas obsequiales, & isto casu impedit: vt d. §. libertus. secundum alios, qui intelligūt quòd ibi operæ obsequiales erant omninò indebitæ: nā si essent debitæ, frustrà tractaretur de condictione indebiti. Facit ff. de condi. indeb. l. cùm is. §. penult. prout loquitur ibi in matre. Pro hoc, quia si naturalis procedens ex pacto nudo impedit, multò fortius ea, quæ procedit ab ipsa natura, quæ fortior est, adeò quòd pacto tolli nō potest, vt l. iura sanguinis. ff. de regulis iuris. & ff. de pactis. l. ius agnationis. Aut non respicit certā præstationē, sed stat in suo genere, vt bene facienti bene faciamus, tūc aut indebitè soluitur illud idem, vel tantundem, propter quod fuit cōtracta obligatio naturalis, & impeditur repetitio, vt d. §. ex duobus. ver. propterea quod creditor. Aut soluitur aliud, & non impeditur repetitio: quia talis effectus non reperitur in iure. facit l. sed & si lege, §. consuluit. ff. de pet. hæred. cum gl. & gl. in d. l. ex hoc. cū enim
3 ista † obligatio cōtineat incertū, non est efficax. l. triticū. ff. de verb. obli. & ff. de iure dotium. l. cùm post. §. gener.

XXXII.

1 *Nouatio præcedentis obligationis an fieri possit per alium cōtractum, quàm per stipulationem?*

1 QVæro an † per alium contractum possit fieri nouatio præcedentis obligationis, quàm per stipulationem? Et videtur quòd non, per l.item illa. in fin.ff.de constit.pecu.vbi interuentu nouæ personæ in constituto,non fit nouatio. Contrarium ego dico, & do textum quem nescio alibi in l.si mandato meo.§.fin.ff. mandati.Tamen hic est plus, quia per stipulationẽ præsumebatur nouatio,in aliis non præsumebatur, nisi hoc ageretur.d.l. item illa.in fin.& d.l.si mandato meo.§.fin.

ADDITIO.

Quòd nouatio fiat per alium contractum tenet etiam Ludo.Bolo.in consil.lix.colum.iij.ver.additur etiam aliud. & Maria. Socinus in consil.xxj.colum. iij.versic.nec obstat si diceretur.

XXXIII.

1 *Exceptio,quæ obstat delegãti,non obstat ei, cui facta est delegatio, nisi contra eum eadem ratio concedendæ exceptionis subsistat.*
2 *Mulier an possit renuntiare beneficio Velleiani?*

1 EXceptio † quæ obstat delegãti, nõ obstat ei cui facta est delegatio, nisi contra eum eadem ratio concedendæ exceptionis subsistat. Iste est notabilis tex. in l. doli mali.ff.de nouat.in ver. diuersum est si iam excesse-
2 rit. quem non habes alibi ita expressum. Per quem † dicunt doctores vltramontani,quòd mulier non potest renuntiare beneficio Velleiani: nam eodẽ modo, quo decipitur intercedendo, eodẽ modo decipitur renuntiando,licet gl.in d.l.doli mali.dicat contrarium, & consuetudo ita se habeat.Sed credo quòd vltramontani dicant verum de iure,per d. l. doli mali. de quo per Cinum.C. de episcopis & clericis.l. si quis in conscribendo.& in l. vltim.ad Velleianum.

ADDITIO.

An & quãdo exceptio authoris noceat successori quoad agendum? vide gl.no.& ibi Bal.in l.vitia.C.de acqui.pos. Et an mulier possit renuntiare beneficio Velleiani, & minor beneficio restitutionis? vide notata per gl.in ca. si diligenti. de foro compe. Et adde quòd per d. ver.diuersum. notabiliter dicit Bart. in l.fi.§.pen. ff.de condictio.indebi. Et vide ad materiam Io. Andr.in add. Specu.in titu. de resti.in integr.§.qualiter.ver. sed nunquid minor.& Io. And.in c.cùm dilecti.de emptio.& vend.& idem Bart.in l.cùm minor.ff.rem rat.hab.Communis opinio est quòd possit renuntiare Velleiano. Ita Bart.in l.ij.circa fin.ff.de fideiuss.Et adde Ioann. Andr.in addit. ad Specu.in titu.de renuntiatio.§.j.versic. cui autẽ iuri.

XXXIIII.

1 *Soluens an possit dicere legem,quam ipse vult soluendo?*

1 SOluens † potest dicere legem, quam vult circa electionem causæ,in quam soluit: aliam verò legem nõ posset dicere,si soluit debitum ciuiliter & naturaliter.vt notatur in l.traditionibus.C. de pactis. & notat gloss.in l.j. ff.de solutionibus. quam tene menti, quia singularis est glossa.

XXXV.

1 *Fideiussor si debitori succedat,omnis obligatio fideiussoria extinguitur:secus est in pignore.*

1 SI fideiussor † debitori succedat, omnis obligatio fideiussoria extinguitur,secus est in pignore. text. est in l.cùm quis.§.fin.ff.de sol. Quæro rationem diuersitatis inter primum casum,& secundum. Dicit glo.in d.§. fin. quòd ratio est, quia hypotheca habet suas conditiones,vt duret,donec debitum sit solutum, vel aliâs satisfactum,vt l.grege.§.etiam ff.de pignor. Pro hoc optimè facit l.debitor. in princip. ff. ad Trebellia. & l. ex sextante. §.Latinus.ff.de exception.rei iudica. Istas autem cõditiones non habet fideiussor. Et hæc est vna ratio. Item pignus potest retineri ob pecuniam chirographariam. vt l.j.C.etiam ob chirogra. pec. multò magis poterit retineri hoc casu. Quæ ratio cessat in fideiussore. Sed ratio ista procedit quando pignus est constitutum traditione.Sed prima ratio est magis generalis.

XXXVI.

1 *Contestatio litis tollit facultatem soluendi circa rem adiectam ad solutionem,& circa personam.*

1 COntestatio † litis tollit facultatem soluendi circa rem adiectam ad solutionem, & circa personã.hoc dicit lex notabilis, cui nescirem dare concordantem in l.si quis stipulatus.ff.de solu.Et hoc nescio alibi,licet glo. ibi alleget pro concor.quasdam leges, quæ verè sunt cõtrariæ,non concordantes. Bart.

ADDITIO.

Vide Bald.in l.si quando.§.j.in fi. ff. de legat.j. & in l.stipulationes non diuiduntur. & in l.insulam.ff.de verb.obli.

XXXVII.

1 *Stipulatio conditionalis animo nouandi non tollit effectum moræ,si res erat præsens,aliâs secus.*

1 STipulatio † conditionalis animo nouandi non tollit effectum moræ,si res erat præsens,aliâs secus.tex. est quem fortè alibi non habes,in l. qui decem. §. si cum mihi.ff.de solutio.

ADDITIO.

Adde quòd stipulatio etiam nulla sequens purgat moram præcedentem,vt per Alex.post Imo. in l.scire debemus. §.fi.vbi Raphael not. ff. de verb. oblig. & vide limitationem per Ang.in l.si seruum.§.fi.ff.de verbo. oblig.quem textum dicit ibi singularem.

XXXVIII.

1 *Delegatio tutoris liberat debitorem pupilli ita demum,si fuerit facta bona fide.*

1 DElegatio † tutoris liberat debitorem pupilli ita demum,si fuerit facta bona fide.De hoc est bona lex, cuius principium est singulare,& nescio alibi in l.pupilli.in princ.ff.de solu.

XXXIX.

1 *Euicta re pro alio debito in solutum data, prima actione agitur, nisi dolus creditori imputari possit.*
2 *Debitor vt liberetur sufficit rem perfectè solutam ex post facto creditoris fieri.*

1 EVicta re † pro alio debito in solutum data,prima actione agitur,nisi dolus creditori imputetur. Item
2 ad liberationem † sufficit rem perfectè solutam ex post facto creditoris fieri, lex est cuius principium est multũ singulare in l.qui res.in prin.ff. de solu.

XL.

1 *Fideiussor acceptus in causa principali,non tenetur in eo,quod iudicatur in causa appellationis,nisi aliud actum sit.*

1 FIdeiussor † acceptus in prima causa, non tenetur in eo, quod iudicatur in causa appellationis,nisi aliud actum sit. Ista est notabilis lex, quam ego habeo pro singulari in l.cùm apud.in princ.ff.rem rat.habe.

ADDITIO.

Adde quòd illa lex secundum Bald. in l.fina. in x. quæst.C. de contrahen.empt.non procedit in iudice, coram quo petita esset reductio ad arbitrium boni viri. Et etiã pro intellectu illius legis vide Spe.in titu. de offic. deleg.§.fi. ver. sed quæritur. & in titu.de accus.§.quando autem.& canonistas in ca.querelam.de elect. & in c. causam quæ. de testibus.& vide Bald. in l. Iulianus.ff. qui satisd. cogqui dixit, quòd etiam si fideiussor iurasset, nõ tenetur in causa appellationis. vbi etiam distinxit, quòd aut iudex appellationis simpliciter confirmauit sententiam primam, & tunc tenetur: aut addidit, & tunc non tenetur. Quod est vtile scire in causa criminali, quando in ea datur fideiussor. Bartol.

XLI.

1 *Defensor ex necessitate potest exceptionem ex sua persona competentem opponere.*

2 *Coniunctim*

2 *Coniunctus, qui rem tertio vendidit, si is ab alio venditoris coniuncto super re illa conueniatur, potest petere super illa quæstione fieri compromissum, vigore statuti loquentis de quæstionibus compromittendis inter coniunctos.*

1 DEfensor † ex necessitate potest exceptionem ex sua persona competentem opponere. Hic est multùm singularis §. in l. procurator. §. si procurator. ff. rem rat.
2 hab. per quē ego determinaui, quòd si cōiunctus † meus petit rem ab extraneo, cui ego vendidi, & cui de euictione teneor, quòd ego comparēs possum petere, quòd fiat compromissum ex vigore statuti loquentis de quæstionibus compromittendis inter cōiunctos. Sed in contrarium fortiter facit l. venditor. ff. de iud. Quod dic, vt in disputatione mea incipiente, consilium ciuitatis Pisanæ decreuit.

ADDITIO.

Vide quod notabiliter dixit Bal. in l. quoties. ad fi. C. de prec. Imp. off. & in l. tā mādatori. col. v. C. de nō numera. pecu. Et quis dicatur defensor ex necessitate. vide Bald. in l. ij. C. de pactis. Et ad quæstionem de coniuncto vide Bal. in l. j. C. vbi in rem actio. & in l. emptori. C. de euict. & Bart. in l. venditor. ff. de iud. Pet. de Ancha. in c. significasti. extrà, de foro competenti.

XLII.

1 *Stipulatio amplius non peti, ex quibus actionibus committatur?*

1 PEtitio cum † contestatione, solutionis receptio, & compensatio, stipulationem amplius non peti committi faciunt, secus si neutrum horum interuenerit. Iste est textus valde solennis, & multùm singularis in l. amplius non peti. in prin. ff. rem rat. habe.

XLIII.

1 *Debitor, qui rem domino debitam, tertio soluit, dolo & fraude recipientis, contra eum actionem furti habet, non dominus.*

1 SI debitor † soluerit rem debitam non domino sed alteri tertio, dolo & fraude tertij, in re committitur furtum, & actionem furti habet debitor, non dominus rei. l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de furt. qui §. est singularis nec reperitur alibi.

XLIIII.

1 *Carcerum custos qui permittit carceratum ex carcere exire mādato Rectoris, an teneatur?*

1 CVstodes † carcerum qui permittitunt aliquos exire de mandato rectoris, non tenentur, sed tenetur rector, cuius mandato dimittitur. Bonus est casus, & singularis in l. si quis vxori. §. si fugitiuum. ff. de furtis.

XLV.

1 *Raptor an teneatur actione furti?*

1 SI quis † ex domo, in qua nemo erat, rapuerit, actione de bonis raptis in quadruplum cōuenitur, actione furti sublata. Textus est singularis, qui nō habet concordātem in l. si quis ex domo. ff. de furtis. qui ita in terminis disponit. Tene menti. Bart.

ADDITIO.

Hic habes argumentum an robaria possit fieri absenti. Ad quam legem se remittit Bal. in c. j. §. si duo. de pace tenenda. & in l. si quis in tantam. in viij. col. C. vnde vi. & Bal. in l. j. vi bo. rap. Et hanc legem allegat glo. & Bart. in l. infamem. in prin. de publ. iud. Et faciunt quæ habētur infrà sing. xlviij. incip. Quæro an raptor.

XLVI.

1 *Creditor qui rem sibi pignoratam aufert, non videtur rem contrectare, sed pignori suo incumbere.*

1 CReditor † cùm rem sibi pignoratam aufert, non videtur eam contrectare, sed potius videtur pignori suo incumbere. Textus est multùm notandus in l. cùm creditor. ff. de furtis.

ADDITIO.

Vide omninò Bart. in l. iij. in prin. in lectura. C. de pign.

XLVII.

1 *Culpa leuissima venit in actione depositi contraria, qua datur depositario contra dominum.*

1 IN actione † depositi contraria quæ datur depositario contra dominum, venit leuissima culpa. Textus est in l. si seruus communis. §. quod verò ad mandati. ff. de furtis.

XLVIII.

1 *Raptor an dicatur fur manifestus.*

1 QVæro, an raptor † dicatur fur manifestus? Dicunt quidam quòd sic, quia publicè & manifestè rapit. Veritas est in cōtrarium, quia ad hoc vt quis sit fur manifestus, requiritur quòd deprehendatur, vel post eum clametur, nec sufficit sola visio, vt ff. de furtis. l. iij. & l. si quis in seruitute. Vnde raptor ita demum erit fur manifestus, si contra eum clametur, vel occurratur.

ADDITIO.

Vide aliqua suprà singul. xlv. incip. si quis ex domo.

XLIX.

1 *Verberatus licet quis actu non fuerit, si tamen manu eleuata quis in eum comminatus fuerit, potest contra eum agere actione iniuriarum, quasi verberatus.*

1 SI quis † non fuerit actu verberatus, sed tantum manu eleuata in eum comminatus fuerit sæpius, & ex hoc attonitus & perterritus fuerit, is potest agere actione iniuriarum quasi vapulatus. Textus est in l. itē apud Labeonem. §. si quis pulsatus. ff. de iniuriis. quem tene menti, quia nescirem fortè tibi dare concordantiam.

ADDITIO.

Pro declaratione vide aliquid per Cæpol. consil. cri. lxxij. & pulchrè Bart. consil. cvj. & Felin. in ca. cum te. colum. ix. de re iud. & Ang. in d. §. si quis pulsatus. & Ang. Aret. in tractatu maleficiorum, in verb. Admenauit. & Alex. in addit. ad Bart. in l. respiciendū. §. delinquūt ff. de pœnis.

L.

1 *Accusare offensus an compelli possit à iudice?*
2 *Hæres perdit hæreditatem defuncti, si eius mortem nō vlciscitur.*
3 *Iudex potest te cogere, ne delinquas.*

1 VEllem scire à te, commissum † est maleficium, reus non vult accusare, an iudex possit eum cogere ꝙ accuset? Et Spec. ponit in titu. de accus. §. j. ver. quid si nullus. & ibi videtur dicere quòd non potest cogere de iure per l. j. C. vt nemo inuitus. Sed dicit quòd bene faciet iudex, si cogat. Breuiter dico, quòd iudex non potest cogere. Casus est in l. in eum. ff. de accus. Fallit vt puto in crimine homicidij, in quo iudex potest cogere accusare. vt l. prætor. §. j. ff. de iniur. secundum lect. Iac de Aren. & textus est expressus si glo. non destitueret ipsum in l. si quis homicidij. C. de accus. Item probo per ratio-
2 nem, ego video quòd lex † punit hæredem si non accusat, quia perdit hæreditatem defuncti, si eius mortē non vlciscitur, vt l. j. de his quib. vt indig. & per plures ll. illius titu. ergo iudex potest ipsum cogere accusare, ne delin-
3 quat. Hinc est, † quòd si iudex videt, ꝙ tu vis delinquere, potest te cogere ne delinquas. l. j. in fi. ff. de offi. præf. vrb. & l. congruit. ff. de offi. Præsidis. Sed in aliis criminibus non puto, quòd quis possit cogi accusare.

LI.

1 *Reus si decedat post latam sententiam condemnatoriam contra eū, intra tamen decendium, quod datur ad appellandum, an hæredes eius teneantur ad pœnam?*

1 POenæ ademptionis bonorum ex publicis criminibus exceptis Repetundarum, & maiestatis, aduersus hæredes non aliâs transeunt, quàm si lis contestata, & condemnatio secuta fuerit. ff. de accus. l. ex iudiciorum. Hoc ita præmisso quæro an dicta pœna sibi locum obtineat contra hæredes, quādo reus de publico crimine pulsatus decedat post latā sententiam condemnatoriā contra eum intra decem dies, qui dātur ad appellandum

non tamen interposita appellatione? Et gl. in d.l. ex iudiciorum. dicit idem esse quod est, quando lata sententia est appellatum, & pédente appellatione decedit reus. Et fortè ista quæstio non reperitur alibi, & eam simpliciter tenet Dinus. Vide ibi glo. quæ incipit, qua sequuta, ibi, idem dicam si non est appellatum, est tamen intra tépus appellandi. quod nota, quia sic alibi nõ inuenies. ita dicit Dinus. Iac. de Rauenna est in contraria opinione, dicens quòd si reus decedat interim intra tépus quod datur ad appellandũ, & ipse non appellat, verificatur principium d.l. ex iudiciorum. quia decedit lite contestata, & condemnatione sequuta. Ad hoc igitur vt hæres hoc beneficium habeat, debet appellare, & appellationem prosequi, vt l. iij. C. si pend. app. & Cinus hoc refert in l. fi. in ij. q. C. si reus vel accus. mort. fue. Quod satis placet.

ADDITIO.

Nota ad materiã, quòd licet reus accusatus post mortem liberetur quoad personam, vt C. si reus vel accusa. mort. fuer. tamen si hæres voluerit ad purgationem defuncti, quòd declaretur defunctum non commisisse delictũ, potest hoc petere: per textum sing. in l. filio. §. Seia testaméto. ff. de adi. leg. secundũ Bald. in l. j. C. ne ex deli. defun. in ij. iij. & iiij. colum. vbi notat glo. in d.l. ex iudiciorum. Quid si reus decedat intra tépus appellandi? vide Bald. in d.l. j. in vj. colum. C. ne ex deli. defun. & Bar. in l. si qua pœna. ff. de verb. sig. & Bart. & Bal. in l. iij. C. si pend. app. Bald. Ang. & Imol. in l. qui à latronibus. §. j. ff. de testa. & Bald. in l. si quis filio. §. si cum. ff. de iniust. testa. & Imol. in l. defuncto. ff. de publ. iud. & Ang. Aret. in tract. malefic. in vltim. verbo. & gl. in d.l. ex iudiciorum. approbat Salic. in l. fina. C. si reus vel accus. Quomodo autem formetur sententia mortuo reo, seu quomodo, aut quibus verbis vtetur hæres pro defensione? Vide Bald. in d.l. j. in vj. colum. C. ne ex delic. defun. & quod habetur per Doct. in l. nulli. ff. de procur.

LII.

1 *Damnatus in metallum ad tempus, intelligitur de decennio. & quid si simpliciter sit damnatus?*

1 DAmnatus † in metallum ad tempus, intelligitur de decennio. Si autem est damnatus simpliciter, intelligitur perpetuò. De hoc est tex. notabilis & singularis, & fortè non reperies sibi concordantem in l. fine præfinito tempore. ff. de pœnis.

ADDITIO.

Ista est lex singularis, nam habemus alibi, quòd vbi lex dicit, in diebus illis, intelligitur de duobus, vt in l. inter illam. §. j. ff. de verb. oblig. Et notat gl. in l. eum qui Calendis. ff. eo. titu. Vide Bart. in l. si quis adulterium. §. j. ff. de adulteriis. Item dum lex dicit, De tribus terminis, intelligitur de tribus annis tantùm, vt est casus, & ibi notat Bart. in l. iij. §. sed si ita. ff. de ann. leg. Item vbi lex dicit, Per tempora, intelligitur de duobus annis, vt notat gl. iuncto textu, & ibi Bald. in l. vsura per tempora. C. de vsuris. Quod non puto verum per d.l. fine præfinito & per gl. ibi in secunda solutione, quæ hoc sentit. Sed contra d.l. fine præfinito. videtur textus in l. quòd si nolit. §. si quis ita. ff. de ædil. edict. vbi in dubio intelligitur de duobus. De quo dic vt ibi per Alexan. in apostil. ad Bart. Item d.l. fine præfinito. limita non habere locum in interlocutoria per l. fi. in princ. ff. de pœnis. & habetur in l. j. C. de postul. Quid si lex dicat, Non multum tempus? Certè intelligitur per sex menses, vt in l. excipiuntur. secundum vnum intellectum. ff. ad Silla. Vide Bart. omninò ind. l. si adulterium §. j. ff. de adulteriis. & Bald. dicit, quòd non est alibi in d.l. j. C. de postul.

LIII.

1 *Bannitus non potest sepeliri in ciuitate à qua est exbannitus.*

1 QVi in vita † nõ potest morari in ciuitate, post mortem non potest reduci ad ciuitatem ad sepulturã. Habes tex. in l. si quis in insulã. ff. de cadauer. punit. quam legem nota, quia fortè non reperies alibi.

ADDITIO.

Ad illũ tex. vide notata in l. j. C. ne ex deli. defun. & quæ ponit Bal. in l. fi. & ibi in apostil. ff. ad leg. Iuliã maiest. Et si quis vulnerat, vel spoliat mortuum, an dicatur eũ offendere? vide Bal. in l. sororem. C. de his quib. vt indig. in fi. & sequitur Petr. de Anchar. in cle. j. de pœnit. & remi. Et quid si aliquis sepelit mortuum excommunicatum, an dicatur cum eo cõmunicare, ita quòd cadat in excõmunicationem? vide glo. quòd sic in cap. ad hoc. de priuilegiis. & Rom. sing. dccix. num. 2.

LIIII.

1 *Accusatus de crimine an possit habere honores?*

1 ACcusatus † an possit habere honores, est text. in l. reus. ff. de mun. & hono. qui dicit quòd reus accusatus non potest habere honores, Et dicit Dinus, quòd ille casus alibi non reperitur. Quid autem si crimen illi infligatur per modum exceptionis, denuntiationis, vel inquisitionis? vide per Inn. extrà de accusat. cap. accedens. & plenius per eum extrà de simo. cap. accusatum.

LV.

1 *Iudicis officio subuenitur ei qui habet vsum seruitutis non ius seruitutis, si impediatur.*

1 VBicunque † quis habet vsum alicuius seruitutis non ius seruitutis, subuenitur sibi per officium iudicis si impediatur. l. de vsu. ff. de var. & extraord. cognitione. quæ lex est singularis, & eam legit Rofre. in libellis, in tit. de offic. iudic.

ADDITIO.

Vide Specul. in titu. de offic. iud. §. j. ver. item implora.

LVI.

1 *Officium iudicis datur contra medicum aliquid dolo malo ab ægroto extorquentem: & quare.*

1 OFficium † iudicis datur contra medicum qui malam medicinam dedit infirmo, scilicet, si ab eo extorqueret agros suos, & sic extorsit. l. medicus. ff. de vr. & extraor. cog. quæ lex est singularis. de quo habes per Rofre. in libello, super rub. de offi. iud. quod datur contra medicum. Et aduerte quare sit introductum, hoc ideo, quia actio quod metus causa non habebat locum, nam hìc non inferebatur metus mortis, vel cruciatus corporis, sed putabatur, & æger promittens non promittebat metu, quem crederet sibi illatum ab illo, sed propter voluntatem euadendi. Item officium iudicis de quo loquitur l. j. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. act. nõ datur. ideo non habet locum: quia æger non promittebat propter reuerentiam, quam haberet ad medicum, sed propter sanitatem, quam sperabat ab eo habere. Et sic fuit æquum sibi subueniri speciali priuilegio per illam legem.

ADDITIO.

Vide Bal. in l. interpositas. C. de transac. Et quando debeat solui salarium medico? vide in l. Arch. & ibi Bart. C. de profes. & medi. lib. xj.

LVII.

1 *Tutor an succedat pupillo nullis extantibus agnatis excluso fisco?*
2 *Tutor habet ius in personam pupilli.*
3 *Societas habet ius in suum collegiatum, & socius succedit alij de societate.*
4 *Patronus succedit liberto, & quare.*

1 NOta † gl. in l. quo tutela. ff. de reg. iur. in fi. quã Dinus dicit alibi non reperiri, quæ dicit tutorem succedere pupillo nullis extãtibus agnatis, excluso fisco. Sed credo glo. non bene dicere per l. nutritoribus. C.
2 cõmu. de succes. & de infan. expo. l. fi. Nec obstat † quod dicitur, tutor habet ius in personam pupilli, quia illud non sequitur, cùm ciuitas habeat ius in ciue suo, vt l. j. §. per hanc. ff. de rei vend. & tamen ei non succedit, vt l. j. C. de bon. vac. libro x. Non obstat quod dicitur societatem
3 † habere ius in suum collegiatum. vt l. vlti. C. de iur. om. iud. & quòd socius succedit alij de societate, vt l. iij. & l. fi. C. de hereditatib. decurionum. quia illud est ibi concessum

4 cessum per ll. illius tituli. Non obstat † quod dicitur de patrono, qui succedit liberto, quia patronus facit libertum, & sic eum de nihilo facit aliquid: sed in tutore non sic, igitur illa gloss. non bene dicit, nisi intelligendo de legitima tutela.

ADDITIO.

Vtrum nullis extantibus propinquis pupillo succedat tutor, & excludat fiscum? gl. singularis in d. l. quo tutela. tenet quòd sic. quam sequitur Bald. in l. si quis filio. §. eius qui. ff. de iniust. rup. irri. test. Sed Bart. hic tenet contrarium per l. nutritoribus. C. comm. de suc. Sed Bald. in d. §. eius. dicit quòd illa lex potest intelligi in simplici nutritore, secus verò in nutritore qui fuit tutor. & per Bal. in l. qui cum in eo. in fi. ff. de pact. Et vide Bald. in l. fi. in v. colum. C. vnde legi. & in l. si qua. C. ad Orfi. & in dict. l. nutritoribus. & ibi Bart. adde an statutum de successione disponens videatur etiam disponere de tutela? Bald. in consi. xj. lib. iiij.

LVIII.

1 *Vendere, & vendenti consentire an paria sunt quo ad obligandum quem de euictione?*

1 SI vendam † tibi rem aliquam, & euincatur, teneor de euictione, etiam si non promisi, vt C. de euict. l. non dubitatur. Si autem vendenti consentiam, non teneor de euictione, nisi pretium accipiam. vt ff. de euict. l. quidam. licet si pretium non accipiam circa ius meum mihi præiudicetur. vt C. de remi. pig. l. ij. Hæc dicit gloss. in l. aliud. in princ. ff. de regul. iuris. quam tene menti: quia alibi ita clarè non dicit.

LIX.

1 *Pupillus an & quando obligetur sine tutore?*

1 PVpillus † an & quando obligetur sine tutore? latè tradit glo. in l. pupillus. ff. de reg. iur. quæ est melior glo. quàm sit alibi in hac materia.

LX.

1 *Priuilegium pro defuncto impetratum non valet, sic nec iudicium pro eo susceptum.*

1 PRiuilegium † pro defuncto impetratum non valet, sic nec iudicium pro eo susceptum. gloss. est in l. Neratius. ff. de regul. iur. quam tene menti vti pleniorem in sua materia, quàm sit alia.

LXI.

1 *Pater si stipulatus sit dotem facto diuortio sibi dari de filiæ volũtate, mortua filia sine liberis, agit pater, vt hæres filiæ, nec alius consensus requiritur.*

2 *Velle quis moriendo videtur.*

1 PAter † si stipulatus sit dotem facto diuortio sibi dari de filiæ volũtate, mortua filia sine liberis, agit pater vt hæres filiæ, nec alius consensus requiritur. Hoc dicit gl. singularis in l. post dotem. in v. lect. ff. solu. matri. Hoc
2 enim speciale est in dote: quia † moriendo videtur velle, sicut in vltimis voluntatibus. vt ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. sic fidei. & l. vxorem. §. pen. & arg. pro hac specialitate. C. de dot. promis. l. j. & ff. de iure dot. l. cum post. §. gener. & sic ille casus est notabilis & singularis.

LXII.

1 *Pater qui dedit dotem filiæ, & pro ea est stipulatus, an ea mortua sine liberis solus succedat, an verò etiam mater cum fratribus & sororibus?*

1 PAter † dedit dotem filiæ, & stipulatus est pro filia, quæ est mortua sine liberis, succeditne pater solus, qui dedit dotem, an verò pater & mater cum fratribus & sororibus? Et fui nuper interrogatus de hoc, & est casus in l. quod scitis. ij. responso. C. de bon. quæ liber. Et dixi quòd pater solus. Et est ibi casus singularis, ita quòd non est alibi.

ADDITIO.

Adde quòd opinionem Bart. sequitur Roma. consilio xl. & multa ibi adducit, reiecta opinione Bart. in auth. defuncto. C. ad Tertul.

LXIII.

1 *Præiudicialis in rem actio quando & contra quos pro partu agnoscendo detur.*

2 *Filius si prius hæreditatem petat, an super filiatione possit impeti, & an illa quæstio sit incidenter eo in iudicio examinanda?*

1 SI partus qui † suus hæres futurus est, & in potestatem recasurus, nascatur constante matrimonio, vel eo soluto morte viri, auo superstite, aut si dubitetur an mater sit vxor, præiudicialis in rem redditur: quod non ha-
2 bet locum cùm extraneus superest, & si† à filio hæreditas petatur, in petitione hæreditatis incidenter examinabitur de filiatione, vel si viuo patre reddita sit præiudicialis in rem actio, & antequam sententia feratur, pater decesserit, ad Carbonianum deuenietur, & hæc instantia incœpta cum patre ad hæredem non transit. Text. est in l. siue contra. §. quia Plautianum. ff. de lib. agnosc. qui est §. solennis, subtilis, & singularis, & continet septem responsa.

LXIIII.

1 *Pupillo promptius subuenitur contra tutorem dolo versantem, quàm contra magistratum, & quare?*

1 PRomptius † subuenitur pupillo contra tutorem dolo versantem, quàm cõtra magistratum: quia tutor specialiter datur pupillo, magistratus verò non datur specialiter propter ipsum pupillum, sed propter vtilitatem publicam, ideo non ita contra eum promptius subuenitur. l. j. §. priuilegium. ff. de magist. conuenien.

LXV.

1 *Tutor non habet actionem contra magistrum, qui dedit contutorem insufficientem, licet ipse tutor pro contutore suo pupillo satisfecerit.*

1 TVtor † non habet actionem contra magistratum, qui dedit contutorem non sufficientem, licet ipse tutor pro contutore suo pupillo satisfecerit. l. proponebatur. ff. de mag. conue. quæ lex non reperitur alibi.

LXVI.

1 *Indicium quid sit?*

2 *Testis familiaris an faciat indicium?*

3 *Probatio plena an sequatur ex pluribus indiciis?*

1 QVæro † quid est indicium? Glo. in l. cum probatio. C. de proba. tenet quòd indicium sit minus quàm semiplena probatio. Gl. videtur sentire cõtrarium in l. maritus. ff. de quæst. iuncta glo. in l. j. ff. de testi-
2 bus. quę dicit † quòd indicium fit per testem familiarem, & prosunt ista indicia, quòd si essent plures testes familiares deponentes, quòd iudex sequendo ipsorum di-
3 ctum, debeat ferre sententiam, ita quòd † ex pluribus indiciis sequatur plena probatio, vt in l. iij. §. eiusdẽ. ff. de testibus. quas glo. teneas cordi, quia non reperitur alibi secundum Rayner. in dict. l. j. de testibus. secundum Nicol. de Nea. in l. ij. in prin. colum. ij. versic. ad declarationem huius glossæ. de excu. tut.

LXVII.

1 *Sententia lata contra ius litigatoris non expresso errore in sententia, non valet ipso iure fauore minoris ætatis.*

1 SEntentia lata † contra ius litigatoris, non expresso errore in sententia, non valet ipso iure fauore minoris ætatis. l. scire oportet. §. consequens. ff. de excu. tut. qui §. est singularis sicut est aliquis in mundo in materia sua, vt ibi dicit Nicol. de Neap.

LXVIII.

1 *Tutori in testamento relicto, si quid legetur, an illud habere debeat, si onus tutelæ subire detrectet?*

1 QVi tutor† in testamento datus est, & ei legatum est in eodem testamento, perdit legatum, si non vult subire onus tutelæ. Hoc tamen locum habet si legatum est tutori relictum ea cōtemplatione vt tutelam subeat. & ex quibus hoc apparere possit. text. est in l. Nesennius Apollinaris. §. non semper. ff. de excus. tut. qui secundum Dinum & Nicol. de Neapoli ibi non inuenitur alibi.

LXIX.

1 *Pater trium filiorum, quorū postremus est emancipatus, si emancipato tutor decernatur, an ob numerum trium filiorum possit se à tutela excusare?*

1 PAter si ex† tribus filiis vnum habeat emancipatum eius ætatis, vt curatores accipere debeat, an si dicto eius filio curator decernatur, possit se excusare ob numerum trium filiorum? Textus est in l. amicissimos. §. Lucius Titius. ff. de excusa. tut. qui decidit quòd sic, licet dicat quòd à cura se excusando contra naturales stimulos faciat. qui §. non inuenitur alibi secundum Dinum & Nicol. de Neap. ibi.

LXX.

1 *Tutor si iussu magistratus præstitit alimenta ex bonis hæreditatis sorori pupilli in testamento dotatæ, & pro ea præceptoribus mercedes soluit, an teneatur ea pupillo resarcire, & ad hoc iudicio tutelæ cogi possit?*

1 INstitui† hæredem filium meum, & filiæ meæ ducenta legaui, cùm nupserit, & eis pupillis tutorem dedi Sempronium. Is à cognatis, & propinquis pupillę, perductus ad magistratum, iussus fuit alimenta pupillæ, & mercedes, vt liberalibus artibus institueretur pupillæ nomine præceptoribus dare. Filius verò pubes factus, puberi iam factæ sorori dicta ducenta legati causa soluit: Modò quæritur, an pupillus tutelæ iudicio à tutore consequi possit, quod in alimenta pupillo & mercedes à tutore ex tutela præstitum est? Et respondet Iulianus quòd non in l. qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat, qui casus est pulcher, & alibi non inuenitur secundum Ray. & Nicol. de Neap. ibi.

LXXI.

1 *Tutela datiua cedit & legitima testamentariæ.*

1 NOta† textum in l. si tutor. §. si duobus. ff. de tut. & ra. dist. vbi habetur, quòd si duobus impuberibus fratribus tutor datus sit, & alter eorum in legitimam tutelam fratris sui perfectæ ætatis cōstituti reciderit, eum qui datus sit tutorem esse desinere. Vnde quia desinit tutelæ actione poterit conueniri ex persona impuberis: quia tutela datiua cedit legitimæ, quamuis si testamento datus fuisset, non desineret esse tutor eius qui adhuc erat impubes: quia semper legitima tutela testamentariæ cedit. Iste est casus valde notabilis, & non reperitur alibi in dict. l. si tutor. §. si duobus. ideò teneas cordi, vt rectè admonet Nicol. de Neap. ibi.

LXXII.

1 *Minores, & furiosi habent priuilegium iuris, & hypothecæ in bonis tutorum, protutorum, & curatorum, & quid de hæredibus pupilli?*

1 IN bonis tutorum, †protutorum, & curatorum, minores ac furiosi iuris priuilegium consequuntur. l. fi. ff. de tutel. & ratio. distra. Sed quæro, nunquid hæres suus pupilli hoc habeat priuilegium? Glo. notabiliter dicit quòd sic, in l. dabimus. ff. de priui. cred. quæ glo. est falsa per l. non solum. §. fi. ff. de ritu nuptia. qui casus est pulcherrimus & singularis, licet gl. de hoc titubet in l. ex pluribus. ff. de admi. tuto.

LXXIII.

1 *Defendere qui me cœpit vtiliter in iudicio, si sententiam contrariam ferat, an sumptus repetere possit?*

2 *Gestor voluntarius expensas non repetit.*

1 GLossa† est in l. ex parte. in princ. ff. familiæ erciscundæ. quæ non reperitur alibi, quæ dicit, quòd si aliquis cœpit me defendere in indicio vtiliter, licet reportauerit sententiam contrariam, tamen potest repetere
2 sumptus. Sed hoc est falsum: quia est† gestor voluntarius qui expensas non repetit. l. iij. §. sufficit. ff. de cont. iud. tut. & ibi hoc notat Nicol. de Neap. Pro quo facit l. iam tamen. §. in hac. ff. iudic. sol. & C. mandati. l. etiam. & ibi Pet. tenet illam glo.

LXXIIII.

1 *Testamenti actione is conueniri non potest, qui à defuncto grauatus non probatur. Ex mandato tamen conuenitur.*

1 EX testamento† non potest conueniri qui à defuncto grauatus non probatur, sed conuenitur ex mandato quod suscepisse probatur. Hic est singularis & quotidianus casus in l. quidam cùm filium. ff. de hæred. instit.

ADDITIO.

Et per illum textum dicit singulariter Bart. in rub. C. quæ in frau. cred. in fin. quòd restituens hæreditatem ex contractu non retinet quartam. Et de intellectu illius legis, vide Bart. in l. filius. in prin. ff. de verb. oblig. & in l. nemo potest. ff. de leg. j.

LXXV.

1 *Disiunctiua accipitur pro coniuncta, si in qualibet parte alternatiuæ mens testatoris non verificatur.*

1 SI in qualibet† parte alternatiuæ mens testatoris non verificatur, disiunctiua accipitur pro coniuncta. l. Lucius. ff. de hær. instit. quæ lex est singularis, & non habet nisi vnam propriam concordantiam.

ADDITIO.

Concordat l. generaliter. & ibi Bald. C. de instit. & substi. in prin. & l. si is qui ducenta. §. vtrum. & ibi Bart. ff. de reb. dub. Ita limitatur l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. vbi si plures conditiones alternatiuè sint positæ & disiunctiuè sufficit vnam impleri. Fallit in istis casibus, scilicet, quando inter plures conditiones esset adiecta vna, quæ diceret, si decesserit sine liberis, vt clariùs probatur in dict. l. generaliter. in prin. Et adde Oldra. consilio xxj. in fin. & Alexand. consil. v. iij. volum. Panor. consilio xl. in j. dubio. volumine j.

LXXVI.

1 *Seruus cum libertate à domino sub conditione hæres institutus, non est nouissimus hæres domino, si pendente conditione libertatem aliunde consequatur.*

1 STichum† seruum dominus sibi hæredem cum libertate instituit si nauis ex Asia venerit. Et postea dominus fuit occisus. Seruus conditione dictæ institutionis pendente domini necem detexit, vnde prætor decreuit eum libertatem mereri, & ita habet libertatem ex præmio, non ex testamento. Nunquid adueniente conditione, erit necessarius hæres domino, an voluntarius? Et dicitur, quòd voluntarius: nam non sufficit mortis tempore quem fuisse seruum vt necessarius hæres domino sit, si ante conditionis euentum libertatem à lege consequitur. Ista est lex singularis, cum sua gloss. & est determinatio plurium legum in hac materia loquentium in l. testamento domini seruus. ff. de hæredib. insti. nota illum text. Bart.

LXXVII.

1 *Falsa causa vitiat institutionem, legata tamen firma permanent.*

Falsa

1 FAlsa causa † vitiat institutionem, legata tamen firma permanent. l. fi. ff. de hær. instit. quæ est singularis lex, & alibi non reperitur.

ADDITIO.

Istud quod hîc dicit de legatis, limita vt per Bart. in l. demonstratio falsa. §. quod autem. ad fi. ff. de condi. & demon. & Lud. Rom. singulari cclv. incip. Item limita legem finalem. Item de materia huius legis vide Socin. in l. conditionibus. ff. de condi. & demon.

LXXVIII.

1 *Pupillaris substitutio requirit aditionem hæreditatis, & quid de vulgari tacita, quæ continetur sub ea?*
2 *Fideicommissaria aliquando trahitur ad directam.*
3 *Expresso vitiato quando vitietur tacitum?*
4 *Intellectus l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. & l. ita tamen. §. à patre. ff. ad Trebel.*

1 LIcet † pupillaris requirat aditionem hæreditatis, tamen vulgaris tacita quæ continetur sub ea, hoc non requirit, sed potest ab ea incipere. De hoc est text. in l. neque enim. §. fin. ff. de mil. testa. & dico ibi esse casum. nam ibi sub expressa fideicommissaria continetur vulgaris tacita, & tamen licet fideicommissaria requirat aditionem hæreditatis, & habeat testamentum, non posset assumere vires. vt l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. tamen illa tacita vulgaris nõ requirit aditionem, vt ibi patet. Nec dicat aliquis ibi speciale est: quia fateor quòd ibi est speciale in hoc, quòd fideicommissaria
2 † trahatur ad directam, quod non reperitur alibi, præterquam in casu illius legis. Sed quòd illa tacita vulgaris confirmet testamentum ex se, in hoc non est speciale, sed ius commune, vt ibi patet in textu. Et hoc videtur tenere glo. in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & pup. & ff. de vent.
3 insp. l. pen. Nec obstat † quòd vitiato expresso vitiatur & tacitum: quia illud verum est quando tacitum habet se ad expressum vt accessorium, sed secus si vtrunque pariter est principale. l. si fideiussor. in prin. & ibi dixi. ff. de
4 leg. j. Non obstat † l. apud Iulianum. §. idẽ Iulianus. ff. ad Treb. quia ibi requiritur aditio ad cõfirmãdas tabulas pupillares. quod apparet, quia licet textus faciat mẽtionem de secundis tabulis, dic quòd hoc est hodie verum, cùm pupillus hoc iure nihil haberet, vt ibi dicit glo. ergo debet intelligi de tacita vulgari. Sed responde quòd ibi fortè habebat bona materna, vel alia bona, quæ post mortem patris acquisierat. Nec obstat l. ita tamen. §. à patre. ff. ad Treb. quia ibi loquitur in pupillari.

ADDITIO.

Adde solennem text. secundum Alex. in l. Antoninus. ff. de fideic. lib. Et opin. Bar. sequitur Imola in l. j. ff. de vulg. & pup. referens Ang. hoc in voce tenuisse: quia facta expressione pupillaris verisimile est quòd si testator cogitasset pupillum repudiare, voluisset similiter substitutum admitti. Idem confirmatur per l. si pater. ff. de vul. & pup. intelligẽdo, quòd ibi tractet de tacita vulgari, prout tenet Ia. de Aren. & magis communiter alij. Idem tenet Bald. in l. fi. C. de insti. & subst. & ibi ad hoc ponderat gl. fi. Idem Bald. in l. quidam. C. de iure delib. & in l. tractabatur. ff. de milit. testa. & in l. j. §. pro secundo. C. de cad. tol. Idem tenuit Oldrad. in consi. xx. qui similiter respondet ad dict. §. idem Iulianus. vt hîc facit Bart. licet Imola hanc solutionem dicat continere diuinationem.

LXXIX.

1 *Coniuncti si sint plures ex præsumpta voluntate defuncti vocantur in virilem respectu defuncti, sed inter se in hæreditarias portiones.*

1 EX præsumpta † voluntate defuncti plures coniuncti vocantur in virilem respectu vnius defuncti, sed inter se in hæreditarias portiones, vt est casus sing. in l. qui cùm plures. ff. de vulg. & pup.

LXXX.

1 *Hæres maior repudians hæreditatem, potest indistinctè eam adire, si bona sint in suo statu intra triennium computandum à tempore repudiationis. vel intra triennium computandum à tempore vltimi anni, si fuerit minor.*
2 *Minor potest restitui de eo, quod gessit intra quadriẽnium, quod datur ad restitutionem.*

1 HAeres suus † repudians posteà adire potest indistinctè hæreditatem, si bona sint in suo statu, & si potest adire intra triennium computandum à tempore repudiationis, si fuerit maior, vel intra triennium computandum à tempore vltimi anni, si fuerit minor. l. si quis suus. ff. de iure delib. & l. fin. C. de repud. hæred. vbi est casus
2 singularis, † quòd potest restitui minor de eo, quod gessit intra quadriẽnium, quod datur ad restitutionem: quod est ibi speciale. Regulariter contrà, vt l. doli mali. §. diuersum. ff. de noua.

LXXXI.

1 *Pater si sit furiosus, filius potest adire hæreditatem sibi relictam, & sibi ipsi quærere sine iussu patris.*

1 SI pater † est furiosus, filius potest adire hæreditatem sibi relictam, & sibi quærere sine iussu patris. l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. hær.

ADDITIO.

Vide Bart. in l. placet. ff. de acquir. hæred.

LXXXII.

1 *Hæredem quem esse velle, quibus modis probetur?*
2 *Aditio hæreditatis, & repudiatio, eisdem regulis procedunt.*

1 PLuribus † modis probatur quem velle esse heredem, & velle adire hæreditatem. Probatur enim ex præcedentibus, siue ex instantibus, siue ex sequentibus. Et quantum sit ad sequentia, hoc probatur, si ille dixerit se velle esse hæredem, & post dicta verba prolata concurrerent tres menses. l. fi. §. similíque. C. de iur. deli. vbi est casus sing. Et licet ibi loquatur in repudiatione, tamen idem est in aditione. Eisdem enim regulis procedunt, vt Insti. de her. qual. & dif. §. sicut autẽ. & C. de repud. hered. l. sicut. & plenè dixi in l. gerit. colum. ij. versi. ad primum de verbo suspensiuo. ff. de acquir. hæred.

LXXXIII.

1 *Fideicommissum potest relinqui à succedentibus ab intestato pupillo, quod expirat pubertate adueniente. Et quæ sit huius ratio?*

1 POsset relinqui † fideicommissum à succedentibus ab intestato pupillo, quod expirat pubertate adueniente. l. quod fideicõmissum. ff. de leg. j. Quæro de ratione? Respõdeo, intra tẽpus pubertatis videntur veniẽtes ab intestato habere ex dispositione defuncti, qui aliũ poterat substituere, postea videntur habere ex casu, & sic non possunt per fideicommissum grauari. vt l. sed & si sic. §. fin. ff. de leg. iij. Et dicit Dyn. quòd dict. l. quod fideicommissum. non est alibi, per quam dicit, quòd fideicommissum, de quo loquitur l. Scæuola. j. ff. ad Trebel. non valet post pubertatem, vt ibi.

ADDITIO.

Vide Bald. in l. si arrogator. in iij. oppo. ff. de adopt.

LXXXIIII.

1 *Legatum ab vno hærede relictum animo compensandi cum debito, si deficiat, hæres illius debiti onus sustinet: & debitum, quod quis insolidum sustinet, in totum computatur in imponenda ratione Falcidiæ.*

1 SI legatum † ab vno hærede relictum animo compensandi cum debito deficiat, ille hæres illius debiti onus sustinet, & debitum, quod quis insolidum sustinet,

in totum computat in imponenda ratione Falcidiæ.l. cum ab vno.ff.de leg.ij.quæ lex est sing.& ideo eam nota.

LXXXV.

1 *Ea quæ quis capit alio hærede existente, non ex vltima voluntate, in fideicommissum generale non veniunt.*

1 EA quæ † quis caperet alio hærede existente, non ex vltima voluntate, in fideicommissum generale non veniunt.l.sequens quæstio.ff.de leg.ij. vbi est casus multùm singularis.

ADDITIO.

Adde Ang.in l.ij.§.filium.in fi.ff.pro hærede.

LXXXVI.

1 *Euictio non debetur in prælegato vni : secus si pluribus prælegetur.*

1 IN prælegato † vni nō debetur euictio, secus si pluribus prælegetur. l. cùm pater.§. euictis. ff. de leg.ij. vbi est singularis casus.

LXXXVII.

1 *Legatum vniuersitatis iuris valet, etiam si incōmodum cōtineat.*

1 LEgatum † vniuersitatis iuris valet, etiam si incommodum cōtineat.l.cùm pater.§.mensæ.ff. de legat. ij.quem §.nota.quia habet singularem materiam.

LXXXVIII.

1 *Fideicommissum relictum ab vno ex hæredibus, qui vltimus decesserit, facit videri hæredes inuicem substitutos.*

1 FIdeicommissum † relictum ab vno ex hæredibus, qui vltimus decesserit, facit videri hæredes inuicem substitutos.l.Titia.§.Seia libertis.ff. de leg. ij. vbi est singularis lex.

ADDITIO.

De intellectu huius l. vide per Alexand. in l. pater filium.§. fi.ff.ad leg.Falc.& per eundem in l.pe.in ij. colum.C. de impu. & aliis subst. Barb.consil.xiij. inserto in consiliis Alexandri, volum.iiij.in colum.pen.Et vide etiam istum text.allegat.per Alexand.in l. cum filio. in ij. colum. ad fin.ff.de leg.j.

LXXXIX.

1 *Minister electus ad distribuendū, satisdare non tenetur, nisi pauper fiat testatore ignorante.*

2 *Executor testamentarius non debet satisdare.*

3 *Procurator qui post mandatum effectus est pauper, eo ipso est reuocatus.*

1 MInister † electus ad distribuendum satisdare non tenetur, nisi pauper fiat, testatore ignorante. l. li-
2 berto suo.§.largius.ff. de vsuf.leg.vbi est casus sing. † Ex quo potest notari, quòd executor testamentarius non debet satisdare. Quod dic plenius vt in l. diuus.ff.si cui plus quàm per leg. Fal. Et distinctio, quæ fit in illo text.
3 facit ad q.de procuratore, qui † post mandatum est effectus pauper, quòd eo ipso est reuocatus, vt not. per Dy. ff.de sol.l.si cum Cornelio.in fi.

ADDITIO.

Idem not.Bald.in l.in confirmādo.iuncto text.ff.de confir. tut.& text.& Bart.& ibi Bal.in l.pater.§.fi.ff.de tes.tu.Et adde Bart.in dict.l.si cum Cornelio.

XC.

1 *Relatiuum, quis, vel qui, refertur ad genus, & ad speciem exceptam.*

1 REl atiuum, † quis, vel qui, refertur ad genus, & ad speciem exceptam.l.nam quod liquidè. §. si cui.ff. de penu lega.qui §.est valde notabilis & singularis.

ADDITIO.

In d.§.si cui.habes text.singu.qualiter exceptio declaret regulam,& ita ipsum vt singularem allegat Imola in l.filio præterito.ff.de iniusto rup.irritóque test. De qua materia vide Bart.ff.de vsuf.leg.l.generali.§.j. & in l.quæsitū. ff.de fun.instru.& notatur in c.in nostra.de sepul. per gl. &Doct.in l.in his.ff.de legibus.per Dy.in c.j.de reg.iur. li.vj.& in l. generali.§.j. suprà allegata. & quod ibi notát Bart.& Doct.in l.actione.C.de transact. Imola in l. si ita legatum.in prin.ff.de leg.j. vbi dicit, quòd nedum exceptio restringit regulam, sed per eam legatum restringitur, vt hîc, etiam si legatum annulletur, vt ibi per illum textum.

XCI.

1 *Admissus ad legatum de iure speciali contra voluntatem defuncti, non habet ius accrescendi.*

1 QVi admittitur † ad legatum de iure speciali contra voluntatem defuncti, non habet ius accrescrendi. Textus est in l.si mulieri.ff.de cōdit. & demon. vbi est lex solennis & singularis, de qua feci magnum festum in l.re coniuncti.ff.de leg.iij.

ADDITIO.

De ratione illius legis vide Bald.in l.j.in prin. de indic. viduit.tol.& in l.j.§.vbi autem.C.de cad.tollend.

XCII.

1 *Conditio, si non nupserit, remittitur in extranea, si per eam verisimiliter mulier nubere cessaret.*

2 *Pœna promissa ab vna ex coniunctis de te accipiendo in maritum, non valet: secus inter extraneos. Et quid iuris sit si pater promittat, vel patruus, vel auus, quem soror timet?*

1 COnditio, † si non nupserit, remittitur in extranea, propter quam verisimiliter cessaret mulier nubere. l.hæres meus.§.quod in fraudem.ff. de condi. & demon. vbi nota singularem casum, per quem determinatur vna
2 quæstio in l. Titia.ff.de verb.oblig.vbi pœna † promissa ab vna ex coniunctis de te accipiendo in maritum, non valet, secus inter extraneos. De quo vide per Cinum in l.fin. C. de sponsalibus. Quid si pater promittit? Certè non valet in causa coniunctæ personæ & est ratio, quia non est verisimile quòd filia relinqueret patrem illaqueatum, vel faceret patrem perdere legatum, vt notatur in glo.l.ij.ff. in ius vocati vt eant. Sed quid in patre, vel patruo, vel auo, quem soror timet? Certè erit idem, dict.l.ij.ff.in ius vocati vt eant.

ADDITIO.

Vide quod per illum textum dicit Bart. in l. de pupillo.§.si quis ipsi prætori.vër.nonò quæro, quid si non consueuit. ff.de no.ope.nun.

XCIII.

1 *Reipublicæ annua decem relinquere paria sunt, vel relinquere triginta semel tantum quoad imponendam rationem falcidiæ.*

1 PAria sunt † relinquere decem annua Reipublicæ, vel relinquere solùm triginta semel tantùm, quoad imponendam rationem legis Falcidiæ.l.si hæres institutus.§.item si Reipublicæ.ff. ad legem Falcidiam. qui casus non reperitur alibi secundum Dinum.

XCIIII.

1 *Fructus pendentes dicuntur pars rei, & rem faciunt pretiosiorem. Secus in partu existente in ventre.*

1 FRuctus † pendentes dicuntur pars rei, & rem faciūt pretiosiorem: secus in partu existente in ventre. Ista est lex singularis in l.in lege falcidia placuit.ff. ad legem Falcidiam.

XCV.

1 *Obligatio dupli inter hæredem, & testatorem consistens, hæredi & contra*

contra hæredem conseruatur in simplum, ad inducendam, & excludendam Falcidiam.

1 OBligatio †dupli inter hæredem & testatorem consistens, hæredi & contra hæredem conseruatur in simplum, ad inducendam & excludendam Falcidiam. Lex est singularis in l.cùm emptor.ff. ad legẽ Falcidiam.

XCVI.

1 *Legatum alimentorum ad vitam relictum, & legatum vsusfructus, subiiciuntur falcidiæ, & reputantur ascendere ad tantam quantitatem, quantam comprehendere potest tempus vitæ habita ratione ætatis.*

1 LEgatum †alimentorum ad vitam relictum, & etiam legatum vsusfructus, subiiciuntur Falcidiæ, & reputantur ascendere ad tantam quantitatem, quãtam comprehendere potest tempus vitæ, habita ratione ætatis. l. hereditatum. ff. ad leg. Falcid. quam legem nota, quia est singularis, & non habet sibi parem.

XCVII.

1 *Prælegata non veniunt in fideicommisso, quando quis primò rogat, secundò prælegat. Et qui quartam detrahit de voluntate defuncti, quartam hæreditatis sibi computat, aliâs totam hæreditariam partem.*

1 PRælegata † non veniunt in fideicommisso, quando quis primò rogat, secũdò prælegat: & qui quartam detrahit de volũtate defuncti, quartam hæreditatis sibi computat, aliâs totam hæreditariam partem. Ista est singularis lex, quæ non habet parem, nec concordantiam, in l. Titia testamento. ff. ad legem Falcidiam.

XCVIII.

1 *Vsusfructus legati seruo hæreditario dies demum post aditam vtriusque hæreditatem cedit.*

1 DIes vsusfructus † legati seruo hæreditario demum post aditam vtriusque hæreditatem cedit. l. cùm legatum est, §. cum seruo legato. ff. quando dies leg. ced.

XCIX.

1 *Legatum annuum cum præfinitione temporis relictum, in dubio si fit causa alimentorum, dicũtur plura legata, vel vnum, cuius dies cedit à tempore mortis.*

1 LEgatum annuum †cum præfinitione temporis relictum, in dubio si fit causa alimentorum dicuntur plura legata, vel vnum, cuius dies cedit à tempore mortis. l. si cum præfinitione. ff. quando dies leg. ced. quæ lex est notabilis & singularis, & determinatio quasi omniũ legum de hac materia loquentium.

ADDITIO.

Istud facit an relictum alimentorum in causam paupertatis, debeatur solùm instante necessitate, an verò semper? De quo per Bald. in authen. ingressi. in pen. colum. C. de sac. san. eccle. Facit quod habetur in l. pen. § j. ff. de ann. leg. Et vide Imolam in l. qui hoc anno. in vlt. quæst. ff. de verb. oblig.

C.

1 *Prouisio à me facta, quòd quandoque dabo tibi, intelligitur, cùm primùm commodè potero.*

1 NOta† quòd si dixero, quandoque dabo tibi, intelligitur, cùm primùm commodè potero. Casus est singularis in l. rogo, quandoque. ff. vt leg. no. caue.

ADDITIO.

Si promittam quandoque dare, intelligitur cùm primùm potero, & ita dict. l. rogo. notabiliter allegat & intelligit Imol. in l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. ij. vbi videtur text. contra istum iuncta l. seruos. ff. de manu. testa.

CI.

1 *Pater si filiæ non nuptæ centum legauerit, & ea cùm non caueretur, fuerit missa in possessionem bonorum hæreditariorum, potest diminuere de bonis causa vescendi.*

2 *Missus in possessionẽ ex primo decreto aliquãdo fructus lucratur.*

1 SI pater† filiæ suæ nõ nuptæ cẽtum legauerit, & quum non caueretur missa sit in possessionem bonorum hæreditariorũ, potest diminuere de bonis causa vescendi. l. quæ legatorum. ff. vt in poss. leg. vbi habetur casus
2 singularis, quòd missus † in possessionem ex primo decreto lucratur fructus.

CII.

1 *Collatio habet locum in his, qui succedunt diuerso iure.*

1 IN his † qui succedunt diuerso iure, habet locum collatio. Lex est singularis in l. si filius. ff. de collatio. bono.

CIII.

1 *Venter cum causæ cognitione mittitur in possessionem bonorum defuncti, & si ei fiat controuersia an sit de liberis, summatim cognoscetur.*

1 VEnter † non mittitur in possessionem bonorum defuncti passim, sed cum causę cognitione. Si quis facit controuersiam ventri an sit de liberis, cognoscetur summatim. Tex. est in l. vbicunque. §. interdum. ff. de coniung. cum emanc. liber. eius. qui §. non reperitur alibi, secundum Dinum, & est difficilis.

CIIII.

1 *Fauiana, vel Caluisiana an detur parenti, sicut patrono?*

1 PArens † non ita æquiparatur patrono, vt Fauiana aut Caluisiana actio ei detur, quia iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem. l. non vsque. ff. si quis à pa. fuer. man. quæ lex est singularis, & alibi non reperitur.

CV.

1 *Alienatio facta in fraudem legis ipso iure non valet: facta in fraudem hominis, valet, sed per reuocationem rescinditur.*

1 ALienatio † facta in fraudem legis ipso iure non valet, facta in fraudem hominis valet, sed per reuocatoriam rescinditur. l. si libertus. ff. de iure patr. qui text. est singularis.

ADDITIO.

Quando alienatio facta in fraudem legis sit ipso iure nulla, vide Bald. in l. hac edictali. §. omni. C. de secun. nup. & ibi quomodo cognoscatur quando fiat in fraudem hominis. Et vide quod notat Bald. in l. j. in j. oppo. C. si quis in fraud. pat.

CVI.

1 *Filius, qui dixit se nolle adire hæreditatem, posteà pœnitentia adductus potest adire.*

1 FIlius† qui dixit se nolle adire hæred. posteà pœnitentia adductus potest adire. l. filij mater. vbi est casus singular. ff. ad Tertul.

ADDITIO.

Contrarium tenet idem Bart. in l. si quis suus. ff. de iure delib. & notatur plenè per Baldum in l. qui se patris. C. vnde liberi.

CVII.

1 *Offendi dubitans potest petere à iudice custodes, vel familiares, qui eum comitentur, & custodiant, & cuius expensis.*

2 *Debitor captus propter debitum, debet ali suis expensis, non iudicis.*

1 SI † aliquis dubitat offendi, potest petere custodes à iudice, vel familiares, qui eum custodiant. l. fina. in

prin.C.de ero.mil.ann.lib.xij. Sed cuius expensis? Glo. est ibi, quæ non est alibi, vt dicam in l. illicitas.§.ij.ff. de offic.præsi.& dicit illa glo. ꝙ suis expensis. Et sic debito-
2 re† capto propter debitum, debet debitor suis expensis ali, non iudicis.

ADDITIO.

Adde Bart.in l.sanctum.ff.de rer.diuis.& l.denūtiamus.C. de his qui ad eccle.conf.& in dict.l.illicitas. §. ne potentiores.ff.de of.præsi.Bene facit gl.not. in ver. in transitu præsidis.Instit.de libert.& quod notat Bart.in l.ait prætor.§.si debitorem. ff. de his quæ in frau. cred. Et adde quòd si debitor captus non habet vnde se alat, debet ali expensis creditoris, aliàs si creditor eum non alat, iudex potest eum relaxare, secundum gl. notabilem, & menti tenendam in dict.l.fi.in ver.agnoscere.C.de ero.mil.anno.lib.xij. Et de ista materia vide per Modernos Instit. de actio.§.fi.in fi.& Bar.in dict.l.illicitas.§.ij.ff. de offic. præsid.in ver.potest tamen dici, quòd ex causa.

CVIII.

1 *Plura facta vnius familiæ puniuntur vt plura, si de publica vindicta tractetur, aliàs vt vnum.*

1 PLura† facta vnius familiæ puniuntur vt plura, si de publica vindicta tractetur, aliàs vt vnum. l. si familia.ff.de iurisdict. omnium iud. quam legem nota, quia fortè non reperies alibi.

CIX.

1 *Arbitri si eligantur super incidenti, vel emergenti, ab eorum sententia potest appellari.*

1 SI eligantur† arbitri super incidenti, vel emergenti, ab eorum sententia potest appellari.l.arbitro.ff. qui satisd.cog.quam nota, quia eam nescio alibi.

CX.

1 *Actionum aliæ natiuæ, aliæ datiuæ, & quæ singulæ sint?*
2 *Adam potest dici datiuus homo, & quare? Alii homines natiui sunt.*

NOta l.iurisgentium.§.& ideo.ff.de pac.quòd ex illo §.singulari magis clarè habetur, quàm in aliqua
1 parte iuris, quòd actionū† aliæ natiuæ, aliæ datiuæ sunt. Natiuæ sunt illæ, quæ habent materiam sufficientē præexistentem, à qua oriantur. Datiuæ sunt illæ, quæ præexistentem sufficientem materiam non habēt. Simile vides
2 in hominibus. Nā† Adam potest dici datiuus, fuit enim à Deo simpliciter productus: alij autem homines, qui ex patre & matre nascuntur, possunt dici natiui.

CXI.

1 *Actiones descendentes ex maleficiis ipso iure tolluntur per pactū.*

1 ACtiones† descendentes ex maleficiis ipso iure tolluntur per pactum. Casus est sing.in l.si tibi decem. §.quædam.ff.de pact.

CXII.

1 *Alimentorum transactio simpliciter facta non porrigitur ad habitationem, & vestiarium, nisi id exprimatur.*

1 TRansactio† alimentorum facta simpliciter non porrigitur ad habitationem & vestiarium.l. cùm hi.§. qui transigit.ff.de transac.qui tex. est notandus, & sing. casus, & menti tenendus. Ex quo notandum est in transactione alimentorum exprimendum esse de habitatione, & vestiario, quod est multum vtile: sæpe enim contingit specialiter in vxoribus defunctorum, quibus alimenta relinquuntur.

CXIII.

1 *Contumax fictè veniens coram iudice sedente pro tribunali, restituitur ad totam causam. Idem si dolo aduersarii, vel absque sui culpa abfuerit.*

1 FIctè† contumax veniēs iudice sedente pro tribunali restituitur ad totam causam, idem si dolo aduersarij, vel absque sui culpa abfuerit.l. diuus.ff.de rest.in integ.quæ lex est singularis.

CXIIII.

1 *Actio quod metus causa datur contra hæredes, quatenus ad eos peruenit, licet desierit apud eos esse.*
2 *Ius deliberandi ad hæredem suum transmittit ille, cui delata est hæreditas, si decedat intra annum, & sciat hæreditatem sibi delatam.*
3 *Hæres tertius vtrum possit adire hæreditatem ex virtute iuris deliberandi propter scientiam primi hæredis?*

1 ACtio† quod metus causa datur cōtra hæredes, quatenus ad eos peruenit, licet desierit apud eos esse: item contra hæredes hæredis, nō inspecto quod ad vltimum, sed quod ad primum hæredem peruenerit.l.quod diximus.§.in hæredem.ff.quod met.cau. vbi in ver. consumpto, &c. nota eum text. quem nescio alibi ad hoc, quòd sufficit ad primum hæredem peruenisse, & sic incœpisse actionem transire contra hæredem. Et secūdum hoc videtur casus cuiusdam not. quæst. quam consului
2 tempore mortalitatis. Vos scitis, † quòd ille cui delata est hæreditas, si decedat intra annum sciēs hæreditatem sibi delatam, transmittit ius deliberandi ad hæredem
3 suum: vt l.cum antiq.C.de iur.deli. Modò† primus hæres decessit hæreditate sibi delata, hæres eius decessit ignorans simpliciter intra annum, vtrum tertius hæres possit adire hæreditatem ex virtute iuris deliberandi propter scientiam primi hæredis? Et determinaui quòd sic: quia iam illud cœpit esse hæreditarium, & ideo trāsit ad quēcunque transit hæreditas, vt l. item videndum.in fin.ff. de pet.hæred. Et est text.in dict.§.in hæredem. Et ita dixi in l.qui duos. ff.de rebus dub. & ibi multa dixi in materia iuris deliberandi.

CXV.

1 *Coniuncta persona admittitur in casibus, in quibus requiritur speciale mandatum, si prætendat proprium interesse: aliàs secus.*

1 IN casibus † in quibus requiritur speciale mandatum, coniuncta persona admittitur, si prætendit proprium interesse, aliàs secus.l.patri pro filio. ff. de minorib. quā legem nota: quia illud principium fortè non est alibi.

CXVI.

1 *Actor, in quem facta est alienatio causa mutandi iudicium, exceptione repellitur, & primus cedens agere compellitur.*

1 ACtor, † in quem facta est alienatio causa mutandi iudicium, exceptione repellitur, & primus cedens agere compellitur. Sing.& fortis text. est in l. cùm miles. ff.de alie.iud.mut.cau.fact.

CXVII.

1 *Alienans partem rei suæ causa euitandi iudicium diuisorium, ipsum iudicium non poterit intentare pro fructibus, vel pro re, nec ille, in quem facta est alienatio.*

1 QVi partem† rei suæ alienat causa euitandi iudiciū diuisorium, ipsum iudicium non poterit intentare pro fructibus, vel pro re, nec ille, in quem facta est alienatio.l. si quis iudicij. ff. de alie. iudic. mut. cau. fac.quam legem nota, quia nescio alibi.

CXVIII.

1 *Reale ius quando perditur lite pendente, in reali iudex dabit sententiam vt illud ius de nouo constituatur, sicut si personali ageretur.*
2 *Intellectus l.si post acceptum ff.de rei vend.*

1 QVando† ius reale perditur lite pendente, tunc in reali iudex dabit sententiam, vt illud ius de nouo constituatur, sicut si personali ageretur.l.sicuti. §.sed si

2 §.sed si quæratur.ff.si ser.vend.qui text.est sing.†&sic debet intelligi l.si post acceptum.ff.de rei vend.

CXIX.

1 *Chirographum alicuius si deleatur, in quo sub conditione pecunia debebatur, si id interim testibus probetur, sententia condemnatoria fertur, sed differtur exactio, quousque conditio existat, qua deficiente condemnatio nullas vires habet.*

1 SI†deletum chirographum mihi esse dicã, in quo sub conditione mihi pecunia debita fuerat, & interim testibus quoque id probare possim, qui testes esse non possint in tempore quo conditio existat, etsi summatim re exposita iudicem ad suspicionem adducam, debebo quidem vincere, sed tunc condemnationis exactio competit, cùm debiti conditio extiterit. Quòd si defecerit, condemnatio nullas vires habebit. Ista sunt verba text. in l.in lege Aquilia si deletum.ff.ad leg.Aquil.quæ lex est singul.& habet tres lect.vt ibi per gl.

ADDITIO.

Vide de intellectu illius l.Bal.in auth.si quis.in ij. & iij.col. C.de testib.

CXX.

1 *Iudicium diuisorium habet locum pro diuisione fienda, non pro diuisione facta ipso iure, vel ipso facto.*

1 NOta, quòd † iudicium diuisorium habet locũ pro diuisione fienda, non pro diuisione facta ipso iure, vel ipso facto. l. hæredes eius qui.ff.fa. erc. quæ lex est singul.à capite vsque ad fi.& habet plus iuris in se, quàm totus ille titu.& ideo illam in sua manu bene notate.

CXXI.

1 *Mãdatum si tibi fiat, vt emas rem, quam habes communem cum alio, certo pretio, partibus aliorum emptis, an tuam pro residuo pretij dare tenearis?*

1 SI mandauero, †quòd emas rem quam habes commu nem cum alio certo pretio, aliorum partibus emptis, tuã pro residuo pretio dare teneris: sed si pretium determinatum non fuerit, ista pars boni viri arbitrio æstimabitur, l.si fundum.ff.mand.cuius l.finem nota, quia nescio alibi: & de facto hoc anno habui in palatio syndicorum.

ADDITIO.

Ad illum text.vide Bald.in l.ij.vj.col.C.si ser.ext.Alexan.& Ias.in l.frater.in xiij.not.ff.de cond. ind. & latè per Pet. Ger.sin.xxv.tene menti.

CXXII.

1 *Factum cohærens personæ quando est in obligatione, tunc ille præfertur, cui est promissum prius.*

1 QVando † factum cohærens personæ est in obligatione, tunc ille præfertur, cui est promissum prius. l.in operis.ff.locati.quod est singulare.

ADDITIO.

Idem tenet Bal.in l.ij.C.de loc.& vide Io.And. in reg. contractus.de reg.iur.in vj.in Mercur.Sed Bal.in l.interesse. ff.de acq.pos.sentit contrarium, vbi dicit, quòd prior locator in tempore præfertur contra cõductorem.& dicit etiam Bald.in l.emptorem.in ij. colum.C. loc. quòd secundus colonus tenetur stare priori, quia prior in tempore præfertur.

CXXIII.

1 *Operarius quando teneatur de vitio operis, & quando non?*

1 QVi locauit † operas suas, vt certum opus faceret, tenetur de operis vitio, siue vna pensio, siue in singulos dies præstita fuerit. Qui autem operas suas singulis diebus locat, nec ad certum tempus se adstringit, de vitio operis non tenetur. l.ea lege.§.locaui.ff. locati.quem §.bene nota, & dic quòd est singularis.

ADDITIONES.

Idem Bald.in l.ij.C.locati. Et quod dicitur de vitio operis dic esse intelligendum, si sine dolo fecit, aliàs non secundum regulam: cùm non debeant contrahentes se dolo decipere.l.sed etsi pupillus.§.sed etsi.ff.de institor.& notatur in l.item si pretio.§.quemadmodum.ff.locati.

Adde Roma.singul.xxxj.Cremens.singul.lxxxj.

CXXIIII.

1 *Conuentus ex persona alterius principaliter delinquentis, potest petere, vt principalis primò conueniatur, vel quòd contra ipsum actiones sibi cedantur.*

2 *Delinquens principaliter potest accusari criminaliter, antequàm agatur contra alium ciuiliter de delicto.*

3 *Principalis in quibus casibus prius conueniatur quàm is qui tenetur accessoriè?*

4 *Vnus quandocunque cõuenitur ex facto alterius, ille prius debet conueniri sumptibus conuenti, nisi sit multum difficile.*

1 QVando† vnus conuenitur ex facto alterius principaliter delinquentis, potest petere, vt principalis primò conueniatur, vel quòd contra ipsum actiones sibi cedantur, quod in arbitrio iudicis erit.l. cùm in plures.§. vestimenta. ff. loc. quem casum nota, quem nescio alibi ita bene declaratum. sic & habemus
2 †alibi expressum, quòd antequam agatur de delicto con tra aliquem ciuiliter, accusari potest criminaliter principaliter delinquens.vt C.vbi ciui.quæst.crim.l.j.& ff.ad Carbo.l.ij.& notatur per gl.C. de fide instru.l.fin. Sed ꝙ prius contra vnum ex delicto ciuiliter vel rei vendi.agatur, quàm contra alium agatur ex contractu, hoc non re-
3 peritur alibi nisi in d.§.vestimenta.Item habemus†quosdam casus de iure antiquo, in quibus priùs peruenitur ad principalem, quàm ad eum qui tenetur accessoriè, vt in pluribus tutoribus, & administratoribus, & similibus. Qui casus habet omnes rationes suas separatas.Sed
4 ex illo textu habemus regulam, quòd † quandocunque vnus conuenitur ex facto alterius, ille priùs debet conueniri sumptibus conuenti, nisi sit multum difficile, & hoc arbitrio iudicis. Pro hoc l.vnde quæritur.circa princip.ff.commodati.secundum vnã lecturam quæ hîc probatur, nec eam tibi ibi allegaui.

ADDITIO.

Adde Alexan.in l.si vt certo.§.si duobus.ff.cõmodati.Imol. consil.lxxix.& consi.iiij.colum.v.volum.ij.& Aret.consi. lij.in j.& ij.colum.

CXXV.

1 *Hypothecaria datur cõtra possessorem, qui liberatur si soluat, vel restituat rem: aliàs condemnabitur. Et si fuerit contumax, in litem iuratur tam pro re, quàm pro fructibus extantibus.*

2 *Possessor habet facultatem restituendi rem, vel soluendi debitum, in casu tamen licet neutrum istorum faciat possessor hypothecaria conuentus non condemnabitur.*

1 HYpothecaria † datur contra possessorem, qui liberatur, si soluat, vel restituat, aliàs condemnabitur. Et si fuerit contumax, in litem iurabitur tam pro re, quã pro fructibus extantibus. l. si fundus. §. in vendi. ff. de pig. vbi nota, quòd in eo iudicio debet distingui, an conuentus possideat, sicut in rei vendi. vt in l.fi.ff.de rei vendi. & probatur in auth. item possessor. C.qui potiores
2 in pignore habeantur. Item nota † quòd possessor habet facultatem restituendi rem, vel soluendi debitum. In casu tamen singulari si neutrum istorum faciat, non condemnabitur possessor hypothecaria cõuentus. vt C. de iure delib.l.fi.§.sin verò creditores.

ADDITIO.

Adde Alex.consi.xviij.colum.penul. ver. alio fundamento. volum.v.& Bald.consi.xxv.in j.parte. & vide Bart. in l.j. C.qui pot.in pign.hab. Et latè Ioan.Bapt.Plotum in tractatu suo, de in litem iurando.

CXXVI.

1 *Pater potest stipulari dotem filiæ vsque ad tempus nuptiarum: secus in extraneo. Et quæ sit ratio?*

1 PAter† potest stipulari dotem vsque ad tẽpus nuptiarũ: secus in extraneo. De quo in l.quoties.ff.sol.mat.

& in l.auia.C.de iure dot. De hoc est tex.in l. adoptiuū. §.si quis autem. ff. de iure dot. Ratio est ibi in text. nam vsque ad tempus nuptiarum potest pater pœnitere. Hāc rationem ibi habes,& non alibi, ideo eam nota.

CXXVII.

1 *Dotem promittens quando insolidum teneatur,& quando deducto ne egeat, siue sit pater, siue sit extraneus?*

2 *Promittens quod dare non potest, quomodo teneatur?*

1 QVidam† promisit dotem pro muliere, qui nunc cōuenitur à viro, quæritur an insolidum, an verò deducto ne egeat, sit exigendus? Et l.si de dote.ff.de iure dot. quòd si fuerit extraneus, condemnetur insolidum: si pater, inquantum facere potest. Item distinguitur an constāte matr. petatur, & habetur ratio ne egeat: an eo soluto, quia pactum erat fortè de lucranda dote, & tunc, aut pater decepit generum, sciens se non soluendo, & tenetur insolidum, alioquin deducto ne egeat.d.l.si de dote.ff.de iure dot. quæ continet casum singularem pro
2 eo, qui† ab initio promisit, quod dare non poterat.

ADDITIO.

Adde eundem Bart.in l.alia.§.eleganter.in fi.ff.solu.mat.& Paul.de Cast.in l.etiam.ff.eod.ti.Alex.in l.ij.col.xj.ff.eo.

CXXVIII.

1 *Debitori fisci soluenti restituitur res eius indebitè alienata.*

2 *Fiscus habet obligata bona sui debitoris. Et quid si rem debitoris minori pretio vendat gratia, vel fraude, coram quo ad restitutionem agendum sit. Et quid probandum. Et an debeam pretiū restituere. Et quis ibi reus sit, & qua actione id petatur.*

3 *Emptoris forum regulariter inspicitur non venditoris. Fallit in fisco vendente, quia tunc vendentis forum spectatur.*

4 *Consanguineus vēditor veniēs ad defensionē emptoris extranei, an possit ex sua persona petere causam cōpromitti vigore statuti disponentis, quòd causa inter consanguineos cōpromittatur.*

1 DEbitori fisci† soluenti restituitur res eius indebitè alienata.l.si minori.C.de iur.fis.lib.x. Dictum est e-
2 nim in l.j.C.eo.tit. quòd fiscus† habet obligata bona sui debitoris. modò fiscus, cuius sum debitor, vendidit rem meam minori pretio, quàm valebat, vel gratia, vel fraude. Certè potero petere coram procuratore Cæsaris, vt eam mihi restituat, & habeo probare quòd dolo vel fraude siue gratia emptoris fuit vendita, tamen debeo pretiū id pro quo erat obligata, restituere fisco. Quis autem sit reus, à quo petatur, ibi nō exprimitur, neque qua actione agatur, neque cui debitum soluatur, ideo pro ea supplenda ibi sunt duæ lecturæ, quarum altera est, quòd agatur contra fiscum, altera quòd agatur contra empto-
3 rem. Sed ex secunda† lectura nota quòd hoc casu, quādo ageretur contra emptorem, dicit ibi glo. quòd procurator Cæsaris erit iudex, vt sic inspiciatur forum actoris, hoc est, fisci vendentis, magis quàm forum emptoris. Et secundum hoc d. l. si minori. continet casum specialē & sing. cùm alio vendente nunquam forum actoris inspiciatur, sed forum emptoris. vt l.venditor.ff.de iudi. & l.j. C.vbi in rem actio. Et secundum istam lecturam illa l. fa-
4 cit ad quæstionem, quam disputaui, vtrum† venditor cōsanguineus veniens ad defensionem emptoris extranei possit ex sua persona petere causam compromitti vigore statuti disponentis, quòd causa inter consanguineos compromittatur? de qua dic, vt in disputatione illa, & quæ in ea dixi, & in l.procurator ad exhib. §.j.ff.rem ratam haberi.

ADDITIO.

Adde quòd eius disputatio incipit, Pisanæ ciuitatis consilium, quæ aliàs allegatur pro consilio Bart.xxx. vol. ij. & eam pro consilio Bart. allegat Alex.in l.semel mora.ff.solut.mat.in fi.vbi omnino vide. Et adde, quòd de ista disputatione facit mentionem idem Bart.in l.venditor.ff. de iudic. Et vide And.Siculum in c.quoniam. §. in aliis. in xxix.col. vt lite non contestata. Et Ang.Are. insti. de actio.in §.actionum.in x.col.in versi.quæro denuntiaui.& Alex.consi.lxv.in vij.vol.inci.in causa & lite.in ij.col.

CXXIX.

1 *Soluisse semper retro præsumitur, qui ostendit se vltimis tribus annis soluisse, nisi contrarium probetur.*

1 QVi ostendit† se tribus proximis annis soluisse, retro soluisse præsumitur, nisi contrarium probetur. De hoc est mirabilis lex in l. quicunque.C.de apo.pub.lib.x.

ADDITIO.

Limita hanc l.nisi ista solutio trina esset facta vni semel pro tribus annis secundum Cinum & Bald. in l.ij.C.de dot. promis. Item limita vt per Bald.in d.l.ij. Et adde eā procedere in quocunque censu tributario, vel emphyteuticario secundum dominos de Rota, deci.cij.secundum ordinem nouissimum.

CXXX.

1 *Confirmatio contractus potest à partibus peti, & iudex hoc facere tenetur, & an habeat locum tam in contractibus iurisgentium, quàm ciuilibus?*

1 PArtes† possunt petere à iudice vt confirmetur contractus ab eis factus, licet eorum cōsensus sufficiat, & ad hoc faciēdum iudex tenetur.l.si quos. C. de decur. lib.x.vbi est casus notabilis, qui non reperitur alibi, nec vnquam vidi nisi modò secundum secundam lecturam, de quo plenè per Inno. extrà de confir. vtil. vel inu. c. de confirmationibus.& ibi videtur tenere quòd in contractibus iuris gentium hoc non sit necesse, in aliis autem contractibus ciuilibus sic. Mihi autem videtur quòd in omnibus casibus, in quibus dubitatur an quis possit cō tractum petere infringi, quòd pars potest petere confirmari, sicut dicimus in sententia.d.c. de confir. Dixi plenè in l.si expressim.ff.de appel.& est casus in d. l.si quos. & in l.Iulianus §.si quis colludēte.ff.de act. emp. Pro hoc optimè facit c.fi.extrà de transac. vbi petitur trāsactio, & similes cōtractus cōfirmari. Hoc autem suggerit æquitas. Quid enim si timeo ne altera pars propter aliquam causam petat contractum rescindi, vt propter defensionem & similia, quare non licet mihi petere confirmari? Certè nō video quare non liceat. Hæc autem requirerēt altiorem indaginem. Tene menti.

ADDITIO.

Vide Alex.in consil.suo lxiiij.in ix. col. vbi infinitos doctores allegat ad id quod dictum est de transactione.

CXXXI.

1 *Vacationem à muneribus propter dignitatem non habent, qui dignitatem ambiuerunt. Fallit in legato propter legationem.*

1 OMnes† qui dignitates suffragio receperunt, non habent vacationem à muneribus propter dignitatē: sed si legatus fuerit, habet propter legationem. Lex est singularis in l.vniuersi.C.de leg.

ADDITIO.

Adde Bartol.in l.si seruus.§.si verò.ff.de furtis.in quæstione illa de damnis datis ambasiatoribus, vt non restaurentur si ambasiata fuerit procurata. & per Bart. in l. inter causas.§.non omnia.ff.mand.c.ij.de temp.ord.in vj.& in l.qui contra.C.de incest. nuptiis. vbi ignorantia procurata non excusat.& per Bart.in l.j.in prin. ff. si quis test. lib.ius.fue. Facit dictum Gul.in l.contra.ff.de legib. qui dicit, quòd ciuis sciens prouisionem secretam, & quod minus valere debet, vendidit carius, quòd illa malitia eū nō excusat. Vide Io.And.& Imol.in c. significasti.de pig. & Specu. in tit.de iud.vers.illud autem.vbi dicit, quòd si nuntius missus à domino, capta tamen opera, & non requisitus, in itinere fuit captus: non tenetur eum redimere. Vide Inno.in c.sicut. iij. de iureiur.de illo, qui in bello amisit equos, vt non teneatur dominus eos restaurare, si ipse affectauit.

CXXXII.

CXXXII.

1 *Locatio fundi si sit facta pro certa portione frumenti, ad ipsam colonus tenetur, non ad præstationem pecuniæ, nisi consuetudo aliud suadeat.*

1 SI pro certa † portione frumenti locatio est facta, tenetur colonus ad ipsam, non ad præstationem pecuniæ, nisi consuetudo sit, vt non obstante pacto, pecunia soluatur. Hoc dicit l. domini prædiorum. C. de agric. & censi. lib. xj. secundum vnam lecturam, secundum quam ille casus est sing. per quem patet, quòd si consuetudo sit in ciuitate, quòd quilibet cõductor soluat domino prædij in festo natiuitatis Domini vnũ par caponum, quòd ad huius præstationem tenetur conductor, qui accipit prædium pro præstatione frumenti.

ADDITIO.

Adde text. in l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædilit. edic. & in l. si fundus. ff. de euic. & in l. circa. C. loc. & Bart. in l. ex parte. in prin. ff. de verb. oblig. & aliquid per eundem in l. si prius. §. j. ff. de oper. noui nunt. & Bald. in tit. de pace Constan. in ver. sicut antiquo tẽpore. vbi dicit, quòd in præscribenda consuetudine non est necesse ostendere titulum. Allegat Ioan. And. in cap. j. de rescrip. in vj. Vide Bart. in l. nemo. & ibi Alexand. in apost. ff. de duob. reis. Bald. in rubr. C. de fide instrumen. vbi dicit, quòd notarius in dubio intelligitur rogatus secundum consuetudinem loci.

CXXXIII.

1 *Libellus debet offerri in possessorio recuperandæ.*
2 *Intellectus & declaratio c. reintegranda. iii. q. i.*

1 LIcet celeriter † debeat fieri restitutio possessionis in possessorio. l. momentaneæ. C. vnde vi. tamen in illo possessorio recuperãdæ debet offerri libellus, vt ibi not. gl. quod etiam tenet dom. And. de Barulo in l. si coloni. C. de agric. & cen. lib. xj. quam l. notabiliter allegat Ioã.
2 And. per quam probat, quòd † id quod dicitur in c. reintegranda. iij. q. j. quod loquitur in rebus ecclesię, habeat locum in rebus priuatorum & laicorum de iure ciuili. De quo per eum in nouella, & per Inno. in cap. cùm ad sedem. extrà de rest. spo. quod sing. nota, & vide verba notabilia quæ ponuntur in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. pos. quod nota, quia de facto quotidie venit.

ADDITIO.

Scias quòd condictio d. c. reintegrãda locũ habet etiam in iuribus corporis. ij. q. ij. cap. nullus. & Ant. de But. in ca. cùm ecclesia. de cau. pos. & prop. & per Pet. de Anc. in c. ex parte. de rest. spol. Et de hoc vide per gl. & Bald. in l. ij. C. de fur. per Bart. & Ang. in l. manifestissimi. in §. sinautem. eo. titu. Item competit etiam detentatori secũdum Spec. in tit. de pet. & poss. §. j. ver. sed nunquid. Item licet gl. in d. c. cùm ad sedem. de rest. spol. dixerit illud remedium competere pro rebus ecclesiasticis vel clericis, & eam partem tenuerit Ioan. Cal. in d. c. cùm ad sedem. secundum quod notat ibi Ant. de But. & eandem opinionem sequatur in c. querelam. de elect. tamẽ quòd etiam in aliis rebus habeat locum, diffusè tenet Rom. in dict. l. rem quæ nobis. ff. de acquir. pos. quæ est not. & Alexan. in consil. lj. volum. j. Ang. in consi. cxiiij. incip. in nomine domini. in q. vertente.

CXXXIIII.

1 *Priuilegiũ si concedatur mihi & omnibus descendẽtibus masculis, & fœminis, descendentes per lineam fœmininã ita demum fruuntur priuilegio, si sint viduæ, non autem si ad secundum matrimonium conuolauerint.*

1 SI priuilegium † concedatur mihi, & omnibus descendentibus masculis & fœminis, quòd descendentes per lineam fœmininam ita demum fruũtur priuilegio, si sint viduæ, non autem si ad secundum matrimonium conuolauerint. Ita singul. notatur ex textu l. quoties. de pri. schol. lib. xij. Et potest esse ratio, quia quando virum assumunt in totum ad aliũ dicũtur se transferre, & statũ suum mutare, vt notatur in l. mulieres. C. de dig. lib. xij.

ADDITIO.

Ad huius articuli decisionem vide tu copiosè notata pro & cõtra per Fel. in c. nouit. de iudic. in j. col. circa prin. ver. nota ibi. circa prin. cum concord. per eum allegatis.

CXXXV.

1 *Denuntiatio medici qui dicat aliquem infirmum, vel ex vulnere remansuram cicatricem, nihil operatur, nisi præcedat diligens iudicis inquisitio.*

1 NVnquam † denuntiatio facta per medicum, qui dicat aliquem infirmum, vel ex vulnere remansuram cicatricem, aliquid operatur, nisi præcedat diligens iudicis inquisitio. Hoc dicit text. singularis in l. semel. C. de re mil. lib. xij.

ADDITIO.

Similiter de hac cicatrice habes text. in l. quæritur. §. si. ff. de ædilit. edic. & in l. locum. §. ex eo. ff. de vsuf. Et ista sententia, & aliorum peritorum in arte potest ferri die feriata, secundum Ang. casus est in l. ij. de fer. ibi, atrox iniuria. Et an talis sententia transeat in rem iudicatam? Vide Rom. in l. admonendi. ff. de iureiur. Et an ab ea possit appellari? vide doctores in l. ab arbitro. ff. qui satis. cog. Et talis sententia potest retractari, qua pronuntiatum est vulnus mortale, si cadauer exhibeatur coram peritioribus in arte contrarium testificantibus, secundum Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de homi. §. j. versi. j. & adde Bald. in l. si quis testibus. in fin. C. de testi. Et an perito in arte sit credendum? vide Spec. in tit. de prob. §. fin. versi. quandoque. & Feli. in c. proposuisti. in ij. colum. ver. vltimò per istum text. de prob. & aliquid per Bart. in l. j. de vent. inspi. vbi ponit, an tales periti iurare debeant, & quòd talis assertio eorum possit reprobari. Item secundum Host. in sum. in tit. de prob. §. quot sunt. ver. octauò quid si. nam tunc alij debẽt eligi. allegat cap. causam. de prob. & xxvij. q. j. c. nec aliqua.

CXXXVI.

1 *Promittens quid ratum firmúmque habiturum, non potest venire contrà de iure, vel de facto. Secus si promittat tantùm se ratum habiturum: quia tunc de facto contrauenire potest.*

1 NOta, quòd † si promitto ratũ firmúmque me quid habiturum, tunc stipulatio committitur, si veniam contrà, siue de iure, siue de facto: quia ratũ dicitur de iure, firmũ de facto. Gl. sunt, quas nescio alibi in l. id quod. C. de epi. & cle. Sed si promitterem solùm ratum habiturum, tunc veniendo contrà de facto non committitur stipulatio. vt l. procurator. ff. rem ra. ha.

ADDITIO.

Sed cõtra has glossas est casus in l. hæc ita. ff. de sponsa. Hoc tamen dictum Bar. sequitur Abb. in c. Rayn. de testa. vbi etiam est text. quòd contraueniendo de facto facit incidere in pœnam. Ad idem l. nuda. C. de contrahen. & committ. stipul. & quod ibi habetur.

CXXXVII.

1 *Possessio in casu transfertur ipso iure sine traditione, vel alicuius facto.*

1 NOta casum, † in quo transfertur possessio ipso iure sine traditione, & sine alicuius facto, in l. raptores. §. sinautem diaconissa. C. de epis. & cle. quod non reperies alibi, nisi in illo casu.

ADDITIO.

Alios casus vide per gl. in l. iij. ff. de acq. pos. & Bal. in l. traditionib. C. de pac. Qualiter autẽ acquiratur ipsa possessio? vide Bald. in l. j. in prin. ff. de acq. pos. Et ad hoc adde quæ notat Bar. post gl. in l. fi. ad fi. C. de sacrosf. eccl. & ibi Alex. Et an lex possit transferre possessionem sine traditione aliqua? vide latè per Iaso. in l. j. in v. colum. C. com. de leg. & Barb. in c. per tuas. ad fi. extrà de donat.

CXXXVIII.

1 *Fuga facit officialem fugientem haberi pro confesso.*

1 Officiales † qui inculpantur de aliquo crimine, si aufugerint, pro confessis habentur: & sic fuga facit quem haberi pro confesso. Lex est bona & singularis in l. consiliarios. C. de assesso.

ADDITIO.

Vide plenè per Bart. in l. lex Cornelia. ff. ad Sylla. vbi tractat an & quādo officialis inculpatus de aliquo crimine aufugiens habeatur pro confesso.

CXXXIX.

1 *Transigi potest, vel pacisci in omni pœna sanguinis, excepta pœna adulterii, & falsi.*

1 IN omni † pœna sanguinis potest transigi vel pacisci, excepta pœna adulterij, de alia pœna non, nisi falsi. Text. est in l. transigere. C. de transact. quæ lex est subtilis & singularis.

ADDITIO.

An dispositio huius l. habeat locum de iure canonico? vide Rom. sing. dclxxxviij. incip. tu audiuisti l. trāsigere. Item nota, quòd in casibus, in quibus de crimine nō est licita transactio, non est etiam licitum compromissum facere. Vide Alexan. consil. lxxxij. ad fin. vol. j. Item quid debeat facere transigens vel paciscens, vt euitet infamiam, vide Cepol. cautela ccv. Item nota, quòd licet super adulterio non possit transigi, tamen super eo potest fieri pax, & quòd debeat fieri cum marito, non cum vxore, vide Bart. in consi. clxx. Item limita & declara regulam huius legis, vt per Bart. in quæstione per eum disputata, incip. Lucanæ ciuitatis. circa fin. Nota quòd de iure canonico in causis spiritualibus nunquam est licitum desistere pecunia accepta. Vide Bar. in tract. differ. inter ius ciuile & canon. in j. colum. Quid autem si aliquis promittat centum Titio, ne eum accuset de morte patris sui, an per hoc videatur aliquo modo fateri delictum? Vide Bald. in c. j. §. iniuria. colum. iiij. de pa. iur. fir. & plura vide per Alex. in d. consi. lxxxij. volum. j.

CXL.

1 *Transactioni iuratæ contraueniens, infamatur, pœnam soluit, sibi data reddit, & actionē perdit, quæ parti obseruanti applicatur.*

1 QVi † contra transactionem iuratam per Deum, vel principem venit, infamatur, pœnam soluit, sibi data reddit, & actionem perdit, quæ parti obseruanti applicantur. Text. est in l. si quis maior. C. de transact. vbi est lex singularis.

ADDITIO.

Et procedit etiam, si istud iuramentum esset sibi illegitimè relatum præsente parte, & non citata. Pet. de Anch. in consi. ccclxxiij. incip. Retento ordine. ver. & ex hoc etiam subsequenter.

CXLI.

1 *Maior quilibet admittitur ad defendendum absentem, & ad agendum pro coniuncta persona sine mandato. Et minor admittitur sine mandato ad defendendum patrem absentem, quando contra eum potest deueniri ad diffinitiuam.*

1 QVilibet † maior etiam sine mandato admittitur ad defendendum absentem, & ad agendum pro coniuncta persona: & ipse minor etiam sine mandato admittitur ad defendendum patrem absentem, cùm contra eum possit perueniri ad diffinitiuam sentētiam. Lex est notabilis & singularis in l. exigēdi. C. de procur.

CXLII.

1 *Minor quibus casibus à præscriptione seruetur illæsus.*

1 IN casibus † in quibus minor contra præscriptionem olim cōtra se cœptam, & finitam restituebatur, hodie ipso iure seruatur illæsus, nisi sit præscriptio triginta annorum. l. sancimus. C. in quibus cau. in integ. restit. non est necess. quæ lex est singularis & notabilis, & habet matriam quotidianam.

ADDITIO.

Limita illam legē procedere in præscrip. clausis in corpore iuris, secus in præscriptionibus inductis ex dispositione statutorum, quia in eis requiritur in integ. restitutio, secundum Imol. in c. constitutus. ad fi. extrà de in integ. restit. de quo vide practi. Papi. in forma libelli in integrum restitutionis. in ver. præcessisse. ad fi.

CXLIII.

1 *Restitutio, quæ iudicis officio conceditur, potest ab ordinario peti, vel à delegato specialiter ad illam causam, vel vniuersaliter, non coram arbitris, vel delegatis ab eis.*

1 REstitutio quæ † iudicis officio conceditur, potest postulari ab ordinario, & delegato specialiter ad illam causam, vel vniuersaliter, non coram arbitris, iudicibus chartulariis, vel delegatis ab eis. l. fi. C. vbi & apud quem. quæ est notab. & singularis.

ADDITIO.

Limita illum text. nisi alius esset celebratus authoritate alicuius superioris: quia tunc iudex inferior se intromittere non poterit. Vide Ias. in l. nam & postea. §. minor. in col. iij. ff. de iureiur.

CXLIIII.

1 *Dilatio si petatur, quæ tempus instantiæ non excedit, tam actori, quàm reo conceditur, & quid si instantiam excedat?*

1 SI petitur † dilatio, quæ tempus instātiæ non excedit, tam actori quàm reo conceditur. Quod si excedat, non actori, sed reo conceditur. Poterit tamen actor vti dilatione reo cōcessa. l. petendæ. C. de temp. in integ. restitutio. quæ est notabilis & singularis.

ADDITIO.

Vide illam l. declaratam per Inn. & alios in c. de causis. de offic. deleg. Limita tamen non procedere quando actor semel renuntiasset probationibus. Tex. est quem ponderat Ang. in §. quia verò. in vlt. col. in auth. de testi. & vide Fel. in c. de testibus. in ij. not. extrà de testi. ad fin. vbi etiam de alia limitatione. Item vide ad istam regulam id, quod dicit Aret. in l. sed si de sua. in v. colū. ff. de acquir. hær. qui voluit, quòd sicut data reo dilatione potest & actor probare, idem erit si reus non petat dilationen ad probandum, sed opponat aliquam exceptionē, quæ probetur ex iuris præsumptione, quia poterit actor, licet exclusus, approbando probare contra talem exceptionem vt per eum.

CXLV.

1 *Minor restituitur in his quæ facit in quadriennio post perfectam ætatem.*

1 MInor † restituitur in his quæ facit in quadriennio post perfectam ætatem. l. fi. C. de repud. hæred. vbi est casus singularis.

ADDITIO.

Idem tenet Bar. in l. superuacuam. num. 4. C. de tem. in int. resti. & adde Bar. in l. ab hostib. §. sed quod. ff. ex qui. cau. maio. Vide glo. in contrarium in cle. j. vbi per Can. de in int. rest. & per omnes in c. cum ex literis. eo. tit.

CXLVI.

1 *Arbitri ex sentētia pacto nudo, & sine pœna assumpti, homologata tacitè, vel expressè oritur actio: & fit interruptio præscriptionis: & ex actis coram eo factis in alio iudicio fit probatio.*

1 EX sententia † arbitri pacto nudo, & sine pœna assumpti homologata tacitè vel expressè oritur actio, & fit interruptio præscriptionis, & ex actis corā eo factis in alio iudicio fit ꝓbatio. Ista est notabilis & singularis lex, & est constitutio noua. in l. cum antea. C. de recep. arbi.

ADDITIO.

Adde an illa lex habeat locum in arbitratore? & Inn. in ca. Quintaualli s. circa fi. extrà de iureiurā. sentit quòd sic. & ita ipsum refert & sequitur Pe. de Anc. in consi. ccviij. colum. iij. incip. Iudex de iure iudicaturus.

CXLVII.

CXLVII.

1 *Exceptio rei iudicatæ an habeat locum quando petitio est generalis, prosecutio specialis, & sententia generalis?*

1 QVando † petitio est generalis, prosecutio specialis, & sententia generalis contra exceptionem rei iudicatæ replicatio doli obiicitur. l. ij. C. de iud. Sed quæro, quid si scienter quis omisit prosequi vnum articulũ? Respon. idẽ quia perinde obstat exceptio rei iud. ac si esset prosecutus. Casus est in l. de reb. ff. de arbitris. qui casus est singularis quo ad hoc, ita ꝙ non est alibi.

CXLVIII.

1 *Sententia generalis parit exceptionem in non prosecutis, si tamen non sunt de appenditiis prosecutorum.*

1 SEntentia † generalis parit exceptionem in non prosecutis, si tamen non sunt de appenditiis prosecutorum. Casus est singularis quem ita clarè nescio alibi in l. si cum tibi. C. de iud.

CXLIX.

1 *Delegatus per principem ad causam meri & misti imperii, eam potest alii subdelegare.*

1 PRinceps † si deleget causam meri & misti imperij, delegatus eam subdelegare potest. Casus est sing. in l. j. C. qui pro sua iurisdictio. & ibi in fin. dixi.

CL.

1 *Actor sequitur forum rei, qui est in loco domicilii, quod habuit tempore contractus.*

1 ACtor sequitur † forum rei, qui est in loco domicilij, quod habet vel habuit tempore contractus, & sic licet mutauerit domicilium, tamen potest conueniri in loco, vbi habebat domicilium. Text. est singul. in l. ij. C. de iurisdictio. omnium iudicum.

ADDITIO.

Limita vt per Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. in v. col. ff. pro socio. & dum dicit Bart. quòd licet mutauerit domicilium, tamen poterit conueniri in loco vbi habebat domicilium, adde quòd Barto. ita generaliter loquẽtem reprehendit Abbas in c. proposuisti. in ij. colũ. in ver. sed quæro. extrà de for. comp. & vide Bar. in l. cùm quædam puella. vbi latè Alexan. ff. de iur. om. iud. Et contra Bart. hìc tenet Mar. Soc. in c. licet. in x. q. prin. de for. comp. & Aret. in d. c. proposuisti.

CLI.

1 *Delinquens poterit conueniri in loco delicti, licet aliàs haberet priuilegium, ne conueniretur, nisi certo loco.*

1 PLura † singularia colligere potes ex authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. & inter alia, quòd si quis haberet priuilegiũ ne cõueniretur nisi certo loco, si alibi delinquat, ꝙ poterit cõueniri in loco delicti non obstãte priuilegio. Cætera singularia collige vt ibi dixi.

ADDITIO.

Vide Ias. post alios in l. fi. ff. de consti. prin. in ix. col. ad fi. & pondera tex. no. in c. j. de priuil. in vj. Et vide etiam Abb. in c. fi. in vj. & vij. col. extrà de foro competen.

CLII.

1 *Possidens alieno nomine si conueniatur, potest dominum in iudicio nominare, & ei dandæ sunt induciæ ad denuntiandum domino: & habet vim quasi cõtestationis, quoad interrũpendam præscriptionẽ, & vt reuersus dominus, de possessione non audiatur.*

1 ALieno † nomine possidens, conuentus potest dominum in iudicio nominare, & ei sunt dandæ induciæ ad denuntiandum domino, & habet vim quasi contestationis, quod ad interrumpendum præscriptionem, & vt reuersus dominus de possessione non audiatur. l. ij. C. vbi in rem actio. quæ lex est singularis, & non est alibi in corpore iuris ciuilis.

ADDITIO.

Circa materiam nominationis in iudicio, & ꝙ nominator tenetur in subsidium pro nominato, vide l. nominatori. de pignor. & Bertach. in tracta. de gabellis. in j. parte. in pen. col. Et quis teneatur dominũ in iudicio nominare? vide latè Spec. in tit. de primo decr. §. restat. ver. hoc etiã nota. & ibi etiam, quid in emphyteuta vel feudatario, & quid in procuratore dato ad administrandũ, & ibi de colono, & de viro circa bona dotalia, & aliis similibus, vbi etiã quid si nominãs nominato nõ cõparẽte velit pœnitere. Et latißimè ꝑ Pet. Reb. in suo tract. Nominationũ.

CLIII.

1 *Posthumus præteritus à matre, quæ mutandi testamentũ non habuit facultatem, videtur cum aliis viriliter institutus. Sed si essent extranei instituti, querela agere debet.*

1 POsthumus † præteritus à matre, quæ mutandi testamentum non habuit facultatem, videtur cum aliis viriliter institutus. Sed si essent extranei instituti, querela agere debet. De hoc est bona & singularis lex, quam alibi non reperies in l. si mater. C. de inof. test.

ADDITIO.

Vide quod cõsuluit notabiliter Anto. de Butr. in cons. lvij. colũ. vlt. incip. In nomine Domini, &c. in quæstione surgente. & quod dicit Bar. in l. j. in vj. col. vbi alia habes. ff. de vulga. & pup. & in l. neque enim. §. cùm miles. ff. de milit. testa. per illum tex. Itẽ adde ad materiam illius legis, quòd si pater vel mater institueret filios suos hæredes, & ignoraret aliquem habere, & de eo nullam faceret mentionẽ, ꝙ talis filius ignorãter præteritus haberetur æqualiter institutus. Vide Ias. in l. sicut certi. in ij. & iij. col. C. de testa. milit. Itẽ ad illud quod dictũ est, ꝙ pater habuit tẽpus prouidẽdi &c. vide in cõtrarium quæ scribit latè Ias. in auth. ex causa. in pen. & vlti. col. C. de liber. præter.

CLIIII.

1 *Hæreditatis detẽtatio per longum tempus facta per filium, facit præsumi iussum patris præcessisse, & aditionem sequutam esse.*

1 DEtentatio † hæreditatis per longum tẽpus facta per filiũ, facit præsumi iussum præcessisse, & aditionem sequutam esse. Ista est singularis lex, nec scio casum illius legis alibi, nisi ecõuersò in l. si filiusfamiliãs. C. de petit. hæred. Hic casus est singularis, quando filius detinet.

ADDITIO.

Ad istum tex. adde similem, & quod ibi not. in c. continebatur. de his quæ fiũt à præla. sine cons. cap. Sed pro maiori intelligentia huius l. si filiusfa. vide Alex. in l. sciendum. in v. col. ff. de ver. obli. De ista materia quando diuturnitas operatur vt omnia videãtur solenniter acta, vide Alex. in d. l. sciendũ. in v. colum. ff. de ver. oblig. & in consi. lxxix. incip. Redemptoris nostri. circa primum dubium de quo quæritur. colum. iij. & iiij. volum. j. & consil. cxiij. incip. Sub primo dub. col. ij. eo. vol. j. & consil. lix. incip. Viso themate. col. pe. vol. iij. & consi. j. col. pen. vol. iiij. & consi. xij. incip. viso processu. colum. fina. eod. volum. iiij. & consi. xvij. incip. viso instru. col. iij. eo. volu. & consi. xlv. incip. visa facti narrat. in fi. vol. iij. Rom. consi. cciij. Barb. consi. xxvj. col. vj. & consil. xxxiij. col. j. volum. ij. & Aret. consi. xxxvj. Alex. consi. vlti. in iiij. col. vol. iiij. & consil. vj. volu. j. & consi. j. col. x. vol. ij. & Felin. in c. Albericus. col. ij. & seq. de testi. & in c. nonne. col. iij. & seq. in iij. not. de præsump. & in c. illud. colum. iij. & seq. in ij. not. de præsump. Barb. consi. vij. col. vj. volu. j. & ix. & xix. colum. vj. eo. volum. & consi. 50. colum. iiij. eod. vol. plenius Feli. in c. sicut. colum. xiiij. in fi. & seq. de re iudica. Barb. consil. vij. col. xvij. volum. ij. colum. iij. & in consi. xxxv. col. viij. volu. ij. & Rom. consi. clij. & consil. cclxxv. & Alex. lxxix. col. iij. vol. j. & cxiij. co. & co. Aret. xxxvj. col. j. & xlij. in fi. & Barb. in rubr. C. qui admi. col. ij. & Ias. in l. j. colũ. vj. & seq. ij. eod. ti. & Alex. in l. si donatione. colum. antepe. C. de collat. & consi. lxx. colum. j. vol. iij. vbi limitat hanc legẽ tribus modis. & col. pe. & alio modo videtur limitare consil. 50. col. ij. & seq. volum. vbi dicit quòd ista lex tantùm procedit, vbi tractatur de solutione præsumenda: aliàs nõ. & Soc. cclxvj. colum. xiij. vbi dicit, quòd ex diuturnitate temporis præsumitur quòd emphyteusis le-

gitimè concessa fuerit ab ecclesia,& transit etiam ad extraneos.Et vide etiam Bald.consi.cccccxj.in vltim. part. & xxxiij.colum.ij.volum.j.

Adde etiam quòd idem est econuersò, ꝙ ex longo tempore & patientia præsumitur repudiatio si aliàs posset, vide Com.consi.xxix. incipient. Quidam geometricus.in princ.Et idem si pater diu possedit filio patiente & præsente, quia præsumitur aditio ex parte filij. Vide Com. consil.xxx.incip.visa copia.in princ.Et quòd si pater possedit diu hæreditatem delatam filio, præsumitur filius adiuisse,vide Ang.in consil.ix.in iij.colum.in iij.volum. Et de multis,quæ præsumuntur ex cursu temporis, vide Alex.consil. vltim. in v.& vij. colum. Et quòd prædicta procedant in consensu principis,vide dominum Frācis. consil.xxxvj. in j.colum. & ibi in penultim.colum.ponit quod dicatur longum tempus.Not.tamen quòd contra istam præsumptionem possit probari contrarium ex actis,vide Domin.Franc.consil.lxij.ad fin. Paul. de Castr. consi.50. in iij. colum. Nota tamen quòd tolerantia superioris non iustificat gestum quantuncunque tempore in his quæ acquiri non possunt sine principis concessione.vide Berta.in tracta.de Gabel. in j. parte.in ix. colū. Item de materia vide latè Barba.in repet.rubric.de fide instru.in lix.colum.& seq. & in rub. C. qui admit. in iij. colum.& consil.vlt.volum.iiij. in v.col. vide aliquid per Felin. in c.Albericus. in ij.colū.extrà de testi.Limita tamen regulam huius legis non procedere in mandato, vide Alexan.in l.qui in aliena.in iiij.colum.de acqui.hęred.vbi etiam multa ponit de materia huius legis. Vide eundem consi.ccccxcvj.aliàs consi.j.in iiij.volum. incip. ponderatis his.in viij.col. Et procedit ista regula quādo effectus subsequutus correspondet tali præsumptioni. vide Decium consi.xxxvj.col.iiij.ad fi.& pen.colū. Item limita regulam huius legis non procedere, quando ageretur de præscribenda aliqua solennitate quæ tenderet principaliter in damnum alterius: quia requiritur spatium triginta anno.vide Alexand.in dict.consil.j. in iiij. vol.in ix.colum.& consil.cccccvj.incip.viso instrumento locationis.in ij.col.Fulg.in l.j.qui admit.per tex. in cap. peruenit.cum gl.de emp.&ven.Contrariū tamen tenuit Alex.in l.qui in aliena.in prin.ff.de acqui.hęred.sed in l. sciendum.ff.de ver.obl.in v.colum. tenuit idem quod suprà.Item limita non procedere quando tractatur de magno præiudicio,secundum Alex. in d.l. qui in aliena.in prin.& consi.cccclxxxvij.incip.viso processu. in vlti. col. & consi.cccj. Item limita in casu dubio. Secus si ex inspectione instrumenti constet non interuenisse.Ita Pau. de Castr.consil.50.in ij.columna,& consil.xlviij.incip.in causa quæ vertitur.Alex.consil.j.vol.iiij. In contrarium vide Fel.de quo suprà.Item pro extensione not.ex cursu decem ann.præsumi se consensisse alienationi factæ per emphyteutam vel feudatarium.Alex.consi. cxiij.in iiij. volum.in pen. colum. vide Ias.ponentem quinque limitationes in l.j.in v.& vj. colum. C. qui admit. vbi etiam ponit de eo quod statim dictum est. Item ad materiam vide Alex.consi.lxxix.& consil.ccclxxvj.in pen. & vltim. colum.& consil. cccx. incip. visa facti narratione. vide etiā Mod.post Bal. in l.j.C.qui admit.vide omnino Fel. in c.sicut.in pen.charta.in ver.fallit tertiò.extrà de re iudic.& ibi in v.charta.in versi.septimò &vltimò declarat. latè impugnat limitationes Pauli de Castr. de quo suprà quando ex inspectione instrumenti constaret contrarium,declarādo tamen vt ibi latè per eum, quem omnino vide. Item de materia latè vide per Ias. in l. si certis annis.C.de pact.col.iij.vers.ex communi solu.

CLV.

1 *Dos,vel donatio propter nuptias ad patrem reuersa debet esse præcipua illius filiæ pro qua data fuit, extraneis institutis: & quid si alii filii fuerint instituti?*

1 Dos,vel donatio† propter nuptias ad patrem reuersa,debet esse pręcipua illius filię,pro qua data fuit extraneis institutis. Si verò alij filij fuerunt instituti, debet ad eum, pro quo data fuit redire eatenus, quatenus apud alios ex his causis datū perseuerat.l. illud. C. com. vtri.iud.quæ lex est singularis nec scio eam alibi.& in repetitione quam feci de l.post dotem.ff.sol. matr. feci de hac lege magnum festum.

ADDITIO.

De intellectu illius legis vide aliquid per Bal.in l.j.§. videamus.C.de rei vxo.act.in fi.legis. & vide quod notat Bar. in l.si emancipati.ad fi.C.de collatio.

CLVI.

1 *Sacramēto si causa decidatur,non est locus appellationi, si quādo potest prouocari,proceditur eo ordine,qui hîc traditur.*

1 Si causa† deciditur sacramēto delato præstito vel recusato,non est locus appellationi. Sed quādo potest prouocari proceditur eo ordine, qui traditur in l.generaliter.§.sed iuramento.C.de reb.cred.qui casus non est alibi,nec etiam alij casus qui in illa lege positi sunt quos per te vide.

ADDITIO.

Vide Bart.in l.in actionibus.in fi.q.ff.de in lit.iur.

CLVII.

1 *Fiscus debitorem purè,vel in diem debitoris sui ex causa principali potest conuenire etiam ante diem,& qua actione.*

1 Fiscus † debitorem purè,vel in diem debitoris sui ex causa principali potest conuenire, etiam ante diem, condictione l.j.C.de con.ex lege.quæ lex est bona, & habet vnum casum singularem.

ADDITIO.

Vide in l.ij.C.quando fiscus vel priua. & quod notat Bart. in l.iij.§.multa.ff.de iure fisci.

CLVIII.

1 *Testes examinati coram arbitris si viuunt,est in eius electione, contra quem attestationes producuntur, vel eis stare,vel petere quòd de nouo examinentur,& quid si testes mortui essent.*

1 Si testes† examinati coram arbitris viuunt, est in eius electione contra quem attestationes producuntur, vel eis stare,vel petere quòd de nouo examinentur. Sed si sunt mortui, attestationibus de necessitate est standū. l.fin.C.de testi.quæ est singularis.

ADDITIO.

Ad intellectum illius l.vide Inn.in c.cùm inter.de testibus. & quod pulchrè ipse dicit in cap.pręterea.in ver.similis. extrà eo.tit.Et adde ꝙ tales testes producti corā arbitris debēt cōpelli ad deponēdum per potestatē illius terræ. in cap.j.in prin.si de inuesti.inter do.&vasal.lis oriat.Et quid in iudice delegato, an possit corā se productos cogere & torquere si deponere nolunt?notatur ꝙ sic in l.ij. de iudi.& per Bal.in loco præallegato.& latè per Bertachi.in repertorio,in verbo,Attestationes.Itē an & quando testes & acta corā arbitro,vel arbitratore faciant fidē coram iudice?vide Fel.in c. præsentata. extrà de testi.& latè ponit Pract. Pap. in forma oppo. contra testes post publicationem. in verb. Sunt qui publicatis iam testibus aliis receptis.circa medium.

CLIX.

1 *Mulier intercedendo ipso iure non obligatur, nisi contractus in scriptis celebretur & à tribus testibus subsignetur.*

1 Mulier † intercedendo ipso iure non obligatur,nisi contractus in scriptis celebretur, & à tribus testibus subsignetur,quo casu Velleiano non iuuatur.l. antiquas.§.ne autem.C.ad Velleianum. vbi est singularis casus,quem perpetuò tene menti.

ADDITIO.

Vide Ias.in l.sciendum.col.ix.ad fi.ff.de verbo.oblig.an locum habeat vbi est iuramentum?& tene ꝙ non. Et quantum ad tres testes dicit Bal.in l.j.C.ad Velleianum.quia hoc de cōsuetudine est,quæ facit valere, & satis est ꝙ tabellio scribat nomina testium.Dicit etiam quòd de consuetudine est quòd sufficiant duo testes.Et idem notatur in authent.sed nouo iure.in fine.C.si cert.petat.

CLX.

CLX.

1 *Oblatio, & depositio totius debiti legitimè facta tollit cursum vsurarum, liberat pignora: & creditori contra depositarium datur actio, contra verò debitorem non, nisi debitor id receperit.*

1 OBlatio † & depositio totius debiti legitimè facta tollit cursum vsurarum, liberat debitorem, pignoratitiam actionem parit, & creditori contra depositariū datur actio, contra debitorem non, nisi debitor id receperit. l. acceptam. quæ est singularis lex. C. de vsuris.

ADDITIO.

Limitatur per Angel. in l. si mora. §. fin. ff. sol. matr.

CLXI.

1 *Depositarius sine dilatione compellendus est ad restitutionem depositi, nec potest obiicere compensationem, nec dicere sibi in cōtrarium factam protestationem.*

1 DEpositarius † sine dilatione compellendus est ad restitutionem, nec potest obiicere compensationē, vel dicere sibi in cōtrarium factam protestationem. Lex est singularis in l. si quis. C. depositi.

ADDITIO.

Dum dicitur hîc, quòd non potest obiici compensatio cōtra depositum, limita primò non procedere quando depositum descenderet à causa mutui, vel alia, quæ esset conuersa in causam depositi. Item & secundò quando non constat de actuali numeratione, sed de sola confessione. Et vide Bartol. consil. ccclxxxiiij. volum. j. in vltim. columna.

CLXII.

1 *Cessio actionum non potest fieri nisi in casibus in lege expressis, & eandem rationem habentibus. Et si pro parte venditur, & pro parte donatur, concessio facta præsumitur simulata.*

1 CEssio † actionum non potest fieri, nisi in casibus in lege expresis, & eandem rationem habentibus. Et si pro parte venditur, & pro parte donatur, cessio facta præsumitur simulata. l. per diuersas. C. mandati.

ADDITIO.

Circa materiā vide Franc. Aret. consil. cxxxvj. Bart. consil. lxxxviij. in j. colum. Rom. consil. lxxx. Item quid si cessio fiat pro parte tituli veri, & pro parte falsi, vide Rom. cōsil. ccccl. Itē quòd in pretio cessionis habetur ratio sumptuum faciendorum in lite exercenda, vide Ioan. de Ana. consil. ciij. latè per Abb. capit. fin. de alie. iudi. mut. cau. fac. Item adde quòd vbi cessio fit de voluntate debitoris, non potest allegari cessio simulata. vide Ange. in l. cùm esset. ff. de serui. rusti. præ. & ibi Bartol. Item quòd non procedit illa lex, quando cessio tendit ad tuitionem bonorum, quæ traduntur per cedentem cessionario, vide Bart. consil. lxxxviij. colum. j. prope fi. aliàs est cōsil. cxc. incipiē. Dilecto. Item quòd vbi est prohibita cessio, non potest cessionarius agere etiam tanquam procurator in rem suam nomine tradentis, quia fieret fraus legi. Vide Alexand. in l. iurisgentium. §. prætor ait. ad fin. ff. de pactis. post gloss. Bar. & alios.

CLXIII.

1 *Venditor quando teneatur emptori de euictione, & quibus verbis vti debet in denuntiatione facienda venditori de lite mota?*

1 SI reus † vincitur ex causa antecedentis contractus, venditor tenetur de euictione, secus si est causa quæ sequitur post contractum, & emptor debet denuntiare venditori vt adsit causæ agendæ. l. j. quæ in hoc est singularis. C. de peric. & com. rei ven. Et per hoc ego dico in materia de protestatione, quòd non sufficeret si ego dicerem, denuntio tibi, quòd mihi est mota lis à tali, sed debeo addere, ideo denuntio tibi vt adsis causæ agēdæ, vt venias ad defendendum. non autem sufficit simpliciter denuntiare.

CLXIIII.

1 *Maritum eius nomine rem comparasse non vxoris, ex quibus apparere possit, licet nomen vxoris in instrumento sit appositum?*
2 *Emens de pecunia alia quando rei emptæ efficiatur dominus?*

1 LIcet † nomen vxoris solum sit appositum in instrumento, tamen virum suum in veritate comparasse probatur ex duobus, scilicet, q̄ ipse vir antequàm perueniretur ad faciendum instrumentum, suo nomine emit: itē q̄ ipsi viro possessio tradita est. l. multum. C. si quis alte. vel sibi. quæ est singularis & multùm practicabilis. Tres ergo sunt casus considerandi, quandoque enim
2 quis emit † de pecunia aliena, & sibi traditur possessio, & tunc ipse efficitur dominus, vt dicta lege, multum. Quādoque quis emit de pecunia aliena, & sibi non traditur possessio, sed ei cuius est pecunia, tunc si quidem ille cuius erat, antequàm perueniretur ad instrumentum, fecerat conuentionem suo nomine, præsumitur nomen illius tertij simulatè esse appositum in instrumento. Quandoque quis emit pro alio, & tunc quid iuris sit, dicam in singulari sequenti.

ADDITIO.

Faciunt ad hanc legem, quę habentur in l. si filij. ff. de donatio. inter virum & vxorē. & ibi per gl. & doct. & per Bart. in l. j. C. plus valere quod agitur.

CLXV.

1 *Procurator si quid facit vt nuntius, non valet quod agit.*

1 SI procurator † aliquid facit vt nuntius, non valet quod agitur. l. fi. §. si verò. C. si quis alte. vel sibi. Et ideo in contractibus factis per procuratorem hodie apponuntur illa verba, Procuratorem, actorem, factorem, & nuntium specialem, vt possit etiam facere tanquam nuntius. Nota dict. §. si verò. quia secundum intellectum gloss. nescio alibi.

ADDITIO.

Vide Bart. in l. quæ autem. §. fi. ff. de constit. pecun. & quod notat Bart. in l. si Titio. ff. de vsufr. leg. Facit optima glo. in l. huiusmodi. ff. de legat. j. Et nota quòd nuntius non potest condemnari, secundum Bald. in l. j. iij. colum. C. de sentent. Et practicā constituendi procuratorem, vel nuntium, scribit Bart. in dicta l. fin. §. si verò, & in dicta l. si Titio.

CLXVI.

1 *Alienatio prohibita videtur prohibitus omnis actus, per quem fit translatio dominii directi, vtilis, vel alicuius iuris in re.*

1 ALienatione † prohibita, videtur prohibitus omnis actus, per quem fit translatio dominij directi, vtilis, vel alicuius iuris in re. l. sancimus. C. de reb. alienis non alien.

ADDITIO.

Nunquid autem prohibita alienatione dicatur prohibita hæredis institutio? vide Alexand. consil. j. volum. iiij. in antepenult. colum. Nūquid autem prohibita alienatione, intelligatur prohibita permutatio ad meliorationē? vide Paul. de Castro latè consil. xvj. Nunquid autem pignus, & constitutio seruitutis dicatur alienatio? vide Bald. in cap. j. §. j. per quos fiat inuest. Item pignorare pro tanta summa, quòd verisimiliter non luetur posteà, an dicatur alienatio? vide per Pet. Paulum Parisium ad Bart. in l. qui habebat. ff. de leg. iij. & Bart. in l. alienationis. ff. de verb. signific. gloss. notab. in l. final. C. de præd. curial. lib. x.

CLXVII.

1 *Condictioni ob causam non est locus in contractibus innominatis, si non seruetur pactum, quod principaliter dedit causam contractui.*

1 IN contractibus † innominatis non est locus condictioni ob causam, si non seruetur pactum, quod principaliter dedit causam contractui. Hoc dicit textus singularis in l. cùm te fundū. C. de pact. inter empt. & vend.

CLXVIII.

1 *Condictio ob causam non habet locum, si res permutatur cum re, quæ erat venalis exposita, secus si venalis non esset exposita.*

1 SI res † permutetur cum re, quæ venalis erat exposita, non habet locum cōdictio ob causam, secus si venalis non esset exposita. l. j. C. de rer. permu. quæ ponit vnum casum singularem, quem nescio alibi. Bart.

ADDITIO.

Eandem legem esse singularem scribit Bal. in l. si vt proponis. C. de condict. ob cau. & ponderat eam notabiliter Bald. in l. j. ff. eo. Et vide Ias. in l. si eum. §. qui iniuriarum. in vlt. colū. ff. si quis cautionibus. & in l. rogasti. in princ. in ij. colum. ff. si certum petatur.

CLXIX.

1 *Conductor conuentus, debet ante omnia rem restituere, nec quæstionem dominii referre potest.*

1 COnductor † conuentus ex l. si quis conductionis. C. locati. debet ante omnia restituere rem, nec quæstionem potest referre dominij. Ista est singularis lex, in d. l. si quis conductionis.

ADDITIO.

Vide de materia aliquid per Alexā. consil. cccccj. Item regula huius legis non procedit quando agitur rei vend. vide Paul. consil. iij. & consil. xciiij. Item quòd potest dominus expellere colonum vel inquilinum propria authoritate, vide quæ habes in Bertach. in vers. emphyteuta soluere debet. in ij. colum. Et ibi etiam quid si possessio rei locatæ reperitur penes tertium, an posit eā propria authoritate apprehendere. Item quòd remedium & beneficium huius legis non habeat locum contra tertium possessorem, ponit etiam Alexand. in consil. cccccj. in ij. colum. vbi vult quòd instrumentum emphyteusis & locationis non probet quo ad tertium, quòd locans sit dominus. Idem etiam vult Rom. consil. cxxvij. vide etiam q non potest refricari aliqua quæstio agenti condictione ex hac lege, per Alex. consil. v. incip. puto de iure. vide etiam post Bart. in l. rem alienam. ff. sol. matri. & in l. ita vt si fur. ff. commo. Et vide etiā an propria authoritate possit expellere. Et quid si primus conductor alteri locauit, à quo recepit pensionem, quæ habes in l. ædem. s̄. eo. Et quòd contra tertium non habeat locū condictio ex hac lege, pondera in simili quæ dicit Alexand. consil. xcij. in iij. colum. in j. volum. dum loquitur de cōdictione ex lege, si quis maior. C. de transact. Item quòd posit refricari quæstio dominij, quando de ea constat notoriè in casu huius legis, vide Alexand. in l. si rem aliquam. in vlt. colum. ff. de acqui. pos. Sicut etiam potest opponi agenti interdicto spoliatorio, vbi etiā quòd dispositio huius legis non habet locum quantum ad facta, sed solùm per restitutionem rei, & quòd locatori competat remedium restitutorium tanquam spoliato, quando colonus denegat restituere rem, vide Alexand. in consil. ix. in j. colum. ad fi. in v. vol. Paul. de Castr. in l. qui rem. ff. depositi. Bar. in l. fina. de preca. in l. non ab re. C. vnde vi. in l. ei, à quo. ff. de vsucap. glo. & doct. in cap. inter dilectos. de fide instrum. Bald. in l. conductores. supra j. titul. An autem ex sola denegatione restitutionis dicatur committi furtum vel violentia, vide Iason in l. iij. §. si rem. de acquir. poss. sed loquitur in re mobili. Item an remedium huius legis habeat locum in conducente rem propriam à se possessam tempore conductionis, vide omnino Cur. cōsil. lxx. per totum. Item de materia quomodo conducens vel habens aliter causam à me, non potest refricare quæstionem dominij, vide Felin. in cap. inter dilectos. in xij. colum. de fide instrumen. Item quòd ista regula procedat etiam in emphyteuta, vide Bart. in l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. Item quòd beneficium huius legis habeat locum in commodato, precario, & aliis similibus contractibus, ex quibus oritur obligatio rem restitui, vide Paul. de Cast. in l. si rem alienam. ff. de pig. act. in l. qui rem. ff. deposi. in l. commodare. ff. commo. in apostil. ad Abb. in cap. inter dilectos. de fide instru. Salic. hîc ad fin. Decius in consil. lvj. colum. iij. An autem agenti condictione ex ista lege posit tertius se opponere pro iure suo, iuxta l. bona fides. ff. depositi. vide Anton. de Butr. quòd sic, in cap. sæpe. colum. iij. de restitu. spol. Bart. hîc in sua distinctione videtur velle contrarium. Quid autē si res locata sit aliena, & post conductionem conductor eam habeat à vero domino, an teneatur restituere locatori rem vigore istius legis? vide glo. quòd sic, in l. si quis fundum. §. fi. ff. loca. & Bart. ibi, & alios. potest tamen agi per conductorem ante finitam locationem, quòd liberetur à conductione ex ista lege. vt ibi dicit not. Bar. in fin. & Fulg. Pondera eos velle etiam hoc peti posse, quando tempore conductionis fuisset conductor dominus. Et ratio est in promptu: quia finita declaratione an super dominio finita postea locatione constat notoriè de dominio conductoris: imò tunc opponi potest, vt dictum est suprà. Et ista declaratio potest peti vtroque casu: quia Bart. ibi & gloss. volunt quòd vtroque casu pariter locū habeat condictio ex ista lege, finita postea locatione, ideo nulla est diuersitatis ratio. Et quando cōductor possit opponere exceptionem dominij locatori, adde gloss. & Bald. in l. ei à quo. ff. de vsucapi. & Bart. latius in l. si alienam. ff. soluto matrimonio. & quod not. dixi post Bar. in l. commodare. ff. commoda.

CLXX.

1 *Alimenta alicui pietatis gratia præstita aliquando repetuntur, licet ea non præstiterit animo gerendi alterius negotia.*

1 TItius † filiam suam exposuit. Ego pietate motus eā nutriendam suscepi, eam adultam nunc factam volo filio meo nubere: Titius pater contradicit, quæritur an omnes sumptus quos feci in ea nutrienda posim à Titio recuperare? Respondetur quòd sic, vnde quanuis pietas iudicatur inhibere repetitionē, tamen si non vult quòd sua filia nubat filio meo, sumptus factos recuperabo. & sic hoc casu alimenta repetuntur licet non gesserit animo gerendi alterius negotia. Casus est singularis in l. patrem qui. C. de nuptiis. tene menti perpetuò. Bart.

CLXXI.

1 *Nuptiarum temporis si fiat mentio, an de die, quo nuptiæ celebrantur id intelligatur?*

2 *Nuptiarum tempus quomodo intelligatur, an cùm coniunctio fit per copulam carnalem, an verò cùm fit despōsatio per verba de præsenti.*

1 CVM † de tempore nuptiarum fit mentio, intelligitur de die quo nuptiæ celebrantur. Hic est notabilis casus & singularis in l. sancimus. C. de nupt. Sed quæro, quomodo † intelligitur tempus nuptiarum, an cùm 2 coniunctio fit per copulam carnalem, an verò cùm fit desponsatio per verba de præsenti? Textus in dict. l. sancimus. videtur hoc intelligere de cōiunctione, ibi, nisi, &c. Econuerso facit text. ibidem in ver. ex quo, &c. votum nuptiarum procedit quando fit desponsatio per verba de præsenti. Et ista secunda opinio est vera. Text. habetis in l. cùm fuerit. & in l. hæc cōditio. de condi. & demō. & ff. quando dies leg. ce. l. quod pupillæ.

ADDITIO.

Illam l. limita vt notat Bart. in l. penult. ff. de vulg. & pupil.

CLXXII.

1 *Confitens ex causa dotis plus recepisse, quàm receperit, potest agere ad id, quod non recepit.*

1 ILle qui † cōfitetur ex causa dotis plus recepisse, quàm receperit, potest agere, vt id, quod non receperit, accipiat. iste est text. in l. si voluntate. C. de do. promis. qui nō est alibi. Bart.

CLXXIII.

1 *Dos si incipiat à promissione, dans tenetur de euictione: secus si à traditione, nisi promissio, vel dantis dolus intercedat.*

1 SI dos † incipiat à promissione, dans de euictione tenetur, secus si à traditione, nisi promissio vel dantis dolus intercedat. Hic est casus singularis in l. j. C. de iure dotium.

CLXXIIII.

CLXXIIII.

1 *Pater si pro filia habente aduentitia dotem simpliciter dederit, de suo dedisse præsumitur. Idem si de bonis suis, & filiæ se dare dixerit, nisi laboret inopia.*

1 SI pater † pro filio vel filia habente aduentitia dotem vel donationem simpliciter dederit, de suo dedisse præsumitur. Idem si de bonis suis, & filiæ dare se dixerit, nisi laboret inopia. l. fi. vbi est casus singularis ad hoc. C. de dot. promis.

ADDITIO.

Hanc legem quæ vult patrem cogi ad dotandam filiam, limita, nisi filia habeat vnde se dotet, secundum Bart. in l. si mulier. §. cùm proponeretur. ad Trebell. Sed vtrum filius teneatur dotare matrem volentem secundò nubere? Bald. q; non, in l. j. in fi. suprà de inoff. dot. Et vide de hoc latissimè in l. obligamur. §. j. de act. & obligatio. & quæ ibi scripsi. & in materia huius leg. vide p Mod. Instit. de actio. §. fuerat. in gloss. fina. post Angel. & alios. Et idem si pater esset grauatus cum patre suo aliquid filiæ post mortem nomine dotis dare, quia etiam quòd ipse in testamento relinquat filiæ pro dote, videtur de suo relinquere non illud quod erat grauatus. vide Com. consil. c. in ij. volu. Item limita istud solùm procedere in dote & donatione propter nuptias. Secus si pater aliquid traderet filiæ, puta iocalia vel similia, vide domi. Anton. consil. xxxviij. post princip. Item latissimè in materia & pro limitatione, vide Socin. in l. j. sol. matrimo. in vij. colum. & sequen. & Ias. ibi in vj. colum. Ex opposito an frater teneatur dotare sororem, vide text. cum gloss. in l. cū plures. §. penult. de admi. tut. Et an si ipsa perdat dotem teneatur iterum dotare, Bald. hic allegat text. in l. si socius pro filia. ff. pro soc. qui non multum probat. quid in filio naturali: vide l. vxorem. §. pater naturalis. de leg. iij. & Bart. in l. fin. de his quib. vt indig. vide quod per istam l. si pater. iuncta l. j. ff. de donatio. consuluit Alexād. plenè ad materiam huius legis in l. j. colum. v. ff. soluto matrimonio. & Capram etiam consil. xxxix. colum. ij. in j. dubio. & lxxij. colum. fi. & Ias. in dicta l. j. ff. soluto matrimonio. colum. vj. in ver. adde.

CLXXV.

1 *Dos si marito detur ab extraneo, quantum ad eum est datio ob causam, quantum ad mulierem est donatio simplex, insinuatione tamen non indiget.*

1 CVm dos † datur ab extraneo marito, quantum ad eum est datio ob causam, quātum ad mulierem est donatio simplex, tamen insinuatione non indiget. l. fin. in prin. C. de iure dot.

CLXXVI.

1 *Donare an videatur ille qui suum alterius nomine deponit.*
2 *Vxor in dubio præsumitur de bonis viri sui quæsiuisse.*

1 2 LIcet quis † suum alterius nomine deponat, donare non videtur, & quod vxor quærit, in dubio † præsumitur de bonis viri sui quærere. Glo. est multum singularis in l. etiam si. C. de dona. inter vir. & vxor.

ADDITIO.

Vide per Bald. in l. si vxor. C. de condi. inser. & Bart. in l. facultas. C. de iure fisci. lib. x. in fin. Quid autem in concubinis? dic idem secundum Bald. per dict. l. etiam. in l. j. C. de natu. libe. Et nota singulariter, quòd licet Titius rem suam meo nomine deponat, non videtur mihi donare, vt hic. Contrarium tamen tenet Paul. de Castro in l. Publia. in prin. ff. depositi.

CLXXVII.

1 *Tutor & curator debent defendere minorem: quod si recusent, à tutela remouentur.*

1 TVtor † & curator debent defendere minorē, quod si recusauerint, à tutela remouetur. Ista est bona & notabilis lex, in l. sancimus. in prin. C. de admi. tuto.

ADDITIO.

Vide Bart. latius in l. si tutor pupillo. ff. de autho. tut.

CLXXVIII.

1 *Curator ad lites datur officio illius iudicis, qui liti cœptæ præest.*

1 LIte cœpta † si persona indigeat curatore ad litem, ille dabitur officio iudicis qui illi liti præest. iste est nouus casus & singularis, & menti tenendus in l. sancimus. §. sed & si quis. C. de admi. tuto.

CLXXIX.

1 *Tutores & curatores debent specialiter & expressè, tempore quo creantur, promittere quòd defensionem subibunt.*

1 TVtores † & curatores debent specialiter & expressè tempore quo creantur, promittere, quòd defensionem subibunt. Casus est nouus & singularis per quem multæ tutelæ cassantur in l. sancimus. §. omnem autem. C. de admi. tut.

ADDITIO.

Idem tenet Bald. & Ang. in dict. §. omnem. & Paul. de Cast. consil. ccclij. in ij. colum. Aduerte tamen quòd licet ipse textus videatur requirere exprimi ista verba pro forma tamen satis est, si tutor promittit vtilia facere, inutilia prætermittere, & pupillum indefensum non relinquere: quia istud est æquipollens. Vide Alexand. in l. prætor. ff. de oper. no. nun. & consil. cxxxj. ponderatis his. volum. j. Adde Bart. in dict. l. prætor. & in l. legitimos. ff. de legit. tuto. Et videtur quòd per iuramentum hoc suppleatur, per id quod voluit Bald. in l. j. C. commodati.

CLXXX.

1 *Notarius si quid in præiudicium partis omisit, tenetur ad interesse.*

1 IN eo quod † quis damnificatur, ex eo quod notarius scribere omisit, datur actio contra notarium. Hoc dicit lex singularis in l. fi. C. de magistr. conueni.

ADDITIO.

Vide Alexand. in l. vbi exigitur. ff. de edendo. & Ias. in l. oratione. colum. ij. C. de testa. Et adde quòd probato dolo notarij de interesse, statur iuramento partis secundū Bald. in l. qui accusare. C. de edendo. secus si propter culpam notarij: quia tunc debet plenè probare, secundū Bald. in l. fin. in pen. colum. de edendo. & plenè per Ioan. Baptistam Plotum, in tractatu de iuramento in litem. Et qua pœna puniatur tabellio, qui protocollum perdidit, licet instrumentum inde sumptum reperiatur. vide Bal. in rub. C. de fid. instru. in iiij. colum. ver. quæro, dixi superius. & ibi in seq. q. an possit cancellare protocollum, & addere instrumento. & quod notat Bart. in l. pluribus. ff. de iis quæ in testamento delentur.

CLXXXI.

1 *Eligens vnum ius, non videtur renuntiare alteri iuri, quod ignorat sibi competere.*

1 TEne menti perpetuò, quòd qui † eligit vnum ius non videtur renuntiare alteri iuri, quod ignorat sibi competere. l. fi. §. j. C. de furtis. Idem est etiam si dubitat, vt ibidem videtur casus in ver. sinautem mentiens vel dubitans. quem nescio alibi.

ADDITIO.

Si dubitat. Not. tamen quòd in contractibus dubitās non æquiparatur ignoranti, secundum Bald. in c. j. §. in perpetuum. per quos fiat inuesti. Vide etiam text. in materia, & ibi Bald. in cap. vasallus feudum. si de feu. fue. controuer. Item adde quòd dubitans, qui de facili potest certificari non excusatur, licet sit secus in errante. Vide Iason. in l. si per errorem. in iij. colum. in iij. nota. ff. de iurisd. omn. iud. vbi ponit rationem diuersitatis, & ibi etiam in ij. colum. in j. amplia. ponit concor. ad regulam hìc positam, & latius de ista reg. quòd dubitans & ignorans æquiparentur, vide Iason. in l. diuinæ. in j. & ij. colum. ff. de condi. indebi. in l. iij. §. genera. de acquir. pos. aliqua ponit. vide quæ dicit Aret. in l. si quis in domino.

ff.de testa.qui eligit vnum ius, non videtur alteri renuntiare quod sibi ignoranti, vel dubitanti competit. Facit glo.in l.j.in gl.fi.in verbo, cessat.ff.de cond.indebi. Vide omnino in l.iij.§.fi.in iiij.colum.ff.de acquir.poss.& in l. quandiu.in princip.C.qui admitt. Facit glo.fin.in l.j.in verbo, cessat.ff.de condi.indebit.& text.in l.ij.ff.quis ord. in bono.pos. ser. & aliquid per Ias. in l. cum qui. suprà, de iu.& fac.igno.& vide ad istum text.Bald.in l.leges sacratissimæ. C.de legi.vbi vult per istum textum, quòd ita parcatur dubitanti, sicut ignoráti. quem sequitur Io. de Ana.consil.lxxij. incip. visis & consideratis quæ in facti narratione.in vlti.colum. Et pro hoc facit quod vult Decius post do. Christoph.de Castillo ibi in l.j.suprà de pact.in fol.nec vas infrà, de capti. & postli. reuer. quàm intelligunt, quòd ibi re vera mortua matertera, si tamen erat penes contrahentes debitum. Et sic volunt, & ex illo dicto potes notare, quòd de dubio aliquando iudicamus vt de sciente: quia sicut ille qui scit de vita alicuius, non potest super eius hæreditate pacisci: ita nec dubitás & imò in dubio ita loquamur secundum subiectam materiam.& vide Bald.in l. fin. suprà de condictio. indebi. & Bald.in cap.j.§.personam.in titu.per quos fiat inuesti. vbi limitat vt non habeat locum in dubitáte qualitatem personæ cum qua contrahit: quia de eo iudicamus non vt de ignorante. Et vide aliquid per Alexand. consil. xl. colum.ij.volu.v.& vide text. & ibi Bartol. in l.j. infrà de test.& Felin.in cap.pastoralis.colum.vij.ad fin.de excep. & Bart.consil.lxxij.& consil. lxxxviij. & Felin.in cap. fin. colum.vj.ad fin.de præscri.& Barba.consi.xvj.colum.iij. volu.ij.& vnum verbum per do.Præp. Alexand.in c.non est.§.his itaque. dist. vj. & in c. quo iure. colum. iij. dist. viij.& Ias. latè in l.quádiu.in j. & ij.colum.infrà qui admit. Et an ignorans, & dubitans æquiparetur, vide quod no. suprà de condict.inde l.fi.& not.Bald. sic allegantem istum text.in l.leges sacratissimæ. & etiam dicit hic Cin. & Bald.quòd omittens opponere exceptionem propter dubitationem, potest eam opponere cùm primum est de ipsa certificatus.& intelligit ista Bald. hic, nisi potuisset se certificare, & noluisset. Et vide quod no. dicit Bald.in l.j.in iiij.colum.in fin.suprà de fal.causa adie.lega. Et ad dicta de ignorante, vide Bart.in l. ij.in verbo, procedo. in glo.ff.si quis in ius voc.non ie.

CLXXXII.

1 *Testamentum imperfectum ratione solennitatis, valet quoad liberos tantum.*

1 TEstamentum † imperfectum ratione solennitatis, valet quoad liberos tantùm. l. hac consultissima. §.ex imperfecto. C.de testamentis. quod est notabile & singulare.

ADDITIO.

Adde videndum Alexand. consil.cxxvj.aliàs xxj. in ij. colú. ad fin.volu.ij.& consil. cxlvj. eod. volu.& consil. cv.in ij. colum.volu.iiij.& in iiij.colum.in princ.& Panor.consil. xj.colum.iij. in j. dubio, volu. j. & Felin. in cap. in præsentia.colum.ix.de proba.& Barba.consil.xix.colum.vj. & sequent.volu.j.& consil.xxxij.colú.ij.& sequent. volu. eo.& Roma.consil.clxxix.colum.v. & seq. & Alexand. in l.ex facto.§.si quis rogatus. colum. xvij. ff. ad Trebel. Et circa hoc quæro an legata aliis relicta in testamento, quod est validum inter liberos sint valida? Iste tex. facit quòd non. In contrarium tamen facit quod consuluit Alexand.consil.suo xlj.colum. ij. volu. j. & vide ad istum text.etiam Ang.in l.milites, suprà, de test.mili.& Alexan. consil.xc. colum.ij.volum.ij.& pulchrè, & latè Alexand. consil. xcvj.volum.ij. Paul. de Castr. consil. clvj. vbi tangit hoc de legatis factis aliis in testamento quod valet iure specialitatis inter liberos, an valeant, & an ex tali testamento detur bon. posses. secundum tabu. vide Alexand.in l.j.circa finem.& in ij.colum.& in j. colum.suprà de bono.pos. secundum tabu. vbi videtur inclinare quòd sic, & ibi eam tenet Corn. alleg. §. sunt autem. Instit.de bon.pos. vbi generaliter videtur dari secundú tabu.omnibus iure scriptis: ergo, &c.& mouetur aliis fundamentis, vt ibi per eum. Vide etiá quæ scripsi ad Bart. in l.fideicommissa.§.quoties in fi.ff.de lega.iij. Secundò aduerte text.in l.j.iuncta glo. ff. de bono. posses.ex testament.mili.vbi ex testamento, licet imperfecto datur secundum tabu. ergo idem in casu nostro. Sed hic argumenta cessant, quoties filij non essent scripti, sed nuncupati, quia est approbatum à iure ciuili: certe & superueniens casus debet extendi ad casum nostrum, ex quo etiam forma huiusmodi testamenti, & similium, est approbata à iure ciuili, & tantum hic operatur numerus testium requisitus, quantum ibi septem: ergo, &c. Et pro hoc videtur facere glo. in l.sed cum patrono.§.fi.in fi.gl. ff.de bonorum possessio. An autem iste text. haberet locum in filio legitimato, vide Bald. in cap. de causis. colum.penult.in fi. de offi. deleg. & vide Ias. in dict.l.ij.colum.ij. Et an habeat locum in filiis naturalibus tam in testamento patris, quàm matris, vide Aret. in §.item furiosi.colum.ij.& seq.Insti.eodem.& in l. qui testamento. ff.eod. Et an iste tex.habeat locum quando præcessisset aliud testamentum, maximè à cæco factum cum clausula derogatoria, vide Soci. consil. clxiij.colum.iij. Ité dic quòd iste textus procederet etiam in filiis legitimatis, vide Ias.in l.ij.de vulg.& pupil. Item quòd etiam si non appareat de rogitu notarij, valeat, tenet Card. in consil. cxxxiij.in ij.colum. An autem in testamento impuberis sufficerent testes fœminæ, vide Barba.in cap.relatum. el j.colum.xxj. de testamen. Ité an dispositio huius §. procedat in patre naturali, vide Bald. singulariter decidentem quòd sic in l.parentes. ff.de in ius vocan. quam fortè legit cum præcedenti.& Bald.in l.humanitatis. C. de natura.lib.& Alexand.hîc, & Are. de quo habes ad Bart. in l.fin.C.famil. ercis. de tutore dato in testamento imperfecto, vide Alex.consil.cxl. Quòd etiam in testamento patris inter liberos requiratur titulus institutionis, vide Alexand.consil.ccccxlix. in penult. colum. declara hoc vt per Alexand.consi.clxxviij.volu.v.colum.ij.quem omnino vide. Ité istum tex.dum loquitur de admissione extraneæ personæ, limita vt per Alex. consi. ccccxciiij. in iiij.colum. Item nota quòd in substitutionibus admissio vnius personæ faciat vt substitutus non excludatur, vbi aliàs fuisset exclusus, vide Dom.Fran.in consi.liij.in penult. colum. Item an in testamento patris inter liberos sint omissæ omnes solennitates iuris ciuilis, & seruetur merum ius gentium, vide Rom.consil.clxxix.in iij.& iiij. colum. & ibi etiam in v.colum. dicit dispositionem huius §.procedere in matre. Et quid in patre adimente? & in vj. colum. signanter dicit dispositionem huius §.nó procedere, nisi pater omnibus æqualiter prouideat, de quo per eundem consil.ccclxxxv. Item illud, quod dicitur de admissione extraneæ personę, limita nisi adessent quinque testes, quòd sufficerent ad probandum legatú, vide singulariter Paul.de Castr.consil.cxlvij.circa princ. Circa tamen illud, quod dicit Roma.supra quòd debeat dispositio esse æqualis inter liberos: aliàs non procederet iste §.contrarium sentit expressè Com. cósil. cxiij.in j.colum. in versi. pro parte affirmatiua ibi, nec prorsus est eadem ratio, dum allegat istú §. ex imperfecto.& l. fi. supra famil. ercis.vide Moder.hîc, & Decium consil. cv. colum.vltim. vbi etiam ponit quod ista regula non procedat existente nullo testaméto ex præteritione alicuius solennitatis. Et quòd iste §. habeat locum in legitimato, vide Bald.in cap.de causis.in penul.colum.extrà, de offic.delega. Item an testamétum inter liberos dicatur ad pias causas adeo vt gaudeat priuilegiis piæ causæ, vide Anton.disputantem & concludentem quòd non, nisi respectu legitimæ, consil.xxv.in j.& ij.colum. propè finem, quomodo intelligatur illud. Qui vult Ecclesiam instituere, & filium exhæredare, quærat alium pro consilio quàm Augustinum. Et quátum ad legitimam quòd sunt magis priuilegiati liberi, quàm pia causa, circa ista vide quæ habes post Bart. in l.si quis ad declinandam. ad fin. suprà de Episc.& cleri. Item quòd inter liberos non valeat testamentum nutu conditum, licet valeat ad pias causas, vide Ias.in l.licet.colum.ij.C.de procur. Et quòd non valeat etiam inter liberos, nisi probetur volútas seu

ſcriptura ſaltem per duos teſtes idoneos: & quòd non valeat, ſi ſcriptura non habeat diē, vide Pan. conſi. xcviij. volu. ij. vide latè Barba. conſil. lviij. volum. iiij. Quomodo valeat teſtamentum imperfectum ratione ſolennitatis vel voluntatis inter liberos, & quid ſi non ſit lectum, vide ad Bart. in l. ſi is qui. ff. de teſta. & in l. fideicōmiſſa. §. quoties. de leg. iij. An autem diſpoſitio huius §. & auth. ſequen. locum habeat, vbi eſſet inſtitutus filius ex filia, ſtante communi vſu loquendi, quòd appellatione liberorum vel filiorum non comprehendatur filius ex filia, vide Barba. quòd non, conſil. lxxxviij. colum. iij. & ſeq. volu. iiij. Adde quòd iſta diſpoſitio non procedit in cæco teſtante non ſeruata ſolennitate, de qua in l. hac conſultiſſima. ſupra tit. j. Item non procedit vbi præceſſiſſet aliud teſtamentum inter liberos, vide Com. conſil. cxij. incip. & ſi teſtator. Quid autem in pia cauſa, an valeat teſtamentum imperfectum ratione volūtatis, vide Paul. conſil. ccj. circa finē. & conſil. ccclxvij. Et an diſpoſitio huius §. habeat locū in pia cauſa, vide Pau. cōſil. xj. in vlt. colum. & vide omnino in repetitione l. cùm acutiſſimi. in xlvij. col. C. de fideicom. Item quòd valeat teſtamentū inter liberos ſine recitatione cum tribus teſtibus, vide Pau. conſil. ccclxvij. & ccclj. in princ. Et ibi etiam ponit an in tali teſtamento poſſit fieri ſubſtitutio pupillaris, an verò requirantur quinque teſtes, prout in §. ſi quis autem. Et circa illud, quod dixi de imperfectione ratione voluntatis in pia cauſa, vide Barba. in repetitio. l. cùm acutiſſimi. in iiij. colum. Prædicta faciunt ad quæſtion. quòd ſi teſtator ſcripſit in ſchedula totam voluntatem ſuam, in qua filios inſtituit, fortè in diſparibus: item extraneis fecit legata, deinde in capſam repoſuit ipſa non lecta, quòd valeat, quia eſt perfecta ratione voluntatis, licet non ſolennitatis. Ita tenēt Gul. de Cu. Bald. Sal. Bart. in l. is cui. ff. eo. & Bart. in l. fideicom. ff. de leg. iij. & eſt text. quando eſt ſcripta manu teſtatoris, in authentic. quod ſine. infrà eodem. & ibi Bald. & Paul. de Caſtro. Quando autem eſſet ſcripta alia manu, quàm teſtatoris. Bald. & Paul. ibi tenent contrarium. Dicit Alexand. poſſe ſaluari Bartol. quando per duos teſtes poſſet probari, quòd eſſet ſcriptura teſtatoris, iunctis his quæ proximè eſt dicturus. Tu vide Bald. in terminis conſil. cccxvij. volum. ij. Bartol. idem voluit Abb. conſil. clxviij. ij. libr. dummodo contineat diem, & nomen principis. Ita dicit tenere Bald. in d. auth. quod ſine. & vide quod Bald. conſil. lxx. iiij. lib. conſuluit, quòd ſi teſtator aſſerat inter liberos, ſe certo modo teſtatum, quòd illa verba probant teſtamentum. an autem hæc lex habeat locum in liberis naturalibus? Specu. tenuit quòd ſic in titul. de inſtru. edi. §. compendioſē. verſi. quid ſi pater. argumen. l. naturali. de confirma. tuto. Idem tenet Paul. de Caſtro hîc, quia ſatis rationabilis opinio. & idem Paul. in l. fina. ſuprà famil. erciſcund. Roma. conſil. cxxix. Angel. dicit quòd omnes Doct. Bon. not. conſuluerunt contrarium. Bald. tenet quòd in patre non habeat locum diſpoſitio huius legis, in matre ſic, niſi ſit illuſtris. Idem tenet Alexand. tamen vt refert Roma. in dicto conſilio clxxix. Bald. in l. ſi qua illuſtris. infrà ad Orfi. & in l. humanitatis. de natu. liber. & in l. final. ſuprà de confirmād. tut. tenet quòd etiam habet locum in liberis naturalibus ſimpliciter. An autem filius in minus ſolenni voluntate poſſit parentes inſtituere. Specul. quòd non, eo. §. ver. quid ſi filius. Et quòd teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non valeat inter liberos, conſuluit Abb. conſil. cv. ij. lib. Vide tamen inquātum dictum fuit ſuprà quòd hic §. habeat locum in liberis naturalibus, quod voluit Specul. in titu. de ſtatu mo. verſicul. ij. An autem valeat pupillaris ſubſtitutio in teſtamēto imperfecto, vide Pau. de Caſtro conſil. ccliij. & ibi tranſit cum Bartol. in l. ij. ff. de vulgar. & pupilla. An autem pater mutus teſtari poſſit inter filios: Angel. tenuit quòd non, ſi valet loqui, conſilio cclvij. An autem teſtamētum primum ſolenne, in quo teſtator filiam vnam vniuerſalem hæredem inſtituit, & alteri fecit legatum, & in eo appoſuit clauſulam, quòd ſi ſecundum faceret, voluit nullius eſſe momenti, & ſecundò facit teſtamentum, in quo filias prædictas æqualiter inſtituit, & probatur per quinque teſtes quòd primum reuocauit, ſit primum reuocatum? Roma. conſuluit quòd ſic, conſil. ccclxxxvj. vbi de hac materia. & per Bald. conſil. cclxv. & cccxij. ij. lib. & conſil. xxij. & conſi. ccxlij. iij. volu. & conſi. lxx. & cxcviij. iiij. volum. per Oldra. conſil. cxix. per Alexand. conſil. clvj. ij. volumi. & conſi. cxxiij. j. volum. & conſil. cxxv. ij. volu. & conſi. lxxvj. iiij. volumi. per Paul. de Caſtr. conſil. clxxxix. & ccclij. Adde etiam ſecundum Paul. de Caſtr. conſil. cciiij. quòd ſi teſtator infirmitate grauatus, vocatis teſtibus & notario, faciat ſcribere ſuam voluntatem, & de parte in partem notarius ſibi legat audiētibus teſtibus vſque ad hæredis inſtitutionem incluſiuè, & ſic ponat annum, menſem, diem & actū, &c. & cùm vellet relegere teſtator expirauit: & dicta ſcriptura non reperiatur in protocollis notarij, quòd per teſtes probari poterit.

CLXXXIII.

1 *Teſtamentum perfectum non tollitur per imperfectum, niſi curſu decennii.*

1 Teſtamentum † perfectum non tollitur per imperfectum, niſi curſus decennij ſubſequatur. Hoc dicit lex notabilis, & ſingularis in l. ſancimus. C. de teſtamentis.

ADDITIO.

Quid ſi in ſecundo eſſet inſtituta pia cauſa? Vide Alexand. conſil. dxciiij. in ij. volumi. Et pro declaratione illius legis vide omnino Abb. in conſil. vj. volumi. j. & latè Barbat. conſil. lxxxix. volum. iiij. colum. j. Et quid ſi in primo ſit clauſula derogatoria ſecūdi, an primum tollatur? Vide l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de lega. iij. Et vtrum de illa clauſula ſit facienda mentio ſpecialis, per Bald. ibi, qui hoc intelligit verum, niſi ex aliquibus cōiecturis poſſit apparere, ꝙ voluerit illud tollere, puta, ſi interuenerit iuſta cauſa, vtpotè odium, vel inimicitia inter ipſum teſtatorem & inſtitutum. Item ſi iurauit teſtamentum ſecundum valere. Item ſi ipſum fecit apud acta. Item ſi lapſum eſt decennium. Et iſta dicit Pau. eſſe notanda: quia non reperiuntur alibi. Adde tu ad hoc quæ conſuluit Bald. conſil. clxxviij. volum. iiij. vbi teſtator dixit in primo velle illud præualere omnibus, niſi in ſecundo eſſet ſcriptus Pſalmus, Miſerere, ſua manu: & deinde fecit aliud, & dixit illud velle præualere cuicunque alij teſtamento à quouis notario facto, quòd per iſta verba primum eſt ſublatum: quia non figura verborum ſed ſenſus intellectualis ipſius teſtatoris eſt attendendus.

CLXXXIIII.

1 *Subſtitutio vulgaris ſi facta ſit duobus ſimul & copulatiuè, non habet locum in perſona vnius, niſi habeat locum in perſona vtriuſque.*

1 Qvando ſubſtitutio † vulgaris eſt facta duobus ſimul, & copulatiuè, non habet locum in perſona vnius, niſi habeat locum in perſona vtriuſque. l. quamuis. C. de impub. & ali. ſubſtit. quod habeo pro multum ſingulari, & neſcio alibi ita clarè, nec fortè aliquo modo.

ADDITIO.

Circa materiam, quòd vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, vide Alexand. conſil. clxxxvj. poſt medium. volu. j. & per modernos in l. ſi ad litem. in princ. ff. ſolu. mat. & in l. in teſtamento. colū. vij. C. de teſta. mili. & ibi Iaſ. colum. iiij. & in l. contra maiores. poſt princ. de inoffic. teſta. vbi etiam dicit, quòd aliquando ſecus. Item adde, quòd vbi plures determinationes reſpiciunt vnum verbum, quælibet per ſe determinat, nec inter ſe inuicem determinantur, vt declarat Bald. per illum tex. in l. prætor. §. ſi quis aduentu. ff. vi bono. rapto.

CLXXXV.

1 *Bonorum poſſeſſionem agnoſcens, videtur de iure ciuili adire, ſi poteſt.*

1 QVi agnoscit † bonorum possessionem, videtur de iure ciuili adire si potest.l. puberem. vbi est notabilis casus.C.de iure deli.

ADDITIO.

Vide Oldra.consil. ccccclxiij. ad fi. & Cæpol. cautela xxvj. colum.ij.

CLXXXVI.

1 *Hæres suus maior repudians potest suam abstensionem reuocare intra triennium ante bona vendita:& quid sit in minore?*

1 SVus hæres† maior repudians potest suam abstensionem reuocare infra triennium ante bona vendita, sed minor vel inutili tempore constitutus potest etiam post triennium,& post bona vendita. Hoc dicit notabilis & singularis lex,in l.si quis.C.de repu.hære.

ADDITIO.

An ista facultas reuocandi transmittatur ad hæredes? vide Alexan.in l.si filius qui patri.pen.colum.de vulg. & pup. & Ias. in l. qui se patris. C. vnde liberi. & Aret. latè in l. ventre.in vj. colum. ff.de.acq.hære. Et vide Alex.& modernos in l.j.C. de iure delib. & Alex. in l. quia poterat. colum.pen.ff.ad Trebel.

CLXXXVII.

1 *Hæres scriptus ex sola inspectione testamenti mittitur in posses. nisi appareat legitimus contradictor,aliàs causa cognita.*

1 EDictum † diui Adriani cum sua vicesima est sublatum, & scriptus hæres ex sola inspectione testamenti mittitur in possessionem, si non apparet legitimus cõtradictor : & si apparet mittitur causa cognita, & angustiæ temporis sunt sublatæ, nisi res legitimè sint præscriptæ. Ista est lex singularis, quæ non est alibi, in l.fin. C. de edic.diui Adria.tol.

ADDITIO.

Ad istam legem vide Bart. in consil.lv.colum.xiiij.volu.ij. & Imol.consil.cv.& Bald.in cap.sciscitatus.colum.iij.de rescriptis.& consil.50.in vltima parte.An autẽ illa lex habeat locum in causa testamenti,vide Rom.consil. xliij.& eundem in materia,consil.ccxxxv.in fin.

CLXXXVIII.

1 *Alimenta etiam ex inutili voluntate debentur, si per triennium præstita fuerint.*

1 PRæstatio † triennalis facit vt alimenta etiam in futurum debeantur ex inutili voluntate. Text. est singularis & notabilis, qui fortè non est alibi,in l.j.C. de fideicomm.

ADDITIO.

Item operatur illa triennalis præstatio aliam præsumptionem,quam habes in casu singulari.l.quicunque.infrà de apo.pu.lib.x.Et ad glo.& ad text.istum adde Bart. in l.si id.in princi.ff.de iurisd.om.iud. Adde quòd ista est singularis lex,de cuius materia vide Bart.in l. proxi. & no. signat Bald.in l.aduersus. C.de vsuris. Et sic istud triennium operatur in casu fauorabili, ad inducendum liberationem:vt ibi, iuncta gloss. Et limita hanc l. pluribus modis : vt per Angel.in repet.l.si certis annis. suprà de pactis.& ibi dixi. Et hanc l.extendit Bart. & ibi vide. Et hoc, quod dicitur in l. putat Bartol. in lege,si certis annis.& in l.cum de in rem verso. ff. de vsur. procedere etiam in legato dotis, & in legato ad refectionem viæ, & in aliis similibus fauorabilibus : vt ibi per eum, & idem tenet Bald. in dicta l. si certis annis. & cum Bart. transit Angel.& Fulgosius in dicta lege, si certis. Et idem tenet Bart.in quadam disputatione incipiente,mulier. Antonius de Butrio in repetitio.c. peruenit. in septima colũ. de censib. & Ioannes de Imola in l.si vero. in §. de viro. in vij.colum. ff. soluto matrimonio. & Fulgosius dicta l. cùm de in rem verso. & Mathesilanus in suo tractatu extensionum. Et subdit Angelus in repetitione dict. legis,si certis. quòd idem erit in legato facto pro redemptione captiuorum, vel piis locis,cùm hæc tanquam pia dispositio sit fauorabilis.allegat l. si quis pro redemptione,suprà de don.& l.si quis ad declinandam. suprà de epis. & cler.Pietatis enim causa mouit hic legislatorem ad ita statuendum, ex quo dicit Anton. se nouissimè inferre, quòd hæc lex non habeat locum in legato alimentorum relicto diuiti : quia tunc cessat ratio pietatis : vt no.glo.in l.illud. in versic.aliam causam. suprà de sacrosan.eccle.& declarat Bar.optimè in repe. l.j.in ij. quæst. secundæ partis principalis,eo.titu.Non obstat l.cùm hi. §.nihil. ff. de transa. vbi non potest transigi inconsulto prætore super legato alimentorum relicto pauperi, vel etiam diuiti : quia tunc dixit Anto. quòd illud est ex extensione Iureconsulti in casu illo, quod non reperitur in casu isto. Hanc tamen limitationem reprehendit Alexã.de Imo.in d.l.si certis annis.Hanc tamen Flor.in d. l.cùm de in rẽ verso.simpliciter ponit illam limitationẽ, & alias duas,quas infrà recitabo, & eas approbat, licet nullam de Anton. faciat mentionem. Secundò limitat Anton.hanc legem non habere locũ, quando testamentum esset inutile eo quia testator non erat habilis ad testandum:quia tunc lex resistit testandi potentiæ:& sic ex eo testa. non oritur naturalis, nec ciuilis obligatio.l. non dubium.C.de legi.& l.cum lex. & ibi not. per Bart. ff.de fideiusso. Quam limitationẽ intellige veram, quando testator erat inhabilis ex defectu iurisgentium : secus si à iure ciuili tantùm : quia tunc bene oritur naturalis, cùm naturalis sit inuenta de iure naturali seu gentium. l.cùm amplius. in fine,de regulis iuris. Et hoc verificatur ex not. per Bart.in repetitione l.j.ij. quæstione principali, quam expedit per v. quæstio. suprà de sacrosan. eccle.vbi concludit, quòd relicta ad pias causas debentur,licet testator esset inhabilis ex defectu surgente à iure ciuili tantum. & ibi ponit qui sunt isti defectus. Tertiò limitat Ang. in prædicto loco hanc legem non habere locum,vbi testamentum esset inutile, propter imperfectionem voluntatis, eo quia voluntas imperfecta non est volũtas.l.si is cui. & ibi no.ff. de test.& ideo debet intelligi hæc lex imperfecta, ratione solennitatis deficientis : quo casu oritur naturalis obligatio, vt no.gl. in l. si post diuisionem. cum si. suprà de iuris & facti ignoran. Dic quòd illud pendet ab illo, an testamentum imperfectum ratione voluntatis valeat ad pias causas, vel inter liberos : de quo,&c. Item aduerte ad illud, quod dixi in principio,quòd licet communiter extendatur hæc lex ad legatum dotis,& refectionis viæ : tamen secundũ Salicetum in dict.l.si certis annis.suprà de pact. illud nõ videtur verum, quia ea quæ fiunt contra ius commune, non debent extendi.l.ius singulare. & l. quod verò.ff.de legi. & præsertim cùm non sit ratio in dote : quia legatũ alimentorum dicitur pium. Text.est optimus in l.Mela. post princ.ibi,pietatis intuitu.ff.de ali.& ciba.lega.not. Bart.in l.alio.circa ij.colum.eo titu. Item super eo non potest transigi prætore inconsulto. l. cùm hi.§. in his. ff. de transac. quod non reperitur in dote. & per multas alias rationes, de quibus ibi per eum. Tamen tene opi. Bart.quæ est communis. Primò, quia dici potest, quòd causa dotis sit causa pia.l. cum his.§.si mulier. ff. de condict,indebi,& no.Bart.per illum text.in l.si ego.in princ. ff.de iure dotium.& Bald. in repeti. l.j. in vij. colum. de sacrosanct.ecclesi,& in l.sicut. de act. & obli.in l. mandatum.suprà mandati.& æquiparatur causę alimentorum: vt colligitur ex not.per glo. in l.ob æs.suprà de prædiis minor.& not. Barto.in l. fin.ff.de his quib.vt indig. cum simi. & probant iura allegata per Bartol. in dict.l.si certis annis.Et respõsionem ad alia quæ dicit & obiicit Salicet.vide per Alexand.de Imol.in dicta l.si certis annis. in versic.præterea ego video in libertatibus.Nota quòd libertates sunt ita fauorabiles,sicut alimenta: vt probat text.in cap.causam matrimonij.de offic.deleg. Adde latius videndum per Alex. in dicta lege si certis annis.& quæ ibi posui.

CLXXXIX.

1 *Hæreditas si ex testamento adiri non possit propter errorem defunct.*

functi in coniunctione personæ, legata & fideicommissa simpliciter relicta à venientibus ab intestato debentur.

1 QVando † hæreditas non potest adiri ex testamento propter errorem defuncti in coniunctione personæ, legata & fideicommissa simpliciter relicta debentur à venientibus ab intestato. Hoc dicit singularis lex quæ non est alibi, secuudum lecturam Azonis in l. eã quam. C. de fideicommissis.

CXC.

1 *Electio transmittitur in legatarium, si res relinquitur eligẽda per tertium, & is per annum eligere negligat, dummodo eligat rem mediocrem.*

1 SI relinquitur † res eligenda per tertium, illo non eligente vel negligente per annum transfertur electio in legatarium, dummodò eligat rem mediocrem. l. iij. §. sed & si quis. C. comm. de lega.

ADDITIO.

Nota tamen, quòd si duo possint eligere, & vnus negligit, vel latitat, alius poterit eligere. l. si legatario. & ibi Bart. ff. de fideicom. liber. Et nota d. §. sed & si quis. non habere locum in personarum electione, sed rerum tantùm, vt no. Bald. in l. fin. C. de contrahen. emptio. vbi etiam videtur velle, quòd duret, donec partes ab eo velint recedere, per authen. si tamen. C. de temp. appel.

CXCI.

1 *Fideicommissum potest peti tanquam ab hærede adita fuerit hæreditas, si hæres rogatus ante aditam hæreditatem post iussum decedat.*

1 HAerede † rogato decedente ante aditam hæreditatem post iussum, fideicommissum potest peti tanquam ab eo adita fuisset hæreditas. l. non iustam. C. ad Trebel. quę lex est bona, & ego habeo eam pro singulari, & nescio illi dare concordantiam.

CXCII.

1 *Fructus non computantur in Trebellianicam, quando filij rogantur pro hæreditate restituenda fratribus, vel eorum filiis, sed eã debent habere de substantia defuncti.*

1 QVando † filij rogantur pro hæreditate restituenda fratribus, vel eorum filiis, fructus non computantur in quartam Trebellianicam, sed eam debet habere de substantia defuncti. l. iubemus. quæ est valde notabilis & singularis. C. ad Trebel.

ADDITIO.

Dum hîc dicitur fratrẽ non restituere fructus, nec in quartam computare: aduerte per casum in l. in fideicommiss. §. cùm Pollidius. de vsu. iuncta l. quod his. de leg. iij. & quod notat Bart. & Imol. in l. cum filio. circa fin. post Iacob. de Aren. de leg. j. Et hanc l. limita not. secundum gl. in capit. Rayn. super versic. lite contestata. de testa. An autem isti fructus computentur in legitimam? vide not. in l. Papinianus. §. vnde. ff. de inoffic. testamen. Quid isto casu in relicto causa conditionis implendæ? vide Bart. in l. filium. C. fam. ercis cund. in lectura Azo. & ibi Bald. in iij. colum. Et an idem sit in parentibus primi gradus? dic ꝙ non: vt in l. filiusfa. ff. ad leg. falcid. & ibi doct. Et hæc lex procedit etiã si filiusfamiliâs fuerit in mora restituendi, secundum glo. no. & ibi Imol. in l. in fideicommissariam. in prin. ff. eod. Vide ibi, in c. Rayn. in gloss. in verb. à tempore lit. contestatæ. Et ad istam legem vide Imol. in l. scribit. ff. eo. Bald. in l. balista. Bart. in l. in fideicommissariam. & l. si patroni. aliâs in l. postulante. §. j. ff. eod. Adde dum hîc dicitur, quòd quando filij sunt rogati restituere hæreditatem filiis, non computantur fructus, dicit Paul. de Castro, se idem putare multò fortius quando extraneus, nam si aduersus proprios liberos habent hoc priuilegium, multò magis debent habere aduersus extraneos. & dicit mirari quòd doctores hoc non tãgant. Sed hoc suum dictum non videtur procedere per ea quæ consuluit Abb. consilio lxxxviij. libro j. quòd licet filius rogatus restituere non præstet satisdationem, tamen si sit rogatus restituere patruo, debeat satisdare: cùm contrarium videretur dicendum ex maioritate rationis: quia extraneus erit magis ingratus. & ibi refert quòd hoc motiuũ fecit vacillare Cinum in dicta l. non iustam. & quod respondet quòd lex non debet extendi vltra personas nominatas. Pro qua opinione etiam allegat duas glo. vnam in l. j. ff. vt leg. no. caue. in verb. semper. aliam in l. filio. eo. tit. Scias etiã quòd illud, quod dicitur, quòd filius rogatus de restituendo sub conditione detrahit duas quartas, illud est verum, nisi filio de legitima sit prouisum per patrem. Ita dicit Bald. esse intelligenda iura de hoc loquentia in consil. cxxxviij. lib. j. Et de intellectu d. l. non iustam. & an hodie sit correcta, vide omninò Comen. consil. xxv. in pen. colum. & consil. lij. incip. ad primum quæsitum. colum. j. & ij. & plenè per doct. in d. l. in fideicommissariã. ff. ad Trebellia. & glo. ordina. & ibi cano. in dict. capit. Rayn. in ver. contestata. de testa.

CXCIII.

1 *Fideicommissi restitutio soli tutori fieri potest, & etiam cuilibet simplici procuratori, non autem procuratori in rem suam.*

1 SOli tutori † restitutio fideicommissi fieri potest, & etiam cuilibet simplici procuratori. l. sancimus. in prin. C. ad Trebel. l. restituta. in princ. ff. eo. non autem
a fieri potest procuratori in rem [a] suam. l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dot. qui §. non est alibi, vt dixi post glo. in d. l. sancimus.

ADDITIO.

a Procuratori in rem suam. Limita secundum eundẽ Bart. in d. l. sancimus. nisi talis procurator, seu cessionarius ageret, vt restitueretur cedenti pro suo interesse: quia facta restitutione cedenti ipso iure vtiles actiones translatæ sunt in cessionarium. arg. eorum quæ not. in l. ex asse. ff. ad trebell. quod pro singulari cõmendat Cæpol. cautel. cxl.

CXCIIII.

1 *Legata relicta sub conditione, vel in diem incertum, cedunt à die aduenientis cõditionis, vel diei incertæ: & quid si efficiantur caduca, ad quem vadant?*

1 LEgata relicta † sub conditione vel in diem incertũ, cedunt à die aduenientis conditionis vel diei incertæ, & si efficiantur caduca, vadunt ad substitutũ vel substitutos vel coniunctos, vel remanent apud eos à quibus relictum est, si sunt hæredes pro hæreditaria portione: si sunt alij pro virili cum onere suo. l. j. §. sinautem aliquid. C. de caduc. tol. vide tamen mirabilem casum & singularissimum contra hoc in l. qui patri. de acquirend. hære. Sed dic, quòd ratio ibi est: quia ius substitutionis erat vnitum cum iure accrescendi.

CXCV.

1 *Coniuncti re qui dicantur?*

1 ILli dicuntur † re coniuncti, quibus expressa dispositione testatoris tota res assignatur cuilibet. Hoc probat singulariter text. in l. j. §. vbi autẽ. C. de cadu. tollen.

CXCVI.

1 *Hæreditas ascendentium non adita transmittitur ad descendentes, nisi repudiata sit: idem in legato non agnito.*

1 HAereditas † ascendentium non adita transmittitur ad descẽdentes, nisi repudiata sit: idẽ in legato nõ agnito. Hæc est singularis constitutio in l. j. C. de iis qui ante apert. tab.

ADDITIO.

Vide Bart. in l. si auia. C. de iur. dot. Sed vtrum d. §. vbi autem. habeat locum in transmissione bonorum possessionis de iure prætorio? gloss. & Bart. in l. emancipata. C. qui admitt. dicunt quòd sic. sed Bald. ibi dicit, quòd fallit in bonorum possessione contra tabulas, & quid in iure dicendi nullum testamentum ibidem tradit Alex.

CXCVII.

1 *Fratres vterini præferuntur in rebus maternis, in paternis consanguinei, in rebus verò aliunde quæsitis succedunt æqualiter.*

1 IN rebus maternis præferuntur fratres vterini, in rebus paternis præferūtur consanguinei, in rebus aliunde quæsitis succedūt æqualiter. Hoc dicit singularis lex, quæ in hoc non est correcta, in l. de emancipatis. C. de legi. hæred.

ADDITIO.

Adde notata per Bar. in l. ij. in §. legitima. ff. de suis & legit.

CXCVIII.

1 *Pater succedit in vsufructu bonorum maternorum ad filios delatorum: & quid si sint in potestate? Et an idem sit in nepotibus?*

1 IN bonis † maternis filiis emancipatis delatis pater succedit in vsufructu, si sunt in potestate in totum, idem in nepotibus. Ista est lex singularis & menti tenenda, in l. iij. C. de bon. maternis.

CXCIX.

1 *Pater cogitur filio in iudicio consentire in rebus in quibus patri non quæritur vsusfructus.*

1 IN rebus † in quibus patri non quæritur vsusfructus, quia non vult, cogitur pater filio in iudicio consentire. Text. est notabilis & singularis secundum lecturam quam reputo veram in l. fina. §. necessitate. C. de bonis quæ liber.

ADDITIO.

Vide etiam pro limitatio. huius §. Angel. de Aret. institu. de tutel. in princip. in gloss. j. & in §. in personam. Institutio. de actio. Item circa materiam istam adde primò an ista exceptio, tu non potes esse in iudicio sine consensu patris, non potest opponi ante litem contestatam, an verò potest semper opponi? vide Alexand. in. l. sed si de sua. circa fin. ff. de acquiren. hæredita. nota tamen quòd licet filius non possit esse in iudicio sine consensu patris, posset tamen impetrare rescriptum, & obtinere iudicē delegatum sine cōsensu patris, dummodo postea in agendo præstetur consensus. ponit ad hoc text. quem ibi notat Abb. ad illud propositum simile in capi. causam quę in secunda colum. extrà de iudic. & de ista materia maximè si in exequutiuis requiritur cōsensus patris, & de pluribus aliis maximè si filiusfa. sit minor, vide Alexan. consilio ccj. in princip. & an separatus à patre possit esse in iudicio sine patre, vide Bald. in l. ij. §. quod obseruari, in iiij. colum. C. de iuramento calum. in l. j. in ij. colum. ad Macedon. Item nota quòd in casibus in quibus minor potest stare in iudicio sine consensu, & authoritate tutoris vel curatoris, illis potest filiusfam. sine patre. glo. singul. in capitu. final. in versicul. regulariter. de iudic. in vj. nunquid autem cōsensus patris præstitus filio in aliquo instrumēto operetur vt filius possit patrē obligare? vide Bald. pulchrè in l. j. C. quod cum eo. Item an requiritur consensus patris in his in quibus patri non quæritur vsusfructus? vide Francis. consil. lxxij. in vj. colum. Item quòd etiam in summariis requiratur, tenet Bald. in l. nec quicquam. §. de plano. circa fin. ff. de offic. proconsu. & leg. Item an ipse filius possit dicere iudicium nullum nunquam agitatum sine patre, vide Paul. consil. liiij. Item si filiusfam. in instrumēto dicit se patremfami. an per hoc reddatur obligatio efficax sine consensu patris? vide Paulum consil. clxxiiij. Item adde quòd si filius agit iudicium cum filiofamil. sine consensu patris est ipso iure nullum, nec fideiussores qui se obligant aliquo modo tenentur ad expensas, vide Ant. consil. xviij. post princ. & ibi loquitur etiam si per errorem fuisset decretus curator illi filiofa. quia omnia sunt nullius momenti. Item quòd filiusfam. possit implorare officium iudic. sine licentia patris, & qualiter istud intelligatur, vide Iason. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. in antepen. colum. ff. de offic. proconsul. & legat. in l. j. C. qui admit. in iiij. colum. Item an sufficiat in fine iudicij allegare quē filiumfa. vbi iudicium reddatur nullum, licet aliter non probetur quòd sit filiusfami. quasi eius pater præsumatur adhuc viuere, vide Cæpol. cautel. cxliiij. Aret. latè in l. sed si de sua. col. iiij. de acquir. hæred. Item an vbi proceditur summariè & sine figura iudicij requiratur. Bald. in d. §. de plano. de quo suprà tenet quòd sic, sed contrarium sentit ipse in l. iij. §. sed vtrum. de minor. vide Natam in dict. l. sæpe. in §. fina. in antep. charta in v. quæstio. princ. ad fi. Item quòd de dote aduentitia filiusfa. possit esse in iudicio sine consensu patris. & idem in his in quibus non acquiritur vsusfru. patri, vide Ias. in l. ij. §. quod si in patris. in iiij. colum. ff. solu. matri. Item quòd in peculio profectitio possit filiusfam. esse in iudicio sine cōsensu, vide Baldum in capitulo, quod quibusdam. in j. colum. de fide instrumen. Item quòd in materia dotis filiusfam. possit esse in iudicio sine consensu patris, vide Barba. in consil. xlvj. in ij. parte colum. xij. Et in materia huius §. dicas istum §. non habere locum, quando filius habito consensu patris in iudicio, fuerit demū condemnatus: & actio in factum intentatur contra eum pro exequenda sententia, quo casu nullus erit necessarius consensus in hoc iudicio. Secundò glo. est de hoc multū nota. in l. iij. §. sed vtrum. in gloss. olim. aliâs in glo. non fraternale. ff. de minor. & ibi dixi. Item limita, nisi iure extraordinario ageretur, secundum glo. l. j. & ibi Bartolus suprà qui admit. Facit l. si filius. si certum petatur. Item limita, in omnibus casibus, in quibus minor potest esse in iudicio sine consensu patris, secundum Spec. in titu. de actione. §. j. versic. sed nunquid in casibus. de quibus in cap. fin. de iudic. in vj. vide glo. ibi in verbo, regulariter. Et de materia huius §. vide Iacobum de Belui. in sua disputatione in summario ibi consentire, & non sufficit in hoc casu præsentia cum taciturnitate, secūdum Ioan. Andr. in cap. final. de iudic. in vj. Adde quòd Bald. quem sequitur Paulus de Castro dicit, quòd pro opinio. gloss. & Alexandri, & antiquorum est casus in dicto capitulo final. de iudic. Nam ibi datur regula quòd filiusfa. non potest esse in iudicio sine consensu patris, & illa regula generalis non potest intelligi, nisi in casibus, in quibus ipse filius agit, & agere potest, quia sibi competit exercitium actionis, Et sic quando pater non habet vsumfructum, qualitercunque non habeat, siue quia nolit, siue quia non possit: quia si haberet, exercitium actionis competeret patri, non sibi: vt infrà eodem. §. vbi autem. & postea ab illa regula excipit casum, scilicet in causis beneficialibus, de quibus pater non habet se intromittere: quia non habet vsumfructum. Et ratio est, quia talia censentur potius castrēsia, vel quasi, & in illis dicitur militare deo, nec requiritur consensus patris: in aliis non beneficialibus, quæ non reputantur castrensia, & in quibus filius non militat, posito quòd pater non habeat vsumfructum, nec sit legitimus administrator, saltem debet interuenire ad interrogādam eius personam, per illud capitu. final. & dicit Paulus de Castro, se verè putare quòd hæc fuerit mens Imperatoris, de quo vide per eum, eius consilio lv.

CC.

1 *Præsentes qui dicantur?*

2 *Scientia eius contra quem præscribitur, non requiritur ad præscriptionem.*

1 PRæsentes † dicuntur qui sunt de eadem prouincia, & debet inspici vbi partes habent domicilium, non
2 vbi res est sita. Item † ad præscriptionem scientia eius, contra quem præscribitur non requiritur. Hoc dicit lex, quæ est multùm notabilis & singularis in l. fi. C. de long. temp. præs.

ADDITIO.

Vide Alexand. in l. cùm filius. §. in hac, in ij. colum. de verbor. obligat. verum est quātum ad hoc vt mero iure currat præscriptio, sed ignoranti datur restitutio in integrum. super quo vide omnino quæ habes ad Bartol. in l. j. §. si quis autem propter inundationem. ff. de itine. actúque priu. vbi vide. Item istam l. repetit Bald. in qua plura tangit de materia præscriptionis. Item quo ad istud quod hîc dicitur, ꝙ contra ignorantem currat præscriptio. vide Felinum in capitu. vigilanti. in ij. & iij. colum. extrà de præscript. & multa quæ addidi ad Bartolum in l. j. §. si quis autem propter inundationem. de itinere

actúque

actúque pri.& adde circa illud quod dicit gloss. in ista l. fina. quòd ciuitates Lõbardiæ habent ius ad instar prouinciæ,vt tenēt etiam Cin.& Salicet. hîc.adde Bald. per gloss.ibi in cap.j.in tit. hîc finitur lex Conradi. Bald. in cap.j.§.ad hæc.de pace iura.fir.in authent.& omnino. in iiij.colum.C.ne vxor pro mar. Item inquantum in ista l. fina.tangit de præscriptione vsus fructus, ponit latè in l. ij.§.ex contrario.de acquirend. possessio. vbi vide Areti.in xij.colum. qui dicit quòd requiritur titulus in præscriptione vsusfructus,licet secus sit in aliis seruitutibus prædialibus. Item inquãtum dicitur ꝙ decem annis inter præsentes, & xx. inter absentes, adde quòd fundans se in præscriptione decem annorum, debet probare possessionem cum illa qualitate inter præsentes, aliâs succumbit. Vide Alexand.omnino consil.xcij.in v.volu. ad fin.& omnino in consil.cxviij.in iiij.colum. contrarium tenet Bald.& Angel.in.l.emptor. suprà eod. vide omnino in repeti.in ver. præscriptio. Et vide not. verba Bart. in l. infamem. in finalibus verbis. ff. de public. iudic. & Bartol.in l.ij.§. final. C. de metropol. libr. x. & Ioan. de Imol.in l.si hæres.§.vicis. de legatis j.& quod ibi scripsi. & dum dicit hîc,de præscriptione quòd currit contra ignorantem:fallit in præscriptione annali, quæ non currit contra probabiliter ignorantē.l. cum sextum.ff.de ædil.edict.& quia vbicũque lex notat culpã, annus nõ currit nisi à die scientiæ,vt not.in nouella,in cap.seruorum. de ser.or.dixit Bald.in l.j.§.si quis propter.de itine.actúque priuato.Adde not.in l.fin.ff.si quis testa.lib. esse iussus fue.& plenè Bald. in l.j. in x.colum. C. qui admit.Et hoc limita notabiliter per text. & ibi Bart.in l.j.§. si quis propter.de iti.actúque priu.Adde an præscriptio currat ignoranti, Bald.consil. cccclv. iiij. volum. & consil. xij. iij. volum.

C C I.

1 *Vendicandi ius per præscriptionem longi temporis quæritur. Idē per præscriptionem longissimi temporis bona fide factam. Et quid de malæfidei possessore?*

2 *Inuasor violentus non potest referre quæstionem dominij.*

1 PEr præscriptionem † longi temporis quæritur ius vendicandi. Idem per præscriptionem longissimi temporis bona fide factam, sed malæ fidei possessor solã
2 exceptionem acquirit.Item violentus† inuasor non potest referre quæstionem dominij. Hæc est lex valde notabilis & singularis in l.si quis.in princ. C. de præscr. trig. vel quadrag.annor.

ADDITIO.

Hoc procedit in violento non clandestino. casus est singularis in l.si de eo.§.final.ff.de acquirend.possessio. Et an requiratur decretum vel vtile dominium? vide latissimè Felin.in rubr.extrà de præscript.in vltima charta. Item quòd dominium acquiritur,vide Ias.in l.traditionibus. in iij.colum.C.de pactis.in l.iiij.§.iiij.ff.de verbor. obligat.& ibi etiam,an habeat locum contra hæredem?

C C I I.

1 *Citatio,seu libellus super vna summa,vel obligatione, ea non expressa,sufficit ad interrumpendam omnem præscriptionem, quæ sub illius petitionis generalitate potest comprehendi.*

1 CItatio facta† seu libellus super vna summa, vel super obligatione,non expressa causa vel summa, sufficit ad interrumpendam omnem præscriptionem, quæ sub illius petitionis generalitate potest comprehendi. Hoc dicit notabilis & singularis lex, in l. fin. C. de anna, except.

ADDITIO.

Adde tamen, quòd non procedit libellus generalis productus coram aliquo, cui attributa est iurisdictio in certo & determinato casu: quia non procedit libellus coram eo productus nisi in eo fiat specificata mentio de illa qualitate iurisdictionis. Et ita consuluit Angelus in cõsilio, data est sententia. & tenet Ioannes Andræas in capitul. cùm sit generale. de foro competenti, & dixit Bald.in l. edita. in xxiiij. columna, ꝙ libellus generalis concludit iudici, dummodo probationes sint specificæ. Et adde in materia quæ dixi ff. de rei vendicatione.l. prima.§.armenta.& etiam executio instrumenti generaliter petita valet, vt hîc, secundum Baldum in l.age cum Geminiano. suprà, de transactio.& quod dicitur, libellum defectiuum non procedere vbi opponatur, intellige,lite non contestata, secundum Baldum in l.exceptionem.in quarta columna,suprà de probationibus.Et ista lex non procedit in criminalibus, secundum Baldum in l. prima. in duodecima columna, de confes. & vide notat.per Iacob.de Belui. in disputatione, quam ponit in lege finali.infrà de requir. reis. & hac l.not.in l. edita. circa princ.suprà,de edendo.in vj. colum. & habetur in capit.ij.de lib. oblat. Vide Baldum in l. per hanc. C. de temporibus appellationum.l. cum quidam. vbi est post cum, de fideicommis. lib. Sed quid si libellus est incertus per relationem ad aliud, vt puta, petiit quod sibi debetur ex testamento, an debeat admitti? Paulus de Castro ꝙ non si est oppositum. Ita dicit ipse in l.v.§.si iudex.ff.de re iudi. Sed quid si dico,peto omnes res meas, quas possides: vide Bartolum in l.rei appellatione.ff.de verborum significatio. & Paulum de Castro in dicto §.si iudex. vbi dicit illud,quod libellus incertus non valet, si opponatur,est verum in re principaliter petita: secus in accessoriis: vt puta, peto domum cum massaritiis, vel fundum cum fructibus. Allegat Bartolum in l. tertia.§. armamenta.de rei vendica. & ibi per eum. & vide Cinũ & Baldum. C. de secundis nuptiis.l.j. seu authentic. ibi posita. & ibi quærunt, nunquid procedit libellus, peto castrum cum suis pertinentiis? Item valet iste libellus, dico te esse meum consanguineum: licet non exprimam gradum consanguinitatis. Est textus in capit. series. de testamen. dicit tamen Specul. in titul. de libel. conceptio. §. fina. versicul. caueat. quòd si quis opponit non esse procedendum in causa, quia libellus est obscurus, quòd tunc iudex debet libellum reiicere. Probatur in capit. fina.de lib.oblat.Et istud ibi voluit Anto. de Butri. secus si petitur declarari: quia tunc potest super tali libello procedi: & est declarandus, & ita intelligit ipse. Et vtrum libellus incertus procedat, quando incertitudo pendet à tertio per alterum? vide in l.vbi autem non apparet.§. an illud. de verborum obligationi. Ad primum dictum vide Alexan.in l.j.ff.de eden. An iudex officio suo possit petere sibi declarari, vide post Bartolum in l.iiij.§.hoc autem. ff. de dam. infecto. Et hanc limita non habere locum in criminalibus: nam & si non opponatur, non valet, lege, libellorum. in principio, iuncto ver. quod si libelli. & ibi Bartol. ff. de accusat. & Alexand. in l.j.ff.de eden. Item valet rescriptum incertum in nomine rei: vt voluit Ioannes Andræas in addi. Specu.in titu.de cita. §.j.versi. quid si ego. Et in citatorio debet post exprimi. vide Moder. in capitul. consuluit. de offic. delega. Et istum textum,qui loquitur in actione generali, quòd nõ procedat ad exceptionem, vide Bartol. in l.j. §. Labeo. ff.de flum.Adde de libello generali Bald. consil.liiij. iiij. volumi. De incerto ratione rei,& quantitatis, & quando à iudice sit lacerandus, vide etiam Baldum consilio cxj.j. volumin. extende istam reg. quòd procedit libellus incertus parte nõ opponente, vt procedat etiam si libellus non excludatur de iure communi vel municipali, sed solùm aliquo iure speciali. Ita Panor. in capitul.ex parte v. in ij. colum.extrà de foro competenti.Item duos casus in quibus non procedit libellus generalis, etiam parte non opponente, vide per Alexand. consil.cccccxxj. in iij. colum.An autem in executiuis,& in quibus ꝓceditur sine figura iudicij procedat libellus incertus seu petitio seu præceptum? vide omnino quæ habes addita in Bertachi. versicul. clausula rescriptorum. & in versicul. sine figura iudicij. vbi multa habes. Item multos casus in quibus procedit libellus generalis, & de regul. huius l. vide Iason. in l.j. in princip.in j.& secunda columna.ff.de edend.Item quòd possit iudex etiam parte non petente cogere actorem declarare libellum suum: & similiter reum declarare

exceptiones, vide Iaſ. in l. age. in quarto no. C. de transactio. Item quid ſi opponatur partem non poſſe ſequi ſententiam ſuam, licet declaretur, ſecus ſi petatur declarari, vide Socin. in l. edita. & Iaſ. ibi in ij. nota. vide ad regul. etiam pro limitatione Dec. in ca. dilecti. colum. vlt. de iudi. vide latè Felin. in cap. ij. in ij. colum. & ſeq. de libel. obla. vbi etiam quid in criminalibus. & an libellus incertus procedat, vide Bart. in l. edita. in iij. colum. ſuprà de edend. & ibi Bart. in primo genere cumulationis. vide Bart. & ibi glo. in l. j. in princ. in iij. colum. de oper. noui nun. An autem libellus ſit nullus, licet generalis: vide glo. not. ibi: debebit. in l. ſi rem. ff. de rei ven. & ibi hoc tenet Iacob. Butrig. videlicet, quòd ſit nullus. & ibi vide Ang. & reſpon. huic legi, quia hic loquitur de libello captatorio, ad interrumpendã præſcript. ſed contrariũ eſt verum. quod tenet Specul. in titu. de iuriſdictio. om. iud. §. de ſeruit. verſi. quid ſi libellus eſt de elect. & in c. j. de ordin. cog. Inno. in cap. j. de libel. oblatio. Andræ. Barba.

CCIII.

1 *Sententia in qua non condemnatur procurator, ſed dominus, qui in iudicio non interfuit, eſt ipſo iure nulla.*

1 SEntentia† in qua non condemnatur procurator, ſed dominus qui in iudicio non interfuit, eſt ipſo iure nulla. l. j. quę eſt ſingularis & bona lex. C. de ſent. & interlo. om. iud.

ADDITIO.

De hac materia vide Alexand. in l. j. ff. de re iudic. & in l. j. ff. de verborum obligatio. & Bart. in conſil. cxlvij. incipien. Procurator in iudicio litigauit. vbi diſputat de caſu dictæ legis primæ. & adde quòd iſta regula nõ procedit de iure canonico: quia non conſiderat iſtam ſubtilem differentiam, an condemnetur dominus vel procurator ſecundum meram veritatem, & effectum ipſum. textus eſt in capitulo querelam, de electionibus. vbi latè Abbas, & Ang. conſil. xcij. incipient. In Dei nomine procurator litigauit. Secundò adde, quòd illa lex non procedit etiam in foro ciuili, quando proceditur ſine figura iudicij ſecundum Imol. in clemen. ſæpe. de verbor. ſignificationib. quod exclamat Roman. ſing. xx. incipiẽ. quod lex prima. C. de ſen. Vide quæ dixit Alexand. in l. furioſo. colum. penul. ff. de re iudica. Quid autem in iudicio vniuerſali, vel in tutore? vide Paul. de Caſtro, conſilio cccxx. An autem in ſententia abſolutoria debeat proferri principalis perſona? vide Roma. cõcludentem quòd ſic, ſing. ccccliij. incip. Tex. in l. j.

CCIIII.

1 *Vocabula duo ſi veniant ad determinationem eiuſdem verbi, debent intelligi, vt vniformiter operentur.*

1 QVando duo † vocabula veniunt ad determinationem eiuſdem verbi, debent intelligi, vt vniformiter operentur. l. cùm ſolitum. C. de ſenten. & interlo. om. iudi.

ADDITIO.

Vide Iaſon. in l. contra maiores. poſt princ. C. de inoffic. teſtament.

CCV.

1 *Intereſſe pretij conuenti duplum excedere non poteſt.*

1 INtereſſe † non poteſt excedere duplum pretij cõuenti. l. Titius. §. fin. cũ l. ſequent. ff. de actio. empt. Sed dic quòd illa l. Titius. loquitur quando agitur propter malefactum ignoranter: nam tunc ſi agatur cõtra aliquem, quia res ſit euicta, & eo caſu venit intereſſe extrinſecum, non tamen in totum ſed vſque ad duplũ pretij conuenti. de quo eſt caſus ſingularis in dict. l. Titius. vt tibi dixi in l. j. C. de ſententiis quę pro eo quod intereſt. in diſtinctione mea, colum. viij. verſi. ſi verò agitur propter male factum. quod nota. Bart.

CCVI.

1 *Victus victori condẽnatur in expenſis, quas fecit, non in his, quæ ex priuilegio remittuntur.*

1 VIctus victori † condemnatur in expenſis, quas fecit, non in his quæ ex priuilegio remittuntur. Hæc eſt ſingularis lex ſecundum ſecundam lecturam in l. fin. C. de fruct. & lit. expen.

CCVII.

1 *Pignus non reintegratur generalis obligationis vigore, ſi res, in qua ſemel remiſſum eſt pignus, de nouo in dominio debitoris peruenerit.*

1 SI res, in qua † ſemel remiſſum eſt pignus, de nouo in dominio debitoris peruenerit, pignus non reintegratur generalis obligationis vigore. l. fin. C. de remiſ. pigno. quæ lex eſt ſingularis, & qui neſciret illam legem, ſemper reſponderet contra illum caſum.

ADDITIO.

Ratio illius textus fuit, quia creditor conſentit alienationi, ſibi ergo imputetur. Facit quod notat Ang. in l. & peculium. §. j. ff. de pecul. leg.

CCVIII.

1 *Exhibere quem promittens ad tẽpus, finito tempore, intra quem terminum poſſit moram purgare? Et quid ſi caſus intra primum tẽpus, vel intra tẽpus ad moræ purgationem conceſſum, interueniat, an promiſſor liberetur?*

1 QVi promittit † alium exhibere ad tempus, finito tempore poteſt intra ſex menſes moram purgare eum exhibendo, vel eũ idoneè defendendo, quo tempore elapſo non auditur: & caſus ſuperueniens intra tempus primum liberat promiſſorem, ſecus ſi veniat intra tempus ad moræ purgationem conceſſum. Text. eſt ſingularis in l. ſancimus. C. de fideiuſſoribus.

ADDITIO.

Hoc procedit etiam in criminali, vt notat Specu. in titu. de armis. §. fin. ver. ſed quid ſi fideiuſſor. Contrarium dicitur tenere Gul. in l. penul. in princ. ff. de pub. iud. Sed ibi Imol. in viij. charta tenet primam opinio. Hæc glo. parua in dicta l. ſancimus. & glo. in l. iij. ff. de cuſto. reorum. & ibi quòd poſsit l. ſancimus, renuntiari dicit Bald. in l. qui crimen. in vij. q. C. qui accuſare non poſſunt. & dicta l. ſancimus, procedit etiam ſi iuramentum interuenerit. Et vide quæ dixit Paul. de Caſtro conſil. clxviij.

CCIX.

1 *Siſtere in iudicio aliquem promittens ſine ſcriptis, intra quantũ tempus liberetur, ſi lis negligatur?*

2 *Promiſſio in cauſa publica in dubio intelligitur in ſcriptis facta, ſecus in priuata.*

1 QVi alium † in iudicio ſiſtere promiſit ſine ſcriptis, ſi lis negligitur intra curſum quatuor menſium liberatur, &
2 in cauſa publica† promiſsio in dubio intelligitur in ſcriptis facta, ſecus in cauſa priuata. l. ſi fideiuſſor. quæ ad hoc eſt ſingularis. C. de fideiuſſoribus.

ADDITIO.

Vide Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. in iij. oppo. ff. de verb. oblig. & quod notat Bart. in l. j. in fi. ff. iudic. ſol.

CCX.

1 *Pignus per nouationem extinguitur, niſi fuerit repetitum.*

2 *Pignus poteſt retineri etiam ob chirographariam pecuniam cõtra principalem debitorem, ſecus contra debitorem aliud debitum offerentem.*

1 PEr nouationem † pignus extinguitur, niſi fuerit re-
2 petitum. Item pignus † poteſt retineri etiam ob chirographariam pecuniam contra principalem debitorẽ, ſecus contra debitorem aliud debitum offerentẽ. Hoc dicit text. ſingularis in l. j. C. etiam ob chiro. pecu.

ADDITIO.

Hoc non habet locum in debito vſurario. Adde glo. & Bal. in l. per retentionem. C. de vſuris. Nec etiam habet locum in debito nauali. l. pignus. & ibi Bald. C. de pignoribus.

CCXI.

CCXI.

1 *Actiones cedenti remanent directæ: & ideo ei potest solui, nisi in tribus casibus.*

1 APud eum † qui mandauit seu cessit actiones remanent directæ: & ideo ei potest solui, nisi in tribus casibus expressis in l. si delegatio. C. de noua. quæ est singularis, & multùm notabil.

ADDITIO.

Istam legem intellige, quando apud eum qui cessit, aliquid remanet, puta actiones directæ, secus quãdo nihil remanet: & quia cedens habebat vtiles. Ita intelligit hũc text. Bart. in l. ex asse. ff. ad Treb. Qualiter autem hæc denuntiatio debeat fieri creditori per cessionarium, vide Bar. in l. j. in princ. in xj. quæst. de operis no. nun. & hic vide Bald. in l. iij. suprà, quod met. causa. Istam legem limita secundum Bald. non habere locum in cessione facta ex vltima voluntate, quando tunc nullus cedens poterit agere contra debitorem, per text. in l. si pecuniam. de legat. j. Nam ibi debitor depositarius condemnatus fuit de restituendo debitum depositum extraneo: nam testator cessit iura sua Titio contra depositarium. l. si seruus. §. margaritam. ff. depo si. tamen ibi nullo casu hæres cedens agere poterit contra debitorem: imò exceptione repellitur: vt ibi per Angel. Not. secũdum Bald. ibi, qui dicit, quòd omnis cedens non potest agere: quia debitor fuit grauatus de restituendo: secus si ab ipso debitore fuisset primum legatum, & non fideicommissum. Ita dicit volendo limitare hanc limitationem: dicit tamen quòd dictum Bald. erat menti tenendum. Et hanc legem limita per Bald. in l. j. in pen. colũ. in versi. secundò quæro, quid si procurator. suprà, quando prouoc. & ibi vtrũ sententia lata contra dominum per debitorem absit cessionario. Et hanc legem in eo, videlicet quando denuntiatum est ne soluat, limitat procedere in tribus casibus, scilicet in depositario, in possessione inquilini, in salario soluendo: vt in auth. sed iam. & ibi Bald. suprà depositi. Et quid si cessionarius præuenit, tamen finita est instantia, an possit cedens agere? Bald. quòd non, l. iij. suprà mand. & etiam limita hanc legem non procedere in eo, qui transtulit vtilem actionem in rem: quia nisi interueniat traditio, non enumeratur directa: secus in personali. l. qui tibi. & ibi Bal. suprà de hæred. vendit. Item limita vt in l. in prouinciali. §. fi. de ope. noui nunc. Fallit etiam hæc lex, quando negotium rè ipsa pertinet ad cessionarium. l. si post constitutam. & ibi Angel. ff. de cõstit. pecun. nam tunc præfertur vtilis directæ: vt ibi. Et dum dicitur hîc, partis perceptio, & litis contestatio æquiparantur: limita per Bartol. in l. qui hominem. §. j. ff. de solu. cum concord. Item adde, quòd in istis tribus præfertur cessionarius cedenti, nisi cessio fuisset facta ob causam, quæ non fuisset impleta. l. pacto successorum. suprà de pact. & ibi no. Bald. & dicit ibi Sali. quod est singularis limitatio ad hãc legem. Quid si iuraui soluere Titio, & Titius successit Seio: an si non soluo sim periurus? Vide Bar. in l. sed si in hac. ff. de in ius vocan. in prin. & not. quòd isti tres casus non habent locum in vtili actione in rem, secundum Bald. in l. qui tibi. C. de hæreditate vel actio. vend.

CCXII.

1 *Donatio habet tacitam conditionem, si donator liberos non susceperit, ideò natis liberis reuocatur.*

1 DOnatio † habet tacitam conditionem, si donator liberos non susceperit, ideò natis liberis reuocatur. Lex est singularis, & notabilis in l. si vnquam. C. de reuoc. dona.

ADDITIO.

Vide in eam legem vberrima commentaria Andreæ Tiraquelli, qui omnes casus ad eam legem pertinentes accumulat.

CCXIII.

1 *Matrimonium contrahens cum ea, à cuius adulterio proximitatis prætextu fuit absolutus, de primo adulterio ob id poterit condemnari.*

1 SI absolutus † ab adulterio proximitatis prætextu, postea cum ea matrimoniũ cõtrahat, ex hoc iuris & de iure videtur nasci præsumptio, ex qua de primo adulterio, de quo fuit absolutus, poterit condemnari. Hoc dicit lex singularis & menti tenenda in l. si ij, qui adulterij. C. de adulteriis.

ADDITIO.

Adde quòd Lud. Rom. dicit in ea lege esse casum, quòd sententia ex præsumptione prolata nũquam transit in rem iudicatam, imò continuè retractari potest, de qua, & de istis similibus sentẽtiis, vide quæ habes ibi per Cinum. Et aduerte quòd præsumptio violenta, quæ secundum ius dicitur habere vim plenæ probationis in causa ciuili, non sufficit ad plenam probationem in causa criminali, vt not. doct. in cap. afferte. & in cap. quia verisimile. extrà de præsump. videlicet, de nudo cum nuda, solo cũ sola. de quo in cap. literis. de præsumptio. quia quæ habet vim plenæ probationis in causa ciuili separationis matrimonij, non sufficeret sola in criminali ad condemnandum de stupro. facit l. si autem. C. de probat. & quæ not. Bart. in l. fin. C. de iureiur. secus quãdo est præsumptio violenta approbata à iure etiã quo ad criminalem causam, quia tunc sola sufficit. in auth. si quis. cũ ibi not. C. de adult. & de probatione adulterij qualiter fiat? Dic quòd per præsumptionem. ita per Bart. in l. ij. §. fin. in fi. ff. de adult. & nota vnum quod dicit Abb. in dict. ca. afferte. vbicunque iudex mouit animum suum ad sententiandum ex præsumptione, debet illud exprimere in sententia, aliàs iudex appellationis & cui de hoc non constat, videlicet, an iustè fuerit motus, & non constat ex actis, poterit retractare sentẽtiam. alleg. not. per Innoc. in cap. quoniam. extrà de probatio. & in cap. in præsentia. eo. titu. & de præsumptione violenta vide gloss. in l. fin. C. arbitr. tut.

CCXIIII.

1 *Accusationes criminales regulariter spatio xx. an. tolluntur.*

1 ACcusationes † criminales regulariter viginti annis tolluntur. l. querela. C. de falsis.

ADDITIO.

Vide no. in cap. licet causam. de proba. & in ca. cum venerabil. de exc. gl. fi. & ibi Io. And. & Spec. in tit. de senten. prol. §. quoniam. ver. & not. secundum canones. & dum dicitur hîc, quòd actiones criminales xx. ann. tolluntur, hoc videtur procedere quantum ad pœnam imponendam: sed quo ad declarandam iam impositam non tolluntur. cap. si quis exigentibus. in fi. de præscr. in vj. secundum do. Pet. de Anch. quod bene no. & adde tamen quòd executiones istarum sententiarum, quæ sunt iuris Romanæ ecclesiæ, durant centum annis. secundum Bal. in l. fin. in pen. colum. de sacros. eccle. & ibi, nunquã fiat, contra Ang. not. decisionem. Adde quòd in pœnis spiritualibus nulla currit præscriptio secundũ Bald. in d. l. fi. in fin. in penult. colum. suprà qui accusar. & Spec. ibi, & suprà & Ang. in l. diuus. ff. de re iu. Sed quæro, quanto tẽpore durat accusatio, quo ad effectũ publicationis bonorum? Dic quòd quinquennio tantũ. casus est mirabilis, secundũ An. in l. in cognitione. ff. ad Syll. quod intellige secũda accusatione finita: nã potest agere fiscus cõtra hæredem dãnati actione ciuili, petitione hæreditatis. l. j. suprà, de his qui. vt indig. & durat per decẽ ann. l. Caius. ff. ad Syl. & ad d. l. in cognitione, vide gl. hic. & tene menti dictũ Spec. in ti. de sen. §. restat. versi. si verò. el j. vbi tenet quòd querela falsi nõ limitatur xxx. an. vt dicitur hîc: sed durat perpetuò in casibus ibi not. & per Ang. in l. diuus. ff. de re iu. quod not. in c. licet. de prob. Vtrũ iuri inquirendi præscribatur xx. an. adde quod Ang. in l. si vacãtia. in fi. hãc gl. reprobat p l. filiusfa. §. veterani. de proc. & dicit ita audiuisse à Bartol. facit l. quos prohibet. ff. de postul. adde text. & gloss. in l. falsi. suprà eo. & vide Alex. in l. ita demum. suprà de proc. & vide Bald. in repe. l. cum mulier. in fi. sol. matri. Adde an sublato iure querelandi

sit sublatum ius inquirendi, Pet. de Anch. consi. cxc.

CCXV.

1 *Delicta, in quibus ex vtraque parte requiritur probatio, quaenam sint?*

1 NOta text. in l. fallaciter. C. de abolitionibus. ibi, si autẽ testibus. qui est singularis, & meliùs † ponit delicta, in quibus ex vtraque parte requiritur probatio, quàm alius de mundo.

CCXVI.

1 *Absens in casu potest condemnari in crimine capitali.*

1 CAsus est † in quo contra absentem peruenitur ad condemnationem in crimine capitali. in l. ne diu. C. de pœnis. quæ est lex singularis & multùm notabilis.

FINIS.

SINGVLARIA
D. BALDI DE VBALDIS DE PERVSIO, Iurisconsulti acutissimi:

Additionibus nunc primùm illustrata.

I.

a NOTA quòd patrono cõpetit hæreditas [a] liberti: & licet ipse nõ fecerit inuentariũ, nõ prẹiudicat sibi: licet secus esset in aliis hæredibus vniuersalibus. hæc tangit tex. gl. & Din. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimo. & non est alibi.

ADDITIO.

a Patrono competit hæreditas. Ratio quare patronus succedit liberto nullis extantibus agnatis est secundũ Bar. in l. quo tutela. ff. de reg. iur. quia patronus facit eum libertum, & sic eum de nihilo facit aliquid. quod secus est in tutore, reprobata glo. in d. l. quo tutela. & nota quòd patroni dicuntur domini libertorum suorum. l. talem. §. fin. ff. de hæredi. instit.

II.

Quæro, aliquis factus miles aliquid promisit cõtra patriã: vel etiam miles factus ab ecclesia, pugnauit contra ecclesiam, nunquid debeat degradari? glossa est quòd sic, in l. j. in fine. ff. de obse. & non est alibi.

III.

Quæro, aliquis est stipulatus aliquid sibi dari in iudicio sine solẽnitate, nunquid in dubio præsumatur solennitas? glo. est singularis, quæ dicit, quòd omnis solennitas præ-
a sumitur [a]: vt ff. de fideiuss. tut. l. cùm ostendimus. §. fin.

ADDITIO.

a Solennitas præsumitur. Adde hoc verum, nisi opponatur de eius defectu, vt per Mathesil. not. xij. Lùdouic. & Alex. in l. sciendum. ff. de verbor. oblig. Imol. in cap. cùm dilectus. de consuet. & in cap. in præsentia. colum. vlt. de probat. Roman. in l. si quis mihi bona. §. iussum. in fin. ff. de acqui. hære. Specul. in tit. de probat. §. iiij. vers. tertiò per instrumentum.

IIII.

a Quæro, nunquid ex pacto nudo [a] facto in iudicio oriatur actio? glo. dicit quòd non, sed officium iudicis. C. de episcop. & cler. authen. generaliter. & non est alibi.

ADDITIO.

a Pacto nudo. Actio licet non oriatur ex pacto nudo, illud non procedit ex pacto nudo super eadem re geminato & ex interuallo facto. quod patet, quia ex primo pacto nudo inducta est naturalis obligatio. l. j. ff. de pact. l. in his. §. Imperat. ff. de solut. ex secundo verò pacto inducitur actio de constituta pecunia. l. j. §. debitum. iuncta l. qui autem. §. fin. & l. seq. ff. de constit. pecu. Item ex pacto nudo iuramento fulcito oritur actio de iure ciuili. l. si quis maior. C. de transact. Item nota quòd licet actio non prodeat ex pacto nudo regulariter, quia tamẽ procedit secundum præcepta iurisgentium, non debet denegari iustitia si pro illo petatur. ita singul. Anto. in cap. quæ in ecclesiarum. de constitut. quod dictum refert & sequitur Alexand. in l. Quintus. in apostill. ad Bartol. ff. mandat. & eundem Alexan. in l. iurisgentium. §. sed cùm nulla. ff. de pact. circa fin.

V.

Quæro, aliquis petit bonorum possessionem contra tabulas, nunquid sit necessaria bonorum possessio decretalis? glossa singularis dicit quòd non, in l. fin. C. de curat. fur. licet Doctores dicant contrarium.

VI.

Quæro, & not. text. in l. fin. C. de bonor. poss. secund. tab. qui alibi non est. ibi, secundum nuncupationem, &c.

VII.

Quæro, nunquid suspenso petitorio possit intentari pos-
a sessorium? [a] dic quòd sic: vt notatur in l. j. C. de Carbon. edicto. & non est alibi secundum Baldum.

ADDITIO.

a Possessorium. Adde quòd licet intentans possessorium non possit suspendere petitorium aduersarij, sed potius sit locus regulæ, qui prior appellat &c. l. qui prior. ff. de iudic. tamen fallit nisi possessorium intentaretur post petitorium in odium spoliantis, & in fauorem beneficiorum ecclesiasticorum per viam appellationis, quo casu possessorium habet vim exceptionis, adeò quòd suspendit petitorium. clem. vnic. de caus. possess. & propriet. Item petitorium & possessorium retinendę possunt simul intentari & cumulari diuersis respectibus. l. naturaliter. §. nihil commune. cum ibi not. ff. de acquir. possess.

VIII.

Quæro, si pupillus decessit habens tutorem, & decessit nullo relicto hærede: nunquid tutor succedet, an fiscus?
a gloss. [a] quæ non est alibi secundum Dinum dicit, quòd tutor succedit, in l. quo tutela. ff. de regulis iuris. Bartol. reprehendit eam per l. nutritoribus. C. cõmunia de success. sed salua reuerentia sua, dic quòd aliud in nutritore, & aliud in tutore.

ADDITIO.

a Glo. Adde quòd hanc gl. sequitur idem Bald. in l. si quis filio. §. eius. ff. de iniust. rupt. testa. & dicit quòd l. nutritoribus. C. comm. de success. potest intelligi in simplici nutritore, secus verò in nutritore qui fuit tutor. & vide eundem Bald. in l. fi. colum. v. C. vnde legit. & in l. si qua. C. ad Orficia. & in d. l. nutritoribus.

IX.

Quæro, statuto cauetur quòd allibratus libra patris potest habere officium, nunquid dicatur allibratus libra patris emancipatus? dic quòd non: secus si est in potestate. hoc ponit glossa, quæ non est alibi, in l. secunda. C. qui ætate. libro x.

X.

Quæro, pater maritauit filiam, & pro ea dedit dotem, & stipulatus est reddi sibi & hæredibus suis: decessit pater, filia ista vult venire ad successionem patris vnà cum fratribus, nunquid teneatur conferre dotem? veritas est quòd non, nisi fratres hanc stipulationem remittant ei, vt l. j. §. j. de collat. dot.

XI.

a Quæro, nunquid actio de dote[a] sit communis patris & filiæ constante matrimonio, sicut soluto? dic quòd non: sed solùm datur filiæ. casus est in authentica, quod locũ. C. de collationibus, & in corpore vnde sumitur. quod nota: quia alibi non reperitur.

ADDITIO.

a Actio de dote. Nota quòd actionem de dote constante matrimonio potest mulier cedere. l. ij. §. nec cogitur. ff. solut. matrimo. & ibi Dinus. Nota tamen quòd dos constante matrimonio potest repeti, quando maritus vergit ad inopiam. l. si constante, & ibi omnes ff. solut. matrim. quod ius negat Bald. mulierem posse cedere, in l. vnic. colum. pen. C. de priuileg. dot. & sequitur Curt. consil. lvij. & Bald. nouell. tract. de dot. quæst. vij. vlt. partis, vbi limitat non procedere, vbi de indubitato commodo mulieris tractaretur, vel quando actio esset inanis propter inopiam debitoris.

XII.

Quæro, propter delictum mariti ablata sunt sibi omnia bona: nunquid mulier poterit petere dotem ex illis bonis detrahendam? casus est quòd sic, in cap. literis. extrà de pignorib. & non est alibi.

XIII.

Nota quòd istud, quod statuitur in relicto ad pias causas, dicitur statutum in omni relicto, quod potest adaptari animæ, vt l. si quis Titio. ff. de legatis ij. & non est alibi.

XIIII.

Quæro, Titius Sempronio mille reliquit, si vsque ad annũ ædificaret ecclesiam in honorem sancti Ioannis Baptistæ: impeditus per aliquos, non ædificauit, nunquid currat sibi tempus interim? tex. est cum glo. fi. C. de episc. & cler. l. nulli licere.

XV.

a Nota quòd legata conditionalia non transmittuntur[a], nisi testator disposuerit conferri post mortem: vt l. j. C. vt actio. ab hæred. & contra hæredes.

ADDITIO.

a Legata conditionalia non transmittuntur. Adde quòd idem est & si duæ res alternatiuè relinquantur: vna purè, & alia sub conditione: quia nec res quidem purè relicta transmittitur. l. cùm illud. in princip. ff. quand. dies leg. ced. quod sequitur Nicol. Euerard. in suis locis legalib. in loco alternatiuæ. limit. v.

XVI.

a Nota quòd à sententia interlocutoria[a] lata super iurisdictione potest appellari. hoc ponit glossa fina. ibi, item apud si iudex, &c. in authent. habita. C. ne filius pro patre. & non est alibi in iure ciuili, sed in iure canonico sic,

ADDITIO.

a A sententia interlocutoria. Nota quòd à sententia interlocutoria de iure ciuili non appellatur. l. ante sententiæ. C. quorum appellat. non recip. secus de iure canonico. vt est glo. in l. ij. C. de episcop. audiẽt. nisi in casibus not. in l. ij. ff. de appellat. recip. & vide per Bart. in l. j. §. quoniam. ff. de appellat. Item nota quòd à sentẽtia qua quis pronuntiat se iudicem, non appellatur, quando discordia esset inter duos iudices ordinarios vel delegatos, & superior vel arbitri electi ad finiendam controuersiam pronuntiarent alterum eorum competentem: quia tunc à tali sententia non appellatur. ita dicit Innoc. in c. super literis. de rescript. quem sequitur Angel. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocat. non ierit.

XVII.

Quæro, statuto cauetur, quòd excommunicato de iniusta causa vel sine causa non possit opponi: nunquid tale statutum valeat? dic quòd sic: glossa est in l. receptitia. C. de non nume. pecu.

XVIII.

Nota quòd quis de peritia deponens non iurat de veritate: gloss. est in l. j. §. j. ff. de ventre inspic. quod nota.

XIX.

Quæro, dico possessiones omnes, quas tu possides, fore meas: dicis aliquas in emphyteusim a me tenere, quasdã esse tuas: dico, ostẽdas iura quæ habes, ad hoc vt possim videre quid tunc habeo facere tecum, nunquid possim? & an superior possit dicere inferiori, vt ostendat iura sua? glossa dicit quòd sic, in l. si item agat aliquis. ff. de rei vẽdicat. & forte non reperies alibi in iure ciuili, &c.

XX.

Quæro, nunquid testis possit producere testes ad legitimandum personam suam? dic quòd sic. text. in authen. si dicatur. C. de testibus. & in corpore vnde sumitur.

XXI.

a Quæro, & nota quòd mulieres gaudent[a] morte maritorum. glossa hoc ponit in l. pater Seuerinã. §. socius. ff. de conditionibus & demonstrationib. &c.

ADDITIO.

a Gaudent. Adde Guliel. de Ludo, sing. 144.

XXII.

Nota quòd vbi apparet promissio vsurarum, præsumitur dotis promissio præcessisse, vt l. si pro dote. C. de dot. promis. & non reperitur alibi.

XXIII.

Nota quòd ille, qui decessit in vsu, amplius nõ redit ad vsum: quia tacitè videtur consentire instrumentum, quo vtebatur, fore falsũ, vt l. si aduersarius C. de fide instru.

XXIIII.

Nota quòd licet testes sponte se offerentes suspecti reddantur, non tamen dico quòd non valeat testimonium eorum. gl. in l. post legatum. §. his. ff. de his quib. vt indig. quæ non reperitur alibi. Baldus.

XXV.

Nota quòd ex contractu liberi hominis eius contemplatione celebrato, alius, cuius ille erat administrator, non tenetur, nisi sit in rem versum vel ratum habitum. vt l. eo qui seruo. ver. alioquin. C. quod cum eo.

XXVI.

Nota quòd pater potest compelli per iudicem, vt emat libros filio eunti ad scholas de volũtate patris. hoc ponit glo. in l. Macedoniani. C. ad Maced. quæ non est alibi.

XXVII.

Nota quòd mulier renuntians iuri hypothecarum in vno cõtractu, vel quo ad vnam personam, quo ad alium contractum, vel quo ad aliam personam sibi non præiudicat, vt l. iubemus. C. ad Velleianum.

XXVIII.

Quæro, aliquis accepit pecuniam mutuo ab aliquo, tem-

pore,& loco congruo debitor portauit istam pecuniam creditori,quã creditor noluit recipere,deposuit in ecclesia secundum formam l.acceptam. C.de vsuris.nunquid ipsi creditori immediatè quæratur dominium vtile? dicit text.quòd sic,in dict. l. acceptam. in fin. C. de vsuris. quam tene menti.

XXIX.

Quæro,Titius accepit mutuo sub vsuris x.& tempore & loco congruo dictus Titius dicto Seio obtulit,quæ recipere noluit,deposuit dictam pecuniam,secundum formam l.acceptam:postea eam reaccepit,nunquid incidat in pristinam obligationẽ?dic quòd sic,per text.in l.acceptam. C.de vsuris.quem tene menti.

XXX.

a Nota quòd si tutor dat fideiussorem idoneum,[a]si ex post facto efficitur non idoneus,non tamen vitiatur tutela,vt l.mulier. C.de iure dot.& imò dic quòd a principio fuit datus fideiussor idoneus:quia principalis erat diues.

ADDITIO.

a Fideiussorem idoneum.Adde quòd fideiubens pro alio, dicitur malè vti substantia sua,& præsumitur pauper.ita Angel.in l. in personam. §.j.ff. de pact. vbi per hoc dicit cauendum à fideiussoribus. Multos enim fideiubendo ad inopiam peruenisse non est in obscuro. & est singul. modus & memoria dignus ad probãdum paupertatem alicuius,teste Alex.in l.si constante.ff.solut.matr. Quod tamen vltimum puto limitandum procedere in eo qui solitus est intercedere pro magna summa: secus si pro parua: quia paruum æs alienum debitoris suspicionem non generat.Bald.in auth. sed iam necesse. in j. quæst.C. de donat.ante nupt.

XXXI.

Quæro,aliquis debens dare fideiussorem,præstat fideiussorem non ideoneum, nunquid videatur satisfecisse iuri? dic quòd sic,cùm principalis est multum diues, vt l. mulier.C.de iur.do.quod alibi non reperitur.

XXXII.

Nota gloss.quæ non est alibi,in auth.de armis,in §. oportet ergo. quid importent verba ista in ære & persona: & vide Cin.in l.si quis non dicã rapere.C.de episc.& cleri.

XXXIII.

Nota glo.fi.in fi.quæ non est alibi,in l.vtrinque. si cert.pet. quòd vbi non requiritur libellus, nec etiam inquireretur eius aptitudo:sed qualitercunque sit petitum, iudex debet facere iustitiam, & non obstante ineptitudine libelli. contrarium facit in extrauaganti ad reprimendũ, in verbo accusatus.

XXXIIII.

Nota singulare, quòd si mulus vel somerius portat merces vltra terminum contra deuetum,quòd merces non sunt publicatæ nisi probetur dominum duxisse, vt Bart.in l. fin.§.serui qui in fuga.ff.de publica.

XXXV.

Nota singulare,quòd publicanus non tenetur dicere transeunti,solue,vt not.in d.l.fi.§.diui quoque. de publican.

XXXVI.

Nota id,quod fortè nõ est alibi,si mulier interdum dormit cum marito,interdum cum aliis, natus ex ea legitimus præsumitur.[a]l.miles.§.defuncto.ff.de adult.

ADDITIO.

a Legitimus præsumitur.Limita illud verum,nisi filius natus sit claudus,cæcus,luscus, vel aliter corpore vitiatus: quia tali casu potius præsumitur filius adulteri, quam filius mariti: quia peccatum arguit vitium: & corpore vitiatus præsupponit cõceptionem & natiuitatem suam fuisse in peccato. ita notabil. dixit Barbat.in c. in præsentia.colum.lxx.de probat.& est notabilis limitatio ad §.defuncto.in l.miles.ff.de adulter.de quo text. vide Alexan.consi.clvij.colum.j. lib. v. & consi. lxxxviij. incip. omissis.colum.iij.volum.vij.Dec.consi. cclxxij. & consi. cclxxxviij. Paul.cast.consi.clxxv.& Barb.consi. lxvij. vol. iiij. Adde Hippol.de marsi.sing.dxxx.propter peccata. & in l.j.§.ad quæstionem.colum.vj.in fin.ff.de quæstionib.

XXXVII.

Nota quòd forte non est alibi, quòd vbi in venditione rei minoris necessaria est authoritas iudicis,si pater vendidit, quòd non est necessaria authoritas iudicis, vt Azo tenet in summa. C. de bonis quæ liberis. quod non est alibi.

XXXVIII.

Nota quòd in casibus in quibus non est necessaria litis contestatio,tantum operatur mora in lite cotestando,quantum litis contestatio:l.eum qui.§.qui iniuriarum,in fine. ff.si quis cautionib.quod non est alibi.

XXXIX.

Nota quòd non est alibi, quòd quando tabellio stipulatur mihi,non quæritur mihi per ipsum,sed per legem,vt Bal. in l.j. ff. de his qui sunt sui. & dicit quæri mihi vtilem.l. non quasi.in princ.ff.rem pupil.sal.fore.

ADDITIO.

Adde infrà sing.xcvj.vbi est duplicatum.

XL.

Nota ꝙ in dote quæ ab extraneo est promissa per lapsum biennij, extraneus constituitur in mora: postquàm maritus sustinet onera matrimonij, vt teneatur extraneus de fructibus & vsuris, nihilominus tamen maritus potest agere ad dotem,vt l.cùm quidam. §. pen. C. de iure dotium.quod alibi non reperitur.

XLI.

Quæro, Titius portauit de ciuitate Perusij ad ciuitatem Florentiæ vinum vt venderet,cùm ibi foret,mota est sibi lis de isto vino à Seio,quod vinum deposuit apud sequestrum sub conditione, vt traderet vincenti: modò Seius nõ curat amplius sibi mouere litem: Titius petit vinum à sequestro tanquam vincens:quæritur,an possit?lex dicit quòd præfixo termino Seio ad agendum, si non agit, debet Titio deponenti restitui vinum: vt l. si oleum. in principio.ff.de dolo.quod non est alibi.

XLII.

Nota quòd si aliquis suam ratam à depositario recepit, licet posteà depositarius fiat non soluendo,tamen non tenetur communicare cum cæteris, vt l. superuacuam.C. depositi.quod alibi non reperitur.

XLIII.

Nota quòd si obligo tibi bona mea,ex ipsa obligatione oritur actio præscriptis verbis, vt l.cùm ex causa.C. mand. quod alibi non reperitur.

XLIIII.

Nota quòd actio hypothecaria habet aliquid personalitatis.[a]in.d.gl.quæ alibi non reperitur,in l.si tibi decem.§. de pignore.ff.de pact.

ADDITIO.

a Personalitatis. Nota quòd actio personalis & hypothecaria possunt simul in eodem libello intentari cõtra debitorem principalem.de hoc est text.in authent.de fideiussor.§.sed neque.collat.j.& aduerte quòd agens hypothecaria mittitur in possessionem omnium bonorum si contra debitorem agat.l.eum qui.de procur. secus si cõtra extraneum.l.j.C.commu.de leg.& ibi glo.in ver b. legatarium.not.in l.iij.§.genera.ff.de acquir. possess. & in auth.de exhib.reis.§.si vno.

XLV.

XLV.

Quæro, nunquid fideiussor sine mandato habeat priuilegium l. si pro ea.C. mand. vide gl. quæ alibi non reperitur in l. videamus.ff.de neg.gest.

XLVI.

Quæro, testator præcepit hæredi vt fideiubeat pro me, nunquid si soluit habeat regressum contra me? Text. est formaliter quòd non, in l. tribus. ff. de vsufruct.ea. rerum quæ vsu consu.& nõ reperitur alibi.

XLVII.

Quæro, petebatur à reo instrumentum indemnitatis, reus non comparet, in quot bonis fit missio? vide glo. in l. si quis mandato.ff.de negot.gestis. Bald.

XLVIII.

Nota quòd vbi est numeratio pecuniæ, ibi præsumitur condictio pecuniæ. de hoc est text. in l. fi. C. de prædiis curialium. lib. x.

XLIX.

a Nota quòd socius cessionarius secundo præfertur[a]: tex. est singularis in l. nõ quocunque. §. qui Gaium. de leg. j.

ADDITIO.

a Præfertur. Adde quòd in emptione rei communis de æquitate socius debet præferri. l. officium. commu. diuid. l. si nemo. in princ. ff. de testa. tutel. dummodo tantum det quantum ab alijs reperitur. dd. ll. & arg. l. si in emptione. ff. de minorib. & l. necesse. cum ibi not. ff. de in diem adiect. secus de rigore iuris. l. dudum. C. de contrah. empt. nisi in licitatione alios superaret. l. iij. C. de vectig. & commiss.

L.

Quæro, tutor non potest celebrare contractum pro se in re pupilli: emit rem à patre pupilli, sed sibi non fuit tradita, mortuo patre pupilli iste tutor vult in se transferre hanc rem prius emptam: an possit? dic quòd sic, etiam immobilem, casus est in l. fistulas. §. qui fundum. ff. de contrahen. empt.

ADDITIO.

Adde casum singularem in quo solus tutor potest indistinctè emere rem pupilli, quãdo scilicet pupillus vendidit rem suam vni tertio cum authoritate tutoris & decreto iudicis, & sic res pupilli fuit solenniter alienata, tunc si ille tertius non soluit pretium, potest solus tutor talem rem emere, ex quo semel facta est alienabilis. tex. sing. in l. tutor rerum. ff. de adminis. tutor.

LI.

Nota quòd res tantum valet quantum vendi potest, vt ff. de condict. fur. l. si seruus. & de furt. l. si vendidero. §. j. & l. si quis vxorem. §. fi. eo. tit. & ad Treb. l. j. §. si hæres. hoc verum quando emunt illi qui sciunt vitia, secus si ignorant, vt ff. de donatio. causa mort. l. mortis causa. §. fina. quod fortè non reperies alibi.

LII.

Nota quòd pactum nudum de non petendo non parit exceptionem. quam vide, & nota singulariter istam glossam in l. j, C. quan. lic. ab empt. disced.

LIII.

Nota quòd quando fiscus vendit bona alicuius propter tributa non soluta, potest incipi à quacunque re mobili, nec tenetur seruare ordinem, quem dat l. à diuo Pio. ff. de re iudic. & C. si prop. pub. pensit. l. si fundum, quod alibi non reperitur.

LIIII.

Nota quòd habens mandatum in forma procuratoris nihil agit. vt C. si quis alt. vel sibi. l. multũ. ver. si verò. quod alibi non reperitur.

LV.

Nota quòd quando contractus nominatus transit in vim contractus innominati, tunc etiam in contractu nominato habet locum condictio ob causam, vt l. cùm te. C. de pact. inter emp. & vend. quod non reperitur alibi.

LVI.

Nota quòd licet verbum, vendo, ponatur in contractu locationis & conductionis, non tamen mutat naturam cõtractus, quia verbum generalissimum est, vt l. statuliber à cæteris. §. Quintus. ff. de statulib. quod alibi non est.

LVII.

Nota quòd permutatio facta cum re venali habet instar emptionis: sed cum re non venali habet instar permutationis, vt l. j. C. de rerum permut. quæ distinctio, & primus casus alibi non reperitur.

LVIII.

Nota quòd propter guerram nunquam fit remissio pensionis. hoc ponit gloss.[a] quæ alibi non reperitur, in l. damnum. C. de locat.

ADDITIO.

a Glo. Hanc glo. in contrarium citat Guid. Pap. sing. lxiij.

LIX.

Quæro, quidam scholaris socius se obligauit pro alio socio scholari, & soluit, quæ actio dabitur contra socium, pro quo soluit? dicit glo. super verbo, transfertur, quæ alibi non reperitur, quòd actio vtilis pro socio, in l. damnum. C. de loc. & conduc.

LX.

Quæro, quidam scriptor incœpit mihi scribere quoddam opus, demum non vult complere, nunquid teneatur cõplere? glo. quæ alibi non reperitur, dicit quòd sic, in l. stipulatio. §. siue autem. de operis noui nuntiat.

ADDITIO.

Adde eundem Bald. infrà singul. cxxxv.

LXI.

Quæro, Titius accusatus est quòd adulterauit Bertam, Titius & Berta confitentur matrimonium esse inter se, & hoc coram iudice seculari, nunquid probationes super matrimonio coram iudice seculari recipi possint? Spec. tenet quòd sic, in tit. de conuent. & reconuent. quod dictum est valde notabile, & non alibi.

LXII.

Nota quòd contumacia respectu vnius causæ potest mouere iudicem ad denegandam iurisdictionem contumaci in alia causa, nisi purgata contumacia. hoc ponit gl. notabilis, in l. sed & si per prætorem. §. sed & cum decreto. ff. ex quibus causis maiores. quæ non est alibi. Bald.

ADDITIO.

Adde quòd contumax in iudicio non auditur, nisi primò refectis expensis. l. sancimus. C. de iudic. c. finem litibus. & c. cùm dilecti. de dol. & contumac. c. pia. de except. in vj. & licet refectis expensis audiatur, tamen etiam tunc non auditur opponendo exceptiones peremptorias. ita not. dixit Innoc. in c. præterea. de dilat. Ang. in l. peremptorias. C. sentent. rescind. non poss. posset tamen limitari non habere locum in minore, rustico, & muliere, per doctrinam no. Philip. de perus. in c. Nicolao. de appellat. vbi dicit, quòd licet citatus personaliter sit verus contumax, & excludatur ab appellando, vt in l. ex consensu. §. fi. ff. de appell. & l. j. C. quando appell. sit. tamen hoc fallit in minore, muliere, & rustico, cùm non censeantur in dolo, alleg. Angel. & Bald. in l. vbi exigitur. ff. de edend.

LXIII.

a Nota quòd posthumus à matre præteritus,[a] quæ testa-

menti mutandi non habuit facultatem, videtur viriliter institutus cum fratribus institutis, sed si extranei instituti essent, per querelam rescinditur testamentum, vt l. si mater. C. de inoffic. testa. quod alibi non reperitur.

ADDITIO.

a Posthumus à matre præteritus. Adde Bart. in d. l. si mater. C. de inoffic. testa. Pet. Rauen. singul. ccclxxxviij. Guliel. de lud. sing. lxvij. Bart. in l. j. colum. vj. ff. de vulg. & pupilla. substit. l. neque enim. §. cùm miles. ff. de testa. milit. per illum text. Item adde ad materiam illius l. si mater. quòd si pater vel mater institueret filios suos hæredes, & ignoraret aliquem habere, & de eo nullam faceret mentionem, quòd talis filius ignoranter præteritus haberetur æqualiter institutus. vide Ias. in l. sicut certi. C. de testa. milit.

LXIIII.

Nota quòd præscriptio magis obstat ratihabitioni, quàm eam inducat, vt l. fi. ff. rem rat. hab. quæ non est alibi.

LXV.

Nota quòd vsusfructus quæritur patri per filium, nec morte solius patris, nec morte solius filij finitur, sed de vno in alium reuertitur, vt l. fina. C. de vsufruct. quod non est alibi.

ADDITIO.

Adde quòd si vsusfructus relinquitur filio, acquiritur patri commoditas: ipse autem filius habet ius. Bart. in l. fi. C. de vsufruct. gl. in l. iij. §. si filio. ff. commod. Item de bonis aduentitijs filij patri quæritur vsusfructus. l. fin. C. de bon. quæ lib. fallit in bonis aduentitijs ex illicita causa quæsitis secundum Alex. in l. quod seruus. ff. de acquir. possess. qui adducit Ioã. And. Item fallit in bonis in quibus instituitur vnà cum ipso patre. l. cùm oportet. §. exceptis. cum auth. ibi posita, C. de bon. quæ liber. & ita dicit gl. in l. iij. C. de vsufruct. & glo. in §. si verò cum ascendẽtibus. in verb. vsum. in auth. de hæredit. quæ ab intest. & gl. Instit. per quas perso. nob. acquir. circa princip. & gl. in auth. vt lic. mat. & auiæ. in verb. parentibus. circa princip. vbi vide quãdo patri non quæritur vsusfructus.

LXVI.

Nota quòd verba æquipollentia institutioni habentur pro institutione, quantum ad filium. glo. est in l. quoties. C. famil. erciscun.

LXVII.

Nota quòd ex lõga rei possessione præsumitur diuisionem fuisse factam pro diuiso. glossa est not. in l. si maior. C. commu. diuidun. & non reperitur alibi.

LXVIII.

Nota quòd patroni dicuntur domini libertorum suorum. textus est singularis in l. talem. §. fi. ff. de hæred. instit.

LXIX.

Nota quòd accusatus ab vno non potest ab alio de eodem crimine deferri: sed de alio crimine ex eodem facto bene potest deferri coram eodem iudice: & antequàm de altero pronuntiet, de vtroque cognouisse debet, vt l. qui de crimine. C. de accusation. quod alibi non reperitur.

ADDITIO.

Adde ad materiam quòd si quis delinquit, & in pluribus legibus potest diuersis pœnis puniri, faciat vt habeat iudicem amicabilem, qui inquirat minori lege, vel quòd accusetur coram illo iudice vbi imponitur mitior pœna pro suo delicto: nam tunc nulla alia poterit puniri. d. l. qui de crimine. C. de accus. & l. senatus. ff. eod. ita not. dixit Ang. in d. l. qui de crimine. in glo. in verb. plurima. in lect. quam fecit Perusij. & in d. l. senatus. idem tenet Sali. quem omnino vide in d. l. qui de crimine. Nota tamen quòd hæc cautela non poterit patrocinari delinquenti si ipse procurasset se accusari, vel inquiri contra eum in curia, in qua mitior pœna veniret pro delicto imponenda, ad hoc vt maiorem pœnam euitaret. nam tunc talis prȩuentio minoris pœnæ nihil operaretur. Idem, si quis procuret accusari, vt non inquiratur. ita dixit Angel. in l. si seruus plurium. §. penult. ff. de leg. j.

LXX.

Quæro, quis modus est seruandus ad hoc, vt quis dicatur perseuerasse in cõfessione criminis? dic quòd postquàm fuit confessus semel in tormentis, debet duci ad banchum, vt reaffirmet dictum, quo facto dicetur perseuerasse in confessione. Iste modus traditur in l. ij. C. de custodia reorum. ad hoc vt iudex non possit nimium sæuire in eum, qui debet confiteri. quod not. assessor & iudex maleficiorum.

LXXI.

Quæro, quare quis ducitur ad cõfitendum delictum apud ãcta? dicit l. ij. C. de cust. reor. ad hoc vt iudex non possit nimium sæuire in eum, quòd debet confiteri delictum, & non alibi reperitur.

LXXII.

Quæro, nunquid vir possit accusare vxorem de adulterio, & vxor virum? dic quòd vir bene potest accusare vxorẽ, sed vxor virum non potest, vt l. j. C. ad leg. Iul. de adult.

ADDITIO.

Adde ad materiam adulterij, quòd licet propter adulteriũ mulier priuetur dote, & actione ad eam repetendam, l. viro atque vxore. ff. solut. mat. l. consensu. C. de repud. & l. cùm mulier. solu. mat. cum vulgarib. illud tamen non procedit, si maritus suus tenebat concubinas, & similiter adulterium committebat. ita sing. Pau. de Cast. cons. cxxviij. incip. hæc mulier non debet excludi. & mouetur per d. iura, & per regulam, quòd paria delicta mutua cõpensatione tolluntur. vide Hippol. Marsil. sing. ccxxxiiij. paria delicta. Paul. de cast. consil. cxlvij. incip. reuocatur in dubium. per totum. volum. ij. Gerard. de petra sanct. sing. xlviij. scias quòd si mulier.

LXXIII.

Quæro, nunquid admissio procuratoris in causa capitali reddat iudicium nullum? Respondeo non, nec potest opponi post sententiam, vt. l. quamuis. C. de adult. & non est alibi.

ADDITIO.

Procurator in criminalibus regulariter non admittitur. l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudic. quod habet locũ etiam si in eo concurrant duæ qualitates, scilicet quia procurator, item & coniuncta persona: ita not. Ias. in l. cum rem. per illum text. C. de procurat. si tamen non fuerit repulsus, valebit processus in fauorem inquisiti, vt hîc per Bald. & per Angel. de Aret. in tract. malefic. in verb. qui iudex videns quòd inquisiti &c. in fin. alleg. glo. in c. j. de iudic. lib. vj. in verb. criminales. exceptio enim repulsionis procuratoris est dilatoria, & ante litem contestatam debuit opponi. gl. in d. l. quamuis. hîc alleg. vide Guid. pap. sing. dccv. §. ij. & Guliel. de ludo sing. xcij. Gerard. de pet. sanct. sing. lxiij. num. 1.

LXXIIII.

Nota quòd replicatio emergens præiudicialis exceptionis debet ante exceptionem discuti, vt l. quoniam Alexandrum. C. de adul. quod alibi non reperitur. In qua lege est etiam vnum mirabile, videlicet quòd disceptatio litis incipit à replicatione. quod alibi non reperitur.

LXXV.

Nota quòd contra inuentarium non admittitur probatio, vt l. veteris. C. arbitr. tute. quod alibi non reperitur.

ADDITIO.

Adde Paul. Castr. singul. xvij.

LXXVI.

LXXVI.

De donatione facta per Constantinum ecclesiæ, vide glos. de officio præfec. vrb. l. j. §. cùm vrbem. & in cap. pastoralis. de re iud. in clem.

LXXVII.

An doctor insignis præferendus sit militi? vide l. sed reprobari. §. valde tamen, de excus. tut. ff.

ADDITIO.

Adde quòd nobilis scientia præfertur nobili generis: vt per Cin. in l. quisquis. C. de postul. refert & sequitur Roma. sing. dcl. nobilitas. & ibi in addit. & in addit. Roma. sing. ccccxcj. heri fui interrogatus.

LXXVIII.

An respublica & fiscus sint idem? vide l. sed ambigendum. ff. de bonorum possess.

LXXIX.

An testis iuratus videatur iurasse secundum formam iuramenti? dic vt l. Theopompus. de dote præleg.

LXXX.

Ad habendam notitiam causati requiritur cognitio suæ causæ.

LXXXI.

Quæro, an sacerdos qui non est tabellio, possit conficere instrumentum? dic quòd non, excepto instrumento matrimonij, vt in auth. quib. mod. nat. effic. leg. §. sed quoque. & non est alibi.

ADDITIO.

Adde quòd licet sacerdos non possit esse tabellio, si tamen conficiat instrumenta, valent. c. sicut. an cleric. vel monac. Bart. in l. vniuersos, C. de decurio. lib. x. Sed quid si adscribat legatum suæ ecclesiæ, vt notarius, an valeat, & talis scriptura faciat probationem, & sacerdos tanquam falsarius non puniatur? vide in c. cùm inter vos. & ibi Io. And. de re iudic. Ias. in l. j. §. huius studij. vers. iij. limit. ff. de iustit. & iur. Mathes. not. lxxxvij. Alex. in dict. l. vniuersos. Bald. in margarita, in verb. prælatus. ij. Alex. in l. impuberem. §. ij. ff. de fals. Hippolyt. Mars. singular. clxxiiij, ille qui.

LXXXII.

Quæro, quòd si potestas fecit dolosè quem occidi, debet puniri similitudine supplicij, vt l. lege. §. fi. ad leg. Iul. repetund.

ADDITIO.

Adde quòd si concessum est arbitrium potestati quòd non teneatur stare ad syndicatum, quòd hoc casu remissa sibi videtur leuis & leuissima culpa, non autem lata, aut dolus. Bal. in l. si seruus vetitus. ff. de leg. j. refert & sequitur Hippo. Marsil. sing. dxcv.

LXXXIII.

Nota quòd si testis deponens dicit, ego vidi Titium numerare mille libras Sempronio in solidis & carlinis die tali, & tali loco, nisi fallor, non habet attestationi aliquid derogare, nec facere, quin deponens fuerit assertiuè locutus, vt notat Baldus in l. j. ff. de iustitia & iure. & per tex. ibi, dum dicit verbum nisi fallere Philosophiam, &c.

LXXXIIII.

Vide Dy. in c. vlt. de reg. iur. ad id quod dicitur de ratione legis.

LXXXV.

Nota quòd colonus debet seminare de semine suo, vt extrà de deci. cap. tua. Baldus de Perusio.

LXXXVI.

Nota quòd lex mortua non est lex, vt l. j. in fin. C. de Latina liber. tol. sic nec homo mortuus est homo, vt l. Proculus. de verbor. signific. sic nec falsus procurator est procurator. l. falsus. ff. de furt. sic nec falsus denarius, vt dicta l. Proculus. aliàs, Paulus. & l. j. ff. de contrahen. empt. nec arida manus dicitur esse manus, vt not. in l. de quibus. ff. de legib. & not. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug.

LXXXVII.

Nota ꝙ talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstant. vt l. fideiussor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio.

LXXXVIII.

Nota quòd lex noua trahitur ad veterem, circa quod vide l. nihil. de coniung. cum emancip. lib.

ADDITIO.

Et si lex noua imponat pœnam pro delicto, nõ tollitur pœna antiqua, secundum Doctor. in l. si quis sepulcrũ. C. de sepulc. viol. & l. quoties. de actio. & oblg. facit l. in eum. C. de furt.

LXXXIX.

Nota clausulam appositam in l. iij. §. si is pro quo. ff. quod quisque iur.

XC.

Qualiter impetrantur rescripta principis? vide l. ij. C. de castren. & minist. libro xij. Baldus.

ADDITIO.

Adde quòd rescriptum à principe obtentũ, non habet effectum, donec iudici seu commissario fuerit intimatum. l. j. & ibi Cin. C. de litigiosi item nõ valet rescriptum per quod quis impetrauit iudicẽ lite pendente non facta de ipsa lite mentione. c. cæterum. & c. super literis, versic. si verò. de rescript.

XCI.

Nota quòd in matrimoniis debem[9] sequi ius canonicum, vt est glo. Instit. de nupt. in princip. Baldus.

XCII.

Nota quòd illud quod datur nomine dotis non est dos, vt illud quod datur propter matrimonium illicitum, vt l. serua seruo. ff. de iure dot.

XCIII.

Nota quòd vbi deficit forma, ibi deficit esse rei, vt l. non sunt liberi. ff. de statu homin. Baldus.

XCIIII.

Nota quòd sententia super ingenuitate ritè lata facit ius apud omnes, in c. ratum. de reg. iur. in vj.

XCV.

Nota quòd de conclusione conclusionis non est querendũ, vt ff. de præuar. l. præuaricationis.

XCVI.

Quando tabellio stipulatur mihi, non videtur quæri per ipsum, sed per legem, vt tenuit Baldus in l. ij. ff. de his qui sunt sui. & dicit quòd quæritur mihi vtilis. l. non quasi. ff. rem pupill. sal. for.

ADDITIO.

Adde quòd est duplicatum suprà sing. xxxix.

XCVII.

Nota quòd si existens in peccato mortali efficitur furiosus, non sunt sibi danda sacramenta ecclesiæ, quia peccatum secum retinet: circa quod vide l. si is qui. de acq. pos. & in l. qui furere. de statu ho.

XCVIII.

Nota quòd mortuo arrogatore, & deinde imputetur arrogato, bona quæ venerunt ad arrogatorem sunt restituenda: & propterea quarta pars arrogatoris, in qua po-

test arrogator directò substituere vsque ad tempora pubertatis, vt l. si arrogator. ff. de adoptionibus. Baldus.

XCIX.

Nota gloss. in l. j. §. exigit. ff. de bon. pos. secund. tab. quia non est alibi, in qua dicitur, quòd si testamentum meum rumpitur, quòd amota causa ex qua rumpitur, conualescit testamentum.

C.

Vide gloss. in l. j. in fin. de tut. & cur. dat. ab his. quæ non est alibi.

CI.

Nota quòd si imploratum est iudicis officium mercenarium, & processum sit ad sententiam pro petente, sententia est ipso iure nulla, vt l. si in iudicio. ff. de excep. rei iud. quod alibi non reperitur.

CII.

Nota quòd id quod dicitur, quòd qui non est soluendo in pecunia, debet luere in corpus, [a] habet locum in obligato ex delicto vel quasi: secus si ex contractu vel quasi, vt l. j. qui bon. ced. pos. ita tenuit Bald. in l. si quis id quod. de iurisdi. omni. iudic. de hoc per Cinum in l. si non conuitij. C. de iniur.

ADDITIO.

a Luere in corpus. Sed si post luitionẽ corporis peruenerit ad pinguiorẽ fortunam, nõ tenetur soluere: secũdum Bal. in l. fin. ff. de in ius vocãd. ex eo quia luitio corporalis cedit loco solutionis pecuniariæ. alleg. text. quẽ dicit meliorem qui sit in mundo, l. sed si vnius. §. sed si ante. ff. de iniur. ad idem est glo. ordin. idem decidens, in c. sicut dignum. de homicid.

CIII.

An iudex possit compellere quem ad consulendum? glossa est quòd sic, in l. ij. C. de proxi. sacro. scrin. & nõ est alibi.

CIIII.

Nota quòd actori pro quo est lata sententia, est quæsitum sibi duplex ius, scilicet, actio in factum & officium iudicis, vt l. si prætor. in fi. ff. de iudic. qui tex. non est alibi.

CV.

Nota quòd appellatione sententiæ diffinitiua continetur, vt not. per gl. in l. j. §. biduum. ff. quand. appel. fit. & non est alibi.

ADDITIO.

Adde Anto. Corset. sing. 190. in verb. notorium. nu. 2. versic. & si aliquis mihi diceret, vbi vltra Bal. hîc alleg. gl. in cle. j. de re iudic. & not. in c. cùm olim. de testib. & c. cũ olim. de caus. possess. & propriet. & not. in rub. ff. de re iudic. & glo. fin. in l. quod iussit. ff. eod. Mathes. sing. 93. & ibi in addit. eundem Mathes. in l. ij. vers. secundò notate ex ista glos. C. quom. & quando iud. & in l. ante sententiæ. nu. 2. C. quor. appell. non recip.

CVI.

Quæro, qualiter debeat fieri captura personæ? vide l. iij. §. tutor. ff. de suspect. tut. & vide x. collat. de vas. mil. qui contu. est.

CVII.

Nota quòd vbi aduersatiua ponitur cum copula, ibi potest ad vniuersitatem iuris, licet diuersitatem facti, vt colligitur ex glossa post medium. l. j. ff. si quis ius dic.

CVIII.

Vide gloss. in l. apud eum. ff. de manumis. ad hoc. s. de maioritate & minoritate.

CIX.

Nota quòd quando aliquid habet duo extrema, quorum alterum est fauorabile, alterum est odiosum: fauorabile recipit interpretationem extensiuam, odiosum restrictiuam, vt colligitur ex gl. l. ij. circa fi. glo. super verbo, liberis. vbi allegatur l. cùm quidam. de lib. & posthum. quod bene nota.

CX.

Nota quòd quando actus fit ad præparationem citationis, ille actus nõ requirit citationem: Verbi gratia, libertus petit à Prætore veniam, qua conuenire possit patronum suum: sed ista venia nõ datur, nisi causa cognita liberto: vt l. sed si homo. §. prætor. ff. de in ius vocan. & ad cognoscendum de causa illa, non est necessaria citatio: quia fit ad præparationem citationis: vt tenet Baldus in dicto §. prætor.

CXI.

Dominus Iac. But. inducit finem l. j. de interdictis, in argumentum, quòd statuta recipiant interpretationem extensiuam.

ADDITIO.

Adde quòd statuta recipiũt interpretationem à iure communi, licet generaliter loquãtur: per text. iuncta glos. super verb. nuntiationem. in l. j. in princ. ff. de no. oper. nũtiat. & ibi hoc not. Angel. facit l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. & l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. vide Iacob. de But. in l. j. C. de condit. insert.

CXII.

Vide casum l. miles. §. mulier. ff. de adulte. l. si vicinis. C. de nuptiis. quia alibi non reperitur.

CXIII.

Nota quòd per instrumenta possunt probari matrimonia: vt in authentica, vt fratrum filij. in prin. collat. ix.

ADDITIO.

Matrimonium quòd non probetur per instrumentum, tenent Innoc. Hostiens. Ioan. And. Imol. Bald. & Alb. in c. illud. de præsumpt. Vide Alexan. in addit. ad Bart. in l. ex hac scriptura. in addit. magna circa medium ff. de donatio. Roma. sing. cccclj. Mathes. sing. lxxix. & ibi in addit. Guido. Pap. sing. cccclxviij. §. matrimonium.

CXIIII.

Nota quòd suspecti non habent vocem circa rem, in qua sunt suspecti, vt l. viduæ. C. de nupt.

CXV.

Nota quòd in cõnexis permissum trahit ad se prohibitum, vt l. si is qui duos. ff. de liber. cau.

CXVI.

Vide glossam in verb. posteà. in l. cum fundum. ff. de vi & vi arm. quæ est singularis.

ADDITIO.

Hanc gl. reputat Bolog. ad hoc singularem, quòd facultas capiendi propria authoritate vel faciendi vindictam de offensa, potest exerceri per alium, nõ solùm per nosmetipsos quibus competit ista facultas: quod tamen verum intellige in concessione legali: secus in vindicta permissa alicui à statuto: quia non potest alteri committi, & per alium explicari.

CXVII.

Nota quòd illud, quod lex non vult, facere non teneor, vt in l. Cerdonem. de operis libert.

CXVIII.

Nota quòd iusta causa reuocandi, pro iusta reuocatione habetur. l. si cùm Cornelius. de solut.

ADDITIO.

Adde quòd d. l. si cùm Cornelius. ad hoc propositum dicitur singularis, quòd adiectus solutioni, licet non possit agere suo nomine proprio, tamen potest agere nomine procuratorio domini. de quo per Alex. in l. in stipulationibus. col. vlt. ff. de verb. obligat.

CXIX.

CXIX.

Nota quòd missus in possessionem de consuetudine lucratur fructus, vt notatur in authen. de exhibend. reis. in §. si verò quidam. collat. v. & non est alibi.

CXX.

Nota quòd confessio facta coram notario absente iudice, nemini præiudicat: vt est gl. in l. iubemus. C. de lib. cau.

ADDITIO.

Adde Guid. Pap. sing. lxxiij. & Pet. de Rauen. sing. xciiij.

CXXI.

Nota quòd ille qui habuit tempus ad deliberandum, & post tempus elapsum dicit, credo, non potest postea excipere de errore, vt not. in c. ex literis. extrà de diuor.

CXXII.

Nota quòd donatio facta pauperibus nemine stipulante pro eis, non valet, vt not. glo. in l. illud. C. de sacrosanct. ecclesi. tamen quis potest pro his stipulari etiam dirigendo verba in ipsos absentes. glo. est ordinaria, quæ alibi non reperitur. j. q. vij. cap. quoties cordis oculus. & dicit etiam Bald. de hoc in d. l. illud.

CXXIII.

Nota quòd summaria cognitio est illa quæ litis contestationem præcedit, vt tenet Inn. & Ioan. And. in ca. pastoralis. de officio del. in clem.

CXXIIII.

Nota quòd monachus non habet velle nec nolle. xij. q. j. ca. non dicatis. Baldus.

CXXV.

Nota quòd tot modis appellatur ab excessu sentētiæ, quot modis dicitur plus: vt ait Inn. in c. super quæstionum. de offi. deleg.

CXXVI.

Nota quòd si quis confitetur circa tormenta, ipse videtur confiteri metu tormentorū: vt l. quod nouissimè. ff. quod falso tuto. & ibi casus.

ADDITIO.

Adde quòd confessio rei constituti in fortijs iudicis, dicitur metu tormentorum facta: cùm iudex semper habeat potestatem & potentiam in actu torquendi ipsum reum secundum Din. in d. l. quod nouissimè. & nota quòd licet confessio torti non præcedentibus indicijs sit inualida, tamen confessio territi, & etiam confitentis apud chordam, valet & tenet: quoniam licet non præcedentibus indicijs quis non torqueatur, terreri tamen potest, & duci ad chordam: & valet confessio secundum Bald. in l. ij. C. quor. appell. non recip.

CXXVII.

Nota quòd in summaria cognitione, vel officio iudicis iuratur de calumnia: vt l. thesaurus. ff. ad exhibendum.

CXXVIII.

Nota quòd si quis confitetur occidisse Petrum, dato quòd confessio non sit funditus vera, tamen si est vero proxima, confitens ex cōfessione tenetur: quod est not. dignissimum, vt l. si is cum quo. ff. de confe. nec est alibi.

CXXIX.

Nota quòd testamentum semper in dubio præsumitur verum & solenne, nisi contrà doceatur. hoc not. in l. si post. C. de iuris & fact. igno. & ibi gl.

CXXX.

Nota quòd sicut militi non auferuntur arma, ita nec scholaribus libri: vt not. gl. in l. nepos Proculo. de verb. signi.

ADDITIO.

Tu adde quòd si scholaris cedat bonis, deinde emat libros, creditores non poterunt eos auferre secundum eūdem Bald. in rubric. C. qui bon. ceder. poss. not. Ias. in l. si nō sortem. §. si centum. colum. fin. ff. de condict. indeb. libri enim quibus quotidie vtuntur scholares & doctores, non veniūt in obligatione generali, sicut nec vestes propriæ personæ: nec quæ in vsu quotidiano habentur, nisi de eis specialis facta sit mentio. l. obligatione generali. cum seq. ff. de pignorib.

CXXXI.

Quæro, an sententia appellationis sit interlocutoria vel diffinitiua? vide gloss. in c. fi. de appella. in clement.

CXXXII.

Nota quòd alternatiua posita inter duos, quibus æqualiter insolidum potest acquiri, vitiat stipulationem, vt l. j. §. si fructuarius. ff. de stip. seruorum. Baldus.

CXXXIII.

Quæro, an iudex teneatur expectare illum, cui dedit terminum ad crastinam diem ad audiendam sententiam? vide gloss. magnam instit. de verb. oblig. in §. omnis stipulatio. in gloss. quæ incipit, hic not. quæst. de facto. quæ finaliter concludit quòd non.

CXXXIIII.

Nota quòd spolians non habet exceptionem dominij, vt not. per Din. in ca. qui ad agendum. extrà de regulis iuris. in vj.

ADDITIO.

Si tamen spoliatus confiteatur spoliantem esse dominum, non debet restitui. ita notabiliter Angel. in l. Paulus. §. j. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. soluit. qui adducit vnum dictum Innoc. quod dicit singularissimum.

CXXXV.

Nota quòd scriptor qui inchoauit scribere scholari tenetur opus perficere, & potest poni in compedibus, & est in electione scholaris, vtrum velit quòd opus incœptum compleatur, vel sibi interesse soluatur: hoc probatur per gloss. magnam in l. stipulatio. §. siue. ff. de oper. noui nuntia. sed casus est in contrarium secundum quosdam, in l. in stipulationibus. §. fi. ff. de verb. oblig.

ADDITIO.

Adde eundem Bald. suprà singul. lx.

CXXXVI.

Quæro, an socius qui vult recedere, possit ponere alium loco sui inuito socio, qui remanet in domo? respondetur quòd sic, inspecto iure conductionis: sed quia ius societatis præualet conductioni, ideo prohiberi potest. de hoc vide gloss. singularem Instit. loca. §. fina. quæ non reperitur alibi.

CXXXVII.

Quæ differentia est inter actionem directam & vtilem, & cui datur directa, & cui vtilis? vide gloss. notabilem in l. consensu. ff. de actio. & obliga. & l. j. de actio. & oblig.

CXXXVIII.

Qui addit aliquid alicui rei, nouam rem facit, vt ff. de iusti. & iure. l. ius ciuile. Bald. de Perusio, &c.

CXXXIX.

Nota quòd vno & eodem actu possum approbare & reprobare, si appello à sententia lata contra falsum procuratorē, qui nomine meo egit, vt l. iij. §. falsus. ff. rē rat. hab.

CXL.

Quæro, an legatarius sua authoritate possit capere legatum? vide gloss. in l. Titia cum testamento. §. Lucius. j. de leg. ij.

ADDITIO.

Adde quòd legatarius tenetur cauere hæredi de parendo conditioni vel modo à testatore iniuncto: aliàs hæres nõ tenetur sibi legatum præstare. l. si tibi legatum. cum simi-lib. de leg. iij. Et contra legatarium per hæredem præscribitur iuri præstandæ cautionis per spatiũ xxx. vel xl. annorum secundum Bald. singul. in c. cùm non liceat. de præscript. & in pulchra quæstione consuluit idem Bald. cõsil. cccxlij. super eo quod quæritur. lib. j. & cõs. cxxxvij. quædam vidua. & consil. clxviij. proponitur quòd quædam. lib. v. & illud dictũ Bal. in d. cap. cùm non liceat. pro sing. refert & citat Ias. in l. huiusmodi. in prin. in j. notab. circa fin. ff. de leg. j. Adde ad materiã text. iuncta gloss. in verb. petẽdo. in cap. Rainaldus. de testa. l. eam quam. C. de fideicommiss. limita tamen nisi testator dederit licentiam legatario capiendi rem legatam propria authoritate. d. l. Titia cum testamento. §. j. hîc alleg. & ibi Bar. & alij. & Baldus in l. non dubium. C. de legat.

CXLI.

Nota quòd si risi, vel etiam lusi, vel comedi, vel bibi cum eo, qui iniuriam intulit mihi, videor sibi remisisse iniuriam: vt est gl. institu. de iniuriis. §. fi. in contrarium facit c. si aliquando. de sen. excommu.

CXLII.

Nota quòd intentans ius commune tenetur cauere de rato consortis, vt l. non solum. §. si de dote agat pater. ff. de procurato.

CXLIII.

Nota quòd pro alienis negotiis quis non tenetur se ponere in necessitate: vt l. Thais. §. j. ff. de fidei. libe. & l. si autem. ff. de negotiis gestis.

CXLIIII.

Nota quòd cùm testis deponendo dicit: omnes dicunt, ista infinitas debet discretè intelligi, scilicet, omnes qui similiter dicunt habere cognitionem huius rei: vt not. in l. cùm quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæredi. & ibi glo. notabilis super verbo, dicere. & ff. qui satisd. cogan. l. inter omnes. & vide bonum tex. in l. si arbiter. ibi, sed cùm omniũ hæc est opinio. ff. de probat. & ibi doct.

CXLV.

Nota quòd omnia iura quæ statuta sunt in minoribus, statuta sunt in quibuscunque curatorem habẽtibus: vt no. glos. in l. ij. de cura. furio. quæ gl. non reperitur alibi.

CXLVI.

Nota quòd ratio reddita bona fide semper dicitur reddita bene. vt l. quamuis. ff. de condi. & demonst.

CXLVII.

Nota quòd aduersus vnum parum custodia potest, vt l. si ea res. in principio. ff. de actio. emp.

CXLVIII.

Nota quòd non tenetur ad probandum quod probabiliter ignorat. l. si cum exceptione. §. in hac. coniuncta glo. ff. quod met. cau.

CXLIX.

Nota quòd si iudex dat fiduciam bannito, non tenetur eam seruare sibi. vt in authent. de mand. princip. §. ne autem. secus si fiat à principe, vel à duce belli, vt l. conuentionum. ff. de pact. & ibi not. & est glossa in §. non fuit. in l. j. ff. de dolo. & plenè per Bartol. in l. j. ff. ad leg. Iuliam maiest. & vide per eum in l. is qui reus. de public. iudic. in penultima quæstione.

CL.

Nota quòd aliud est modificata promissio, & aliud est expressa, vel tacita pro habitis. hoc dixit Baldus in l. si cùm mihi permisisses. ff. de dolo malo.

CLI.

Nota quòd ex leui præsumptione non defertur sacramentum. de hoc habes glossam notabilem in l. j. §. vnde illud. super verbo, leuior. ff. de minor.

CLII.

Quæro, an fiat litis contestatio per verbum, credo, vel non credo? vide extrà de restitut. spoliatorum. capit. cùm ad sedem. hoc notat Baldus in princip. legis, iusiurandum & ad pecunias. ff. de iureiurando.

CLIII.

Quæro, an valeat testimonium excommunicati, qui communiter non habetur pro excommunicato? dic quòd sic, vt in capitul. ad probandum. extrà de re iudic. & in authent. de tabel. §. j.

CLIIII.

Nota quòd scriptura, quæ nihil continet, nihil operatur: vt l. si binæ tabulæ. ff. de iniusto rup. irritóque test.

CLV.

Quæro, an tabellio conficiens instrumentum debeat esse rogatus à partibus? & dic quòd sic: vt not. per gloss. in authentica de tabel. §. nos autem. collatio. iij. sed quid si in instrumento non appareat quòd fuerit rogatus, & dicit ibi quòd sic.

CLVI.

Vide gloss. ordin. vij. q. j. cap. quàm periculosum. de transmissione Regnorum, quæ gloss. non reperitur alibi, secundum Baldum. hoc ponit ipse in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure.

CLVII.

Nota gloss. in l. ij. C. qui ætate. libro x. de æstimo patris & filij: nam sufficit patrem subire: quia iuris fictione præsumitur esse vna & eadem persona: vt C. de impub. & aliis substit. l. fin. in fi. quæ glossa non reperitur alibi.

CLVIII.

An frater teneatur dotare sororem? vide gloss. in l. cùm plures. §. pen. ff. de administ. tutor.

ADDITIO.

Adde quòd gloss. in dict. l. cùm plures. §. cùm tutor. tenet quòd frater tenetur dotare sororem suam ex eodem patre inopem: secus si ex alio patre existat, vt ibi est textus. item tenetur eam alere. l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. debeat.

CLIX.

Quæro, nunquid filius tacendo per annum possit post annum testamentum dicere nullum, in quo est præteritus? dic quòd non: glos. est in l. si impubes. §. quæsitum. ff. ad Carbonian. quod non reperitur alibi.

CLX.

Nota l. legata inutiliter. ff. de adimend. legatis. quæ non est alibi. & l. captatorias. ff. de test. mil.

CLXI.

Vide glossam vnicam in l. illa institutio. de hęred. instituen. de consilio sapientis. idem vide in l. item quia. ff. de pactis. de consensu & dissensu: & est valde notabilis lex.

CLXII.

Vide c. j. de vsur. in cle. & ibi habes not. gl. de editionibus.

CLXIII.

An acta facta coram vno iudice possunt produci coram alio? vide l. quoties. §. fi. ff. de proba. in glo. Io.

CLXIIII.

CLXIIII.

Vide glo. quæ non est alibi de duabus scripturis, in l. ne casu. C. de discussor. lib. x.

CLXV.

Vide l. cùm pater. §. pater pluribus. ff. de leg. ij.

CLXVI.

Vide cap. in nostra. extrà de iureiur. vbi est casus, quòd vniuersitas potest in singulos de vniuersitate legem imponere, qui non reperitur alibi.

CLXVII.

Vide glos. l. j. ff. de impen. de dote, vel circa dotem.

CLXVIII.

Vide glossam ordinariam in l. inter causas. §. abesse. ff. mandati. de fideiussore non idoneo. & aliam gloss. in l. si mulier. C. de iure dot. vbi dicit gloss. quòd non curatur, vbi principalis sit diues, si fideiussor sit non soluendo, & non est alibi illa gloss.

CLXIX.

Vide glossam ordinariam in l. cùm hæres. ff. de lib. leg. de ignorantia facti proprij, & aliam, quæ non est alibi.

CLXX.

Quæro, an in substitutione veniant prælegata? vide l. Sextiam. de leg. iij. quæ dicit quòd non.

CLXXI.

Vide l. quicunque. C. de apochis public. libro x. de prima præstatione ad quæstionem formatam in l. j. C. de fideicommis.

CLXXII.

Nota quòd quando citatio est incongrua, processus qui sequitur ex ipsa citatione est nullus, vt in capit. pastoralis. extrà de re iudicata. in clement.

CLXXIII.

Nota quòd dubius de iurisdictione sua, est certus de iurisdictione sua, vt l. ij. in princip. ff. si quis in ius voc. non ierit. vtputà, lex facit quem iudicem, vbi non apparet de iurisdictione, sed certa est iurisdictio legis, ergo non dubitatur: vt dicta l. ij.

CLXXIIII.

Nota quòd aliquis est citatus pro vna die, & à casu dies illa sit feriata, quòd citatus tenetur comparere prima die sequenti, non feriata: vt l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut.

CLXXV.

Vide l. hæres meus. §. fin. ff. de conditionib. & demonstrat. quòd illud quod non potest statui contra clericum ratione sui delicti propter statuta terrarum, statuitur contra patrem clerici, vel attinentes ratione sanguinis: potest etiam istud colligi in l. j. ff. in ius voca. vt eant.

CLXXVI.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur veritas vtriusque partis: vt l. fi. ff. in ius voc. vt eant. & est text. in l. si quis stipulatus fuerit x. ff. de verborum oblig.

CLXXVII.

Nota quòd ratione maioris delicti minus delictum remanet impunitum. per l. ij. qui satisd. cog.

CLXXVIII.

Vide glos. in l. si homo mortuus. ff. de verb. oblig. quia ibi debet esse gl. continua magnæ, l. si decesserit. qui sat. cog, in illa quæstione, Quid si promisi Stichum.

CLXXIX.

Nota quòd in c. pastoralis. de re iudic. in cle. dicitur, Ponamus quòd aliquis deliquit Paduæ, & aufugit Triuisium: si iudex Paduæ petit sibi remitti delinquentem, quòd iudex Triuisij tenetur mittere ipsum de iure: & si delinquens vult se excusare ibi, scilicet, Triuisij, dicens quòd non deliquit: vel si deliquit, vult dicere se deliquisse in bannitum. Et dic quòd delinquens non debet audiri, nisi in loco, in quo deliquit. Bart. quærit de ista quæstione in l. j. ff. de public. iudiciis. ibi, causa status. quod est not. dignum.

CLXXX.

Nota quòd qui semel contradixit foro, nunquam potest petere se remitti ad illum forum: vt l. de die. §. fin. ff. qui satisd. cog.

CLXXXI.

An scholaris datus pro scholari vt fideiussor, dicatur minus idoneus, quia non possidet immobilia? vide glos. in authent. de exhib. reis. §. sancimus. collat. v.

CLXXXII.

Vide glossam in l. qui habebat. de lega. iij. quæ non reperitur alibi.

CLXXXIII.

Nota casum l. Iulianus. qui satisd. cogant. qui talis est, Superueniens mandatum, vel ratihabitio firmans personam in iudicio, firmat stipulationem iudicialem, in dict. tex. secus si firmat mandatū. hoc dicit tota gloss. Azonis.

CLXXXIIII.

Nota quòd non est culpa credere honesto viro. vide l. argentum. ff. commod. & not. gloss. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonst. hoc tetigit Baldus in l. j. ff. de eo per quem fact. erit.

CLXXXV.

Nota quòd sequestrum non habet ferias, vt l. minor. in principio. ff. de euictionibus. hæc not. Baldus in l. ij. ff. de feriis. super verbo, seruandi causa.

CLXXXVI.

Nota quòd vbi veritas probationis potest cum tempore deperire, ibi probatio fieri potest etiam die feriata: vt l. iij. ff. de feriis.

CLXXXVII.

Nota quòd beneficium deliberationis non est auferēdum reo: vt l. si in rem agat aliquis. in fine. ff. de rei vendicat. facit l. j. in prin. ff. de edendo.

CLXXXVIII.

Nota quòd ordo verborum demonstrat intellectum, vt in canone, de consecratione distinctione secunda, in Christo patri. De hoc videtur textus & glossa in l. quoties. in prin. ff. de vsufru.

CLXXXIX.

Nota quòd notarius potest legere abbreuiaturas suas, vt in Spec. de instrumen. edi. §. ostenso. versic. quòd si aliquis.

CXC.

Nota quòd iuramentum non validat contractum prorsus inutilem, vt l. si quis inquilinos. cum glossa sua in fine legis, de legat. j. concordat l. iurisgentium. §. & generaliter. ff. de pactis.

CXCI.

Nota quòd consuetudo alterans naturam facit recedi à consideratione naturæ: vt tenuit Bald. in l. j. §. bestias. ff. de postulando.

CXCII.

Nota quòd pupillus potest capitaliter condemnari, vt l. si arrogat. ff. de tutel. quod non reperitur alibi.

CXCIII.

Nota quòd relegatus ad tempus intelligitur de decennio, vt l. sine præfinito. ff. de pœnis. & ibi tex. cum gl. & nō reperitur alibi.

CXCIIII.

Nota quòd authoritas prætoris præsumptionem turpitudinis excludit.l.furti.§.qui iussu prætoris.ff.de infamibus. Baldus.

CXCV.

Nota quòd quando aliquis iudex est allegatus suspectus in aliqua causa, si ipse iurat se non suspectum, ipse excusatur à suspitione, vt tenuit Bald.per gloss.quæ est in dicto §.qui iussu.super verbo, innocentiam.ff.de infamibus.

CXCVI.

Nota quòd scholaris inuito socio non potest ducere ganeam in domum. vide l. non aliter. ff. de vsu & hab. vbi est glo.de hoc.

CXCVII.

Nota quòd quando procurator facit actum pœnalem, non incidit in pœnam, si ille actus non potest in procuratorem suo nomine cadere verè nec interpretatiuè, vt in exceptione opposita per eum nomine alterius & sponsalitiis: vt l.quid ergo.§.j.de infamib.

CXCVIII.

Nota quòd cõfessio facta coram inquisitore non infamat. ita determinauit Bal.per d.l.quid ergo.§.ex compromisso.in glossa super verbo, infamat.nam dicit ipse, quòd ideo sententia inquisitoris non infamat, per dictam glos.

CXCIX.

Nota casum in d.l.quid ergo.§.pœna grauior.quòd corporali pœna imposita loco pecuniariæ, videtur super infamia dispensatum: secus si vna pecuniaria loco alterius pecuniariæ imponatur.

CC.

Nota glossam l.apud Celsum.in princip. ff. de excep. doli. an aliquis sit aliâs facturus vel non, quæ non est alibi: & cum hoc vide quod notatur in l. ob hæc verba. ff. de infamibus.

CCI.

Nota quod fieri non debet, tamen fit, si timetur fieri non posse temporis cursu: vt l. nec hæreditas. cum l. sequen. ff.de procurat.

CCII.

Nota edictum præcisum recipere interpretationem, & limitationem, vt l.filiusfamiliâs.§.prætor ait.ff.de procur.

CCIII.

Quæro, si iudex commisit causam audiendam, vtrum videatur commisisse eam finiendam? vide glo.in cap.auditor.de rescri.in clemen.

CCIIII.

Quid operentur ista verba, constituo te procuratorem, actorem & legitimum responsorem: vide in Spec.de actore.versi.sed pone.

CCV.

No.quòd vbi debet probari distinctio temporum, si non probatur, reus debet in totum absolui: vide in cap. literas.de rescri.in clemen.concordat l.eum actum. in glos. fi.ff.de neg.gest.& C.de pet.hær.l.cùm post moram.

CCVI.

Nota casum l.at qui natura.§.cùm me absente.ff. de neg. gest.qui non reperitur alibi.

CCVII.

Nota quòd publica fama est notorium dominij, seu probatio dominij: vt not.in glos. magna dicti §.cùm me absente.ff.de negotiis gest.

FINIS.

SINGVLARIA

DO. PAVLI DE CASTRO, IVRIS Vtriusque Doctoris excellentissimi.

Quibus accessere quædam Gabrielis Saraynæ Iurisconsulti Veronensis & aliorum Additiones.

I.

1 *Expensa facta in causa principali, in qua reus obtinuit, compensatur cũ expẽsa facta in causa appellationis, in qua succubuit.*

1 EXpensa† facta in causa principali, in qua reus obtinuit, compensatur cum expensa facta in causa appellatiõis, in qua succubuit. glossa est in l. generaliter. C. de iureiurando.

ADDITIO.

Adde Guid.Pap.sing.xc.

II.

1 *Pax facta à litigãtibus super debito intelligitur etiam facta super expensis.*

1 SI fiat†per partes litigantes pax super debito, intelligitur etiam facta pax super expensis, si aliud non fuerit dictum.argumen.in l.ij.ff.si quis cautionib.Ioan.Andræ.in nouella de eo qui mittitur in possesion.causa rei seruan.cap.j.lib.vj.tenet contrarium, vt ibi vide.

III.

1 *Actus iudicialis est fiendus expensis eius qui postulat, vt fiat.*

1 ACtus†iudicialis est fiendus expensis eius, qui postulat, vt fiat.l.ij.ff.ex quib.cau.in possess.eat. & in glos.

IIII.

1 *Aestimatio rerum debet fieri pro eo pretio, quo vendũtur in foro.*

1 AEstimatio†rerum semper debet fieri pro eo pretio, quo venduntur in foro. glossa est in l. scriptum.C. de erog.mil.annonæ.libro xij.

V.

1 *Frater tenetur alere fratrem, & soror sororem.*

1 FRater†tenetur alere fratrem, & soror sororem. glossa est in l.si quis à liberis.ff.de lib.agnoscend.

VI.

1 *Fili⁹ licet habeat domiciliũ, potest cõueniri in loco originis patris.*

1 FIlius†vel nepos licet habeant alibi domicilium, tamen possunt cõueniri in loco originis patris. notat Bart.in l.ij.C.de iurisdict.omnium iud.

VII.

VII.

1 *Frater non potest petere, vt communibus expensis fiat expensa doctoratus post mortem patris, licet pater viuens pro alio fratre fecerit similes expensas.*

1 FRater † non potest petere, vt communibus expensis fiat expensa doctoratus post mortem patris, licet pater viuens pro alio fratre fecerit similes expensas. gloss. est in l. qui originem. §. fi. ff. de muner. & honor.

VIII.

1 *Frater iunior præfertur in eligendo in diuisione rerum omnium.*

1 FRater † iunior, vel alius habēs rem communem cum alio præfertur in diuisione in eligendo, vt l. iij. in princ. C. de his qui veni. ætat. impetra. & l. fin. ff. famil. erciscun. & cap. j. de paro.

IX.

1 *Furtiua res potest tolli per dominum, licet sit penes furem.*

1 FVrtiua res † potest tolli per dominum, licet sit penes furem. vide Imol. in cap. cùm olim. de restitut. spol.

X.

1 *Verbum sæpe, quomodo accipiatur.*

1 SAepe † accipitur pro duabus vel tribus vicibus, vt est glossa in auth. de testibus, in §. quia verò sæpe.

XI.

1 *Notarij simplicitas partibus non nocet.*

1 SImplicitas † tabellionis nō nocet partibus. in l. fi. C. de fideicommis. aliâs de fideius. in glos. pen.

XII.

1 *Solennitas omissa circa præparatoria iudicij processum vitiat.*

1 SOlennitas † omissa circa præparatoria iudicij habet vitiare processum. istud est dictum Petri in authent. generaliter. C. de episcop. & cleric.

XIII.

1 *Solutio facta minori iussu iudicis, facit vt aduersus solutionem minor non possit petere in integrum restitutionem.*

1 SOlutio facta † minori iussu iudicis facit & operatur, quòd aduersus solutionem non poterit minor petere in integrum restitutionem. textus est singularis in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minoribus.

XIIII.

1 *Hæredis appellatione suus, non extraneus, continetur.*

1 HAeredis appellatione † solùm continetur suus, non extraneus. l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. & in glos.

ADDITIO.

Adde latè Guido. Papę decisio. Grationop. dxcj. Verbum, hæres. & consi. xxxvij. incip. Addendo ad allegationes.

XV.

1 *Homicidium debet testi in specie opponi, non in genere, ad eum repellendum.*

1 HOmicidium † debet testi obiici in specie ad ipsum repellendum à testimonio, & non in genere. cap. si homici dium. de testi.

XVI.

1 *Testis si non fuerit sententialiter excommunicatus, à testimonio non repellitur. Idem in notario sententialiter non priuato.*

1 TEstis si † non fuerit sentētialiter excommunicatus, non repellitur à testimonio. not. Innoc. in cap. pia. de exception. Idem dicit in notario, vt valeat instrumentum, si non fuerit sententialiter priuatus.

XVII.

1 *Probatio non admittitur contra inuentarium.*

1 COntra † inuentarium non admittitur probatio. tex est in l. veteris iuris. in prin. C. arbit. tut. & nō alibi.

ADDITIO.

Adde Bald. singul. lxxv.

XVIII.

1 *Inscriptio licet non sit apposita in libello, nihilominus semper intelligitur.*

1 INscriptio † licet nō sit apposita in libello, nihilominus semper intelligitur. glos. est in l. iij. C. qui accus. non pos. & C. de fideiuss. l. iij. quæ non est alibi.

XIX.

1 *Iudex potest abbreuiare, & in totum tollere dilationem datam reo, si timeatur de fuga.*

1 IVdex † potest abbreuiare, & in totum tollere dilationem datam reo, si timeatur de fuga. not. text. in l. siue. C. de dilat.

XX.

1 *Hæredem extraneum instituendo alienare videor.*

1 HAeredem † instituendo extraneum videor alienare. in l. peto. §. fratre. de leg. ij.

XXI.

1 *Nuntij relatio nō potest fieri die feriata inducta in honorem Dei.*

1 RElatio nuntij † non potest fieri die feriata inducta in honorem Dei. istud est dictum Butrigarij in l. fina. C. de feriis.

XXII.

1 *Rationes partis aduersæ subtrahens cadit à iure suo.*

1 SVbtrahēs † rationes partis aduersæ cadit à iure suo. vt l. pen. C. de postulan.

XXIII.

1 *Notarius potest recipere pretium, vt ostendat protocollum.*

1 TAbellio † potest recipere pretium ad hoc, vt ostendat protocollum. glo. in l. argentarij. ff. de edendo.

XXIIII.

1 *Mandatum probatur per traditionem instrumenti debiti principalis.*

1 MAndatum † probatur per traditionem instrumenti debiti principalis. glossa est C. de pact. conuen. l. fin. in glos. secunda, facit l. j. C. de donation.

ADDITIO.

Idem notat Ioannes de Arno. problema. xlv.

XXV.

1 *Incontinenti illud fieri dicitur, quod fit infra triduum.*

1 ILlud dicitur † incontinenti fieri, quod infra triduum fit. text. in l. fi. C. de erro. aduoc.

XXVI.

1 *Testes non bene & solenniter examinati possunt de nouo citari, & examinari.*

1 TEstes † qui malè vel non bene solenniter citati fuerunt, vel examinati, possunt de nouo citari, & examinari, per l. qui per salutem. ff. de iureiurando.

XXVII.

1 *Sententia lata sine partium citatione non valet, idem in sentētia principis, vel Papæ.*

1 SEntentia lata † sine partium citatione non valet. in cap. cū omnes. de constitutionibus. in glo. aliâs nisi sint in actis. Idem in sententia principis, vel Papæ. C. de legib. l. finali.

XXVIII.

1 *Sententia non valet, si iudex tulit sententiam, antequàm nuntius missus ad citandum referat se citasse.*

1 SEntentia † non valet, si iudex tulit sententiam antequàm nuntius missus ad citandum referat se citasse. glo. in cap. sæpe. de iud.

XXIX.

1 *Sententia est edenda parti.*

1 SEntentia est † edenda parti. hoc tenet Inno. in capi. G. perpetuus. de fide instrumen.

XXX.

1 *Sententia lata præcipuè in criminali contra absentem valet.*

1 SEntentia lata † præcipuè in criminali contra absentem valet. casus est in cap. pastoralis. de re iudica.

XXXI.

1 *Sententia lata super expensis non citata parte valet.*

1 SEntentia lata † super expensis non citata parte valet. hoc tenet Inno. in c. querelam. de procura. quòd nõ, si sit citatus ad sententiam, extrà de accusa. in c. calũniã.

XXXII.

1 *Sententia lata super iurisdictione non præiudicat iudici alterius territorij.*

1 SEntentia lata † super iurisdictione non præiudicat iudici alterius territorij. gloss. in cap. super literis. de offi. delega.

XXXIII.

1 *Sententia debet formari contra defensorem defensorio nomine.*

1 SEntentia debet † formari contra defensorem defensorio nomine. ita not. Inno. in cap. causam. qui filij sint legi. quod not.

XXXIIII.

1 *Sententia debet mandari executioni, non obstante quòd aliquis dicat se habere ius in re, dummodo ille, pro quo est lata sententia, caueat.*

1 SEntentia † debet mandari executioni non obstante quòd aliquis dicat se habere ius in re, dummodo ille pro quo est lata sententia, caueat. vide gloss. in cap. veniens. extrà de testibus.

XXXV.

1 *Sententia in notorio crimine fertur etiam parte non citata.*

1 SEntentia in notorio † crimine fertur etiam parte non citata. hoc tenet Inno. in cap. quanto. extrà de accusatio.

XXXVI.

1 *Sententia lata contra vnum potest mandari executioni in rebus apud eum existentibus.*

1 SEntentia lata † contra vnum potest mandari executioni in rebus apud eum existentibus. C. de communi agro deserto. l. vnum. lib. xj.

XXXVII.

1 *Sententia lata contra legem, quæ diuersos intellectus patitur, non infirmatur, licet superueniat lex confirmans vnum.*

1 SEntentia lata † contra legem quæ diuersos intellectus doctorum patitur, non infirmatur, licet postea veniat lex confirmans vnum dictum. istud est dictum Io. And. in cap. j. de constitutio. lib. vj.

XXXVIII.

1 *Sententia lata hoc modo, pronuntio non fuisse probatum, est interlocutoria.*

1 SEntentia lata † hoc modo, pronuntio non fuisse probatum, est interlocutoria, non diffinitiua. gloss. in l. fina. C. de senten. quæ sine certa quanti. proferuntur. & non est alibi.

XXXIX.

1 *Sententia in causa matrimoniali potest ferri sine scriptis.*

1 SEntentia † in causa matrimoniali potest ferri sine scriptis. hoc dicit gl. in c. Albericus. de testibus.

XL.

1 *Sententia quæ facit ius inter omnes, non facit ius inter absentes.*

1 SEntentia quæ facit † ius inter omnes, non facit ius inter absentes. l. qui repudiãtis. §. fi. ff. de inoffi. testa.

XLI.

1 *Sententia diffinitiua potest ferri etiam lite non contestata, quando actori non potest bene succurri per missionem in possessionem.*

1 SEntentia diffinitiua † potest ferri etiam lite non contestata, quando actori non potest bene succurri per missionem in possessionem. glo. est in l. sancimus. §. fi. C. ad Treb. & non est alibi.

XLII.

1 *Sententia lata ex causa falsa, si fuerit confirmata per iudicem appellationis ex vera causa, tunc agitur ex sententia secunda.*

1 SEntentia lata † ex causa falsa si fuerit confirmata per iudicem appellationis ex vera causa, tunc agitur ex sententia secunda. no. in l. si is ad quem. ff. de acq. hæred.

ADDITIO.

Idem tradit Guid. Pap. decis. Grationop. 436. in materia appellationum. num. 12. versi. iiij. super materia.

XLIII.

1 *Sententia lata inter alios prodest alijs, etiam ad quos non spectat, si non per modum actionis fuerit petitum per actorem aliquid annullari.*

1 SEntẽtia lata † inter alios prodest aliis etiam ad quos non spectat, si non per modum actionis fuerit petitum per actorem aliquid annullari, vt sententiam, vel contractum. ita dicit tex. in l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testa.

XLIIII.

1 *Sententia lata secundum diuersum intellectum legis, si tamen intellectus varietur per doctores, tenet.*

1 SEntentia lata † secundum diuersum intellectũ legis, si tamẽ intellectus varietur per doctores, tenet. istud est dictum Bart. in prima constit. Codicis. §. in quibus.

XLV.

1 *Sententia lata hoc modo, impono tibi silentium, est diffinitiua.*

1 SEntentia lata † hoc modo, impono tibi silentium, est diffinitiua sententia. casus est in l. Aurelius. §. centũ. ff. de libe. legat.

XLVI.

1 *Denuntiatio facta ab eo, qui non habet ius denuntiãdi non valet.*

1 NOn valet † denuntiatio facta ab eo qui non habet ius denuntiandi. text. cum gloss. in l. si maior. C. de rescind. vend.

XLVII.

1 *Aestimatio est fienda secundum redditus rei.*

1 AEstimatio est † fienda secundum redditus rei. text. cum glo. in l. dolus. C. de rescind. vendit.

XLVIII.

1 *Cognitionem causæ requirentia debẽt fieri partibus præsentibus.*

1 EA quæ † requirunt causæ cognitionem, debent fieri partibus præsentibus. not. gloss. in l. ij. C. si propter publi. pensita.

FINIS.

SINGVLARES QVIDAM TEXTVS, ET GLOSSAE IVRIS CIVILIS: QVAE NON SVNT ALIbi, & quæ sibi inuicem contradicunt, per domi. Dinum de Mugello, & Rainerium de Forliuio, vetustißimos Iurisconsultos olim in vnum collectæ, nunc primùm typis excussæ.

I.

INfamis infamia facti non repellitur à testimonio. C. de sum. trin. & fid. cath. l. j.

II.

Relictum pro anima diuiti, non intelligitur relictum ad pias causas. gloss. in rub. C. de sacros. eccle. & non est alibi.

III.

Ecclesia potest obiicere perpetuò exceptionem non numeratæ pecuniæ: quia ipso iure non obligatur, si numeratio non interuenerit: vt in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccl. non est alibi.

IIII.

Ecclesiæ non tenentur ad instructionem murorum publicorum conferre: vt in l. ad instructionem. C. de sac. san. eccles. Econtrà no. C. de ope. publ. l. ad portus. & illa vera. & cogitur per iudicem ecclesiasticum. ff. de vsur. qui neque.

V.

Monasterium tenetur ex contractu, vel delicto ingresși. in auth. ingresși. C. de sacros. eccl. alibi dic vt no. in l. si peculium. ff. de pecul.

VI.

Pater gerens negotium filij tenetur reddere rationem administrationis filio: vt l. orphanotrophos. C. de epis. & cler. idem in l. si superstite. C. de dolo. ff. de libe. leg. l. Aurelius. §. Titius. & de bon. quæ lib. l. cùm non solùm. in fi. de neg. gest. l. litis. in fi. Quod est verũ si gerat negotia filij emancipati, si verò existat in potestate, & tunc ex eo, quod malè authoratur, filio non tenetur: vt Institu. de inutil. stipu. §. si pupillo. Si verò malè in re filij, tunc tenetur vt in aliis. de tutor. & cura. dat. ab his. l. is qui. & de sen. pas. l. fin. facit ad leg. Falcid. l. j. Din.

VII.

Curator ad litem non facit inuentariũ. C. de episc. audien. l. de creationibus. non est alibi.

VIII.

Super præscriptione an sit completa testificatur hæreticus. C. de hæreti. l. pe. non est alibi.

IX.

Processus iudicis excommunicati est ipso iure nullus. l. j. C. de iur. & fact. ignor.

X.

Soluens errore facti debitum naturaliter, indebitum ciuiliter, repetit. contrà no. in cap. per ætatem. de regu. iur. probatur in l. cùm quid. de iur. & fact. igno. ibidem habes quòd tutus exceptione ad rigorem iuris conseruandum inducta, soluens non repetit. contrà not. in l. cuius per errorem. C. de iur. & fact. ignorant. de alter. l. fin.

XI.

Priuilegio non gaudet, qui non est scriptus in matricula. in l. iij. de offic. magistr. milit.

XII.

Quod duorum magistratuum vnus emit authorante alio. in l. j. de contrar. iudic.

XIII.

Bannitus ex inquisitione non est infamis. l. j. C. de modo mulctar.

XIIII.

Liberatio facta absente debitore inducit pacti exceptionẽ. de pact. l. postquàm. de libera. legat. l. non solùm. contrà not. ff. de nego. gest. l. Pomponius. in glo. in corde.

XV.

In contractibus nõ habet locum cautio Mutiana. de pact. l. j. de transact. l. siue apud. contra not. & malè. ff. de condi. ob caus. l. de die. in princ.

XVI.

Valet promisșio omnium bonorum collata post mortem. l. fin. C. de pact. non est alibi. Rain. imò est de pact. conu. l. hæreditas.

XVII.

Petens hæreditatem potest pacisci cum aduocato de danda certa parte euentus litis. de postul. l. si quis. cõtrà not. & bene. ff. de pact. l. si intra. facit ff. mandat. l. si verò. §. Marcellus.

XVIII.

Agens hypothecaria mittitur in pos. omnium bonor. de procu. eum qui. contra not. commu. de leg. l. j. in glo. legatarium. Tu dic si agitur contra debitorem, & obtinet prima opin. Si verò contra extraneum, & obtinet secunda. not. de acqui. pos. l. iij. §. genera. & in auth. de exhi. reis. §. si vno.

XIX.

Mater non potest filium defendere. de procur. l. alienam. & ff. de procu. l. fœminæ. contra no. ff. de appel. reci. l. j.

XX.

Actor non potest constitui ad vnam causam. de procu. l. neque. contra not. infrà de appel. si actor.

XXI.

Venditio facta à minore cum decreto iudicis sine tutore, vel curatore valet. de re mili. l. si curator. contra no. de fide. mil. l. ij. si propter pu. pen. l. fin. prima vera.

XXII.

Si peto decẽ, valet sẽtẽtia lata in quinque. C. si aduer. rem iud. l. j. contra no. in l. apud Celsum. §. itẽ quæritur. de dol. except. dic quòd prima vera, etiam si ex diuersis causis petatur. Sed si ex eadem causa, tunc obtinet secunda. vt ff. de arbit. qui tamen. fallit l. si constante. sol. matr. in fin.

XXIII.

Notorium non debet probari. l. j. qui & aduer. quos. cõtra not. de accusationibus. l. ea quidem. prima vera quando est notorium iudici, vt iudici: secunda quando est notorium iudici vt priuato.

XXIIII.

Datio tutoris cõpetit iure magistratus; & ideò potest delegari. C. vbi & apud quos. l. fin. contra notat. in l. j. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & ibi glossa, quæ non est alibi.

XXV.

Licet arguere à communiter accidentibus. C. de arbit. l. j. & l. eum qui. de publicia. Quia alibi fit fallacia: secundũ

accidens.de rei vendic.quæ de tota.§.j.& de acquirend. possess.l.iij.§.incertæ.

XXVI.

Ex sententia arbitri tunc oritur actio in factum quando stipulatio pœnalis non est incerta : vt l. pen. de arbit.facit de re iudi.l.à diuo.in prin.& ff.de arbit.l.ij.contra.ff. de re iudic.ait prætor.in princ.

XXVII.

Ex sententia lata in reali non oritur actio in factum. C. de iudic.l.j.de re iudi.l.miles.§.j.contrà not.& bene,in l. nã & posteà.§.fin.ff.de iureiurand.

XXVIII.

Delegatus ad vnam causam ab inferiore non subdelegat. C.de iudiciis l. à iudice. contrà notatur ff. quis & à quo appella.l.prima.

XXIX.

Pereṁpta instantia durat vitium litigiosi.l.properandum. §.& si quidem.cõtrà not.& bene in l. j. de præscript. lõg. tempor.& de acquir.possession.l.vitia.

XXX.

Non tenetur quis probare , quod in iudicium non tenetur deducere.vt l. apertissimi.C.de iudic.

XXXI.

Restituitur quis propter lapsum triennij perempta instantia propter culpam iudicis qui iudicare noluit, vt l.properandum.§.finautem vtraque.contra not.in auth.item si appellatione.infrà de tempo.appel.vbi nõ datur restitutio.vt in auth.vt spon.largit.§.hoc autem.prius verius. vt d.l.properandum. in fin.

XXXII.

Victus victori condemnatur in expensis regulariter. vt l. properandum. §. finautem alterutra. dic vt not.in auth. de iudi.§.oportet.& l.iij.§.proderit.de iureiuran.

XXXIII.

Reo præsente & actore absente non per contumaciam potest sententiari.vt l.properandum.§.finautem rem. contrà not.in authen.vt lic.matr.& auiæ.§.intra.& illa vera.

XXXIIII.

In sententia debet exprimi causa.vt l.properandum.§. finautem in medio.cõtrà no.ff.de infa.l.ij. Prima loquitur in absolutoria. Secunda in condemnatoria, quæ satis habet in se causam per relationem ad acta.

XXXV.

Bona actoris & fideiussoris ipsius sunt pupillo tacitè obligata.vt in l.properandum.§.fi.Bald.idem in bonis tutoris & fideiussoris ipsius.

XXXVI.

Tenet sentẽtia lata à iudice,cui superuenit iurisdictio post inchoatum processum. C. qui pro sua iurisdi.l.j. contra not.in l.j.vbi de crimi.agi oportet.& illa vltima vera.

XXXVII.

Sententia lata à iudice delegato valet eo casu, quo delegãs nõ potest delegare si partes scierint.vt in l. j. qui pro sua iurisdictione.contra not.de pœn.iud.l.j. prima vera vbi delegans habebat aliam iurisdictionem.Secunda,quando aliam non habebat.Do tibi vnam causam quòd possis facere, sic quòd non poterit delegare, etiam cum cõsensu partium cum veniat prohibitiuè : vt l.j. C. ne fideiuss.dot.dent.

XXXVIII.

Exceptio iurisiurandi non impedit contestationem.l.j.de lit. contesta.contrà not. de cond. indeb. l. eleganter.§.si quis post.Prima obtinet vbi exceptio non potest statim probari. secunda quando exceptio potest incontinenti probari.de iureiurand.l.nam & posteà.in princ.

XXXIX.

Tacitè potest renuntiari libelli oblationi nõ expressè:vt in authentica offeratur. cõtra not.in l.iij.§.si tantum.de liber.homi.exhib.

XL.

Die feriata in honorem Dei potest fieri excutio contra suspectum.l.fin.de feriis.non est alibi.

XLI.

In reali passus missionem auditur super proprietate vsque ad decem annos inter præsentes & viginti inter absentes:vt l.ij.vbi in rem actio.alibi quòd vsque ad triginta. vt l.si finita.§.si plures.prima vera.

XLII.

Ecclesia habens rem communem nõ potest socium prouocare ad diuisionem.C.commu.diuidun.l.fin.contrà not. de reb.eor.si pupillorum.in prin.

XLIII.

Actio ad exhibendum potest cumulari cum rei vendi. l. final.C.ad exhibendum.contra not.in l.iij.§.est autem. ff. ad exhibendum. Tu dic vt l.qui de inofficioso.ff.de inofficioso testamento.

XLIIII.

In causa appellationis non condemnatur victus victori in expensis.de rebus creditis.l.generaliter.§.sin autem. cõtra not.ff.de re iu.l. fi. prima vera in appellante qui succubuit in causa. secunda quando appellans : vt in regula.libro sexto.vide l. ij. C. si certum petatur. cuius gloss. contrà dicit.ff.eod.l. nam & si fur.prima vera.

XLV.

In causa appellationis non tenetur aduocatus præstare patrocinium.C.de suffragiis.l.j.cõtra not. C.vt causæ post puber.tutor adsit.l.j.

XLVI.

Mortuo illo qui debet cedere sine hærede transit ipso iure actio in cessionariũ.C.de actionibus & obligationibus. l.j.non est alibi.

XLVII.

Potest appellari ab interlocutoria lata super iurisdictione: vt in auth.habita.non est alibi.

XLVIII.

Tacita hypotheca non porrigitur ad nomina debitorum. de hæred.actio.l.iiij.quæ glo.communiter reprobatur.

XLIX.

Frater admittitur ad testimonium pro fratre.de testib.l.parentes.contra not.de testib.leg.Iulia.

L.

Punitus per inquisitionem interim de eodem crimine punitur alia pœna per viam accusationis:vt l.nullum.C.de testi.quod debet intelligi si fuit punitus semiplenè:secus si plenariè.de condictio.fur.l.si seruus.

LI.

Dicta testium non prosunt in alia instantia, nisi sint publicata.de re iudica.l.gesta.& l.iij.quæ in frau.credi.Cõtra not.in l.properandum.§.fin.Dic vt l.gesta.

LII.

Iuramentum non tollit exceptionem simulationis.plus vale.quod agitur.l.iij.non est alibi.

LIII.

Probatio & confessio paria sunt. de pigno. actio. si creditor. contra not.de iureiurando,sed si possessori.§. sed cũ hæreditate. De quo dic ꝙ quo ad liberandum sunt paria non quo ad obligandum.

LIIII.

Exceptio non numer.pecu.potest opponi etiam post biennium de

nium.de non numerata pecunia.si ex cautione.& de doli exceptio. purè.contra not.instit.de lite.obligatio. Dic aut non est facta scriptura & obtinet prima gloss. quia mutuum nō est mutuum nisi vestiatur literis:si verò scriptura interuenit,tunc obtinet glo.secunda.

L V.

Emphyteuta potest donare ius quod habet in re emphyteutica.vt l.fina. de iure emphyteutico. Quod est falsum.l. vniuersas.C.ne rei dominicæ,&c.

L V I.

Procurator in rem suam prosequens vtilitatem suam & domini sui nō tenetur facere sumptus litis de suo. C. manda.l.per diuersas.in gloss.magna ibi, vel dic quòd deductis &c.contra not.ff.de impen.in rub.& malè.

L V I I.

Possessor non potest cedere rei vendicatio.l.fina.de hæred. vel actio.vendita.Din.Not. in §.æquè.instit. de actio. & in c.pro possessore.Cin. in l.j. de alie. iud.mu.causa fac. tenet contra gloss.& illa glo.non est alibi.

L V I I I.

Si dolus dat causam contractui bonæ fidei, & traditio sequatur,agitur actione ex eo contractu ad restituendum, seu ad rem tradendam.C.de rescindenda venditione.l.si dolo.facit de actioni. empti.l. ex empto. §. si quis virginem.& §.is qui vinū, de contrahend. empti.l.sed & Celsus.§.primo. Contra notatur.ff.de dolo.l.eleganter.circa principium gloss.& tunc prima vera.

L I X.

Iuratur in litem contra venditorem recusantem rem tradere.de actionibus empti.l.si traditio.& l.in actionibus. in principio. de in litem iurando. Contra notatur in l. qui restituere.ff.de rei vendicatio. Vide l.certi cōdictio. in princip.si certum petatur.

L X.

Ius implendi conditionem potestatiuam in contractibus transit ad hæredem.de pact.inter empto. & vendito. appo.l.ij.non est alibi.

L X I.

Conducens scienter rem suam non transfert dominium, sed possessionem.l.qui rem. C.locat. contra not.in l.si aliquam.ff.de acquir.possess.in glo.magna.vide l.ei à quo. de vsucapio.

L X I I.

Donatio facta simpliciter præsumitur pura absque modo, item quòd dicens se sub modo donasse, habet probare modum. de dona.ante nupt.l.iij.non est alibi.

L X I I I.

Dos promissa nondum præstita potest constante matrimonio per pactum remitti:vt l.si constante.non est alibi.

L X I I I I.

Confessus dotem spe futuræ numerationis, potest illam petere, nisi confessio sit simulata: sicut faciunt ignobiles cùm accipiunt nobiles. de dot. promiss. l. si voluntatem, non est alibi.

L X V.

Vir inops succedit mulieri in dotem : secundum formam authen.præterea. C.vnde vir & vxor, de iur, dot.l. licet, non est alibi.

L X V I.

Mulier non potest agere hypothecaria constante matrimonio viro non vergente ad inopiam.de iur.dot.l.vbi.in fi, glo.magn.contra not.de dot. præleg.l.ij. item quod fructus bonorum parafernalium non cedunt lucro viri: secus in vsufruct.dotis & donationis.item quòd in casu illius l.vir condemnatur insolidum.

L X V I I.

Valet pactum lucrandæ donationis propter nuptias, nec non si intercesserit pactum lucrandæ dotis : vt l.lege. de pac.conuen.

L X V I I I.

Valet promissio bonorum facta post mortem. de pact. cōuen.l.hæreditas.simile suprà de pac.l.fin.

L X I X.

Valet pactum lucrandæ dotis nisi similiter sit conceptum super lucranda donatione ; vt in auth. æquales. de pac. conuen.Rain.non est alibi.

L X X.

Tradens instrumentum videtur facere procuratorem simplicem eum cui tradit instrumentum. de pac. conuen.l. final. in gloss. contra suprà, quod non est alibi. item not. quòd expressa hypothecaria non excludit tacitam in dote respectu diuersarum rerum, non autem respectu rei expressè obligatæ:vt l.extraneum.

L X X I.

Cognati vocantur ad tutelam sicut agnati. C. de legit. tut. l.j.instit.de legit. agna.tut. §. agnationis. contra not. & malè.ff.de legit.tut.l.j.

L X X I I.

Debitor minoris potest esse eius tutor: vt in authentica minoris debitor. qui dar. tut. pos. contra no.in l. pater. in princ.ff.de procur.& instit.de autho.tut.§.fin.

L X X I I I.

Tenet tutoris datio facta à iudice , licet mater sit : vt in authen.matri & auiæ. quando mulier tutelæ officio fungi posset. cōtra not. in l. tutor si petitus. ff. de tutoribus & curator.datis ab his. Prima obtinet,cùm mater fuit negligens.Secunda cùm non fuit negligens.vide l.tutor.ff. de tute.& ratio.distrahen.

L X X I I I I.

Inimicus fratris mei censetur inimicus meus. C. de excusatio.tuto.l.humanitatis. contra not.de suspect. tutor.l. iij.§.si quis tu tor.Dic quòd ad repellendum à iure quæsito obtinet secunda gloss. vbi non agitur de præiudicio obtinet prima.facit de accus.cùm P.

L X X V.

Tutor datus cum inquisitione non satisdat.l.j. C. de tuto. qui satisda.non deder.contra not.insti.de satisdat.tut.§. j.& de author.tutor.§.fin.dic vt in authen. vt hi qui obligat.hab.perhib.res minor.

L X X V I.

Quæ non prosunt singula multa iuuant.C. qui nume.tut.l. j.contra not.de excusatio.tutorū.l.ij.§.ætas. dic aut tendunt ad vnum finem & prosunt:aut nō, & tunc non prosunt. vel dic aut loquimur in his quæ requirunt certam formam , & tunc aut forma resultat & prosunt : aut nō, & non prosunt : aut non requirunt certam formam & tunc prosunt in idem relata , secus in diuersa : vt testes singulares.

L X X V I I.

Omnia priuilegia quæ dantur minoribus competūt furiosis : vt l.ij. de cur.fur.non est alibi.

L X X V I I I.

In contra tab. sufficit sola agnitio. de curat.furio.l.fin.non est alibi.

L X X I X.

In petenda bonorum possessione non datur libellus. de curatore furiosi.l.fin.aliter not.in l.iij.§.j.de bonorum possession. prima vera quòd non requiritur libellus , ideò licet compareat contradictor,qui se opponat,non tamē iudicialis discussio requiritur.

L X X X.

Non creditur assertioni factæ in libello. de præd. minor.l. si minores.

LXXXI.

Maior prouocat minorem ad diuisionem, nec tunc requiritur decretum: secus si minor maiorē: vt l. inter omnes. de præd. minor.

LXXXII.

Habens liberam potestatem vendendi bona alicuius ex habentis cōcessione, potest etiā vēdere rē pretiosiorem. C. quand. decre. opus non est. l. iij. facit l. alia. de alimen. & cib. legatis. contra no. in l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eor.

LXXXIII.

Debitor quantitatis compensat cum alio cui alternatiuè dare rem, vel quantitatem tenetur: vt l. j. C. si maior factus sine decreto.

LXXXIIII.

Contra fideiussorem datum magistratui à tutore competit pupillo actio vtilis sine cessione. l. j. in fin. de magistratibus conueniendis.

LXXXV.

Tabellio tenetur qui dolo, vel culpa omisit aliquid scribere in instrumento, propter quod pars læsa fuit. l. fin. de magistr. conuenien. item in d. l. fin. quòd res quæ ponuntur à tutore in inuentario debent æstimari.

LXXXVI.

Bonæ fidei possessor qui cecidit à possessione agit cōdictione ex l. si coloni, contra nouum possessorem. C. de furt. l. inciuile. aliter not. in l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. Dic vt ff. de condict. fur. l. & ideo. ∫. Neratius.

LXXXVII.

Vendens rem alienam scienter quæ penes emptorem constituta est non committit furtum: vt l. alienum. de furtis. contra no. eo. tit. si seruum. prima vera: vt l. item si res. de alien. iud. mutand. caus. fact.

LXXXVIII.

Dicitur in glo. l. ciuile. de furt. ibi, Episcopi quotidiè excōmunicant. non est alibi.

LXXXIX.

Successor eius cui factum fuit furtum agit furti contra furē ex cōtrectatione facta in vita testatoris cui fuit res subrepta, non autem ex contrectatione facta post mortem testatoris. de furtis, si abducta. contra not. in l. & ideo. §. Neratius. ff. de condict. furt.

XC.

Impositio operarum potest fieri ante manumissionem, in manumissione, & post. vt l. j. C. de oper. lib. quod est falsum. ff. de manu. test. l. seruum. & l. fin. de lib. cau.

XCI.

Filiusfamiliâs potest esse in iudicio sine consensu patris quando extra ordinem & iudicis officio procedit: vt l. j. C. qui admitti. non est alibi.

XCII.

Si tutor petit bonorum possessionem requiritur pupilli consensus, si eius ætatis sit, vt cōsentire possit, non aliâs. l. bona. C. qui admit. contra not. de tuto. & cur. dat. ab his. l. si impuberi. secunda vera: vt l. potuit. C. de iur. delib. Vel dic secundum ius antiquum obtinet prima, secunda hodie.

XCIII.

Vxor succedit viro fisco excluso & quibusdam aliis de quibus habetur in l. ij. de hære. decu. vt l. j. C. vnd. vir & vxor. contra no. in l. j. ff. vnd. vir & vxor. prima vera, & vide l. j. C. de secund. nupt.

XCIIII.

Tabellio potest examinare testes dummodo iurent prius coram iudice. C. de testa. l. hac consultissima. in gl. not. contra de testib. l. curent. secunda vera per l. iij. §. idem dicimus. ff. de testi. ibi, nam ipsos interrogare soleo. ad de quod not. in cap. quoniam contra falsam.

XCV.

Testes debent stare in conspectu testatoris. de testa. l. hac consultissima. contra no. in l. in summa. §. antepen. ff. de aqua plu. arc.

XCVI.

Legatarius consequitur legatum per officium iudicis, licet modus deficiat, dummodò non fuerit in culpa. in glo. in l. ij. de instit. & substit. sub condi. fact. non est alibi.

XCVII.

Quid de eo, de quo gloss. disputat in l. generaliter. de inst. & subst. an naturalis excludat substitutum. glo. etiam alibi variant, aliter enim not. in hac l. generaliter. aliter in l. qui prægnantem. de regul. iur. aliter in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebelli. aliter in l. Lucius. §. ij. in legitimato dic, vt in præall. ∫. si quis rogatus.

XCVIII.

Fauore filij præteriti dicitur nullum testamentum. vt l. si pater. in testamento militis tenetur restituere rogata, restituit absque retentione quartæ. vt l. precibus. in vlti. gl. contrà not. in ∫. antepen. in corp. de hæred. & falc. Prima vera de iure nouo. Secunda de iure veteri. vt not. in l. Papinianus. de inoff. testam.

XCIX.

Si legatum repetitur ab intestato, tunc aget legatarius cōtra venientes ab intestato, quando testamentum deficit ratione solennitatis: secus si ex causa præteritionis. vt in authen. ex causa. cōtrà not. de testamen. l. ex ea scriptura. prima vera.

C.

Ista verba, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, habent locum solùm quando non habet locum defectu solennitatis: non est alibi, tamen reprobatur per omnes docto. Petr. de Pisis, & gloss. vltima authen. ex causa.

CI.

Hæres priuatur hæreditate, si testator à tertio fuerit compulsus instituere. vt l. j. si quis aliq. test. prohi. contrà nota. & bene, in rubr. ff. eod. titu.

CII.

In legato alternatiuo datur hæredi optio. de verb. sign. cùm quidam. de reb. dub. l. j. contrà not. & bene, de leg. ij. l. Lucio.

CIII.

Quæ verba intelligātur directa, vide de fideicommiss. l. eā quam. quæ gloss. non est alibi.

CIIII.

Quæ prælegata non veniunt in restitutionem, si primò sit iussus restituere, & posteà sit ei factum prælegatum. de fideicom. l. cùm virum. aliter not. in l. cùm pater. §. fidei tuæ. de lega. ij. vbi veniunt prælegata, si verbo futuri temporis sit vsus testator: secus si verbo præteriti temporis. facit de leg. j. l. talis scriptura.

CV.

Pater cogitur emancipare filium, eo casu, quo pater rogatur ipsum emancipare. de fideicom. l. quamuis. de lega. j. l. filius. §. secundum. de verbor. obligat. l. vtrum. contra not. in l. filius. de inoffic. testa. & ad Trebell. l. cogi. §. si pater. & l. vbi purè. de quo dic, vt dict. §. secundum. & dict. l. filius.

CVI.

Legatario datur rei vendicatio pro re hæredis legata. l. ij. commun. de legat. contra in l. hæreditatum. ∫. vltim. ad l. Falcid. & hæc vera: facit de seruit. l. Papinianus. & l. magis puto. §. si fundus. ff. de rebus eor. & l. per diuersas. suprà mandati.

CVII.

C V I I.

Non tenet alienatio rei prohibitæ alienari vbi prohibitio sit in certum euentum, licet ante euentum fiat alienatio. vt l.j.§.sed quia maiestas.commu.de leg.vide de reg.iur. l.plerunque.de leg.j.l.seruo legato.§.j.insti. de fideicom. hæret.§.quotiens.de leg.ij.cùm pater.§.libertis. in auth. de restit. & ea quæ parit.in princ. & de legat. ij.l.peto.§. prædium. Circa quod dic, quòd vbi testator vetat expressè alienari, tunc non tenet alienatio: secus si non expressè.

C V I I I.

Si pater instituit filios & eos adinuicem restituere sibi rogat, alienatio interim facta non tenet. l. fin. commu.de leg. Alibi dicitur, quòd interim tenet alienatio licet postea reuocetur: vt l.cùm pater.§.libertis.de leg.ij.

C I X.

Filius potest detrahere duas quartas. C.ad leg.Fal.l.quanquam.de inoffi. testamen. Papinian.§. meminisse. Contrarium no.ff.si cui plusquam per leg.Falcid.l.j.§.interdum.dic, quòd rogatus sub conditione detrahit duas, rogatus purè vnam solam.

C X.

Testator non potest facere quin Trebellianica vendicet sibi locum in suo testamento.contrarium no.in §.hinc nobis.in cor.de hæredi.& fal.secunda vera.ff.ad leg. Falci, in quartam.

C X I.

Legatum conditionale non transmittitur ad liberos.l.j.de his qui ante apertas tabulas.contrarium notatur & malè, in l.is cui.ff.de actio.& obliga.

C X I I.

Per præscriptionem quæritur vtile dominium: vt in auth. vbi.aliâs nisi.de bon. matern. Alibi dicitur, quòd quæritur quasi dominium. de reg. iur.id quod nostrum.dic quòd dictio, quasi, dupliciter sumitur & sic vtraque saluatur.

C X I I I.

Filiusfamiliâs in causa castrensi, vel quasi potest esse in iudicio absque consensu patris: vt l.fin. §. necessitatem. de bonis quæ liberis.contrarium not.ad Trebel.l.Imperator. per alias leges ibi alleg. & per l. miles præcipua. §.j.de ca.pec.

C X I I I I.

Ex interlocutoria oritur actio in factum sicut ex diffinitiua.l.fin.§.necessitatem.præalleg.non est alibi, imò est in l.quod iussit.ff.de re iudic.

C X V.

Vnde præsumatur filiusfamiliâs quæsisse quæ habet. vide l. cum oportet.in vxore vide l.etiam.C.de donation.inter virum & vxorem. in tutore dic vt l. defunctus. suprà de arbitr.in officiali dic vt l.facultas.C.de iur.fisc.lib.x.quę non est alibi. in prælato dic vt xij.quæst.j. ca. manifestè. & est no.glo.in l.procurator.de iur.fisc.

C X V I.

Quis videtur confiteri, quod in libello precum posuit. de lib.caus.l.cùm precum.non est alibi.

C X V I I.

Qualiter socius criminis excipiat aduersus socium criminis accusantem.de lib.cau.si filium.non est alibi.

C X V I I I.

Non valet confessio facta coram tabellione in absentia iudicis.de lib.cau.vbi non est alibi.

C X I X.

Trahens reum ad diuersos iudices super eadem causa, & eodem tempore perdit causam. de asser.tol. l. j. in fine. non est alibi: imò in authent.& consequenter. de senten. & interlo. omnium iudic.

C X X.

Quòd ex fructibus rei sequestratæ debet alimentari reus, si aliundè non habet vnde viuat.l.fi.de or.cog. Item ibidem quòd sufficit cautio iuratoria eo casu quo ille qui teneretur cauere non potest cauere. itē ibidem not. casum quo fit sequestratio & sequestrum. ibidem not.gloss. de monacho qui debet habere expensas à prælato cōtra quem mouet controuersiam.

C X X I.

Non interrumpitur præscriptio per contestationem nō iure factam: ne de sta.defunc.l.si pater.facit authentica offeratur.de lit.contesta.

C X X I I.

Præsumitur quis decedere in eo statu qui erat magis proximus suæ morti.ne de statu.defunc.l.fi.

C X X I I I.

Bonæ fidei possessor etiam in iure errans vsucapit. C. pro empto.l. iiij. Contrarium not. ff. de vsucap.l. si fur. & l. nunquam.

C X X I I I I.

Habens ex causa transactionis consequitur dominium ex traditione non ex retentione.vt.l.pen.pro empto.

C X X V.

Quo titulo possit vsucapere filius positus in potestate patris res sibi ab eo donatas.C.pro donat.l.fi.

C X X V I.

Ingrediens rem alterius præsumitur hoc facere domini voluntate, si titulus præcedit. C. de acquirend. possessio. l.minus.facit l.quædam mulier.de rei vendica.& l.merito.ff.pro soc.

C X X V I I.

Quæ possessio dicatur vacua.C.de acqui.possess.improba. contrarium not.& bene C.vnde vi.l.fi.

C X X V I I I.

Exceptio præscriptionis non impedit lit.contest.l.emptor. de præscript.long.tempo.

C X X I X.

In loco domicilij potest quis conueniri reali pro re alibi sita.de præscript.long.temp.l.fi.

C X X X.

Præscriptio interrupta per citationem super personali nō perpetuat actionem in xxx.ann.l.cùm notissimi. §.sed & si quis.de præscript.xxx.ann. Contra not.in l.ij. de præscript.long.temporis.

C X X X I.

Conuentus reali non tenetur recipere bellum causa non expressa, vt.l.fi.de anna.excep.& de excep.rei iud.l. si inter.§.si quis autem. contra not. in l.j. in.j.glo. magna.ff. de edendo. Item in ea.l.fi.not. quòd illud est verū quòd libellus ineptè formatus non potest procedere: est verū parte opponente: sed si pars non contradicat, optimè procedit. quod non est alibi.

C X X X I I.

Iudex potest sententiā interlocutoriam reuocare: vt l. j. in fin.j.glo.sent.res. non pos. concordat l. post sententiam. suprà de senten.aliter nō.l.quod iussit.ff. de re iudi. Dic aut est interlocutoria natura & effectu, tunc si est lata de consensu partium, & non potest reuocari. ff. de arbit.l. arbiter.j,& l.fi.in fi. infr.de temp.app. Si verò non sit lata de consensu partium, & tunc si res est integra potest reuocari: est enim generale, vt omnis interlocutoria à qua de iure ciuili appellari non potest, possit reuocari.de arbit.l. qualem. §.dicere. Si verò res non sit integra, tunc si sententia transiuit in contractum inter partes non potest reuocari.l.j.in fi.ff.de præto.stip.aut aliâs,

& tunc aut ex illo actu non est ius quæsitum, & non potest reuocari. l. qui ob rem. de condict. indeb. de const. pecu. vnde falsam. de publi. l. si quis prohibuerit. & prædicta procedunt iurisdictione durante: sed ea finita nō potest interlocutoria reuocari. extrà de offi. dele. significantibus. de appel. c. sæpè cōtingit. & cap. cum cessante. Si verò interlocutoria habet vim diffinitiuæ, tūc censetur diffinitiua. de postulan. l. j. §. bestias. aut finit iurisdictionem. vt l. iubere cauere. de iurisdi. omn. iud. & l. à diuo. in prin. de re iud. vnde interposito secundo decreto iudex non procedit, vt iudex, quia finita est instantia: sed vt executor. Hinc est quòd non admittatur incidens contradictor: quia desijt esse iudex. vt l. à diuo. §. si post aditam. & vide l. ij. C. comm. vtriusq. iudi.

CXXXIII.

Possessor fructus post instantiam peremptam non restituit. vt l. ij. C. de fruct. & lit. expen. & sic effectus contestationis non durat perempta instantia. contra no. in l. properandum. §. & si quidem. de iudic. & illa vera.

CXXXIIII.

Si iudex appellationis succedit iudici ad quem non potest de appellatione cognoscere. vt l. eos. in glo. magna. C. de appell. cōtrà not. in l. filius. de inof. test. prima vera per l. fi. C. de assess. Rayn. vide ca. querelam. extrà de elect. in eadem glo. quòd si iudex appellationis confirmat primam sententiam tacitè, tunc ex prima oritur actio in factum: si expressè, tunc ex secunda, aliter not. in l. furti. de his qui not. infa. dic ꝙ si nō confirmat ex veteri, tunc ex secunda oritur actio: si verò confirmat ex veteri, tunc ex prima oritur actio, vel dic ex vtraque: cùm vterque iudex possit sententiam mandare executioni.

CXXXV.

Si appellatur à sentētia nulla, & iudex appellationis ipsam confirmet, quòd non poterit postmodum dici nulla. vt l. j. in glo. magna, quand. appel. non est necess. contra not. ff. de appel. l. si expressim. Rain. dic, quòd si appellans in sua appellatione inserit nullitatem & iniquitatem, tunc super vtroque pronuntiatur ex quo iudex confirmat primam sententiam, & ideò non potest posteà dici nulla. vt dict. l. j. si verò inserit iniquitatem tantùm, tunc non videtur pronuntiatum super nullitate: quia non est in iudicium deducta: & ideò posteà potest dici sententia nulla, non obstante cōfirmatione. vt l. si expressim. præal. in eadem glo. not. quòd tenet talis appellatio, dico sententiam nullam, & si qua est, appello.

CXXXVI.

Tunc inhibetur appellatio cùm quis est confessus, & conuictus de crimine, nec alterum sufficit. vt l. ij. quo. app. non reci. contra not. ff. de appel. l. fi. præall. loquitur in confesso & condemnato, hæc loquitur in confesso & conuicto. vel dic, quòd si temerè appellat, tunc non auditur: secus si non temerè. gl. tamen in cap. romana. de appel. lib. vj. tenet quòd solùm sponte cōfessus non potest appellare, nec requiritur eum esse conuictum.

CXXXVII.

Ab executione facti non tamen iuris potest appellari. vt l. ab executore. ff. de appell. cōtrà not. in l. si cum exceptio. §. hæ autem. ff. quod met. caus. Dic quòd potest appellari si modus exceditur, si autem non exceditur modus, tunc aut procedit vt iudex, & potest appellari: secus si procedit, vt executor.

CXXXVIII.

Iudex qui potest cognoscere vsque ad certam quantitatem etiam de maiori potest pronuntiare, quæ tempore sententiæ appareat excreuisse dummodò tempore iudicij appareat petitionem datam vsque ad summam quā potest iudicare. vt l. ampliorem. in fi. de temp. app. in ea. l. in prin. not. quod petitioni criminali cogitùr quis respondere iudicis officio.

CXXXIX.

Agens petitorio & succumbens non prohibetur agere possessorio. C. de interd. l. incerti. contrà not. ff. e. l. ij. §. quędam. Dic quòd prima obtinet in possessorio recuperandæ: Secunda in alio possessorio nisi sapiat causam proprietatis. Tertia in aliis possessoriis propter regulam, dolo facis.

CXL.

Iudex potest dare licentiam parti ingrediendi possessionē propria authoritate. C. vnde vi. l. meminerint. cōtra not. in l. iustè. de acquir. pos. & ista vltima vera. per l. non est singulis. de reg. iur. vel dic quòd si mandatum fit causa cognita, tūc potest. vt l. is cui. §. iussus. vt in pos. leg. quod cum eo. l. si seruus. aut absque causæ cognitione, & non potest. vt d. l. meminerint. de hoc nota. in l. miles. §. qui iudicati. de re iud. facit de pig. act. qui ratiario.

CXLI.

Prodigus ex delicto non obligatur ad pœnam perditionis bonorum suorum. vt l. si quis in tantam. C. vnde vi. non est alibi.

CXLII.

Agens hypothecaria debet probare obligantem fuisse dominum. C. de salui. interd. l. j. & instit. de action. §. item seruiana. alibi dicitur quòd sufficit probare obligātem aliquo iusto titulo possedisse. de pign. act. l. rem alienam. dic vt not. in l. cùm res. C. si res alie. pign. dat. sit. de pact. l. item quia. de pign. l. si ab eo. & l. j. de iure fisci. lib. x. de donat. l. ad eum. §. j. de diuer. præscriptio. l. de accessionibus. de probation. l. ante omnia.

CXLIII.

Venditio pignoris sciente creditore, quòd sit nudo pacto contractum tollitur hypothecaria ipso iure. vt l. maior. C. de pignor. Alibi dicitur quòd tollitur per exceptionē. de pact. l. si tibi. §. de pignore. dic, quòd emptor non potest conueniri, tamen pignus durat, & posset conueniri tertius possessor: ergo ope exceptionis. C. ad Vellei. l. iubemus.

CXLIIII.

Si volo probare aliquid ex mea pecunia emptum sufficit probare mutuum factum & rem emptam: nam pręsumitur ex pecunia mutuata. de pigno. l. fi. facit l. si ventri. in fi. de priuil. cred.

CXLV.

Scriptor potest retinere quaternos pro mercede. vt l. si non inducta. in quibus cau. pig. tac. contr. de quo vide gl. in l. fin. C. si pig. pig. dat. sit. secundum quam limita prædict. materiam. & vide in l. j. ff. de acquir. pos.

CXLVI.

Mater dicitur legitima tutrix. l. j. C. in qui. cau. pig. tac. cōtr. vide in authen. matri.

CXLVII.

Quando procurator potest rem domini obligare. l. j. C. si res alie. pigno. dat. sit. in tutore dic, vt l. iij. eod. tit.

CXLVIII.

Quando possit res aliena obligari, dic plenè in l. cùm rem. si res ali. pigno. dat. sit.

CXLIX.

Si obligo nomen debitoris, potest debitor mihi soluere, nisi fuerit sibi denuntiatū à creditore meo ne mihi soluat. l. nomen. C. quæ res pig. obli. pos. alibi quòd sufficit sola scientia. l. fi. ff. de trans. Prima vera, in eo cui non est ius cessum: vt in creditore. Secunda obtinet, quando ius est adeò translatum, quòd directæ actiones inefficaces remanserunt. vt ff. de const. pec. l. si potest. in reali dic, vt ff. de rei vendica. l. si culpa. vide l. iij. de nouation.

CL.

Vendens omnia bona non intelligitur de futuris sensisse, in obligatione secus. vt l. fina. C. quæ res pigno. oblig. pos. ratio est, quia non est tanti præiudicij obligatio, sicut venditio.

CLI.

CLI.

Si ex pecunia mea emis fundum, non præferor in eo in hypothecaria aliis creditoribus quibus generaliter prius bona obligata erãt, nisi actum sit specialiter hunc fundum mihi obligatum.vt l.licet. qui pot. in pig. hab. contra not.in auth.quo iure.C.eod.titu. quid si pecunia extet.vide l.si inter.§.in bonis. de priuil. creditor.& l. quidam.de in rem verso.

CLII.

L.fi.C.de rei vend. habet locum in conuento hypothecaria: vt in auth.item possessor.qui pot. in pignor. hab. Ibidem habes,quòd contra confessionem factam in vero iudicio, potest pars venire in alio iudicio.facit de liber. lega.l.Aurelius.in fine.

CLIII.

Priuilegium quod datur mulieri, per l.assiduis. non habet locum in dote confessata.vt d.l.assiduis. & ideò ad excludendum priuilegium,exceptio non numeratæ dotis potest perpetuò opponi. non est alibi.

CLIIII.

Quando priuata scriptura faciat fidem. l.scripturas. cum authent.ibi posita.qui pot.in pigno.habean.

CLV.

Secũdus creditor non agit hypothecaria re per primũ creditorem vẽdita:sed primo creditori per debitorem adiudicata,agere potest hypothecaria contra primum creditorem obligato tamen debitore. vt l. si antiquior creditor.qui potior.in pignor.habean.

CLVI.

Qualiter fiat missio in nominibus.C.de præto.pign.nõ est alibi.

CLVII.

Verbum promitto,adiectum in epistola intelligitur de stipulatione.l.j.de contrahen.& commit.stip.

CLVIII.

Quando committatur pœna adiecta super compromisso per pactum nudum.l.nuda.eo.titu.

CLIX.

Dies interpellat pro homine.l. magnam. C. de contrah. & committ.stipul.

CLX.

Obligatio dandi, vel faciendi vel mixta trãsit ad hæredem & contra hæredem, licet hæredis mentio non sit facta.l. veteris.eo.

CLXI.

De probatione indirecta hominis in l. optimam. & melius in l.j.§.ait prætor.de iti.actúque priua.In ea.l.habes tex. dum dicit, quòd non potest obiici quòd non sit seruus. non est alibi.& facit quòd contra fictam cõfessionem in contractu non potest conueniri.

CLXII.

Promissio facta in tempus mortis promissoris collata incipit in persona promissoris & executio in persona hęredis.l.fin.eo.

CLXIII.

Duo rei dandi non possunt adinuicem fideiubere nisi sint socij.C.de duo.re.l.j.Contra no.in l.vir vxori.in fi. ff. ad Velleia.prima vera.

CLXIIII.

Agnitio facta vni ex creditoribus vel ab vno ex creditoribus prodest & nocet aliis.de duo.reis.l.fi.

CLXV.

Per exceptionem liberatur debitor cuius bona publicata sunt.l.j.de fideiusso.aliter not.ff.eod.l. vbicunque.& l.si debitori.

CLXVI.

Qui promittit inuenire tenetur præsentare. C. de fideiuss. l.Barsatorã.No.tres constit.in d.tit.scilicet l.antepenul. penul.& fi.quæ sunt singulares.

CLXVII.

Procurator datus ad exigendùm, non potest liberare nisi quis sibi soluerit.de nouat.l.iij. Quando inducatur nouatio.l.fi.de noua.

CLXVIII.

De obligato ex pluribus causis simpliciter facta solutione in quam causam soluisse videatur.de solut.l.j.

CLXIX.

Creditor non cogitur cedere extraneo offerenti pro debitore.de solut.l.nulla.

CLXX.

Obligatus soluere in vno loco an possit cogit soluere in alio:vt l.vsuras.eod.titu.

CLXXI.

Tertia persona offerens & cõsignans liberat debitorem: vt l.obsignatione.eod.titul.l. cùm postliminij. de postlimi. reuer.facit ff.de solut.l.qui decem.§.j.

CLXXII.

Marito non potest solui à debitore, vt l.cùm maritum vxore.eod.titu.

CLXXIII.

Fideiubendo non videtur quis remittere ius quod habet in re pro euictione cuius fideiubet.de euict.l.fi.

CLXXIIII.

Filius præscribit aduersus patriam potestatem. l.j.de pa. pot. Ibidem habes quis debet probare emãcipationem non iure factam.facit l.ab ea parte.de probat.

CLXXV.

Fertur sententia quandoque secũdum partis voluntatem. vt l.iij.eo.

CLXXVI.

Dari potest curator bonis cuiuslibet absentis.de postli.reuer.l.cùm cognatos.facit l.ab hostib.ex quib.cau.maio.

CLXXVII.

Descriptio rei alienæ facta in publicũ domino sciente pręiudicat domino.de donat.l.censualis.

CLXXVIII.

Donatio facta filio in potestate posito cõfirmatur per emãcipationẽ patre durante in eadẽ voluntate & traditione sequuta.vt l.siue emãcipatus. e.tit. Ad quod l.ij.suprà si quis alte.vel sib.& l.parũ.de donat.inter vir.& vxor.

CLXXIX.

Insinuatio donationis debet fieri in loco contractus celebrati licet res alibi sit:vt l.data.& l.in hac.de donat.

CLXXX.

Per retẽtionem vsusfr.transit possessio:vt l. quisquis. & l.si quis argentum.§. sed si quidem.eo.titu.non est alibi.

CLXXXI.

Procurator in rem suam constituit procuratorem ante litis contestationem.vt l.illam.eo.titu.

CLXXXII.

Acta iudicij non requirunt testium inscriptionem: vt l.in donationibus.eo.titu.

CLXXXIII.

Non fit donationum cumulatio quò ad insinuationem si neutra per se legitimum modum excedit:vt l. sancimus. eo.titu.& ibi habes quando donatur quid annuum.

CLXXXIIII.

Qui tenetur ad certum redditum frumenti & alterius rei annuatim præstandæ potest rem tradere ex qua id annuatim percipiatur.l.si quis argentum.eo.titu.

CLXXXV.

Fideicommissarij iurant.vt l. si quis pro redemptione. eod. titu.Et in ea.l.habes de iuramento quod præstat, quidicit se in domo expendisse. & ibidem not. casus qui non requirunt insinuationem.

CLXXXVI.

Quæ actio competat donatori si modus non seruetur à donatario.vt l.j.de donat.quæ sub modo.

CLXXXVII.

Donando quis potest alteri stipulari.l.quotiens.eo.titu.

CLXXXVIII.

Quòd est dare casum in quo res empta de pecunia alterius cedit loco pecuniæ.l.j.de reuo.dona.

CLXXXIX.

Vniuersalis donatio reuocatur, si donator liberos post donationem suscipiat.l.si vnquam.eo.titu.

CXC.

Donatarius tenetur alere donatorem.l.fi.eo.tit. Contra aliàs,licet gl.not.in l.in condemnatione.de reg.iur.dicat id non reperiri in iure.

CXCI.

Donatio causa mortis habet communem effectum quē habent legata:vt l.fi.de don.cau.mor.facit l.ij.ff.de public.

CXCII.

Prosequens suam vel suorum iniuriam potest accusare reū de crimine absolutum si docet se ignorasse:licet de præuaricatione non doceat.C. de accusa. l. qui de crimine. facit de præuaricator.l.prẹuaricator.& de accus.l.sicut. §.hisdem.vbi not.contra dic vt l.ij.in fi.de adulter. & l.si maritus. in princ. prima vera.& vide l.iij.§. si tamen.de liber.hom.exhi.

CXCIII.

Maritus nō potest occidere adulterum quem inuenit cum vxore in domo aliena.l.Gracchus.C.de adult.

CXCIIII.

Si filius occidit mandato patris eum quem pater impunè potest occidere nō tenetur,& occidit impunè.d.l.Gracchus.Pe.de pisis.

CXCV.

In criminali contra procuratorem non potest obiici exceptio post lit.contes.de adul.l.quanuis.non est alibi. vide ca.j.de iudic.lib.vj.

CXCVI.

Vulneratus decedens post triduum non præsumitur mortuus ex vulneribus.l.j. C. de emen. seruo. non est alibi.

ADDITIO.

Adde Pet.de Rauen.singulari dccxcv.

CXCVII.

Pater qui occidit filium præsumitur ex improuiso occidisse.l.j.de sicar.non est alibi.

CXCVIII.

Triginta annis præscribitur officio iudicis.l. querela.C.de fal.sic in l.sicut.de præscript.xxx.ann.Alibi præscribitur triennio vt l.sequitur.§.fructus.ff. de vsucap. prima vera in immobili,secunda in mobili.

CXCIX.

Celans instrumentum committit falsum:vt l.eum qui.ff.de fal.& de dolo.l.si quis affirmauerit.§.fi.Contra not.ff.de fal.l.Paulus.dic si occultat vt veritas non appareat, tunc procedit prima gl.si verò animo lucrandi, tunc committit furtum,non autem falsum : si dubitatur , præsumitur animo lucrandi.

CC.

Sentētia lata in ciuili prẹiudicat in criminali,vt l.si quis ad se fundum.C.ad leg.Iul.de vi.Contra not.de fide instru. l.fi.Dic quòd absolutoria præiudicat non condemnatoria ipsi reo sed actori:vt l.prẹtor edixit.§.j.ff.de iniur.

Quos dicimus contineri appellatione suorū. C. ad turpil. l.si fœmina.non est alibi.

CCI.

Vbi plura crimina oriuntur ex eodem facto accusatus ab vno de vno crimine non potest ab eodem de alio crimine accusari.ita not.gl. in l. qui de crimine. C. de accus.à contrario sensu.non est alibi.Pet.de Pisis.

CCII.

Constante matrimonio potest mulier cedere actionem de dote.l.ij.§.nec cogitur.ff.solut.matrim.

CCIII.

Soluto matrimonio cogitur mulier stare colono fundi dotalis,cui vir locauerat.vt l.diuortio.in prin.in gl.ibi,tres aurei.cōtra not.in l.ij.in fi.de dot.præleg. Prima vera in colono qui nummis colit.Secunda in partiario : nā cùm sit ibi quædam societas non transit in singularem successorem,licet hoc casu transeat in vniuersalem.vt l.emptorem.C.locati.

CCIIII.

Tutus exceptione doli , & soluens ante sententiam repetit. solut.mat.l.ex diuerso.in fi.contrà not. de cond. ob cau. l.qui se debere.& l. qui exceptionē. de condictio. ind. & ista vltima vera.

CCV.

Soluto matrimonio non transit dominium rei dotalis in vxorem ipso iure.ff. rer. amot.l.ob res. contrà not. ff. de public.l.cùm sponsus.vltima verior.

CCVI.

Obstetricibus creditur sine iuramento.ff. de vent. inspi.l.j. §.j.cui concordat quod not. in l.iurisiurandi. C.de testibus.contrà no.in l.hac edictali.C. de secun.nu. & de fid. inst.l.comparationes. Dic aut gerit officium publicum, tunc de eo ad quod illud officium extēditur , ei creditur sine iuramento.vt patet in tabellione : quia iam iurauit exercere officium suum legaliter:sed de eo ad quod non extenditur , & si non est officialis publicus non creditur sine sacramento.

CCVII.

Tutor datus à matre filio,quem instituit, confirmatur cum inquisitione. de confirm.tutor.l.mulier.cōtra no.& malè de tutel.l.pater.facit l.si mater.de confirman.tuto.

CCVIII.

Nullus curator est legitimus , nisi furiosi.vt l. ventri. in fin. de tut.& cur.da.ab his.& inst.de cur.§.item furiosi. contra no.de excu.tut.l.amicissimos.in fin.prima vera. Bal. imò dic,quòd vltima vera per ea quẹ not.in l.item eorū. in fi.de postul.& quod ibi scripsi.& per text.optimum in l.generaliter.de episc.& cler.& ibi etiā scripsi. & per tex. §.& hoc dicimus.vt hi qui obliga. Ex quibus iuribus patet, quòd non solùm prodigus , & furiosus habent curatorem legitimum:sed etiam surdus & mutus.

CCIX.

Potest pater authorari filio donanti fratri suo.de auth. tuto.l.j.non est alibi.

CCX.

Minores maiore prouocante ad diuisionem diuidunt non solùm cum maiore,sed etiam inter se.de auth.tut.l.inter pupillos.non est alibi.

CCXI.

Authen.sacramenta. habet locum in distractibus , sicut in contractibus.l.iij.§.contra.de contra.iudic.tute.non est alibi.

CCXII.

Duæ præsumptiones non faciunt plenam probationem, nisi concurrant in idem.l.ij.§.j. de exc. tut. vbi glo. quæ non est alibi.

CCXIII.

Minor pro vtilitate sua non potest cum decreto alienare. de rebus eo.l.pe.contrà not.in l.ij. ff. de offi.eius.l.fin.de iur.dot.Prima vera,per l.nisi finita.de tut.& ra.distr.

CCXIIII.

Notoriè prodigo lex non interdicit administrationem. de cur.

de cur.fur.l.j.& l.Iulianus.de vſuca.l.ſi ab eo. pro empt. l.ſi quis cum ſciret.de verb.oblig.l. is cui. contrà not. de teſta.l.is cui.prima vera.Nec obſt.quòd notorium æquiparatur ſententiæ:quia verum eſt in declarando, non in inducendo de nouo, vnde æquiparatur ſententiæ declaratoriæ.iſta verò debet eſſe inductiua noui ſtatus:vnde neceſſaria eſt ſententia, ſicut & in ſimili inducitur centeſima diſtinctione,ca.tamen non notoriũ. facit ff.ſi cert.pet.l. certi condictio.§.ſed ſi ei. Si tamen eſſet enormiter læſus reſtitueretur ex clauſula generali.l.j.ex quib. cau.maio .ſed ibi,non ſequitur in contractibus. facit de condict.inde.l.interdum. & quod not.in cap. grandi. de ſuppl.neglig.prælat.lib.vj.

CCXV.

Non valet ſubſtitutio vulgaris facta filio non inſtituto. de liber.& poſth. l. Gallus.in princ.contrà not. de vulg. & pup.ſi quis eum.in ſi.ſecũda vera. dic aut teſtamentũ incipit ab inſtitutione: quia habet ſubſtitutio præced. inſtit.altero filio præterito,& tunc non valet.de leg.iij.l.ex filio.aut à ſubſtitutiõe,& tũc valet,& vide de hære. inſt.l. ſi quis ita heres.x.colla.§.ſimiliter. in gl.de pace tenẽda.

CCXVI.

Mulier poteſt portare partum per x.menſes,& paucos dies poſt.de libe.& poſthu.l.Gallus.in prin.ſic in auth.de reſtit.& ea quæ parit.§.mulier. contra not. de ſtat.homin. l.ſeptimo menſe.

CCXVII.

Aliquando verbum inſtituto, importat ſubſtitutionem vulgarem.de lib.& poſt.l.Gallus.§.j.in glo. non dicit. verſ. nam in his omnibus.

CCXVIII.

Reſtitutio non operatur poſt ius alteri quæſitũ.vt l. Gallus. §.& quid ſi tantùm.in gl.non ſoluit.in ſi.non eſt alibi.

CCXIX.

Quare pro nõ ſcriptum ſine onere rediit, ſed non caducũ, nec quaſi.not.in l.ij.de hæred.inſtituend.non eſt alibi.

CCXX.

In voluntate tertij non poteſt cõferri id quod eſt facti: ſed id quod eſt iuris ſic:vt l.illa.de hæred.inſtit.non eſt alibi.

CCXXI.

Legata repetita ab inteſtato non debentur,niſi ſit adita hæreditas ab inteſtato.de hæred.inſtit. l. qui filio.§.ſeruus. non eſt alibi.Ray.vide l.ij. de fideicõ.libert.& §.ſi.inſtit. de eo cui lib.cauſ.& l.ij.de manumi.teſtam.

CCXXII.

Subſtitutio compendioſa ſit à milite tãtùm. vt in rub.ff.de vul.& pup.contra no.inſt.de pupil. ſubſt. §. qua ratione. vbi compẽdioſa poteſt fieri à milite & pagano, ſed facta à milite, valet omni tempore iure directo, niſi mater ſit in medio:ſed facta à pagano non valet iure directo, niſi vſque ad tempora pubertatis, Prima vera, quãdo habet naturam diſtinctã à pupillari, & fideicommiſſaria.

CCXXIII.

Directa ſubſtitutio dubia recipit interpretationẽ directæ. vt l.verbis.eo.titu.non eſt alibi.

CCXXIIII.

Reciproca & breuiloqua ſubſtitutio continet in ſe expreſſas vulgares,& pupillares.contra not.e.tit.l. iam hoc iure. vbi ſunt tacitæ, & hoc verũ. quod patet:quia ſi eſſent expreſſæ non continerentur in breuiloqua. eo.titu.l. ex facto.§.item quæro.& l.cùm ex filio.§.filio.Dic ꝙ ſunt tacitæ ſecundũ quod,non ſimpliciter,cùm ſignificatio verborũ ad ipſas porrigatur.l.fin. C.de inſtitut.& ſubſtitutionib.ſub condit.fact.

CCXXV.

Si maritus legat fundũ dotalem, ꝙ non debetur æſtimatio. de fund.dot.l.ſi fundus. imò debetur:quia res eſt in commercio, licet difficultas ſit in executione; vnde debebitur æſtimatio.de leg.iij.l. non dubium, in fin. & adde ff. de fideiuſſor.l.cùm lex.

CCXXVI.

Non valet ſententia lata ex falſa cauſa, licet idem potuiſſet iudicari ex vera.ff.de acquir.hære. l. ſi is ad quem.in vlt. gl.nec eſt alibi.hoc verum ſi eſt error expreſſus: quia tũc nulla eſt ſententia,ſi autem nõ eſt expreſſus, tunc aut eſt appellatum,aut non. Si eſt appellatum,& tunc aut noua cauſa non includitur ſub proceſſu veteri, & idẽ.de pact. dota.l. Bebius.in ſi.aut includitur,tunc ſecus.vt l. Titianus.ff.quod cum eo.idẽ dico ſi eſt petita reſtitutio: quia denegari poteſt ex noua cauſa dummodò comprehendi poteſt ſub proceſſu. & vide Inn.de no.op.nun. in cap.ſignificantibus.

CCXXVII.

Si alicui eſt ſtatutus terminus ad adeundum, & non adiit, videtur repudiare:ſi verò ad repudiandum,& non repudiat,videtur adire.de acqui.hæred.l. quandiu.in vlti.gl. non eſt alibi.

CCXXVIII.

Si lego fundum Cornelianum, cùm in eo partem tantùm habeã,totus fundus cedit legato. de leg.j.l. ſerui electione.in ſi.contrà not.de leg.iij.l.Iulianus. in prin.gl. ſecus ſi ſimpliciter.

CCXXIX.

Fideicommiſſarius vniuerſalis non tranſmittit actionem, ſed ius deliberandi.de leg.j.l.cum filio. in gl. ante. quod eſt falſum.de fideicom.l. ſi in perſonam. & no.ad treb.l. apud Iulianum.§.vtrùm.

CCXXX.

a Fideicõmiſſarius vniuerſalis habet ius deliberandi.[a] de lega.j.l.cum filio.& in antep.gl.non eſt alibi.

ADDITIO.

a Habet ius deliberandi. Adde tu quòd fideicõmiſſarius vniuerſalis non habet ius adeundi, nec venit per remedium aditionis, ſed per reſtitutionem.l. reſtituta.ff. ad Trebell.l.& ſi non lex.§.j.in verb.reſtituatur.ff.de hæred. inſtit.

CCXXXI.

Nõ valet legatũ,cùm quis legat fundũ in genere. de leg.j.l. legato.generaliter.cõtrà no.e.tit. ſi domus. prima vera.

CCXXXII.

Si fertur ſententia contra teſtamentum, & legatarij velint petere legatum,quòd contra hæredem agant. de legat.j. l.ſi ſeruus plurium.§.j.cõtrà notat.in l. qui repudiantis. ff.de inofficioſo teſtamento.

CCXXXIII.

Si lego Titio decem præter xx. quæ ſibi legaui, non videor per talia verba ſibi legare.xx. de leg.j.l. ſi ita legatum ſit. contra not.de leg.ij.l. Titia.in prin.

CCXXXIIII.

Si hæres ſeruum generaliter dare iuſſus det furem legatario,& ſeruus ei furtum faciat: ſi hæres det aliã ſpeciem pro noxa legatario volenti, quòd liberabitur per exceptionem.de lega.j.l.ſi hæres.alij dicunt quòd liberatur ipſo iure.de bo.poſ.l.ſi.in ſi.

CCXXXV.

Relictum pro anima dicitur relictũ ad pias cauſas. de leg. ij.l.ſi quis Titio.non eſt alibi.

CCXXXVI.

Error teſtatoris debet probari per ſufficientem numerum teſtium.de leg.ij.l.cùm proponeretur.non eſt alibi.

CCXXXVII.

Teſtator poteſt dare licentiam legatario occupandi legatũ ſua authoritate.de leg.ij.l. Titia.in prin.non eſt alibi.

CCXXXVIII.

Si plus eſt onus quàm fuerit emolumentum, neceſſe habet

legatarius totum subiicere. de leg. ij. l. cùm pater. §. j. cōtra not. in l. Plautius. de condit. & demon. secunda vera.

CCXXXIX.

Donatio causa mortis perficitur hodie nudo pacto. de leg. ij. l. cùm pater. ∫. Mæuio. non est alibi.

CCXL.

Prohibitus alienare potest in mille annos locare. de leg. ij. l. codicillis. §. instituto. non est alibi. Din. reprobat ipsam.

CCXLI.

Si tabellio de mandato testatoris scripsit testamentum non valet, si scriptum coram testibus non legit. de lega. iij. l. si fideicommissa. non est alibi.

CCXLII.

Maritus qui donauit vxori eo casu quo donatio confirmatur per mortem, non potest ab ea fideicommissum requere. de leg. iij. l. si mulier. in prin. quod est falsum. de leg. ij. l. sequens quæstio.

CCXLIII.

Donatio causa mortis habet vim cōtractus. de dot. præle. l. ij. in prin. contra not. de dona. cau. mor. l. tam is. §. j. vbi habet vim vltimæ voluntatis, quod est verum quò ad ius accrescēdi. de regula Cato. l. j. §. quod si medio. item quò ad acquisitionem dominij quæ fit ipso iure sicut in legato. de publ. l. ij. & adde quod no. C. de don. cau. mor. l. fi.

CCXLIIII.

In legato vniuersali inspicitur tempus mortis: in legato autem singulari tempus testamenti. de fundo instruct. l. Lucius. non est alibi.

CCXLV.

Quæ tempora inspiciantur an legatarius sit capax. not. de reb. dub. l. si cognatis. aliter not. de leg. iij. l. si deportati. aliter de condit. & demon. l. interuentu.

CCXLVI.

Filius præteritus si decedat viuo testatore, confirmatur patris testamentum per legem Velleiam. de regu. Cato. l. fin. contra not. de testa. tut. l. si hæreditas. §. qui filium.

CCXLVII.

In l. qui quadringenta. §. qui ducentas. ad leg. Falc. est glo. cui est alia contraria ad Trebel. l. in fideicommissaria. in prin. vltima vera.

CCXLVIII.

Donatio vestimentorum facta à viro vxori tenet: vt l. sed vsufruct. ad leg. Falc. non est alibi.

CCXLIX.

In prætoria stipulatione est addenda pœna etiam inuito promissore: vt l. nisi. §. quanuis. ff. si cui plùs quā per leg. Falc. contra no. de præto. stipulat. l. fi. Et adde leg. iij. qui satisd. cog. & l. iij. de alien. iu. mu.

CCL.

Adultus potest alienare pecuniam: licet secus sit in aliis rebus quæ seruando seruari possunt. ad Treb. l. j. §. fuit quæsitum. non est alibi.

CCLI.

Ad Trebel. l. Marcellus. §. idem Pompo. est glo. cui est alia contraria in authē. de restit. & ea quæ parit. §. j. ad Trebel. l. si legatus. in glo. iij. cui est glo. cōtraria in l. & si sine scriptura. C. eod. titu.

CCLII.

Sententia lata per errorē retractatur beneficio restitutionis: vt l. seruo inuito. §. cùm prætor. eo. tit. non est alibi.

CCLIII.

Si relinquitur monacho hac conditione adiecta, ne abbas eum molestet. & si molestauerit ꝙ perueniat ad tertium, quia extat conditio abbate mouente controuersiam. ad Trebel. l. Lucius. §. iij. hæredes. quæ gl. reprobatur: quia turpis est conditio.

CCLIIII.

Quicquid potest pēdente lite innouari, potest pendēte appellatione innouari. l. postquā. vt in pos. leg. de bo. pos. l. ij. est gl. cui est alia contraria instit. de bo. pos. § septima.

CCLV.

Filius naturalis tantū, si prætereatur eo casu quo ab intestato succederet, non potest venire contra testamentū rumpendo ipsum per contratabu. vt l. j. §. j. de contratab.

CCLVI.

Filius præteritus tacendo per annū videtur approbare testamentū. ff. ad Carb. l. si impubes. §. quæsitū. nō est alibi.

CCLVII.

Filius debet habere totā tertiā iure institutiōis. vt. ff. de iure patro. l. siue patronus. alibi ꝙ sufficit partem tertiam habere iure institutionis, & in residuo agi ad supplementum. vt in §. aliud quoque. in auth. vt cùm de appel. cogn.

CCLVIII.

Si aduersus aditionem restituitur hæres ꝙ ad sequētem in gradu venit hæreditas. de succes. edic. l. fi. contra not. in l. ex contractu. ff. de re iudic. vide l. j. §. si quis adita. ff. ad Tertul.

CCLIX.

An ille qui nuntiat nouū opus habeat dicere causam quare nuntiat. glo. variant. l. j. in prin. & l. non solùm. §. si cú iure. eo. titu. Dic si petatur causa à nuntiante, debet nuntians eam dicere, aliâs non.

CCLX.

Potest nouum opus nuntiari si nondum ædificatur, sed locus purgatur: vt l. de pupillo. §. nuntiationē. de oper. no. nunt. contra not. in l. j. §. potest. eod. titu.

CCLXI.

Qualiter fiat missio interdicto vti possidetis, not. in l. si prius. eod. titu. non est alibi.

CCLXII.

Damna ante lit. contest. cōtingentia veniunt de materia petita in libello: vt l. si quis missum. in fi. eo. tit. nō est alibi.

CCLXIII.

Si duo habent communē parietem intra domos eorum, & vnus habet peiora ædificia quàm alter, ꝙ potest sibi facere caueri de dāno infecto neutro ædificāte in parte communi: vt l. ex dāni. ∫. quoties. contra not. eo. titu. l. damni infecti quidam. §. cùm parietes.

CCLXIIII.

In contractibus est differentia inter verba directa & obliqua. ff. de donat. l. j. in fi. magnæ gl. non est alibi.

CCLXV.

Post lit. contest. tenetur donator ad fructus. de dona. l. in ædibus. §. ex rebus. contra not. eo. tit. l. eum qui.

CCLXVI.

Si iudicatum quis deducit in stipulationem nō animo nouandi & acceptam fert stipulationē, remanet adhuc iudicati actio: vt dicit gl. in l. si stipulationem. eo. tit. quod Din. non placet, imò vtranque tollit secundum eum.

CCLXVII.

Donatio facta bene merito non indiget insinuatione: vt l. Aquilius. & l. si pater. eo. titu. non est alibi.

CCLXVIII.

Quilibet iudex in suo territorio est maior alio. de manu. l. apud diem. non est alibi.

CCLXIX.

Actus est nullus, & nō potest dici nullus. de man. testamento. d. l. qui habebat. in fi. non est alibi.

CCLXX.

L. si ex noxali. ff. de pecul. gl. ibi quādo relinquitur aliquid pro dote.

CCLXXI.

Glo.in l.iubere cauere.ff.de iurisd.om.iud. quòd in dubio loquendo de iudice intelligitur de ordinario.

CCLXXII.

L.si filium.in fin.ad Treb.ff.quòd vltima opinio in dubio videtur approbata.

CCLXXIII.

Do.Ioan.dicit per text.in l. inciuile. ff. de legi. quòd si aliqua pars statuti producitur sub rubrica, vtrum probet: vide do.Bart.de Sali.in l.j.ff.quod cuiusq.vni.no. Quid si aliqua particula instrumēti reperitur cancellata, quid probet,quomodo & quando.

CCLXXIIII.

L. seruitutes.ff.de serui.glo. not. quando dictiones donec, quoad, quemadmodum faciant modum vel conditionem, de quo vide l. quanuis.C.de legat.in l. pater Seuerinam.ff.de conditio.& demon.& ff.de leg.iij.l.concubinam.§.vxori.

CCLXXV.

Quæ dicantur coniunctæ personæ: vide per Guli. de Cun. in l.sed & hæ.ff.de procurator.ibidem vide de dictis, sed quid operetur.

FINIS.

SINGVLARIA

DO. PETRI DE RAVENNA, VTRIusque Iuris Interpretis acutissimi.

Additionibus nunc primùm illustrata.

I.

Vendo tibi hoc pacto, ne exeat de manu tua, tu locasti alteri: vtrum videatur recedi à pacto? & Bart. quòd non, in l.manumissiones.ff. de iusti.& iur.quia locatio nō mutat dominium.l. non solet.ff.loca. & sic non dicitur alienatio. & addo quod voluit Bal.in l.si.C.de re. alie.nō alie.& quòd manus exponatur pro dominio, voluit Bal.consil.cccxxxiij.in j. lib. quòd si testator nullo alio hærede instituto dicat, pono omnia bona mea in manibus Titij, quòd propter hoc censetur institutus hæres Titius.

II.

Si est prohibita alienatio, an sit per damnum ex aqua pluuia opere manu facto? secus si naturaliter noceat.l.j.§. hæc autem.ff.eo. potest tamen quilibet facere quicquid vult in suo, dummodo non faciat animo alteri nocendi. text.est not.in l.j.§.denique.ff.eo.tit. & ibi gl.dicit, quòd non est licitum facere quod alteri nocet, & sibi non prodest. & in dubio non videtur facere animo nocendi. gl. not.in l.fluminum.§.fi.ff.de damno infec. Et hæc actio ita demum locum habet, si noceat aliquis rusticis ædificiis: secus si vrbanis: quia tunc recurritur ad actionem negatoriam.l.j. §. item sciendum. ff. eo. licet sit secus in cautione damni infecti.l.eorum.ff.de dam.infect.

III.

Leges dicunt, quòd monumentum potest legari. l. monumenta.C.de leg. Quęro quid hoc est dicere? Dicas quòd non transit nisi cum vniuersitate.text.sing.in l.quædam. ff.de acqui.rerum do.& limita istam legem, vt singulariter per Bart.in l.si mercedem.§.j.ff.de actio.emp.vbi dicit, quòd vendito fundo in quo est capella, videtur vendita capella, nisi aditum habeat ex publico.& adde Bart. in l.peto.§. fratre. ff. de leg. ij. qui allegat istum text.in l. Aufidius.ff.de priuile.credi.

IIII.

Est text.in l.si epistolam.§.Paulus.ff.de acquiren. rer. dom. quem Bart.ibi facit singularem, & not.in l. fluminum.in princ.ff. de dam. infect. quòd sicut insula nata in flumine, est eorum qui possident prædia prope ipsum: ita clusa propria est eorum qui possident prope eam.

V.

Non potest quis animo perdere dominium possessione retenta: secus in possessione. text. est singu. qui quotidie alleg.secundum Bar.in l.si quis vi.§.differentia.ff. de acqui.pos.& intellige quando non recedit de possessione: secus vbi recessit: vt in tit.ff.pro derelicto.

VI.

Intraui possessionem fundi credens mihi illam rectè traditam: acquirámne possessionem? gl.sing. secundum Bart. in l.iij.in prin.ff.eo.dicit quòd non: quia non animo acquirendi intraui, sed animo acquisitum retinendi. sed ista gloss. communiter non tenetur: quia quod quis facit ad conseruandum, operatur ad inducendum per deducta per Bart.contra gloss.

VII.

Glo.in l.& an eādem.§.actiones.ff.de excep.rei iudi.dicit, quòd in non prosecutis non obstat exceptio rei iudicatæ in effectu. verum est, quando quis non est prosecutus ignoranter: secus si ex certa scientia & malitiose. Iste est casus sing.in l.de rebus.ff.de arbit.quem ita allegat Bar. in d.§.actiones.& in d.l.de rebus.dicit illam l. esse multū not. & dicitur malitiose factum esse, secundum Bart. in d.l.de rebus. eo ipso quòd scienter omisit prosequi, cogitans se prosecuturum aliàs.& istum text.allegauit etiā pro singulari Ang.in l.scire debemus.in prin.ff.de verb. obligat.

VIII.

Si lata est sententia, & appellatum est, & pendente appellatione decedat reus, tunc distinguitur, prout in l.iij. C. si pendent.appel.mors interue.scilicet quòd si reus decessit post latam sententiam intra decem dies, qui dantur ad appellandum, non tamen est interposita appellatio: & tunc gl.singul.secundum Bar.dicit idem in l.ex iudiciorum.ff. de accus. ita quòd si expressè sint adempta bona, hæres debet appellare: aliàs non est necessaria appellatio.sed Bar.reprobat istam glo.ibi, quam tamen approbat Bal.in dict.l.tertia.de quo per Bal. Ang.& Imol. in l.qui à latronibus.§.j.ff.de testamen.per Bald.in l.j.C. ne ex delictis defunctorum.per Imol.in l.defuncto.ff.de public.iudi.

IX.

Tu scis quòd si filius debet adire, requiritur iussus patris.l. si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquiren.hære. Hoc fallit, quando pater est furiosus: quia filius potest adire, & sibi quærere sine iussu. Casus est sing. secundum Bart. in l.cùm hæres.ff.de acquiren. hæred. & vide Bart. in l.placet.ff.eo.titu.

X.

Minister electus ad distribuendum, satisdare nō debet, nisi pauper fiat testatore ignorante.text.est sing. in l. liberto.§.largius. ff. de annu. leg. & sic executor testamentarius non tenetur satisdare.de quo in l.diuus.ff. si cui plus quàm per legem Falcidiam. & intellige siue viuente testatore, siue post mortem, secundum glo.

XI.

Fructus pendentes dicuntur esse pars rei:& rem faciunt pretiosiorem.secus est in partu existente in ventre. text. est singu.secundum Bart. in l.in lege Falcidia placuit. ff. ad leg. Falcid.

XII.

Prælegata non veniunt in fideicommisso, quando quis primò rogat secundò prælegat.Item quando quis detrahit trebellianicam de voluntate testatoris, tunc quartam hæreditariā aut contrà, vel præter voluntatem, & tunc hæreditariam totam computat. iste est text.singu.secundum Bart.in l.Titia.ff.ad le.Falc. & de materia in l.Marcellus.§.quidam.in l.in fideicommissariā. §.fi.ff. ad Trebel.in l.in quartam.in prin.ff.ad leg. Falc.

XIII.

Quomodo detrahatur falcidia de legato alimentorum, & de legato vsusfructus, est text.singu.in l. hæreditatum.ff. ad leg.Falc.secundum Bar.& si tu vis scire quot sint ætates, vide per glo.in hac lege, & per Cinum in l. si infanti. C.de iure deliberan.

XIIII.

Filius qui dixit se nolle adire, potest pœnitentia paracta adire hæreditatem maternam vsque ad annum. text. est singu.in l.filij mater.§.j.ff.ad Tertullia. Et no.quòd Bar. videtur hîc velle, quòd per ista verba videatur repudiare:sed sit speciale in hæreditate materna:sed contrarium tenet Bart. in l.si quis suus. ff. de iure deliberandi. De quo per Bartol.in l.qui se patris.C.vnde libe.& vide tex. singularem cum sua gloss. in l. Titius cùm decederet.ff. de actio.empti.

XV.

Ius acrescendi transit ad hæredem, & si est vnitum cum pupillari substitutione trahitur ad eam, vt habeat locum post aditam hæreditatem: & trahitur ad bona impuberis.text.est singul.secundum Bart.in l.qui patri. ff. de acquiren. hæred. & istum text. dicit mirabilem & singularissimum Bart.in l.j.§.finautem. C.de cadu.tollen.quòd ratio est:quia ius substitutionis erat ortum cum iure accrescendi.

XVI.

Actor in quem facta est alienatio causa mutandi iudicij exceptione repellitur, & primus cedēs agere compellitur. textus est singu.in l.cùm miles.ff.eo.tit.Et sic nota singulariter, quòd iste cedens cogitur agere, nec poterit constituere procuratorem. quod est pulchrum, ad hoc pœnam illius alienauit in potentiorem, non ratione officij. Et not.secundum Bart.ibi, ꝙ quando quis est potentior ratione officij perditur actio: nō solū si sibi cedatur, sed etiā si in patrociniū aduocatur.Vnde putat Bar.ꝙ de iure si actor iret ad priores seu proconsules, & faceret ꝙ ipsi intercederent pro eo apud iudicem: ius suum perderet.l.j.C.ne liceat potentio. quod est notabile secundum Bar.quia sæpissimè occurrit.& vide quod not.scribunt Bald. & Salic. in l. qui stipendia. C.de procu. Si aliquis alienat partem suam pro indiuiso causa mutandi iudicij, in pœnam negatur ne possit petere diuisionem, nec ipse qui alienauit, nec ipse in quem facta est alienatio.iste est text. singul.in l.fin.ff. eod. titul. & intellige in potentiorem non ratione officij.

XVII.

Si agatur contra ignorantem, interesse impensarum nō potest excedere duplum pretij conuēti, vel communis. tex. est singularis secundum Bar.in l.Titius.in fin. cum l.seq. ff.de actio. empt. quem text. dicit singularem Bartol. in l.j. C.de sen. quæ pro eo quod interest profe.in ver. item opponitur de lege Titius. & loquitur text. ille quādo res fuit euicta.

XVIII.

Hærede rogato decedente ante aditam hæreditatem post iussum fideicommissum, peti potest tanquam ab eo adita fuisset hæreditas. text. est singularis secundum Bart. in l.non iustam.C.ad Trebel.Licet ergo dicamus, quòd quando institutus decedit ante aditam hæreditatem, fideicommissum non potest deberi ab eo. l.ille à quo. §.si de testamento. ff.ad Treb. Illud est verum ante aditam hæreditatem, & ante iussum de adeundo: secus si post iussum & ante aditam hæreditatem, vt in hac l. singulari. & vide quod notat Bartol.in l.eam quam.C.de fideicommiss.

XIX.

Quando filij rogantur de hæreditate restituenda fratribus, vel eorum filiis fructus non computantur in quartam Trebellianicam: sed eam debent habere de substantia defuncti.& hoc procedit solùm in liberis primi gradus. text. est singularis secundum Bart. in l. iubemus. C. ad Treb. Et adde Bart.in l.quod de bonis. §.quod anus.ff. ad legem Falcid.in l. filiusfamiliàs. eod. titul. vbi dicit, quòd secus in parentibus primi gradus: quia illi imputant fructus.ad idem Calde. in suo consilio xij. in rubri. de testa. Et pulchram limitationem ad istam legem posuit glo.in capit. Raynutius. de testamen.in verbo, contestata.quòd ista lex procedit in fructibus perceptis ante litem contestatam: secus si post. Procedit etiam lex ista, si filius fuerit in mora restituendi: vt est glo. multum not.in l.fideicommissaria. in princip. ff. ad Trebel. Sed hæc glo.videtur contrariari glossæ suprà allegatæ in dicto capit.Raynutius. vide ibi per doctor. Et scias quòd licet dicamus, quòd filius rogatus de restituendo sub conditione detrahat duas quartas, vt iam dictum est, illud est verum, nisi filio sit prouisum per patrem de legitima.Ita dicit Bald.intelligenda esse ista iura de hac materia loquentia in suo consilio clxxxviij.primo lib.

XX.

Si absolutus ab adulterio proximitatis prætextu postea cū ea matrimonium contrahat, ex hoc iuris, & de iure videtur nasci præsumptio: ex qua de primo adulterio de quo fuit absolutus poterit condemnari. Iste est text.singularis secundum Bartol.in l.si qui adulterij. C.de adult.Ex quo collige quòd sententia ex præsumptionibus lata nunquàm transit in rem iudicatam: imò continuò retractari potest. Et aduerte quòd præsumptio violenta quæ secundum ius dicitur habere vim plenæ probationis in causa ciuili, non sufficit ad plenam probationem in causa criminali: vt notant doct.in c.afferte.& in cap.quia verisimile.de præsumpt. vt est præsumptio de nudo cū nuda, de solo cum sola.de quo in capitul.literis.de præsumptio.habet vim plenæ probationis in causa ciuili separationis matrimonij: non tamen sufficit sola ad condemnandum de stupro: secus quando esset præsumptio violenta approbata à iure etiam quo ad causam criminalē: quia illa sola sufficeret vt hîc.& in authē.si quis. cum ibi notatis, hoc eodem titulo.

XXI.

Si tu vis scire delicta, in quibus requiritur probatio ex vtraque parte, vide text. qui est melior quàm sit in mundo, secundum Bartolum in l. fallaciter. C. de abolitio. Et not. istum textum secundum Bald. qui est melior de iure, quòd licet partes renuntient feriis: durant tamen feriæ quo ad testes: quia in præiudicium testium & in eorum iniuriam non tenet consensus partium. Notat etiam Bald.illum text. contra venientes cum vexillis eleuatis contra ciuitatem hostiliter. Item contra proditores populi incidunt in crimen lęsæ maiestatis.& vide ibi gloss.notab.

XXII.

Qui ostēdit se tribus proximis annis soluisse, retro soluisse præ-

se præsumitur, nisi contrarium probetur. text. est mirabilis & singularis in l. quicunque. secundum Bartol. de apoch.public.lib.x. Limitatur tamen lex ista nisi solutio trina esset facta vna semel pro tribus annis secundum Cinum, & Bald.in l.ij.C. de dotis promissio. & Alexan. in dict.l.quicunque. Nota ergo istum textum nec tradas obliuioni.

ADDITIO.

Adde Francisc.Cremens.singul.lxxix.

XXIII.

Si pro certa portione tritici locatio est facta, tenetur colonus ad ipsam non ad præstationem pecuniæ, nisi consuetudo sit, vt non obstante pacto pecunia soluatur. text. est quem dicit Bartol. singulariter notandum, in l.domini prædiorum. C.eod.titul. probat etiam iste text. quòd colonus qui cōduxit prædium pro quo tenetur dare omni anno decem corbes tritici, tenetur dare de illo quod nascitur in illo prædio.

XXIIII.

Generalis petitio sufficit ad interrumpendam præscriptionem in omnibus qui sub illa generalitate comprehenduntur. text. est singul. in l.fin.C.de anna.exceptio. Et licet talis libellus non debeat procedere antequam declaretur: tamen quantum ad interrumpendam præscriptionem sufficit. Et scias quòd ista lex ponit tres quæstiones. Prima est cùm mihi debentur similes quantitates ex pluribus causis, & vnam quantitatem sine causæ mentione expressi: quæritur, an omnes actiones pro simili quantitate perpetuasse videar? an nullam, an vetustiorem? Secunda si fiat de personali actione libellus tantum vel de hypothecaria tātum, an super vtraque fieri interruptio videatur? Tertia si nec causa nec quantitas sit expressa: sed tantum dicatur obnoxius an omnes sint perpetuatæ. Et omnibus respondet quòd sic.

XXV.

Lex, in l. Aquilia si deletum est singularissima secundū Bar. & habet tres lecturas: quarum secūda non tenetur. Sed not. secundum tertiam, quòd testes ex parte actoris possunt recipi lite non contestata, quando statim non potest agere & suspicatur de morte testium. Et de materia istius legis vide Bal. in authent. sed & si quis. C. de testib. Bartol. in l.iiij.§. prætor. ff. de damno infect. vbi tangit an requiratur latitatio quando examinantur testes ad æternam rei memoriam? Et quæ sint iustæ causæ vt examinentur testes ex parte actoris, per Bartol. in l. mortis causa. ff. de donatio. causa mortis. & quòd tales testes possint recipi parte absente, est glo. not. in l. laudabilem. C. de aduo. diuer. iud. & dicit ibi Bald. quòd quando testes recipiuntur parte absente, tunc parti reseruantur omnes exceptiones contra testes. & vide etiam Bald. in materia, in l. fi. C. de vsu. pupil. & Bart. in l. cùm hi. §. transactione. ff. de trāsact. qui dicit, ꝙ si reus vult petere examinari testes ad æternam rei memoriam, ꝙ debēt examinari coram iudice, coram quo verteretur causa. Et adde etiā Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & adde hîc quod not. etiam Bal. in l. acceptam. in xiij. quæstione. C. de vsu. dum quærit in casu illius l. coram quo iudice debeat fieri depositio. & quod not. Bald. in l. ij. in princip. C. de testamen. & vide Bald. in dicta auth. sed & si quis. quia multa bona dicit, & in materia vide etiam Bald. consilio lij. j. lib. & in consilio cxlij. vbi etiam quærit an possint recipi diebus feriatis.

XXVI.

Si officialis qui de aliquo inculpatur aufugiat, pro cōfesso habetur. text. est singularis secundum Bartol. in l. consiliarios. C. de assesso. & de materia fugæ plenè per Bartolum in l. Cornelia. ff. ad Sylleia.

XXVII.

Ex sentētia arbitri pacto nudo & sine pœna assumpti homologata tacitè vel expressè oritur actio: & contestatio facta coram arbitris, inducit perpetuationem & interruptionem præscriptionis, sicut facta coram iudice, & probationes factæ coram arbitro faciunt fidem coram iudice. tex. est singularis secundum Bar. in l. cum antea. C. de arbitr. Et scias quòd laudum Iudæorū absque homologatione expressa vel tacita incontinenti mandatur executioni. text. est not. secundum vnam lecturam, in l. Iudæi. C. de Iudæ. & ibi Guido de Suza.

XXVIII.

Alimenta pater potest denegare filio robusto & sano qui potest laborare sine dedecore suorum natalium. Bart. in l. j. C. de mendican. vali. libro vndecimo. in l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de libe. agnoscendis.

XXIX.

Alimenta repetuntur pro bursali dispēdio non pro labore personæ. text. est not. quem ibi ponderat Bal. in l. si patrem. C. de nuptiis.

XXX.

A lere qui tenetur alium, si procurat quòd maneat in hospitali sufficit. text. habes not. & ibi per Bal. in l. j. §. sed scimus. C. de lati. liber. tol. quod procedit, quando non est verecundia illi manere in hospitali. Alexand. in l. alimenta. C. de nego. gestis.

XXXI.

Appellandi terminus non potest prorogari per pactum. gl. habes singul. in l. præscriptione. C. si contra ius. secundū Angel. in authen. hodie. C. de appellatio.

XXXII.

Appellare non potest Officialis, si est condemnatus de delicto commisso in officio ab eo iudice, cuius erat officialis. textus est singular. in l. nulli. C. quorum appellatio. non recipi.

XXXIII.

Appellatio an sit recipienda vel non, plenè debet examinari. & sic causa cognita. gl. est not. & ibi Bart. in l. j. C. quorum appel. & ideo si iudex reiiciat appellationem incontinenti ab ista reiectione potest appellari, quod est notabile.

XXXIIII.

Si aliquis destitit ab actione ciuili, non potest super eodem delicto criminaliter accusare. text. est singular. & ibi per Bart. in l. qui destitit. ff. ad Turpil.

XXXV.

Ambasiator qui dicitur legatus, si decedat & essent duo, salarium eius nō accrescit alteri implenti officiū. Dictum est notabile Bart. in l. j. C. de leg. lib. x.

XXXVI.

Fui semel requisitus, si in iure cautum erat, quòd arbiter deberet habere salarium à partibus. & respondi quòd sic. Allegaui text. & Bartol. in l. multis. C. de princip. agen. in re. lib. xij.

XXXVII.

Adultus potest in testamento suo dare tutorem filio. casus est sing. in l. iij. §. quamuis. ff. de administ. tut.

XXXVIII.

Arbitrio tuo si concedo rem tibi, non teneris de leuissima culpa, si parem diligētiam adhibuisti in re illa, quam adhibes in tua. dictum est singu. Bar. in l. j. ff. de solutio.

XXXIX.

Actor si timet potentiam rei, & ideo non audet eum conuenire, possunt testes de quorum morte dubitatur, vel absentia, recipi in priuato, & facient fidem de tempore quo lis poterit inchoari. Dictū est singu. Host. & Io. in c.

quoniam frequenter.in prin.vt lit. non cõtest. approbat Abbas in c.præterea.de spon.in c.in nomine domini.de testi.in iiij.colum.

X L.

Absolutoria si debet ferri pro reo capto qui fecit probationem ad sui defensionem, captus etiam ante sententiam debet relaxari. Dictum est Ro.in singula.suis quod incipit, accusatus de crimine capitali.

X L I.

Si iudex detulit appellationi, in casibus in quibus in causa criminali non potest appellari,talis appellatio deuoluit: quia per talem delationem sibi iurisdictio est abdicata. Dictum est singul. Ang. in l. constitutiones. ff. de appel. Rom.in l.Pantonius.§.rei.ff.de acquiren.hære.

X L I I.

In casibus exceptis vbi quis admittitur ad accusandũ, vbi alias non admitteretur, puta læsæ maiestatis, tamen capitalis inimicus nunquam admittitur: vt sing.voluit Ange. ex intentione Specu.in l.qui accusare.ff.de accusa.

X L I I I.

Dubitatum est semel vtrum de iure canonico temere appellans puniatur. multi multa dicebant. & ego allegaui gloss.in l.j.§.fin.à qui.app.non licet. quòd nõ. quam glo. mihi reuelauit Bal.in l.ij.C.de epis.audi.

X L I I I I.

Appellans solet dicere, appello à sententia si nomẽ sententiæ habere meretur.pro hoc allego tibi text.not. vbi hæc verba in simili habentur in l.fi.in prin.C.de natur.libe.

X L V.

Alimenta non denegantur filio, licet dilapidauerit partem assignatam sibi per patrem.Dictũ est not. Bal.per illum text.in authen.si captiui C.de epis. & cleric.

X L V I.

Qui promittit annuum redditum tritici, intelligitur promittere purum, liberum & mundum ab omni impensa. glo.est not. vbi per Bal.in l.si quis argentum C. de dona.

X L V I I.

Vidi semel dubitari quid erat bladum: & ego adduxi Bal. in l.j.§. de eo.ff. de aqua pluuia arcen. qui allegat gl. in l. triticum.ff.de verb. ob. quòd bladum est omne id quod in terra seritur. Et nõ omitto quod dicit Bart.in l. interdum.§.licet. in fi.ff. de publi. quòd cùm generaliter sint statuta per Italiam de blado seu frumẽto non extrahendo,seu de armis non portãdis, forenses non excusantur. & tu potes hoc adducere ad multa alia, de quo per Bart. in l.cunctos populos.C.de sum.tri.& fid.catho.

X L V I I I.

Quæro,an sit aliqua differentia inter blasphemare, & maledicere.Bart.in l.item apud Labeonem.§.ait prætor.ff. de iniur. dicit quòd prout ista verba referuntur ad Deum & ad sanctos,omne maledictũ est blasphemia.Sed prout ista verba referuntur ad homines in communi vsu, maledicere est dicere aliquid mali de præsenti vel præterito. Blasphemare est optare aliquid mali in futuro. Blasphemia tamẽ secundum Bar.hoc modo dicitur verbum iniuriosum. Et aliqua verba ponũtur iniuriosa per text. & Bar.in l.iij.ff.de lib.& posthu.vbi dicẽdo,tu es fur, vel latro, etiam si non contineant certam speciem maleficij, verba iniuriosa sunt: & sic facit secundum Bar. pro statuto puniente verba iniuriosa. Ad idem quod habetur in l.turpia.in prin.ff.de leg.j. & hoc procedit etiam si verum dicatur, secundum Bar.in l.eum qui nocẽtem.ff.de iniur. & egregiè per Old. consil.liiij. quod incipit, consueuit dubitari.Et an iniuria quæ fit per scripturam dicatur verbalis,Rom.in consi.ccclxxviij.Et an inculpans aliquem de eo quod non est verum, scilicet quòd portauit aliquas merces non bonas:& nõ est verum:teneatur actione iniuriarum,per eundẽ Rom.cõsi.xcvij.& ibi notabiliter loquitur.Et si aliquis facit alium citari tãquam fugitiuum cum non sit,an teneatur actione iniuriarum, per eundem in consi.cclij.& declarat Bart.in dict.§. ait prætor.quod dicatur verbum iniuriosum:& ibi dicit dicendo tu mentiris: etiam si diceretur saluo honore tuo. de quo per Bart. in l.si quis extraneus.ff.de acquiren.hęredi.Hoc tamen limitatur per ea quæ dixit Bar. in l.quæ omnia.ff.de procu.nisi dixerit tu mentiris:quia prius di xeras quòd eram homicida.Limitatur etiam nisi aliquis dixisset:tu mentiris ad defensionem innocentiæ suæ.Ita Bald.in consi.xlv.iij.lib.Et quod not.Bald.in l. ignorantia.in fin.C.de cri.stel.vbi refert Bald.cõsulentem,quòd si statutum dicit quòd pœnæ maleficiorum duplicentur in palatio, quòd si aliquis maledixit Deum in palatio, non duplicatur pœna: quia illud non erat malefactum sed maledictum. & statutum debet intelligi strictè. Sed Bald.ibi tenuit contrarium.Adde etiam Bart. idem volentem in l.aut facta.ff.de pœn.Sed videtur quòd opinio communis sit contra Bart.& est glos.not.insti. de oblig. quæ ex delic.nasc.in prin.in glo.incip. sed nonne.in l.ex maleficiis. in prin.ff.de act.& oblig.text. in auth.vt non luxu.contra natur.post prin. Et adde text.in c.ij.§. cæterum.de offi.ordi.in vj.vbi punitur grauiter ille qui proiicit in terram imaginem crucis aut beatæ virginis.

X L I X.

In bonis maternis filiis emancipatis delatis,pater succedit in virilem vsusfructus:si sunt in potestate in totũ. idem in nepotibus. text. est singul. secundum Bart.in l.si viua matre.C.de bo.mater.Et dicit Bald.quòd vnum mirabile continet ista lex,quòd per filium emancipatum succedentem matri, pater acquirit vtilem vsumfructum. Et not.secundum Bald.hic vnam glo.not.quæ quærit, nunquid emancipator habeat virilem vsumfructum, si filius fuit institutus ab extraneo? & dicit quòd non: fallit in bonis vxoris. quia vnũ corpus erat cũ bonis viri, & eius fruebatur bonis ea viuente.Ista sunt verba not. gloss. secundum Bald. & videtur concludere notabiliter Bald. quòd licet Bart. consuluerit quòd vir teneatur ad restitutionem fructuũ bonorum parafernalium hæredibus vxoris, hoc est verum secundum Bald. quatenus excedunt vsum.nam cũ vir & vxor sint vna caro, promiscuus vsus esse debet. quod dicit memoriæ esse commendandum: & quando maritus teneatur ad restitutionem fructuum bonorum,quæ sunt extra dotem, vide per Bar.in l.fin.ff.ad leg.Falcid.

L.

Lex,quod scitis.C.de bo.quæ lib. habet duas partes. & secunda pars est multum singularis secundum Bartol.nec scit eam alibi,filio decedente succedũt liberi,nec potest pater eius occupare bona iure peculij. & dicit Bar.commenda memoriæ istam legem: quia secundum iura Codicis filiusfa.habet hæredem: & hunc text. dicit etiam singularem Bart.in l.post dotem.in fin.ff.sol.ma. quærit enim Bart.ibi, pater dedit dotem filiæ, & stipulatus est pro filia,& mortua est sine liberis, succedet solus pater, qui dedit dotem,vel pater & mater cum fratribus & sororibus.& dicit quòd fuit nuper interrogatus de hoc.& casus est in l.quod scitis.ij.responso.C.de bo. quæ lib.& respondit quòd pater solus.& hanc opin.sequitur Rom. consil.xl.reiecta opinione Bald.in auth.defuncto. C. ad Tertullia.& adde not.per Bartol.in l.pater qui castrense. ff.de castren.pecu.

L I.

In rebus in quibus patri non quæritur vsusfructus, quia non vult,cogitur pater filio consentire in iudicio.Ista est lect.Bar.in l.fin.§.necessitatem.C. de bon. quæ libe.qui text.est singularis secundum eum.vel secũdum lecturam communem, ibi est casus quòd filius non potest esse in iudicio sine consensu patris.Et hunc text.limita singulariter

riter non habere locum, quando filius habito consensu patris in iudicio fuit demum condemnatus: & actio in factum intentatur contra eum pro exequenda sententia: quo casu nullus erit necessarius consensus in hoc iudicio.glo.est singul.in l.iij.§.sed vtrum.ff.de mino.in gloss. incipiente hoc olim.& idem videtur sentire glos. in hoc §.necessitatem.quam allegat Alexan.in dicto §.sed vtrũ. & ibi allegat Bald. in l.inuitus. C. de procura. an filius qui habuit consensum patris in agendo possit appellare sine nouo consensu. Limita etiam istum textum, secundum glo.notabilem,& ibi per Bartol.in vltim. colum.in l.j.C.qui admit. quando filius iure extraordinario ageret:& sic non in forma iudicij. Limita etiam per ea quæ habentur in capit.fin.de iud.in vj.& ibi vide gloss. verb. regulariter.& Ioan.Andr.in nouel.& in hoc casu sufficit consensus generalis. Bald.consilio cliij. primo lib. Angel.consil.ccc.& vide Paulum de Castro in consi.liiij.

LII.

Si statutum dicit, quòd si quis blasphemauerit puniatur certa pœna:& cùm non sit certa & determinata persona quæ possit accusare, quilibet poterit accusare tanquam de crimine publico: pulchra est doctrina Bart.in l.j.ff.de public. iudi. Et idem si statutum diceret, si quis iuerit de nocte.

LIII.

Bannito non debet dari securitas ad veniendum, si potest comparere per procuratorem.text.est not.vbi per Bart. & Bald.in l.Papinianus exuli.ff.de mino.

LIIII.

Vbicunque aliquid prohibetur, quia est contra bonos mores simpliciter, non ex eo quòd cadat in speciem delicti: tunc quod non accipit indignus non capit fiscus. text. est not.secundum Bald.in l.j.C.de secundis nuptiis.

LV.

Qui est bonæ famæ meretur maiorem dotem. vnde in nuptiis eligendis & constituendis dotibus est multum considerãda bona fama.text.habes not. vbi per Bald. in l. si furiosi.C.de nuptiis.

LVI.

Statutum quoddam dicebat, quòd si quis possederit rem per decem annos non possit inquietari. Quærebatur an sufficiat possedisse bona fide & sine titulo? Et responsum est quòd sic, per tex.gloss.& Bal.in l.ij.C. de præscriptio. long.tempor.decem, vel quæ pro libertate.

LVII.

Bannitus debet constituere procuratorem, aliàs tanquam contumax patitur pœnas contumaciæ.gloss. est singularis in l.ad cognitionem.ff.ex quibus causis in pos.eatur. secundum Bal.in cap.accedens.ij.vt lite non contestata.

LVIII.

Bannitus si habet necesse pro alia causa se præsentare personaliter, debet sibi dari saluusconductus. gloss. est singul.in l.is qui reus.in gloss.fin.ff.de public. iudi. secundum Bald.in dicto capitul.accedens.

LIX.

Bona fide nihil melius.gloss.habes not. in l.à procuratore. C.mandati.& ibi dicit Bald. not. pro mercatoribus bonis contra mercatores falsos qui fugam arripiunt.

LX.

Si statutum dicit, quòd pro qualibet vice blasphemans puniatur tali pœna, hoc statutum intelligitur ex interuallo. dictum est sing. Bart. in suo consilio incipiente, In quæstione vertente.quod not.quia vidi in facto. Quidam enim blasphemauerat tres sanctos vno verbo.

LXI.

Pater habebat bona aduentitia filij,& pro ipso fecit expensas in studio, ex illis videtur in dubio facta expensa. doctrina est Bart.in l.filius à fratre.ff.de peti.hæredi.

LXII.

Quidam exposuit pro consulibus, quòd Titius erat bannitus,& propter hoc impetrauit licentiam vt caperetur:& reuera ille non erat illud corpus, si constat quòd fecit falsò, debet decapitari.tex.habes no.quem ibi Bal.ponderat in l.& si legibus.C.si contra ius.

LXIII.

Bannitus seu exul à patria, potest vbi reperit debitorem conuenire.glos.habes singul.in l.vsuras.C.de solu.

LXIIII.

Bona alicuius sunt confiscata: ille cuius erant potest illa emere.text.habes not.in l.si mandauero.§.is cuius.n... da. secundum Bal.in l.cùm proponas.C.de nauti. fœn...

LXV.

Buxellari, Si tu vis scire qui sint, vide gloss. singul.in l.final. C.ad legem Iuliam de vi publi.nam sunt illi qui ponunt in ore captorum lignum vt non possint clamare.

LXVI.

Bona personæ expulsæ non debet habere expellens.text.est not. in l.vnica.§.sed scimus.C.de lati.lib.tol.

LXVII.

Bannito est pœna capitis, si acceptat officium publicum authoritate & vtilitate.Bald.in l.Cassius Longinus.ff.de sena.alleg.text. quem dicit singular. in l. qui cum vno.§. insulam.ff.de re mili.

LXVIII.

Ponamus, miles est conductus à quodam principe, qui indixit bellum pro certo salario in mense. iste miles capitur & stetit certo tempore captiuus,& tandem reuersus est: quæritur an debeat habere pro illo tempore stipendium? & dicitur quòd non.text.est vbi per Bartol. in l.j. C.de re mili.lib.xij.

LXIX.

Bona legantis vt scis sunt hypothecata pro legato: tamen legatum non valet, quando debitor legat creditori.gloss. habes singular.in §.ex contrario.instit. de leg. potest tamen testator prohibere, ne bona sint tacitè obligata pro legatis.gloss.est reputata singu.in l.ij.C.vt in possess.leg. Alexan.in l.nemo potest.ff.de legatis primo.

LXX.

Bona quandoque confiscantur ipso iure, quandoque per sententiam: quæritur quæ differentia sit? Respondetur quòd quando confiscatio bonorum fit per sententiam, veniunt fructus à tempore latæ sententiæ: secus si ipso iure: quia à tempore delicti commissi citra. gloss.habes singul.in authen.de inces.nupt.in princip.

LXXI.

Tu scis quòd causæ meri imperij non delegantur. l. imperium.ff.de iurisdictione omnium iudicum.hoc nõ procedit in Duce belli criminaliter cognoscente inter suos milites. text.est notabil.vbi per Bartol.in l. tam collatores.C.de re mili.lib.xij.

LXXII.

Bona conductoris inuecta sunt tacitè obligata. l. certi.C. locati. Et scias quòd etiam bona illius qui tantùm vna nocte mansit in hospitio. pulchrum est dictũ Bald. in d. l.certi.Alex.in l.diuortio.§.ob donationes.ff.solu.matr.

LXXIII.

Dos vel donatio ante nuptias ad patrem reuersa, debet esse præcipua illius filiæ pro qua data fuit extraneis institutis. Si verò alij filij fuerunt instituti, debet ad eum pro quo data fuerat reuerti eatenus, quatenus apud eos & alios ex his causis datum perseuerat. text. est sing. secundum Bartolum in l. illud. C. commu. vtriusque iudic. Et de ista l. dicit Bart. quòd facit magnum festum, in l. post dotẽ. ff. soluto matrimonio. Et pro intellectu l. vide Bal. in l. j. §. videamus. C. de rei vxo. actio. & Bar. in l. si emancipati. in fin. C. de collatio. vbi dicit, quòd quãdo aliquis de descendentibus succedit cum extraneo non est locus collationi, per hanc l. fin. Et vt intelligas nota, quòd collatio fit quandoque communicando, quandoque minus capiendo, quandoque liberando vel cauendo. Ita Bart. in d. l. si emancipati. in fine. Et quia quandoque succedentes conferunt bona adinuicem fuit factus iste titu. de collation.

LXXIIII.

Si relinquitur res eligenda per tertium, illo non eligẽte, vel negligente per annum, trãsfertur electio in legatarium, dummodo eligat rem mediocrem. text. est singul. secundum Bartol. in l. ij. §. sed & si quis. C. communia de legatis. Et sic in legatis receditur à persona: secus in contractibus, de quo in l. fi. C. de contrahend. emptio. per Bart. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Et intellige istum textum quando relinquitur electio certæ rei consistentis in specie secundum Bartolum. Et adde quod notat Bar. in l. si legatario. §. j. ff. de fideicommissa. liberta. quòd si duo possint eligere, & vnus negligat vel latitet, alius poterit eligere. & hanc l. si legatario. §. j. allegat Bal. in l. j. C. quando non peten. partes. in xij. quæstio. Quòd si rector scholarium videt quòd duæ partes nolunt congregari priuet contumaces: & tunc voces eorum erunt penes alios: id est potestas vocum. & sic rector vniuersitatis facta expedit.

LXXV.

In legatis portio deficiens accrescit coniunctis cum onere suo: sed si legatarij sint disiuncti verbis, & coniuncti re omnes acceptant: sibi partes faciunt per cõcursum, nisi testator aliud expressè disposuit. Et si vnius portio deficit, apud alios remanet per ius decrescendi sine onere. text. est singul. in l. j. §. vbi autem. C. de caducis tollendis. & ibi habes quòd illi dicuntur re coniuncti, quibus expressa dispositione testatoris tota res assignatur cuilibet. Et not. pro intelligentia postquàm sumus in litera C. vt intelligatur breuiter materia tituli. C. de caducis tollendis. quòd vltimæ voluntates quæ deficiunt ex parte honorati, quandoque sunt pro non scriptæ, videlicet, quando relinquitur iam mortuo. Quãdoque sunt quasi caducæ, vt quando legatarius decessit post testamentum ante confirmationem per mortem testatoris. Quædam sunt caducæ: vt quæ post mortem testatoris deficiunt vel repudiantur. l. j. §. sed cum triplici. C. de cad. tol. Et sic pro non scripto est illud quod non habet formam neque originem: nec alicuius essentiæ significationem: & perconsequens non trahitur ad consequentiam: vt notatur in l. penul. ff. de donatio. in l. ij. ff. de hæredi. insti. Et quædam habent esse ordinationis: sed non habent esse confirmationis per mortem testatoris: & ista vocantur quasi caduca. Quædam habent esse ordinationis & esse confirmationis per mortem testatoris, tamen postea euanescunt: & ista caduca vocantur. Et hæc membra per ordinem exequitur imperator in dicta lege prima.

LXXVI.

In exigendo aliquem inquantum facere potest, inspicitur quãtum ex eius patrimonij fructibus potest redigi, non quantum ex venditione rerum redigeretur. casus est singularis & mirabilis secundum Bart. in l. qui bonis. ff. de cessio. bon. & adde Bart. in l. imperator. in fin. ff. ad Trebel. & Roman. consilio clxxxix.

LXXVII.

Si relicta sunt centum patri, si filia non nupserit: talis cõditio remittitur, ac si essent relicta patri si vxorem non duceret: vel filiæ si non nupserit. text est sing. secundum Bart. in l. hæres meus. §. fi. ff. de condi. & demon. Et adde quod notabiliter voluit Bart. allegando hunc text. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in versi. Nonò quæro. ff. de ope. nou. nuntia. & Bald. in l. si quam. in fin. C. de ope. liber. allegat hunc text. per quem dicit, quòd ego dicor grauari, si consanguineus meus grauatur. & quod voluit Bald. in l. interpositas. C. de transf. & Bar. in l. si stipulatus fuero. ff. de verb. oblig. vbi videtur velle quòd hoc procedat etiam in amico. & dicit ibi Bart. si ego habeo tecum domum communem, possum ducere amicum meũ in domum etiam te prohibente. Quid enim mihi prodesset habitare, si non possem ducere amicum? & eleganter loquitur Bart. in l. si plagij. ff. de verb. oblig. & ibi allegat hunc text. æquiparans consanguineum & amicum magnum.

LXXVIII.

Qui admittitur ad legatum de iure speciali contra voluntatem defuncti, non habet ius accrescendi. text. est sing. in l. mulieri. ff. de condi. & demon. Et dicit Bart. quòd de ista l. facit magnum festum, in l. re coniuncti. ff. de leg. iij. Et de ratione istius l. vide Bal. in l. j. in princ. C. de indic. viduitat. tollend. in l. j. §. vbi autem. C. de cadu. tol.

LXXIX.

Captus ratione suspicionis fugæ non potest dicere capturam nullam, si fuit captus authoritate iudicis incompetentis. pulchrum est dictum Rom. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de ope. nou. nuntia. in l. ij. ff. de iurisd. om. iud. quia sicut capi potuit per priuatum, multò magis per habentem iurisdictionem.

LXXX.

Confessio facta in vno iudicio nocet in alio inter easdem personas. hoc verum, nisi contra illam confessionem fuisset pronuntiatum in primo iudicio. gl. est not. in authen. item si possessor. C. qui po. in pig. hab. de quo per Bar. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. per Bald. in authen. nouo iure. C. de pœ. iudi. qui malè iudi. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleric.

LXXXI.

Si nuncius dicat se citasse Titium, qui dicit cõtrarium: cui magis credatur est in arbitrio iudicis, considerata qualitate facti, & conditione personæ: vt in lib. malefi. Ange. in ver. Petro publico & iurato nuncio.

LXXXII.

Contumax haberi debet pro confesso ex forma statuti: tamen quando iudici constaret ipsum non esse culpabilem[a] debet absoluere non condemnare. Bar. notabiliter in consilio xcvj. incipiente, à domino Cyno de Bononia. & habetur in addi. in lib. malefi. in verb. qui iudex.

ADDITIO.

a Culpabilem. Adde Hippolyt. de Marsil. singular. lxxij. numero 3.

LXXXIII.

Confitetur aliquis occidisse ad sui defensionem: potest condemnari de homicidio. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de liber. lega. tamen non debet decapitari: sed mitius agendum est cum eo: cùm talis condemnatio procedat ex præsumptione quam habet occidens contra se. dictum est singul. Abb. in c. auditis. de præscrip.

ADDITIO.

Adde Hippolyt. sing. clxxxv. incip. confessio inquisiti.

LXXXIIII.

Condemnatus fuit aliquis, quòd sibi deberet amputari manus

manus dextra: & executor errauit: quia amputauit sinistram, an iudex pro executione suæ sententiæ debeat facere truncari dextram? dictum est Bartol. quòd non, in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pig. actio.

LXXXV.

Quæritur an contractus emptionis dicatur perfectus quã do diceretur, vendo tibi pro iusto pretio? & Bald. not. in l.contractus.C.de fide instrument. dicit quòd non valet in vim venditionis: sed in vim contractus innominati. Et si dedit rem emptori, poterit agere contra ipsum ad pretium declarandum. & istud fuit dictum sing. Azonis secundum Bald. similiter si dixi vendo pro pretio quo erimus in concordia. Bald. in l.fin.C.de contrahen.emp. per Alexand. in l.sciendum.ff.de verb.oblig.

LXXXVI.

Capitulum malè fecit recipere in prælatum illum, quem papa pronuntiauit episcopum, si non ostendat literas, licet de pronuntiatione constet: quia ad effectum probationis gratiæ requiritur scriptura. & ideo Ioã. Cal. in cap. quisquis. de elect. refert se obtinuisse ꝙ illud, fiat, quod ponit papa in supplicatione, intelligitur pro tunc: id est de præsenti: sed non de futuro. quod est singulare. Referunt moderni in rub. de constitu. & secundum stylum ad illum diem conficiuntur literæ.

LXXXVII.

Cessio actionis ex causa donationis si excedit summam, requirit insinuationem. glossa est notabilis in lege donatio.C.de donatio.

LXXXVIII.

Castrum non probat neque dominium neque possessionem. hoc probat textus vbi per Bald. in l.si pater.C. de actio.empti.

LXXXIX.

Licet res incidat in commissum, debitor non tenetur de casu fortuito, nec culpa leui vel leuissima. Et ideo si portans triticũ vetitum incidit in latrones, nõ tenetur fisco ad æstimationem. text. est sing. in l.neque.C.de vectig.& commiss.& ibi per Bald. quod est pulchrum.

XC.

Citatio quãdo fit ad domum viua voce, debet interuenire vocitatio, id est alta voce locutio: vt quilibet adstãs possit audire. text. est not. secundum Bald. in l.diffamari. C. de inge.manumiss.

XCI.

Tu scis quòd curator debet augere inuentarium crescentibus bonis adulti: tamen aliter non satisdat. gloss. habes multum not. in l.mulier.C.de iure dotium.

XCII.

Clausula in compromissis apposita, quòd possit de iure vnius alteri dare, intelligitur arbitrio boni viri. hoc notabiliter probat tex. in l.si cum ea.C.de dot.promiss. quem ibi ponderat Bald.

XCIII.

Habens duas concubinas est infamis. gl. est not. in authen. quibus modis naturales effici. sui.§. fin. secundum Bald. in l.ij. C.de incest.nup. & ideo repellitur à testimonio. & idem secundum Bal. si habet vxorem & concubinam.

XCIIII.

Confessio rei potest diuidi per actorem, & acceptare quod pro se facit: & repellere quod contra se facit. glo. est not. ibi, per Bald. in l.si præsidi.C. de do. ante nup. de quo etiam per glo. & doct. in l.si quidem.C.de excep.

XCV.

Confessio facta coram notario maleficiorũ absque iudice vel coram iudice, non in figura iudicij, non facit plenam probationem: sed indicium. gloss. est sing. secundum Bal. in l.iubemus.C.de liber. causa.

XCVI.

Ille qui habet curam seu custodiam rei potest agere, & ideo vsufructuarius potest agere rei vendic. nomine proprietatis, cùm habeat tacitum mandatum. l.j.§.fin.ff. vsufru. quemadmodum caue. & expensis ipsius proprietatis: quia habet vsumfruct. ex dispositione hominis. gloss. est not. in l.fina.§.vbi autem. C. de bon. quæ lib. secundum Bald. in dict.§.fin.

XCVII.

Confiteri non potest aliquis crimen capitale per procuratorem. textus est, & ibi per Bald. in l.ij. in versi. voce propria.C.quorum appella. non recipi.

ADDITIO.

Adde infrà singular. cccccliiij.

XCVIII.

Conductoribus redditũum principum seu ciuitatum debentur omnia emolumẽta etiam pœnalia ex lege: etiam si in locatione nihil sit dictum. tex. est sing. in l. si quis. C. de vect.& commiss. secundum Sali. in l.ij.C.eod.tit.

XCIX.

Iudex potest eligere consultorem inuitis partibus. gloss. habes not. secundum Ange. in l.hac lege. in verb. deliberatione.C.de sent.ex peri.reci.

C.

Caupo tradidit mihi semel claues cameræ: dixi quòd tamẽ propter hoc non erat liberatus à custodia. allegaui doctrinam Bart. in l.fi. in fi.ff.nautæ caupo.stabularij.

CI.

Si debitor est captus propter debitum, debet ali expensis ipsius debitoris. Bartol. in l. sanctum. ff. de rerum diuisione. si tamen debitor non habet vnde se alat: debet ali expensis creditorum. gloss. est singul. in l.final. in princi. C.de erogatione militaris annonæ. libro duodecimo. quam dicit singul. Bartol. in dict. l.sanctum. aliâs si creditor eum non alat, iudex potest eum relaxare.

CII.

Cautio Mutiana vt habet communis opinio, non habet locum in contractibus: sed solùm in vltimis voluntatibus. fallit tamen singulariter, nisi esset talis cõtractus qui de sui natura non transmitteretur ad hæredes: vt quia promitto tibi vsumfructum, si nunquam ascenderis capitolium: quia tunc cautio Mutiana habet vim impletæ conditionis, sicut in vltimis voluntatibus. dictum est singul. Bald. in authentic. cui relictum. ad finẽ.C. de indicta viduitate tollenda. in l.ex his verbis. C. quando dies legati cedat.

CIII.

Confessio extraiudicialis post sententiam non impedit appellationem. gloss. habes ordinariam in l. non tantum. ff.de appellatio. secundum Baldum in l. addictos. C. de episcop.audient. in l.si quis in hoc genus. C. de episcopis & clericis.

CIIII.

Aliquis redemit captum ab hostibus, & propter hoc volebat sibi imponere aliqua onera: quærebatur vtrum posset? & respondi quòd non. allegaui gloss. not. in l.j.C.de episcop.audient. & ibi per Bald. quia non potest imponere sibi aliud onus nisi pretij soluti.

ADDITIO.

Idem tenet Cremens. singular. clxvij.

CV.

Colonus quidam volebat vẽdere partem suam fructuum,

quos perceperat in possessione domini pro parte tangente ipsum pro sua cultura: dominus volebat habere, quia ibi erat optimum vinum, colonus volebat vendere alteri amico: fuit conclusum quòd cogeretur vendere domino pro iusto pretio: vt not. probatur in l.j. & ibi per Bartol. C. de metallariis. libro xj.

CVI.

Castellanus castri non potest impedire custodem scribere librum si non impeditur custodia. text. est singularis in l. duorum libertus. ff. de operis libertorum.

CVII.

Citatio ad hoc vt interrumpat præscriptionem in casibus in quibus potest, oportet quòd de ipsa citatione appareat relationem esse factam iudici per nuntium. dictum est elegans Lapi, & doct. in cle. ij. vt lite penden. refert Alexand. in l. fin. ff. de eo per quem factum erit.

CVIII.

Confiteor à te accepisse centum, & plus & minus, prout cõtinetur in tuo libro, talis confessio probat de centum: quia illa clausula non habet vitiare. text. est singularis, vbi per Bart. in l. Publia. §. fi. ff. depositi.

CIX.

Contractus simulatus non firmatur iuramento. gloss. est singular. in l. iij. C. plus va. quod agitur.

ADDITIO.

Adde Guido. Pap. singular. dccccxxxvij. §. ij. Hippol. Marsingular. cccclxxiiij.

CX.

Cerei debent remanere fratribus sepelientibus quasi sequela cadaueris. dictũ est Bald. per illum text. in l. vnica. §. sed qui domini. C. de latina libertate tollenda.

CXI.

Cessio consensus non inducit iurium cessionem, nisi interueniat cessio. gloss. est not. vbi per Bald. in l. eius. C. de compensatio.

CXII.

Quidam est de vno collegio, & non potest intrare aliud collegium, nisi cum licentia eius sub quo est. glo. est in l. quæ sub prætextu. C. de sacrosanctis ecclesiis.

CXIII.

Contumacia illa propriè dicitur quando quis fuit citatus personaliter: si autem alia citatione dicitur cessatio. gl. habes singularẽ in l. si accusationibus. C. de accu. quam adducit Alexand. in l. contumacia. ff. de re iudica.

CXIIII.

Cessio actionis non habetur pro solutione. gloss. habes notabil. in l. legaui. in gloss. magna. ff. de liberatio. legata. quam allegat Bald. in capit. j. de benefi. fratris.

CXV.

Cõdemnati ad mortem non ex forma iuris communis, sed ex dispositione statuti non publicantur bona: nec habet locum dispositio auth. bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum. imò succedunt ab intestato omnes succedentes vsque ad x. gradum. dictum est singul. Bald. in l. secunda. C. qui testamenta facere possunt.

CXVI.

Citatio verbalis si non tenet nec realis. gloss. est singul. in l. qui neque. ff. de verborum significationibus. secundum Bald. in cap. tuæ. vt lite non contestata.

CXVII.

Captus fuit aliquis sine ordine iudiciario per iudicem & soluit: non potest repetere. text. est singula. in l. fi. ff. quod metus causa. secundum Bald. in dicto capit. tuæ. vt lit. non contestat.

CXVIII.

Tu scis quòd in tribus casibus positis in l. iij. C. de noua. cessionarius si præfertur domino, non habet locum, si cessio sit facta ob causam, & causa non sit impleta. hoc singulariter probatur in l. pacto successorum. vbi per Salic. C. de pactis.

CXIX.

Si statutum dicit, quòd nobilis non possit recipere cessionem contra ignobilem: & aliquis nobilis succedat iure hæreditario, non incidit in pœnam. text. habes not. & ibi per Bartol. in l. j. §. penultimo. ff. de fal.

CXX.

Adscribitur culpæ tenere in domo vbi sit ignis, ea quæ cõdita teneri debent in horreis. text. est not. vbi per Salic. in l. si res. C. de periculo tutorum.

CXXI.

Corporalis apprehensio si impeditur, sufficit primum vel secundum decretum interponi verbotenus. casus est mirabilis de hoc in l. quamuis. ff. de bonis authoritate iudicis possidendis. quem ita alleg. Bald. in l. ob maritorũ. C. ne vxor pro marito. & sic fallit regula posita in l. non est nouum. ff. de pigno. actio. vbi sine possessione non constituitur pignus iudiciale.

CXXII.

Confiscatis bonis alicuius vniuersaliter, trãseunt in fiscum bona, in quibus alius habet ius à domino: puta si vendidi domũ & non tradidi. casus est singularis, in l. si fundus quem mihi locaueras. ff. locati. Nec transit cum onere.

CXXIII.

Si aliquis facit aliquem capi, qui postea apparet innocens, debet puniri ad similitudinem supplicij: vt singulariter probatur in l. ij. C. de his qui latrones. vbi per Bald. qui dicit, quòd quidam propter hoc fuit decapitatus Perusij. quod dicit esse notab. & hoc facit contra illum maritum Coloniæ, vt mihi fuit relatum, qui fecit capi vxorem tanquam adulteram: & postea fuit reperta innocens & relaxata.

CXXIIII.

Commissio de capiendo delinquẽtem potest fieri quocunque die feriato. dictum est not. Bald. in l. fin. C. de exhibendis reis. quod dictum pro notab. allegat Alexand. in l. j. §. nuntiatio. ff. de operis noui nuntiatione.

CXXV.

Si potest debitor capi ad instantiam creditoris ex forma statuti, poterit capi ad instantiam cessionarij: vt voluit Bald. in l. per diuersas. in vndecima quæstionæ. & in l. ab Anastasio. not. C. mand. in l. j. in vltima colũ. C. de actio. & obligat. Alexand. in l. si sic. ff. de legatis primo.

CXXVI.

Si statutum dicit quòd colonus nõ debeat deserere agrum intra quinquennium: limita hoc notabiliter vt non procedat, si ager esset effectus sterilis. dictum est not. Bar. in l. si quis. C. de agricolis & censitis, libro vndecimo.

CXXVII.

In cõpromissis quãdoque ponitur clausula cum potestate procedendi in scriptis, & sine scriptis, quæ importat, quòd credatur simplici relationi seu informationi eius. dictum est singul. Bart. in authentic. nisi breuiores. C. de senten. ex pericu. recitand. ꝙ not. allegat Anton. de Butr. in cap. cum ad sedem. de restitutione spoliatorum.

CXXVIII.

Obligationi operarum potest accedere fideiussor, & in ea actiuè

actiuè & passiuè possunt duo rei constitui. text. est sing. in l.nemo est qui nesciat. & Bartol. hic inducit ad quæstionem, de qua iam dixi: an doctor qui promisit legere possit legere per substitutum: sed addo Bald. in authen. nisi.C.ad Trebellianum. quòd vasallus potest alterum subinfeudare pari vel meliori. de quo in capitu. primo, §.præterea. de capitulis Corradi. & Bald. in rubric.qui feudum dare possunt. Et quando iniunctum est alicui quòd personaliter exequatur, non potest alij committere, etiam de partium voluntate. Speculat.titul.de iudice delegato.§.excipitur.versicul. quod est iniunctum. & de materia per Ioannem Andræam in regula contractus.& in regula qui facit per alium, in mercurialibus. Et addo textum singularem, in l.sciendū.§.legati.ff. de legation. vbi dicitur quòd legati non possunt dare alios vicarios nisi filios suos. Et ad illam quæstionem, an vasallus possit alium subinfeudare? adde Bald. in consilio lxx. j. lib. quòd si de aliquo honorifico castro fuerunt inuestiti nobiles: quòd ad ignobiles transire non poterit.

CXXIX.

Depositarius sine dilatione compellendus est ad restitutionem, nec potest obiicere compensationem vel dicere sibi in contrarium factam protestationem. Textus est singul.in l.si quis.cum authen.ibi posita.C.deposi.

Et per istum text. dicit Bart. quòd actio depositi est de his quæ requirunt summariam cognitionem ab ordine iudicij non à probatione. Dicit etiam quòd instrumētum depositi habet executionem paratam.

Et not.quòd dicit instrumentum: secus secūdum doctores, si esset opus probatione per testes: cùm testes nō possint recipi, nisi lite contestata. intelligit etiam de vero deposito non confessionato. per ea quæ voluit Bald. consilio clxxxj.iij.lib.Et vide Paulum de Castro in d.l.si quis.

Et nota singulariter text.istum in fin.de quo Bart. multum exultat, quòd de denunciatione vel protestatione sibi facta potest facere quis probationem per proprium iuramentum.& hunc text.alle.pro singulari Roma. in singul. suis.& vide quod not. Bart. & moderni in l. hæres.ff. ad Treb.& latè per Bart.de protestatione in l.non solum.§. morte.ff.de ope.noui nunc.per gloss.& doct.in cap.cùm M.extrà, de consti.

CXXX.

Quod inducitur præstatione vsurarum longi temporis illud inducitur vna promissione.tex.est quem Bart.nescit alibi in l.si pro dote. C. de dotis promis. Et secundum glo.& doct. verba enunciatiua pro dote plenè probant. de quo in l.ex hac scriptura.ff.de donat.

CXXXI.

Iudex debet dare dilationes moderatas secundum diuersitates locorum, & non facile amplius quàm semel. text. est singul.secundum Bart.in l.j.C.de dila.

Et nota per hanc legem, quòd non sit necesse quòd in dilationibus apponatur & peremptoriè: quia quælibet dilatio est peremptoria: quia non datur nisi vna de facili.l.fi. ff.de feriis. quod est verum in dilationibus quæ dantur ad probandum.

Probat etiam text.iste, quòd dilatio non datur nisi petenti: potest tamen iudex ex officio suo si viderit expedire, dare dilationem non petenti: prout declarat Bartol. in hac l. & dicitur hic non facile nisi vna: quia aliæ non dantur, nisi causa cognita.l.oratione.& l.fi.ff.de fer.

CXXXII.

Licet quis suum alterius nomine deponat, donare non videtur: vt quia dicatur depono apud te hæc bona quæ sunt Titij, vel eius nomine depono vel similia verba. tex. est sing. iuncta gl.in l.etiam. C.de don.inter vi. & vxo. & vide Pau. de Cast.in l. publia. in prin.ff.depositi. qui videtur aliter loqui.

Dicit etiam tex.iste, qui semper allegatur, quod querit vxor in dubio præsumitur quæsiuisse de bonis mariti. Et adde notata per Bal.in l.si vxorem.C.de conditio.insertis.vbi quærit, quicquid acquirit vxor cōstante matrimonio, an acquirat viro? & concludit quòd non: quia solùm debet præstare viro obsequialia seruitia in domo secundū qualitatem personarum: sed si vxor faceret aliquam artē vel mercātiam, vel esset chirurga vel obstetrix, quæ quidem non sunt operæ domesticæ & familiares, id quod acquirit ex istis operibus nō acquireret viro: quia nec ad præceptū viri tenetur negotiari. Et adde Bal.in l.fi.C.de exhiben.libe. Cuius dictum intellige secūdum ea quæ sunt dicta suprà per eum.& dicit ibi Bal.per istū tex.tu habes in vxorem puellam quæ altercata tecum rediit ad patrē: pater non vult restituere: tu potes agere interdicto de vxore exhibenda & restituenda.& idē vult Bart. ibi in cōcubina. Addo etiā Bal.in l.j.C.de bonis quæ libe.vbi dicit quicquid acquirit vxor, acquirit patri nō viro quo ad vsumfructū: nisi acquirat ex maritalibus obsequiis sicut sunt omnia diurna, in quibus tenetur operari viro: quia alitur ab eo.l.sicut.ff.de ope.liber. & subdit Bal.in d.l. si vxorem. quòd vxor potest cōtrahere societatem cum viro: pro quo est text.not.in l.alimen.§.fi.ff.de alimen.leg.

Et illud quod dicitur in hac l.etiam de vxore acquirente, quòd in dubio præsumatur quæsiuisse de bonis viri, idē dicas in cōcubina. ita Bal.per illum text.in l.j.C. de nat. lib.hoc tamen limitat Bal. in l.cùm oportet.C. de bonis quæ lib.nisi mulier publicè negotietur: & ex ipsa licita negotiatione quæstum faciat: nā tunc non præsumitur à viro acquisiuisse, cùm probetur contrarium.& idem dicit Bald.ibi, in concubina.

CXXXIII.

Partes possunt petere à iudice, vt confirmet contractum ab eis factum: licet eorū consensus sufficiat: & ad hoc faciēdum iudex tenetur.text.est sing.in l.si quos. C. de decur. & dicit Bart.se nunquam vidisse nisi modo.& est vtile secundū eum in omnibus casibus in quibus quis dubitat, an alius possit petere contrarium infringi, quod potest pars petere confirmari.

CXXXIIII.

Vbicunque propter delictū patris bona filio acquiruntur, statim filius efficitur sui iuris: vt notabiliter probatur in authen.incestas.C.de inces.nup.

CXXXV.

Si prohibitio est facta in contractu in casu quo potest impediri translatio dominij, nullo casu potest dicta res in dotem dari.glo.est singul.in l.nulla.C.de iur.do.

CXXXVI.

Dos licet non possit restitui constante matrimonio regulariter: potest tamen minui.l.si constante. C.de don. ante nup. quod tamen verum est in dote tantum promissa, quod potest minui.gl.habes sing.in d.l.si constante.

CXXXVII.

Facta restitutione dotis per virum vergentem ad inopiam, est interdicta alienatio ipsius ipsi mulieri.text.est not.in l.vbi adhuc.C.de iur.do.

CXXXVIII.

Si mulier nubat secūdo viro, videtur tacitè tradere dotem primi matrimonij secundo: casus est singularis in l.dotē. ff.de iur.do.secundum Bal.in l.nulla.C.eo.

CXXXIX.

Ex causa dotis donatio excessiua valet sine insinuatione. textus est no.in l.fi.in prin.C.de iur.dot.

CXL.

Si in cōstitutione dotis alter decipiatur, etiam si sit maior, succurritur per restitutionē in integrum: etiam si decipitur re ipsa.tex.est not.in l.iure succursū.in fi.ff.de iur.do.

CXLI.

Donatio quæ fit vxori præsumitur fieri in signū pudicitiæ.

text. est singularis in l. res vxoris. C. de donatio. inter virum & vxorem.

CXLII.

Ille qui pro se habet opinionem doctoris, dicitur habere iustam causam litigandi. Pe. de anc. in cle. ne romani. de elect. Bar. in l. in bonorum. ff. de bo. pos. quod tamen intellige notabiliter vt per Bal. in l. iuris ignorantia. C. qui admit. quia non sufficit vnus si duo haberi possunt.

CXLIII.

Contra committentes delictum contra maiestatem diuinam tenet processus sine solennitate. l. libellorum. ff. de accusa. allegatur dictum singul. Angel. in §. fi. in authen. quomodo oportet epis.

CXLIIII.

In marito & vxore putatiuis donatio non cõfirmatur morte ... singular. in l. cum hic status. §. si quis sponsam. ..de donat. inter virum & vxoré secundum Bal. in l. eam quam. in ix. colum. C. de fideicom.

CXLV.

Per verba generalia facta in codicillis ea quæ relicta sunt in testamento non extenduntur ad ea quæ ibidem relicta sunt ad pias causas. textus est singul. in l. libertis. §. posthumis. ff. de alimen. legat.

CXLVI.

Quidam semel voluit scire quæ differentia esset inter damnum & furtum. Et ego respondi, quòd damnum est cum corruptione rei. Furtum cum rei amotione. text. est not. quem ibi ponderat Bald. in l. si seruus seruum. §. oliuam. ff. ad l. Aquil.

CXLVII.

Donatio valet inter virum & vxorem, quando donatur vt filia communis dotetur. textus est singu. in l. siue vxor. ff. de dona. inter virum & vxorem.

CXLVIII.

Dotalis fundus etiam soluto matrimonio non potest alienari. text. est no. in l. etiam. ff. de fun. dot. Quod tamen declarat Bal. in l. j. C. sine cen. vel reli. antequàm restituatur mulieri. Sed postquàm est restitutus, perdit ius & nomen. & hoc facit contra Paul. de Castr. in eo quod dictum est supra, in ver. dos.

CXLIX.

Debitor mihi obligauit fundum: reliquit tres hæredes: adiudicauit totum fundum vni: possum agere cõtra ipsum hypothecaria insolidum absque aliqua excussione aliorum hæredum. casus est singularis & ibi per Bartol. in l. mulier. ff. qui potio. in pigno. habean.

CL.

In decreto iudicis non habet locum argumentum de maiori ad minus. textus est singularis in l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus eorum.

CLI.

Per signaturam fit dominij translatio. textus est singul. in l. quod si neque. §. fi. ff. de peric. & commod. rei vendi.

CLII.

Iudex licet possit coarctare vel augere, tamen nõ potest in totum tollere dilationem merè legalem. glo. est notab. in l. quod iussit. in glo. magna. ff. de re iudi.

CLIII.

Quando fit mentio de domicilio, in dubio intelligitur de domicilio ratione habitationis, non originis. glos. est notab. in c. statutum. §. cùm autem. de rescript. in vj. in ver. vnam dietam.

CLIIII.

Decretum debet interponi iudice sedente pro tribunali: aliàs est nullum. textus est notab. vbi per Baldum in l. naturali. in fi. ff. de confir. tut.

ADDITIO.

Bouer. in sing. in verb. decretum. nu. 4. intelligit illud verum in secundo decreto, non autem in primo.

CLV.

Si debitor offert debitum creditori, & ille sine causa recusat accipere, extinguitur hypotheca, ita quòd debitor potest alienare rem obligatam. glo. est valde notab. in l. si quidẽ. C. de donatio. inter vir. & vxor. & ibi per Salicet.

CLVI.

Donatio est odiosa. glossa est notab. in l. si maritus. ij. C. de donatio. inter vir. & vxor.

CLVII.

Delictũ patris nocet filio in barataria, sicut in crimine læsæ maiestatis. glo. habes valde not. in auth. nouo iure. C. de pœna iudi. qui malè iudica. quod est memoriæ commendandum secundum Bald. & vt intelligas terminum tu allemanne, dicitur committi barataria, quãdo iuex aliquid iniustè facit pecunia corruptus.

CLVIII.

In dote aduentitia filia potest agere sine consensu patris. doctores in l. ij. §. quod si in patris. ff. soluto matrimo. Bartolus & Baldus in authen. quod locum. C. de collatio. Item dicas in filiofamilias: quia poterit agere ad donationem propter nuptias sine consensu patris sicut filia ad dotem. dicit singular. Baldus in l. fina. in princip. C. de iure dot.

CLIX.

Insinuatio donationis potest fieri in ipso cõtractu: & etiam post ex interuallo. gloss. est notab. in authen. de instru. caut. & fide. §. si verò moriantur.

CLX.

Dies tacita interpellat pro homine sicut expressa. gloss. est notab. in l. si mora. ff. solu. matr. secundum Baldum in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. in rubri. C. de constituta pecunia. & ibi dat sociam in l. si duo. §. finali. ff. de constitut. pecu.

CLXI.

Dos licet sit data socero, & permittat filio percipere fructus, intelliguntur donati, etiam si socer sustineat onera matrimonij. dictum est notabile Bald. in authen. ex testamento. in ix. colum. C. de collatio.

CLXII.

Etiam in dote fingitur tacita stipulatio, dato quòd cõiuges sint muti: quia fingitur intercessisse eo modo quo potest: vt mediante tabellione qui alteri stipulari potest. notant doctor. in l. j. ff. solu. matrimo.

CLXIII.

Dotis priuilegia competunt etiam ante contractum matrimonium: & sic competunt etiam sponsæ. gloss. est in l. si sponsalibus. ff. de iure dotium. notãt docto. in l. assiduis. C. qui potiores in pigno. habeantur.

CLXIIII.

Pro debito vxoris non fit missio in bonis dotalibus, nisi in casibus qui ponuntur in l. quinque. ff. de bon. dam. gloss. est notab. in dict. l. quinque. vbi per Bart.

CLXV.

Dotans extraneus nisi paciscatur sibi tradi in contractu dotis, non poterit pacisci in traditione. gl. est notab. in l. vnica. §.

vtilica.§.accedit.C.de rei vxo.actio.

CLXVI.

Si pater emancipat filium, & ei tradit dotem iussu nurus suæ liberatur à nuru.dictum est not. Bartol.in l. sanè. ff. de iure dot.secundum Alexand. in l.ij.in ij. columna.ff. soluto matrimonio.

CLXVII.

Quidam emit fundum hoc modo. Ille fundus sit mihi & Titio emptus.quantum ad Titium non valet emptio,sed totus fundus ad me pertinet: si ego solus videor emisse. textus est notabilis,in l.fundus ille.ff.de contrahen.emptio. Et de materia vide per Bart.in l.si mihi & Titio.ff. de verborum obligat.

CLXVIII.

Propter nimiam contumaciam potest prætor decernere, quòd missus in possessionem lucretur fructus.textus est singularis secundum Bartolum ibi, in l. Fulcinius.§.diuus.& de intellectu istius textus,quia vario modo intelligitur per Bartol.in l. si finita.§. Iulianus. ff. de damno infecto. in penultima colum. qui vult quòd ita demum missus lucretur fructus in casu isto, quando iudex expressit.& gloss.videtur intelligere, quòd vbi constat de contumacia, quòd lucretur fructus ex dispositione iuris,etiam si iudex non exprimat. de quo etiam per Bald. in authentic.ei qui. in quinta columna. C. de bon. authori.iudic. possiden. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. in ix. colum. Et tu potes tenere illam opinionem, quod sit necesse quòd iudex interloquatur, & quòd inferatur hoc loco cuiusdam mulctæ licet parti applicetur. de quo per Innocen. in cap. dilecto.de verborum signific.per Anton.de Butr.in cap. contingit. de dolo & contumacia.

CLXIX.

Tu scis quòd sententia lata contra ius litigatoris etiam per gratiam, etiam non expresso iuris errore tenet. l. seruo inuito.§. cùm prætor.ff.ad Trebellianum. hoc non procedit fauore minoris,quia non valet ipso iure. textus est ita singularis, sicut aliquis in mundo in hac materia, vt ibi dicitur in vna lectura Bartol.in l.scire oportet.§.consequens.ff.de excusat.tutor.

ADDITIO.

Adde Bart.singul.lxvij.

CLXX.

Si testator reliquit Titio legatum, & illum dedit tutorem filio,si excusat se à tutela,perdit legatum, nisi euidenter expresserit vel ex coniecturis saltem sit verisimile, quòd testator voluerit illum habere legatum, & si tutelam nō administraret. textus est singularis secundum Din. in l. Nesennius.in fi.cum l.sequen.eod.tit. de excusat.tut. Et hoc præcedit siue legatum procedat siue subsequatur, vt ibi.

CLXXI.

Tu scis quòd habens tres filios Romæ habet excusationem à tutela.Instit.de excus.tut.in principio.Dicas quòd pater potest vti tali immunitate,etiam contra filium emancipatum,si habet tres filios, quorum vnus sit emancipatus, & petat emancipatus à prætore patrem sibi dari curatorem,erit iusta excusatio,etiam contra ipsum filium. tex.est singularis secundum expositionem glo.& doctor. in l.amicissimos.§. Lucius. ff. de excusat. tutor. & sic filius emancipatus prodest patri ad excusationem contra seipsum.

CLXXII.

Si aliquis rapit diaconissam,bona ipsius raptoris,& quo ad proprietatem & plenam possessionem ipso iure sine traditione,& sine alicuius facto transferuntur in ecclesiam, cuius erat diaconissa. textus est qui non est alibi in casu isto secundum Bart. in l. raptores.in versic. si autem.C. de episcop.& eleric.

CLXXIII.

Lex j.C. etiam ob chirograph. pecun. est singul. secundum Bart.& inter alia ibi dicitur quòd pignus potest retineri ob chirographariam pecuniam contra debitorem principalem: quod non procedit in debito vsurario propter odium ipsarum.gloss.& Bald.in l. per retentionem.C.de vsur.& Bart.in dict.l.j.

CLXXIIII.

Fuit semel à me quæsitum: filius minor fuit emancipatus à patre:an possit petere restitutionem in integrum aduersus emancipationem? Respondi quòd non.adduxi Bald. in l.non omnia.ff.de minoribus.

CLXXV.

Omnes possunt inniti sententiæ super ætate contra eum quem iudex pronuntiauit ætatis legitimæ. casus est singularis secundum Bald.ibi,in l.de ætate.ff. de mino. affert ergo generale præiudicium minori, sed non aduersariis non citatis.Et vide ibi plenè per Bartolum.

CLXXVI.

Emptor non potest cogere authorem authoris ad suscipiendum defensionem rei,nisi sibi fuerint cessæ actiones.textus est singul.in l.si res quam à Titio.ff.de euictio. secundum Bald.in l.j.in fi.C.de iure dot.

CLXXVII.

Exceptio quæ potest opponi post sententiam, potest etiam opponi post quadrimestre tempus.glossa est mirabilis secundum Bartol.ibi, in l. ab executione. C. quorum appellationes non recipiuntur.

CLXXVIII.

Electio executoris non potest committi per testatorem.hoc probat text.quem ibi ponderat Bald. in l. nulli. in princip.C.de episcopis & clericis.

CLXXIX.

Exemplum scriptum ab illo qui scripsit originale, probat. doctor.in authentic.si quis in aliquo. C. de eden. est bonus text.cum gloss.in l.vnum.ff.de test.Et si originale instrumentum est perditum, exemplum facit semiplenam probationem.gloss.est singul.in l.sicut iniquum.C. de fide instrumentorum.& vide ibi per Bart.

CLXXX.

Enuntiatiua verba prolata in aliquo instrumēto etiam confecto in alium finem probant confines. gloss. est singularis,in cap.cum olim.de censi.secundum Abbat.in capit. super eo.de parro. quia in factis antiquis non potest haberi de facili probatio necessariò concludens: ideo admittitur ista lex.Et de materia in capit. cum causam. de probationibus.

CLXXXI.

Si succumbens est talis persona de qua verisimiliter non dubitatur, quòd sit mota ad litigandum nisi iusta ratione,non condemnatur in expensis: vt notabiliter dicunt Hostien.& Ioan.Andr.in capitul.finem litibus.de dolo & contumacia.pro quo allego gloss.not.in capit.de præsentium.decimasexta quæstione prima. quæ loquitur de monachis, quòd præsumuntur bono animo mouisse litem.dicitur etiam habere iustam causam litigandi ille qui probauit per testes, qui fuerunt reprobati ratione personę:vt quia fuit probatum quòd erant infames.Bal. in authentic. generaliter.C. de episcopis & clericis.in l. j.C.de aduocatis diuersorum iudiciorum.& in dict.authentic.generaliter.dixit vnum Bald.quod est pulchrum & singulare:quòd si pars probauit semiplenè & in defectum iurauit, quòd succumbens non condemnatur in expensis.argumen.l.cum qui.ff.de iureiur.

CLXXXII.

Emptum de pecunia Ecclesiæ nomine ementis, efficitur

Ecclesiæ. gloss. est notabilis in l. si vt proponis. C. de rei vendicatio.

CLXXXIII.

Ecclesia non debet soluere gabellam de contractibus suis: vt probatur in l.sancimus. C.de sacrosanctis ecclesijs.vbi per Baldum.

CLXXXIIII.

Emphyteusis pro canone est obligata:ideo possessor potest conueniri hypothecaria.textus est not. in §. scire.in authentic.de non alienan. quẽ dicit notabilem Bald.in authentic.si quas ruinas.C.de sacrosanctis eccles.

CLXXXV.

Edictum de ædilitio edicto, habet etiam locum in permutatione non solùm in emptione rei morbosæ.casus est notab.in l.sciendum.§.sed si quis permutauit. ff.de ædilitio edict.

CLXXXVI.

Exceptio non tollit remedium restitutionis in integrum. glo.habes singularem in l.in causæ.in glo.ij.ff. de mino. secundum Imol.in l.diuus.ff.de re iudicat.

CLXXXVII.

Appellatione expensarum rei pretium non continetur. casus est singularis in l.quibus diebus. §. j. ff. de conditio. & demonstratio. Et ideo si testator legaret expensas librorum vni ex filiis non veniret pretium, nisi illa expensa non esset facta in libris.de quo ibi per Bartolum.

CLXXXVIII.

Si ecclesia concesit fundum in emphyteusim,in quo fundo steterat quidam ad laborandum per longum tempus : si emphyteuta expellit illum, cùm bonus esset, debet emphyteusi priuari : vt notabiliter voluit Bartolus in l. cognouimus. C. de mancip.& colo. libro vndecimo.quod est pulchrum.

CLXXXIX.

Emphyteuta non tenetur de leuissima culpa. gloss. habes notabil.in §. scire.in authen. de non alienan. secundum Bald.in auth.qui rem.C.de sacrosanct.eccles.

CXC.

Ecclesia non habet bona debitorum tacitè hypothecata. Baldus in l. fin. C. de sacrosanct. eccles. & in rubrica C, de priuileg.fisci.

CXCI.

Licet soleat dici,quòd ad hoc vt posit agi de euictione,requiritur denuntiatio litis motæ : limita singulariter hoc verum,quando emptor vellet contra venditorem fundare intentionem per sententiam euictionis contra se latam absque eo quod aliter probaret euincentem esse dominum.Sed si vellet probare euincentem esse dominum obtinebit agendo contra venditorem actione ex empto ad interesse. Dictum est singulare Raph. & Alexandri in l.si domus.§. de euictione. ff. de legatis primo. Imol. in cap. fin. de emptio.& venditio. Et nota hoc, quia est pulchrum in practica.

CXCII.

Faciens expensas in re subiecta restitutioni, potest illas repetere:quia non videtur donare:& debet fieri æstimatio expensarum tempore restitutionis, non tempore quo fuerunt factæ. casus est singularis in l. domos hæreditarias.ff.de legat.j.& ibi per docto.& tali casu non computantur expensæ cum fructibus perceptis.gloss.est singul. in l.emptor.in princip.ff.de rei vendicat.quia cùm sit dominus interim lucratur fructus.

CXCIII.

Emptum ex pecunia minoris ita efficitur suũ,si sit emptum per tutorem vel curatorem:secus si per extraneum, nisi in subsidium : vt notabiliter probatur in l. si filiæ. cum glossa sua.ff.de solut.

CXCIIII.

Emptio perficitur consensu:& ideo sufficit nuntius vel epistola:dum tamen nuntius sit destinatus ad hoc.duæ sunt glossæ notabiles in l.j.in fi. ff.de contrahenda emptio. in l.consensu.in prin.ff.de actio.& oblig.

CXCV.

Filius non perdit peculium profectitium,licet bona patris sint confiscata.textus est singular.in l.iij.§. sed vtrum.ff. de minoribus.

CXCVI.

Filius cuius pater post testamentum est ingressus religionem, relicta prius sibi legitima potest illam petere non expectata morte naturali.textus est singular.in cap.cùm scimus. de regula. secundum Baldum in authentica, si qua mulier.C.de sacrosanctis eccles.& est gloss. in capit. transmissæ.qui fil. sint legit. quam Abb. ibi dicit singularem,quem vide.

CXCVII.

Filius non tenetur dotare matrem.Sali.in l. si filius in id.ff. ad Mace. probatur in l.iij.vbi per Ang. C. de præscrip. lon.tem.in l.j.§.prætereà.vbi per Bal.ff.de tute. & ratio. distra.per Bald.in proœ.digestorum,in l.si à matre.C.de iure dotium. quia contristatur anima defuncti, & fit iniuria filiis primi matrimonij.

CXCVIII.

Filia quæ peccauit in corpus,nec ali nec dotari debet à patre.Spec.in tit.qui fil.sint legit.§.penul.versi.quid si filia. Bald.in l.fin.C.de do. promis. Tamen si pœnitentiam egit,debet ali & dotari.Spec.in dict.§.versic.quid si pœnitentiam egerit.Anto. de But.in c. Quintauallis.de iure iur.text.est in l.imperialis.C.de nup.Bald.in l. si filia.C. de inof.test.ex quo infert Alexand.in l.j.ff.soluto matrimonio,quòd si filius qui commisit ingratitudinem in patrem,egit pœnitentiã viuo patre,non potest exhęredari. quod est pulchrum. & hanc decisionem singularem non intellexit quidã doctor modernus : vt declaraui in meo compendio iuris cano.

CXCIX.

Fideiussor reputatur ille,qui passus est nomẽ suum in actis apponi,licet nihil dicat.text. est singula. in l. cùm ostendimus.§.fin. ff. de fideiuss.tut. de cuius textus intellectu per doct.in l.j. in prin.ff.de verborum obligat.per Bart. in l.cùm quis decedens.ff.de legat.iij.in l.fin.ff.de pręto. stipula.in l.fina.§.j. ff. à quibus appellare non licet. per Paul.de Castro in l. sciendum. ff. de verborum obligat. per Bal.in l.tale pactum.§.qui prouocauit. in vij.colum. ff.de pact.in l.statutis. C. de senten.ex peri. recitan.in l. si fideiussor. in prin. ff.qui satisd.cogan.in l. siue apud acta.C.de transac.in l.filius.§.inuitus.ff.de procur. in l.ij. §.voluntatem.ff.soluto matrimonio.per Roma. in l. quæ dotis.in xxv.columna, ff. soluto matrimonio. Ioannem Andræam in regula qui tacet. in mercurialibus.per Cinum in l.inuitus. C. de procuratori. & per Abbatem in cap.nonne.de præsum.

CC.

Obligatus ad dandum fideiussorem liberatur dando clericũ.Bar. in l.qui satisdare.ff. de fideius.quia sufficit quòd posit conueniri sine exceptione.

CCI.

An fideiussor qui constituit se principalem, posit prius conueniri quàm principalis?Speculator tit.de renun. & conclusio. §.j. versicul. Sed si fideiussor.quòd non : quia semper certum est eum pro alio interuenire. & est gloss. reputata singula. in authentic. de fideiuss. in princi. per Cin.& Salic. in authentic. præsente. C. de fideiusso.per Abb.in cap.ij.de fideiuss.

CCII.

CCII.

Si aliquis promittat facere alium securum, an teneatur dare fideiussorem vel saltem pignora? glossa videtur tenere quòd sic, in l.j.ff.qui satisd. cogan. In contrarium videtur quòd sola promissio sine fideiussore vel pignore sufficit.l.j.§.communes.& ibi per Bartol.ff.de præto.stipul. & est gloss.reputata singular.in l.si mandato Titij.§.fin. ff.mandati.Bald.in l.sancimus.C.de verborum signific. in l.executorem.in v.colum.C.de executio.rei iudic. Quod tamen fallit secundum Angel.& alios in l.j.ff.qui satisd.cogan.& Roma.in l.prætor.§.deinde.ff.de operis noui nuntia. nisi postquàm quis se obligauerat ad aliquid, promitteret creditori eum facere securũ. Nam si ista promissio intelligeretur sine fideiussore vel pignore, nihil operaretur.l.qui bis.ff.de verborum obligat. Secundò fallit, quando promittens me facere securum, non possidebat immobilia & erat forensis, & poterat verisimiliter suspicari de fuga: tunc non sufficeret nuda cautio: vt colligitur ex notatis Pauli de Castro in l.j.ff. qui satisdare cogantur. Tertiò fallit, si promisissem te facere plenè vel idoneè cautum & securum, per textum cum gloss.in dicta l.si mandato Titij.§.fin.ff.mandati.& notatur in capit.fin.de pign.in capit.fin.de senten.excommu.in vj.in capit.felicis.in verbo, idoneè.de pœnis. in vj.in capit.j.in fin.de sequestr.possess.in cap.ex publico.in versicul.sufficienti.de conuer.coniugatorum.de quo etiam per Bartolum in l.prætoriæ.vltima.ff.de præto.stipul.per doctores in l.diuortio.§.interdum.ff.soluto matrimonio.& ibi Alexander ponit multas limitationes in materia.

CCIII.

Sed quid si in supplicatione aliqua narrantur vera, aliqua falsa, an rescriptum in totum vitietur? per Anto.de But. in cap.exhibita.de iudi.vbi allegat textum singu.in cap. si eo tempore.de rescript.in vj.

CCIIII.

Testis falsus in causa homicidij punitur vt homicida.text. est singul.in l.j.in princ.ff.de sica.

CCV.

Allegans iudici leges correctas punitur pœna falsi. Bartolus in l.fin.ff.de fals.in l.j.ff.de coniungen.cum emancip. liber.eius.in l.de quibus.ff.de legi.Abb.in proœmio decretalium, & in c.nouit.de iudic.& si lex correcta est canonizata, potest allegari.gloss.est singular.in cap.cùm in primis.ij.quæst.j.de quo per gloss.& doctores in capit.j. de rebus eccles.non alienan.in vj.in versicul.tractatus. Hoc tamen intellige, quãdo fuit canonizata per papam secundum Imol.in cap.ij.de rescriptis.& de materia etiam per Domini.in cap.frequens.de restitut.spolia.in cap.authoritate.de conces.præben.in vj.in quibus locis habetur, quòd potest allegari in argumentum sine pœna: secus si ad decisionem: & correcta lege non dicitur correcta eius ratio, nisi expressè dicatur.l.eas.ff.de capitis diminutio. Si tamen lex esset posita extra volumina iuris nullo modo posset allegari. Bartolus in dicta l. fina. Baldus in authentic.dos data.C.de donatio.ante nupt.in cap.translato.de constitut.nisi allegaretur à conditore legis, prout fit in cap.Raynutius.de testamen.secundum Dominicum in ca.si Romanorum.xix.distin.& si lex non est in totum correcta, sed in parte, in parte non correcta potest allegari. Bald.in l.j.C.de lati.liber.tollen.& dicit Paulus de Castro in l.j.C.de Iusti.Codi.confir.si in statutis nouis non sunt annullata antiqua, & occurreret casus non decisus à nouis, sed à veteribus, aliter tamen quàm disponat ius commune, debebit causa decidi per statuta vetera, postquam non sunt à nouis reprobata. Possumus etiam allegare vt plura sciamus, secundum Ioannem de Anania in rubric.de sortilegiis. Et dum suprà dictum fuit, quòd ratio legis stat, licet lex sit abrogata, hoc volunt Antonius de Butr.& Imola in capit.j.de constitutionibus.Domi.in dict.capit.si romanorum.per dict.l.eas.

CCVI.

Si aliquis est institutus hæres & commissarius relictus: non potest esse commissarius, si non sit hæres. textus est singularis secundum Bartolum ibi, in l.Lucius.ff.de fideicommiss.liberta.

CCVII.

Fideiussor de iudicio sisti non tenetur post sententiam.text est qui bene non reperitur alibi, secundũ Bart.in l.græcè.§.post litem.de fideiuss. Quod tamen limita, nisi promisisset præsentare toties quoties videbitur, per ea quæ habentur per Bartolum in l.si quis reum.ff.de custod. reor.Sed tu potes allegare alium textum in l.j.in princ. in verbo, iudicium, iuncta glossella.ff.si ex noxa.causa aga.& idem dicas in fideiussore de defendendo: quia non tenetur post sententiam.l.cùm quærebatur.vbi per Bartol.in fin.princ.ff.iudic.sol.

CCVIII.

Si emi siliginem vel aliud in genere consistens, & dixi siliginario vt daret illi, qui nomine meo peteret: ex transeuntibus quidam audiuit & petiit, & accepit, non liberatur siliginarius, nec liberatur secundum doctores cedendo actionem.textus est singularis in l.si quis vxori.§. apud Labeonem.ff.de fur.& inducit Bartolus illum textum ad quęstionem de Bidello, qui tradidit librum scholari alteri quàm famulo scholaris: & concludit, quòd si dedit alteri apportanti signum, cui debeat verisimiliter credere, liberatur: vel si dedit famulo cõsueto, ita quòd non potest sibi imputari culpa, liberatur: dato quod liber perdatur. Et si scholaris portauit librum ad domum doctoris legentis, & ibi dimisit, nec aliter custodiri mandauit, & sit perditus, doctor non tenetur.Baldus in authentic.habita.ad finem.C.ne filius pro patre.quia doctor tenetur ad legendum non ad custodiendum librum. Pro hoc textus in argumentum à speciali, in l.j. §.parui.ff.nau.caupo.stabul. Et ideo si in domo amici mei reposui rem meam, nec aliter eam custodiri mandaui, & perdatur, non tenetur amicus. Cinus & Baldus in l.inuitus.C.de procur.est textus in l.si ego.in fin.ff.de iure dot. Ioannes Andreas in additio.Specul.in rubric. de deposito.qui allegat textum in §.præterea.Instit.quibus modis re contrahitur obligatio. Alexander in dicto §.apud Labeonem.

CCIX.

Tu scis quòd qui iudici dederit aliquid vel promiserit sibi, ad hoc vt habeat sententiam, incidit in pœnam falsi.l.j. §.ij.ff.de falsis.Illud debet intelligi, quando promittitur aliquid per quod sibi acquiratur.l.j.& ij.ff.de calumnia. Sed si promittitur tantùm defensio de cõseruando eum indemnem, tunc non incidit in crimen falsi. Casus est pulcher & singularis, secundum Bartolum in l.si quis vxori.§.si fugitiuum.ff.de furt. & sic iudex potest petere quod conseruetur indemnis.quod intellige, vt per Baldum in l.j.C.de condictio.ob turpem causam.quod est singulariter notandum.Hanc tamen promissionem non possunt recipere syndici villarum, qui ad petitionem potentum non denuntiant maleficia: talis enim promissio non valet.Bart.in l.si à reo.§.fin.ff.de fideiussor.de quo etiam per Bartolum in authentic.nouo iure.in fin.C.de pœna iudi.qui malè iudica.qui loquitur de iudice.ad idem Bart.in l.ij.ff.de calumnia.vbi dicit, quòd iudex potest petere cautionem, quòd non molestabitur tempore syndicatus.addo etiam Baldum in l.constitit.C.de pœna iudic.qui malè iudic.vbi allegat Bartolum in d.§. si fugitiuus.& dicit quòd ista cautio continet ipsum nihil, cùm ipsa iustitia ipsum conseruet: nisi tamen, dicit Bald.dedisset pignus.

CCX.

Tu scis, quòd raptus est crimen legis Iuliæ de vi publica vel priuata: vt in titulo ad legẽ Iuliam de vi publica vel priuata.Hoc tamen fallit, quando aliquis iuit ad domum

alicuius causa rapiendi & neminem inuenit. iste est textus singularis secundum Bartolum ibi, in l. si quis ex domo. ff. de fur. quem ad hoc allegat Bartol. in l. infamem. in j. colum. ff. de publi. iudic. & in l. fin. in fin. ff. de priua. delic. & vide quod notat gloss. in l. Marcellus. ff. de verborum significatio. quod vt dicatur rapina, tria debet concurrere: rapiens, rapina, & res rapta. Addo etiam Baldum in l. si quis in tantam. C. vnde vi. in penultima col. qui dicit singularem dictam l. si quis ex domo. quòd rapina potest fieri absenti. ad idem Bald. in capitul. j. §. si duo. de pace tenenda.

CCXI.

Tu scis, iudex maleficiorum non potest cognoscere de causa ciuili. l. solemus. ∫. latrunculator. ff. de iudiciis. tamen tu habes casum quem ibi Bartol. dicit mirabilem, quòd iudex maleficiorum potest incidenter cognoscere de quæstione ciuili descendente ex eodem facto, de quo criminaliter cognoscit iubendo rem restitui. l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. quod intellige vt per Bartolum in l. defuncto. in fin. ff. de public. iudic. quando principalis delinquens viuit. & textum in dict. §. qui furem. adducit etiam Baldus in l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam de vi publi. de quo etiam per Bartolum in l. penultima. ff. de calumnia. in l. medicus. ff. de variis & extraordin. cognit.

CCXII.

In actione mandati contraria venit leuissima culpa. textus est quem alibi non reperies, secundum Bart. in l. si seruus. §. quod verò. ff. de furtis.

CCXIII.

Raptor est tunc fur manifestus, si contra eum clametur seu occurratur. textus est singularis secundum Bartolum in l. si vendidero. §. cùm raptor. ff. de furtis.

CCXIIII.

Est regula, quòd qui eligit vnũ ius, non videtur renuntiare alteri iuri quod ignorat sibi competere. l. mater. ff. de inofficioso testamento. & dicas, quòd est idem si dubitat: quia non videtur renũtiare alteri iuri quod dubitat sibi competere. text. est quem Bart. alibi nescit, in l. manifestissimi. ∫. j. C. de furtis. Ideo dicit memoriæ debere commendari.

CCXV.

Qui promittit alium exhibere ad tempus, finito tempore potest intra sex menses moram purgare eum exhibendo, vel eum idoneè defendendo, quo tempore elapso non auditur. Item casus superueniens infra tempus primum, liberat promissorem: secus si eueniat infra tempus ad moræ purgationem concessum. textus est singularis secundum Bart. in l. sancimus. C. de fideiussoribus. & habet locum hæc lex etiam in criminalibus, secundum glo. & Doctores.

CCXVI.

Tu scis dispositionem l. Græcè. ∫. & post litem. ff. de fideiussoribus. quòd fideiussor de iudicio sisti tenetur vsque ad sententiam. hoc intellige notabiliter, quando actor prosequitur litem: sed si deficiat, & negligat, tunc liberatur spatio duorum mensium: vt probatur in l. si fideiussor. C. eodem titulo. quæ lex est singularis secundum Bartolum ibi. Et in hac l. si fideiussor. est vna glossa, quæ tangit quæstionem quæ aliâs fuit in facto, secundum Baldum. Quidam iuuenis fuit inuentus cum quadam puella, & est solutus & soluta: fit inquisitio contra ipsum de stupro. Modò isti vterque confitentur quòd antè vnus alterum inuicem desponsauerat, an credatur confessioni? & respondet quòd sic, nisi appareat signa in oppositum: vt quia est inuenta plorans, & similia, secundum Baldum. & intelligitur de confessione vtriusque: secus in confessione masculi tantùm. & procedit glossa secundum Bald. in stupro, secus in raptu: quia ibi sunt signa in oppositum. & vide Baldum adducentem hanc glossam in l. j. C. de collus. detegen. qui eam approbat, si qualitas personarum & alia indicia patiuntur. Hanc etiam glossam dicit Baldus non esse alibi, in l. quicunque. C. de seruis fugit. in vltima columna. dicit tamen ibi vnum verbum, quòd puella est torquenda. & in l. prima. C. de confess. in septima columna, simpliciter transit cum hac glossa, dicens illam singularem, & perpetuò debere memoriæ commendari. Hanc etiam glossam dicit singularem Baldus in l. eam quam. in sexta columna. C. de fideicommissis. & intellige glossam, quando confitentur ante complexum quòd matrimonium contraxerunt. Hanc etiam glossam allegat Baldus in capit. primo. §. iniuria. de pace iuramento firmanda. vbi dicit, quòd coniecturę inspici debent. Et ego vidi quædam singularia inscripta sub nomine Baldi, in quibus Bald. allegat hanc glossam, & dicit quòd per ipsam ipse euasit.

CCXVII.

Accusationes criminales regulariter tolluntur præscriptione viginti annorum. textus est singularis secundum Bartolum in l. querelam. C. de falsis. qui idem dicit de officio iudicis inquirentis: licet glossa teneat contrarium. Et per hoc dicit notabiliter Bartolus, quòd si à statuto statuatur certum tempus ad accusandum, quòd vltra illud tempus non poterit inquiri: quod dicit perpetuò memoriæ commendari deberi. Et nota vnum pulchrum dictum, quòd ista lex procedit quò ad pœnam imponendam, sed non quò ad declarãdam pœnam iam impositam. textus est singularis, & ibi per Petrum de Ancharano, in capit. si qui. in fine, de præscriptionibus, in sexto. Nota etiam quòd accusatio quò ad effectum confiscationis bonorum durat tantùm quinquennio. casus est singularis secundum Angelum in l. cognitione. ff. ad senatusconsul. Syllan.

CCXVIII.

Priuilegium concessum super litis expensis, porrigitur ad aduersarium propter æqualitatem seruandam in iudiciis. vel secundò victus victori condemnatur in expensis, quas fecit, non in illis quæ remittuntur ex priuilegio. textus est singularis in l. finali. C. eodem. & addo quod notat Bartolus in l. die sabbato. C. de Iudæis. quòd si aliquis dies est feriatus quò ad te, vt non possis conueniri, non poteris etiam alios conuenire: & sic est etiam feriatus contra te. & quod notat Bartol. in l. fina. §. donec. C. de iure deliberand.

CCXIX.

Præstatio triennalis facit vt alimenta etiam in futurum debeantur ex inutili voluntate. textus est singularis in l. prima. C. eodem. & adde quòd aliam præsumptionem operatur ista præstatio triennalis: quia qui ostendit se tribus proximis annis soluisse, præsumitur retro soluisse, nisi contrarium probetur. textus est mirabilis secũdum Bartolum ibi, in l. quicunque. C. de apoch. public. libro decimo. quæ tamen lex recipit limitationem: nisi ista solutio trina esset facta vnâ pro tribus annis, secũdum Cinum & Baldum, in l. secunda. C. de dotis promissio. Et de materia dictę l. primæ, singulariter habetur per Bart. in l. secunda, C. eodem titulo. & per Bartolum in l. si certis annis. C. de pactis. vbi vult, quòd procedit, quando duplex fauor concurrit, scilicet alimentorum & vltimæ voluntatis: & extendit etiam ibi hanc legem ad causam dotis, & refectionem viarum propter similem fauorem. & cum Bartolo transeunt communiter doctor. & ibi dicit Angelus esse idem in legato pro redemptione captiuorum vel relicto piis locis: quia pietatis causa mouit legislatorem in dicta l. prima, ad ita statuendum. ex quo infert singulariter Angelus quòd dicta lex prima non habet locum in legato alimentorum facto diuiti: quia tunc cessat ratio pietatis. glossa in l. illud. C. de sacrosanctis ecclesiis. Licet hanc limitationem Angel. aliqui improbent in dict. l. si certis annis, tamen ab aliqui-

aliquibus est approbata, & de iure videtur vera. Non procedit etiam lex ista secundum Ang. in illo, qui est inhabilis de iure gentium ad testãdum: secus si de iure ciuili: quia legata debẽtur ad pias causas: licet testator sit inhabilis de iure ciuili: vt notabiliter declarat Bart. in l. prima, in repetitione. C. de sacrosanct. eccles.

CCXX.

Tu scis quòd est regula generalis quæ dicit, si ex testamento non adeatur hęreditas, relicta nõ debentur. l. si nemo. ff. de test. tute. hoc singulariter fallit, quando hæreditas non potest adiri ex testamento propter errorem defuncti in coniunctione personæ: quia tunc legata simpliciter relicta debentur à venientibus ab intestato. iste est text. singularis secũdum Bart. in l. eam quam. C. de fideicommis. vt quia testator instituit eum quem putat filiũ: quia hęreditas aufertur ab eo, & transit ad venientes ab intestato.

CCXXI.

Fideiussor contractus potest conueniri redhibitoria: quia fideiubens in contractibus qui possunt per pœnitentiã resolui, videtur in omnem causam fideiubere. text. est in l. Latinus Largius. ff. de ædilitio edict. quem ita allegat Bald. in l. fi. C. de ædil. act.

CCXXII.

Fœmina potest esse procuratrix in iudicio voluntariæ iurisdictionis. text. est, & ibi Bald. in l. j. §. fin. C. communia de manumissionibus.

CCXXIII.

Fideiussor si datur idoneus cessat sequestrum. casus est, & ibi Bal. in l. fin. C. de ordin. cognitio.

CCXXIIII.

Forensis inimicus meus venit ad hanc ciuitatem: non possum petere cautionem ab eo, ne me offendat: quia hîc nõ fecit aliquid propter quod hîc ego possim eum cõuenire. Bart. in l. sed si susceperit. §. fin. ff. de iudic. nisi tamen secundum Bartol. multum in loco conuersaretur.

CCXXV.

Fideiubens pro conducente domum videtur non solùm fideiubere de pensione, sed etiam pro supellectilibus. text. est singul. iuncta gloss. in l. missi. §. fideiussores. ff. de fideiusso.

CCXXVI.

Quidam reseruauit sibi fructus cuiusdam fundi: vtrum videatur sibi reseruare fœnum? & est tex. sing. quòd appellatione fructuum veniat fœnum, in l. pratum. ff. de verbor. signification. & idem in canna. l. qui fundum. §. cùm fundum. ff. de contrahenda emptio.

CCXXVII.

Filiatio licet probetur præsumptiuè, tamẽ matrimonium ad plenum probari debet. glo. est in l. j. §. si ea. ff. de ven. in possesion. mitten. quam dicit ordinariam Bal. in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

CCXXVIII.

Filiusfamilias recipit pecuniam mutuo cum consensu patris, non potest restitui in integrum: quia iste contractus sustentatur in persona patris: quia in aliis obligatur sine consensu patris. text. est singularis in l. iij. §. sed vtrum. ff. de minorib.

CCXXIX.

Fructus percepti pendente conditione sunt venditoris cõditione deficiente. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de periculo & commodo rei venditæ. hoc limita verum, nisi in casu deficientis conditionis ipse emptor perderet pretium quod cederet venditori: tunc enim in recompensationem pretij dati emptor fructus lucrari debet. text. est singul. in l. iiij. ff. de lege commiss.

CCXXX.

Aliquis promisit se velle teneri de suo facto tantùm, includitur etiam suus hæres. text. est singularis in l. stipulatio ista. §. sed si. ff. de verb. obliga. secundum Bald. in l. fin. C. de actio. empt.

CCXXXI.

Fides. Fuit tradita res habita fide de pretio, in illa re non est potior cæteris creditoribus ratione tacitæ hypothecæ. text. est not. in l. quidam. ff. de in rem verso. secundũ Baldum in l. fina. C. commodati.

CCXXXII.

Fructus computantur in legitimam quæ debetur parentibus. dictum est notabile Bald. in cap. si pater. de testam. in vj. refert Alexand. in l. in fideicommissaria. ff. ad Senatusc. Trebelli. qui subdit, quòd quò ad liberos primi gradus in legitimã & Trebellianicam computantur fructus percepti tempore mortis testatoris: licet secus in posteà perceptis. Dictum est singulare Iacobi Butrigar. in l. iubemus. C. ad senatusconsultum Trebellian. & plus dixit Baldus in l. scimus. C. de inofficioso testam. quod idẽ erit in fructibus pendentibus. Ita Alexand. in dicta l. in fideicommissaria. & sic limitatur illa lex, dũ dicit, quòd fructus non restituuntur fideicommissario: quia hoc verum, nisi in fructibus, qui erant tẽpore mortis testatoris.

CCXXXIII.

Fiscus, qui aufert hæreditatem hæredi tanquam indigno, quia non vindicauit mortem defuncti, non tenetur ipse hoc vindicare: quia habet hoc in pœnam hæredis, non ex dispositione testatoris. gloss. est singularis in l. recusare. §. si fisco. ff. ad senatusconsultum Trebellian.

CCXXXIIII.

Frumentum & alia necessaria pupillo vendi non debent pro satisfaciendis debitis, sed deueniendum est ad immobilia. gloss. est singularis in l. fi. C. de præd. minor.

CCXXXV.

In fideicommisso vniuersali relicto ecclesiæ, vel ad pias causas, transeunt ipso iure actiones absque restitutione: vt notabiliter voluit Bart. in disputatione incip. filium adultum. refert Alex. in l. j. §. sed quoties. ff. ad legem Falc.

CCXXXVI.

In causis fiscalibus iudex potest procedere ex officio, quando actor & reus est contumax, & citare vtrunque, & absoluere reum ab instantia iudicij. casus est mirabilis in l. secunda. §. sequens. ff. de iure fisci.

CCXXXVII.

In feudis concessis à principe habet locum ius accrescẽdi. Dictum est notabile Baldi in l. vnic. §. in primo. C. de caducis tollendis. in cap. primo. de duobus fratribus. Secus si concedatur ab inferiore à principe: quo casu intelligitur textus in cap. primo. §. cùm verò. qui feudum dare possunt. & idem tenent Moderni in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig.

CCXXXVIII.

Licet appellatione liberorum comprehendantur tam masculi, quàm fœminæ. l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocando. tamen dicit Paulus de Castro ibi hoc esse verum, quando essemus in materia indifferenti, id est, quæ conuenit vtrique sexui, secus si masculo tantùm, vt in feudis: vnde dicit, quòd si quis receperit feudum pro se & liberis, non comprehenduntur fœminæ, cùm regulariter fœminæ non succedunt in feudo, quod est pulchrum. Et ad de dictum notabile Baldi in cap. primo. ad finem, in titulo, quibus modis feudum cõstitui potest. quòd si quis receperit rem simpliciter in feudum, videtur recepisse pro se & descendentibus masculis.

CCXXXIX.

Gabia. Qui legat aues, debentur gabiæ, si testator eas habebat: textus est cum glossa in l. auibus. ff. de legatis & fideicommis. iij. & ibi secũdum Bart. est textus, quòd ap-

pellatione auium veniunt pulli & gallinæ.

CCXL.

Granarium venit in legato domus, si erat ei contiguum: secus si erat separatum, vel erat solitum locari. Bartol. in l. vxor. ff. de legatis & fideicommiss. iij.

CCXLI.

Gratificatio. Quæro, cõmodatarius habet res duorũ commodatas, ambas non potest saluare, locus est gratificationi, vt saluet quam vult. Dictum est Bart. in l. si vt certo. §. quod verò. ff. commodati.

CCXLII.

Grauatus de faciendo depingi imaginem Christi cum apostolis, intelligitur de duodecim. Bart. in l. Titia. §. Seia. ff. de auro & argento legat. licet quidam responderint contrarium, quòd intelligebatur de duobus, per regul. pluralis locutio. Sed non bene studuerant: oportet ergo studere. Et grauatum de faciendo depingi aliquem sanctũ dicitur ad pias causas. Dictum est notabile Bart. in l. lineam margaritarum. §. j. ff. ad leg. Falc.

CCXLIII.

Grauatus. Volo allegare vnum pulchrum casum secũdum Bartol. qui iubet aliquem non facere testamentum, videtur grauare ipsum de hæreditate restituenda venientibus ab intestato. casus est memoriæ commendandus, secundum Bartol. tanquam pulcher, in l. qui filium. ff. ad Trebel.

CCXLIIII.

Grex. Datur in dotem grex ouium. Quæritur quid pertinebit ad virum? Respondeo, quæ nascuntur. Sed ex renatis debet in locum mortuorum ponere, & gregem supplere. Dictum est Bart. in l. fi. ff. soluto matrimonio.

CCXLV.

Gula. Fui semel interrogatus, quid mihi videretur de illis, qui vtuntur cibis delicatis? Respondi, quòd licet quis vtatur cibis delicatis, per hoc non incurrit vitium gulositatis, si hoc non facit causa delectationis. Et ille, qui vtitur cibo vili cum magna auiditate, non dicitur verè ieiunare. textus est notabilis in cap. deliciæ. xlj. dist. & ibi prohibetur immoderatus appetitus.

CCXLVI.

Tu scis, quòd in alternatiua sufficit alteram partem implere. l. si hæredi plures. ff. de conditionib. institut. Accipe pulchram limitationem, quia hoc non procedit, quãdo verisimiliter mens testatoris non verificatur in qualibet parte disiunctiuæ, sed tunc accipitur pro coniuncta. textus est singularis secundum Bartolum in l. Lucius. ff. de hæredibus instituend. dicit tamen quòd habet solùm vnum cõcordantem in l. generaliter. C. de institut. & substitut. sub condit. fact.

CCXLVII.

Quia sufficit quem seruum tempore testamenti, vt fit necessarius. l. pater filio. ff. de hæredibus instituendis. hoc intelligas verum, quando cõsequitur libertatem ab homine: secus si à lege. textus est singularis cum glo. secundũ Bart. in l. testamento. ff. de hære. instituend.

CCXLVIII.

Tu scis, quòd falsa causa non vitiat institutionem. l. cùm tale. §. falsam. ff. de conditionibus & demonstrationib. Accipe singularem limitationem, nisi probetur testatorem aliàs instituturum non fuisse. textus est singularis secundum Bart. in l. fin. ff. de hæredib. instituendis. & hoc ex præfationibus colligitur, vt ibi singulariter probatur. & ibi dicit Bart. quòd istæ præfationes habent causam finalem dispositionis. de quo dicto multũ exultat. Et adde Bartol. in l. cùm hi. in princip. ff. de trãsactionibus. in l. j. ff. ad Macedonianum.

CCXLIX.

Hæreditas ascendentiũ non adita transmittitur ad descendentes, nisi repudiata sit. & idem in legato non agnito. textus est singularis in dicta l. Et intellige secundũ Bart. in descendentibus, qui non sunt in potestate, qui transmittunt ad descendentes, non ad extraneos: secus in descendentibus, qui sunt in potestate, qui transmittunt ad quoscunque. Et adde quod notat Bartolus in l. emancipata. C. qui admitt. quòd ista lex habet locum in successione de iure prætorio.

CCL.

Hospitale debet recipere pauperes. textus est notabilis in l. j. §. j. C. de Latina lib. tollen.

CCLI.

Hospitalia sunt exempta, sicut ecclesiæ. text. est & ibi per Bald. in l. omnes. in verb. nullus. C. de epis. & cler.

CCLII.

Hospitalarij non satisdant. casus est notabilis secundum Bald. in l. orphanotrophos. C. de episcop. & cler.

CCLIII.

Sicut non potest aliquis capi in ecclesia, ita nec in hospitali. Baldus notabiliter in l. si quis ad declinãdam. in xviij. columna. C. de episcopis & clericis. allegat dictum notabile Archidiac. in cap. diffiniuit. xvij. q. iiij.

CCLIIII.

Quidam iussit fieri hospitale in domibus suis, & illud hæredem instituit. posteà superuiuens domos illas alienauit, & alias emit, fauore institutionis, & testamenti confirmandi debet fieri in domibus posteà emptis: vt voluit Bart. in l. placet. ff. de lib. & posthu.

CCLV.

Hæreticus tanquam vbique delinquens potest in quocunque loco puniri. dictum est Bald. per illum text. in l. & si excepta. C. de malefic. & mathemat.

CCLVI.

Si pius actus in actis inter viuos nominetur hæres, videtur contrahens eum fecisse hæredem, adeò quòd poterit apprehendere hæreditatem, nullo alio instituto hærede. dictum est mirabile Bar. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. approbat Alex. in l. licet. C. de pac. licet Roma. insurgat cõtra Bart. in auth. similiter. C. ad leg. Falc.

CCLVII.

Pro homicidio non imponitur pœna capitalis, quãdo multorum imminet strages. dictum est Ang. in l. pe. ff. de sicar. Et sola scientia de homicidio nõ facit quem teneri, nisi in patrem vel rempublicam. Bar. in l. j. §. occisorum. ff. ad Syllan. in l. vtrum. ff. de parricid. Bald. in l. ff. de iustit. & iure.

CCLVIII.

Fuit semel dubitatum, vtrum esset differentia inter hæreditatem opulentam & locupletem. & allegaui gloss. sing. in l. si quis mihi bona. §. j. ff. de acquiren. hæredi. quòd hæreditas opulenta dicitur illa, quæ adfert opes sine vexatione: locuples etiam cum vexatione. & hanc gloss. allegat notabiliter Angelus, in suo consilio vltimo.

CCLIX.

Hæres indignus priuatur hæreditate, quæ applicatur fisco, vt tu scis. Sed quæro, Testator cuius hæreditas debet auferri, est Colonien. hæres verò est Lubicen. bona verò sunt Constan. cui ciuitati applicabũtur? Et respondet ciuitati originariæ testatoris. casus est singul. in authent. si captiui. C. de episco. & cleri.

CCLX.

Si mulier vidua non portat habitum nigrum, non dicitur vitam vidualem seruare. dictum est notabile Bald. per illum textum in l. decreto. C. ex quibus causis infamia irrogat. quod est pulchrum propter testamenta in quibus dicitur, Si vitam vidualem seruauerit, &c.

CCLXI.

CCLXI.

Dicit testator, Lego parté hæreditatis, non transfertur dominium recta via in legatarium post aditionem hæreditatis.gl.est notabil.in l.mulier.§.vt Trebelliano. ff. ad senatusconsultum Trebellian. requiritur ergo restitutio iusta.l.facta.in principio.ff.ad senatuscon. Trebel.

CCLXII.

Hæres grauatus intrat monasterium, poterit monasterium detrahere quartam Trebellianicam. dictum est Ange. per illum text.in l.Marcellus.§.si is qui.ff.ad Trebel.

CCLXIII.

Si reus non possidet hæreditaté in iudicio petitionis hæreditatis absoluitur, tamen si actor doceat in eo iudicio se esse hæredé, iudex poterit pronuntiare & declarare actorem esse hæredem. text. est sing. secundum vnā lectu. in l.si à te.§.j.ff.de exceptio.rei iudica.

CCLXIIII.

Si hæredis institutio cassatur ex forma statuti, quia testamentum non est insinuatum intra certum tempus: negligentia hæredis non nocet legatariis. dictum est no.Bal. in l.ij.C.quibus res iud.non nocet. Bart. & Ang. in l.facta.§.si quis bonorum.ff.ad Trebel. quod intelligit ibi Imo. nisi culpa posset imputari legatariis insinuare non facientibus.

CCLXV.

Sententia lata super homicidio cōtra Titium, & si fuit executioni mandata non prodest Caio, qui verè interfecit. text.est singul.in l.qui seruum.ff.de interro.actio. secundum Bald.in capit.j.§. iniuria. de pace iuramen.firman. Ange.in l.quotiens.§.si quis.ff.soluto matrimonio.

ADDITIO.

Adde quòd est repetitum ĩ. singul.dclxxxvij.

CCLXVI.

Si prætor pro homicidio facit aliquem decapitari, cùm ex forma statuti esset pœna pecuniaria, nō poterit dicere, quòd sibi imponatur pœna statuti: sed decapitabitur. dictum est not. per Bartol. in l. j. in fina. princip. ff. quod quisque iuris.

CCLXVII.

Nota quòd priuilegia in dubio intelliguntur concessa ad postulationem non motu proprio: vt est tex. sing.in cap. si motu proprio.de præben.in vj.per Bart. in auth. quas actiones.C.de sacrosan.eccle. in l.iij. in princip.ff.quod quisque iuris. quod singulariter limitatur, vt per Bald. in l.nec damnosa.C. de precibus Imperato. offeren. nisi literæ principis essent geminatæ: quia tunc habēt vim clausulæ motus proprij.quod dictum pro valde notabili adducit Rom.in l.si verò.§.de viro.in xxxj.fallen. ff.soluto matrimonio. Limitatur & secūdò per Guli. & Modernos in l.iij.§.j.ff.quod quisque iuris.nisi princeps cō cedat animo remunerandi. Limitatur & tertiò per Bald. in dicta authent.quas actiones.C. de sacrosanctis ecclesiis.nisi concederetur vniuersaliter omnibus ecclesiis, & de motu proprio.pulchrè per Abbatem, in ca.ad aures, de rescript.

CCLXVIII.

In l.iiij.§.si ab ignoto.dum ibi dicit ab initio, quòd si aliquis emit seruum, & à principio non sit conuentū quòd acquirat libertatem: offerendo postea pretium non potest peruenire ad libertatem. & hunc text. allegat Bald. in l.bene à Zenone.C.de quadrien. præscri. quòd si monachus, seruus, vel filius contrahit, si in contractu apponuntur pacta, secundum illa regulatur acquisitio.

CCLXIX.

Per alium contractum quàm per stipulationem potest fieri nouatio præcedentis obligationis. textum habes singularem in l.si mandato meo.§.fin. ff. mandati. quem dicit Bart.non esse alibi.in l.j.ff.de nouationibus.

ADDITIO.

Adde Marian. Socin. consil.xxj.versic. nec obstat si diceretur.Ludo.Bologni.consil.lix.versic.additur etiam aliud.

CCLXX.

Mandaui tibi quòd emas rem communem cum alio certo pretio, aliorum partibus emptis, tuam pro residuo pretio dare teneris: sed si pretium determinatum non fuerit, tua pars boni viri arbitrio æstimabitur.text.est sing. quem Bar.in vlt.dict.nescit alibi in l.si fund.ff.mandati. & vide glo.allegantem hunc tex.in l.cùm in co.ff.de pac. & hunc textum mirabiliter adducit Salicet. in l.hac edictali.§.his illud. C.de secundis nup. quòd si ex tribus æstimatoribus assumptis vnus æstimat viginti, alius triginta, alius trigintaquinque, debent omnes summæ coaceruari & per iudicē æstimari in tertia parte totius summæ, per istum text.quod videtur contra l.dieta.referre. §.si plures.ff.de arbitris.

CCLXXI.

Pupillus non habet priuilegium in bonis magistratus. tex. est singularis in l.j.§.sciendum. Et ratio est: quia promptius subuenitur pupillo contra tutorē: quia tutor specialiter propter pupillum tenetur: magistratus verò specialiter non propter ipsum pupillum, sed propter vtilitatem publicam.Ideo non ita promptè subuenitur contra eum.l.etiam proponebatur.eo.titul. est singularis in casu suo.

CCLXXII.

Si aliquis damnificatur ex eo, quòd notarius scribere omisit: datur actio contra notarium.text.est singu.in d.l. fi. & adde text.in l.qui nomine.ff.de fal. qui textus allegatur, quòd si aliquis fecit se notarium qui non erat, tenetur omnibus rogātibus eū de instrumentis ad interesse.

CCLXXIII.

Tu scis quòd coniuncta persona non admittitur pro coniuncta persona contra eius voluntatem: sed præter.l.sed & hæ.in princip.ff. de procura.tamen quando venit tanquàm coiuncta persona, & pro proprio interesse, admittitur etiam eo inuito.text. est singularis in l. patri pro filio.ff.de mino. qui etiam text. probat, quòd ibi requiritur speciale mandatum hominis, & non sufficit generale mandatum legis. Nam potestas agendi data à lege coniunctæ personæ non valet, vbi requiritur speciale mandatum. Probat etiam quòd in casibus in quibus requiritur speciale mandatum, admittitur cōiuncta persona pro eo qui esset minor & prodigus: secus si minor tantùm, vel prodigus tantùm.quod est notabile secundum Bartolum. Et adde, quòd hunc textum allegat Bartolus in l.prima. C. etiam per procuratorē causam in integrū restitutio.agi posse.quòd licet coniuncta persona nō admittatur, vbi requiritur speciale mandatum, tamen fallit in coniuncta persona, quæ esset legitimus administrator, vt pater, tutor etiam per istum textum.quod est not.

CCLXXIIII.

Cessio actionum nō potest fieri nisi in casibus hac lege expressis, & eandem rationem habentibus; & si pro parte venditur, & pro parte donatur, cessio facta præsumitur simulata.textus est singularis secundum Bartol. in l. per diuersas.cum lege sequenti.C.mandati.

Et de materia cessionum latè per Bartol. in l. Modestinus. ff.de solutionibus.Et si aliquis promittit cedere melius ius, liberatur transferendo ius, ex quo causatur iudicis officium.Si verò promittit cedere ius optimum, non liberatur, nisi cedat actionem, & transferat in cessionarium.gloss.est notabilis in lege prima.C.quand.& quib. quart. pars debeatur. libro decimo. Et adde quod notat gloss.in l.fideiussor.§.primo, in verbo possit. ff. de pignoribus.

CCLXXV.

Si syndicus vult se excusare, quòd ignorauit maleficium es-

se commissum, nunquam erit excusatus, nisi constet de diligenti inquisitione eius. Aurea est doctrina Baldi in l. prima. C. ad senatusconsultum Macedonianum. quod dictum refertur in lib. maleficiorum Angel. in ver. necnon ad denuntiationem.

CCLXXVI.

Vbi quis venit condemnandus ad mortem, non habet locũ titulus C. quãdo ciuil. actio. quia isto casu possunt simul & semel cumulari: quia frustra actor intentaret iudiciũ ciuile eo mortuo. Dictum est singulare Bal. in l. j. C. de appel. quod dictum refertur etiam in libro maleficiorum.

CCLXXVII.

Minor non restituitur etiam læsus, nisi probet læsionem euenisse vel sui facilitate, vel dolo aduersarij. textus est notabilis vbi per Bal. in l. verum. §. sciendum. ff. de minor.

CCLXXVIII.

Minor emit molendinum, quod est subiectum impetui aquarum, & sic quòd posset deperire, potest restitui. text. est notabilis in l. verum. §. si locupleti. ff. de minor.

CCLXXIX.

Minor non petit restitutionem contractus per restitutionẽ in integrum, si habet recursum aduersus maiorem de iure communi: est ergo necessaria excussio maioris. text. est not. secundum Bal. in l. cum mandato. ff. de minor.

CCLXXX.

Propter minorem contractus non mutat suam naturam. text. est not. in l. si minor. §. minores. ff. de mino. vbi per Bald. Et ideo si ex forma statuti aduersus laudum nõ potest peti reductio, etiam minor non potest petere, sed petet restitutionem.

CCLXXXI.

Sententia restitutionis lata pro minore non retorquetur contra eum, si vult renuntiare sententiæ. casus est singularis secundum Bald. in l. si iudex. ff. de minor.

CCLXXXII.

Minor adiuit hæreditatem, factus maior exegit, & fecit talia, quæ faciunt veri hæredes, demum vult restitui, potest initio inspecto. casum habes singularem in l. iij. §. scio. ff. de minorib. secundum Roma. in l. pupillus. ff. de acquir. hæred.

CCLXXXIII.

Minor si portauit res non soluto vectigali, subuenitur sibi per remedium restitutionis in integrum. textus est singularis in l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de minor.

CCLXXXIIII.

Minor potest fideiubere pro suo procuratore, & non restituitur in integrum aduersus ipsam fideiussionem, secundum Angel. & Modernos in l. de die. §. qui mulierem. ff. qui satisd. cog.

CCLXXXV.

Minor, qui est legum doctor, non potest petere restitutionẽ in integrum. gloss. est singul. in l. professio. C. de muner. patrim. lib. xj. & est text. sing. in l. j. C. qui & aduer. quos. vbi per doct.

CCLXXXVI.

Minor non dicitur venire cõtra compromissum, vt incidat in pœnam, si petat se restitui aduersus compromissum: quia non conqueritur de arbitro, sed de sua facilitate. text. est singularis in l. cùm minor. ff. rem ratam hab.

CCLXXXVII.

Minor vigintiquinque annis si per statutum admittitur vt maior, non per hoc videtur ei interdici in integrum restitutio contra illum actum. gloss. est valde notabilis in l. j. C. si de momentanea pos. in glo. fi.

CCLXXXVIII.

Mulier secundò nubendo non perdit executionem testamenti: vt quia fuit electa executrix in testamento mariti. doctrina est Bart. in l. à filio. ff. de adimen. leg. quã sequitur Bald. in auth. hisdem. in fine. C. de secun. nupt.

CCLXXXIX.

Mulier rapiens virum, capitaliter punitur. glossa est singularis secundum Ang. in l. j. C. de rap. vir. Bald. in l. raptores. C. de episcop. & cleri. & in c. j. quib. mod. feud. amit.

CCXC.

Mater tutrix petiit dari tutorem, quia vult nubere, & postea pœnitet, non reassumit tutelã. Dictum est not. Bald. argu. illius text. in l. imperialis. in versi. sed si tales. C. de nupt. ad idem Bald. in l. cum ancillis. C. de incest. nup.

CCXCI.

Ad probandum matrimonium sufficit probare sponsalia de futuro, & ductionem sponsæ in domum. text. est not. vbi per Bald. in l. cùm in te. C. de donat. ante nup.

CCXCII.

In matrimonio potest apponi pœna: vt, si concubinam tenebis, dabis mihi centum nomine pœnæ. textus est singularis in l. ex ea parte. §. j. ff. de verborum obligationibus. secundum Bald. in l. fin. C. de sponsa. Sint ergo cautæ mulieres, quando accipiunt viros, & suspicantur quòd teneant concubinas.

CCXCIII.

Maritus licet lucretur dotem, non tamen tenetur ad onera hæreditaria. text. est not. in l. licet dos. C. de iure dot.

CCXCIIII.

Mandatum nullum requiritur ad denuntiãdum legata relicta ad pias causas. textus est notabilis in l. nulli. in fine. C. de episcop. & cleric. vbi per Bal.

CCXCV.

Miles etiam in bello vulneratus non debet recedere sine licentia principis. textus est singularis in l. ij. C. quibus nõ obiic. longi temporis præscrip.

CCXCVI.

Si simpliciter est contractum matrimoniũ nulla facta mentione de dote, non videtur aliquid datum in dotẽ, & sic erit matrimonium sine dote. ita Bald. in l. nulla. C. de iure dot. & ita intelligit gl. in l. mulier bona. ff. de iure dot.

CCXCVII.

Ad probandum mandatum factum ad recipiendum solutionem non possunt admitti testes. Dictum est singulare Baldi in l. falsus. in xiij. col. C. de furtis. quia soluẽtes debent habere plenam securitatem per scripturam solennem, quæ non potest fieri cum non habeat mandatum in scriptis.

CCXCVIII.

Mendax in dubio non præsumitur in dolo, nisi mẽdacium tendat ad sui vtilitatem. text. est notabilis, vbi per Bart. in l. eleganter. §. fin. ff. de dolo.

CCXCIX.

Magistratus etiã minimus est maior in suo territorio quocunque alio. gloss. est singularis in l. apud. ff. de manumissionibus. quam multum notat Angelus in sua disputatione incipiente, Bononiensis. Bald. in l. si quis ex cõsensu. C. de episcopali audientia. in l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum. in l. ij. §. j. ff. si quis cautionibus.

CCC.

Si moniales existunt infra gradus monasterij, & faciunt aliquem contractum, de quo notarius existẽs extra gradus rogatus, poterit scribere actũ fuit in monasterio. ita Bal. & Moderni in l. plerique. ff. de in ius vocan. per l. satis.

ibi, vbi

ibi vbi § citatur ille, qui conspicitur ex publico de domo, dicitur citatus in domo.

CCCI.

Licet per statutum mulier non posset obligari sine consensu viri, tamen si suscipit mādatum procurationis extraiudicialis, licet non obligetur mandato, tamen valebunt gesta per eam: quia verè habebat mandatum. ita notabiliter probat textus iuncta vna expositione glossæ, & ibi per Angelum in l. quamuis. in princ. ff. de acquir. poss.

CCCII.

Maritus si stetit spatio decem annorum ad petendum vsuras seu alimenta dotis sibi promissæ, non potest amplius petere: quia intelligitur sibi remisisse, vt consuluit Bald. in consilio incipiente, In Christi nomine post biennium à ductione puellæ. & facit textus singularis in l. cùm quidam. §. diuus. ff. de vsuris. vbi si creditor stetit per decem annos ad petendum vsuras, non potest amplius petere.

CCCIII.

Magistratus debet interuenire, quando consilium ciuitatis facit statuta. gloss. in l. prima. ff. quod quisque iuris. Bart. in l. j. ff. de leg. in l. omnes populi. in secunda quæstione principali. ff. de iustitia & iure. Petrus de Ancharano in capit. canonum statuta. de constitut. in xj. charta magna.

CCCIIII.

Magistratus durante officio, non potest in ius vocari. quod limita & declara, vt notabiliter per Bartol. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in quatuor primis quæstionibus. ff. de operis noui nuntiatione. Bald. in l. pars literarum. ff. de iudic. Aliam limitationem posuit glossa singularis in l. si præses. C. de episcop. audien. quòd magistratus nō potest conueniri in loco sui magistratus, sed alibi sic.

CCCV.

Mandatum. Si aliquis mandat Titium occidi, quòd si non fecerit, minatur sibi mortem, excusatur faciens. Dictum est notab. Bart. in l. ij. ff. de noxal. gloss. in l. pen. ff. si famil. fur. fec. dic. Abb. in c. sacris. quod metus causa.

CCCVI.

Mora de æquitate canonica semper potest purgari, si aduersarius nō est passus damnum. Dictum est Antonij de Butrio & Imol. in cap. dilecti. de arbitr. per textum singularem secundum vnum intellectum, in cap. suam. de pœnis. per Bald. in l. si pacto quo pœnam. C. de pactis.

ADDITIO.

Adde Hippolyt. Marsil. singul. cccclxiij. num. 2. qui multas concordantias adducit.

CCCVII.

Monasterium. Est magis communis opinio, quòd si relinquo monasterio sub cōditione, si receperit filiam meam in monialem: tale relictum est nullum: quia conditio est honesta: sed ad illud inuitare spe lucri, est turpe, & institutio redditur nulla. Bar. in l. Titio centū. ∮. j. ff. de condi. & demonst. licet ipse tenuerit contrarium in l. ij. C. de instit. & substit.

CCCVIII.

Mulier. Illud quod dicitur in l. in rebus. C. de iure dotium quòd dominium reuertitur, habet locum in muliere viuente. Dictum est singulare Bartoli in l. Nesennius. §. fundum. ff. de re iudicata.

CCCIX.

Maritus legat vxori omne frumētum, quod habet in domo: illud consumit, & tantundem reponit in loco illius, venit in legato. Dictum est Bartoli in l. si seruus legatus. §. qui quinque. ff. de legatis primo.

CCCX.

Matrimonium potest contrahi etiam in vltimo vitæ spiritu: de hoc text. est singularis in l. ij. & in authen. cui relictum. C. de indict. vidui. tollen.

CCCXI.

Membrum. Si statutum dicit simpliciter membrum abscindendum, intelligitur de manu. tex. in authen. de manda. prin. §. roges. in authen. vt nulli iudi. §. pen.

CCCXII.

Miles qui accipit mutuum, in dubio præsumitur expendere causa militiæ. text. est singularis in l. fi. in fi. C. ad Macedo. glo. in l. ij. ff. eo. Et est præsumptio iuris & de iure secundum glo. ibi.

CCCXIII.

Mandatum. Licet sint multi casus in quibus mādatum nō reuocatur morte: tamen potest per hæredem reuocari. casus est not. in l. fundi. ff. de acquiren. possessio.

CCCXIIII.

Mandatum. Qui habet mandatum ad vendendum, habet etiam mandatum ad solutionem recipiendam. text. est notabi. in l. quod seruus. ff. de solutio.

CCCXV.

Mercantia. Si vnus ex sociis detulit mercantias inuito socio, & lucratus est: ille inuitus non debet habere lucrū. Bart. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. Alexan. in l. si verò. §. si mancipia. ff. solu. matr.

CCCXVI.

Mediator. Occidens mediatorem per cuius concursum aliter non poterat euitare mortem, non tenetur. gloss. est sing. vbi per Ang. in l. ij. C. de sica.

CCCXVII.

Mors. Post mortem defuncti potest instare hæres, quòd feratur sententia pro purganda innocentia defuncti. casus est sing. in l. filiæ. ∮. Seia. ff. de adimen. leg. quem mihi reuelauit Bald. in l. j. C. ne ex delic. defunc.

CCCXVIII.

Mori. Volo tibi allegare vnam pulchram glo. si doctor dānatur ad mortem, non debet decapitari [a] antequàm degradetur: quia nemo debet mori in dignitate. glo. do tibi singularem in l. omnes. in ver. amissionem. C. de episcop. & cleri.

ADDITIO.

a Adde Gab. Sarayn. in addit. Mathesil. sing. lix. num. 9.

CCCXIX.

Moneta. Expendens falsam monetam, vt plumbeam vel stanneam, punitur pœna falsi. Bart. in l. lege Cornelia. ff. de fal. Fallit singulariter, nisi doceat se ab alio habuisse, etiam si testes non nominent à quo. sed sufficit quòd viderint ab alio habuisse. dictum est singulare Ia. But. in l. maiorem. C. de fal. & vide ibi per Ange.

ADDITIO.

Adde Guid. Pap. sing. dviij.

CCCXX.

Mulier si commisit adulterium, & vir tenebat concubinas, non debet perdere dotem propter adulterium. Item si maritus sciuit illam adulteram, & postea eam cognouit carnaliter. Paul. de Castro consil. cxxvj. quòd incipit, In Christi nomine, hæc mulier non debet excludi.

CCCXXI.

Maritus si expulit vxorem sine iusta causa, non tamen tenetur ad restitutionem dotis. Io. An. in titu. de dona. inter vir. & vxo. §. nunc de dote. in addi. incipien. Et dicit Odofre. Alex. in l. ij. ff. sol. ma. licet Bal. teneat contrariū in l. fin. C. de sen. quæ sine cer. quanti. profe.

CCCXXII.

Medicus. Ille qui adhibuit malum medicum, est indignus

hæreditate illius, qui malum adhibuit medicum. glo. est valde notab. in l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de ædil. edict. secundum Ang. in l. si seruum. ff. de ver. oblig.

CCCXXIII.

Moriens. Si moriens est confessus se recepisse mutuum, nõ poterit hæres opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ: quia moriens non expectabat futuram numerationem. glo. est singularis in l. j. C. de fal. cau. adiec. lega. secundum Bald. in titu. de pace Constan. in ver. vasalli.

CCCXXIIII.

Qui cedit actionem contra vnum ex conreis, alius liberatur à cedente: casus est singularis in l. qui duos. ff. de leg. ij. secundũ Bart. in l. ex duobus. in viij. q. ff. de duob. reis.

CCCXXV.

Potest relinqui fideicommissum à succedentibus ab intestato pupillo, quòd expirat pubertate adueniente. text. est sing. secundum Din. & Bartol. in l. si fundũ per fideicommissum. §. fin. cum l. sequent. ff. de legat. j.

CCCXXVI.

Tu habes regulam, quòd hæredes tenentur pro hæreditariis portionibus. l. pacto successorum. C. de pactis. Accipe vnum singularem casum, in quo actio personalis hæreditaria datur contra vnum ex hæredibus insolidum, etiam ad quantitatem. Iste casus est singularis secundum Bart. in l. cùm ab vno. ff. de leg. ij. & est speciale in casu illo fauore dotis. & hunc text. allegat Bart. in l. continuus. §. fi. ad finem. ff. de verborum oblig.

CCCXXVII.

Tu scis, quòd in fideicommisso vniuersali veniunt etiam prælegata. l. cùm virum. C. de fideicommis. hoc non procedit in donationibus, quæ morte confirmantur. textus est singularis secundum Bart. in l. sequens quæstio. ff. de legat. ij. quia non capiuntur ex testamento, nec confirmantur ex aditione hæreditatis, sed ex sola morte.

CCCXXVIII.

Tu habes dispositionem l. cùm alienam. C. de leg. quando legatur res aliena coniunctæ personæ. Accipe singularẽ limitationem, quia illa non procedit, quando ille, cui relinquitur, erat legatarius & hæres: sed solùm procedit, quando erat legatarius. casus est singularis secundum Bar. in l. cùm pater. §. euictis. ff. de leg. ij. Et est ratio: quia licet euincatur legatum, remanet tamen hęreditas. quod non est in casu l. cùm alienam. Est etiã singularis tex. ille, ꝙ quãdo diuisio est facta à testatore, vnus ex hæredib. nõ tenetur alteri de euictione iure actionis, sed ope exceptionis: secus si diuisio sit facta à partibus, vel à iudice. l. si fratris. C. communia vtriusque iudic. & in duobus locis dicit ibi Bart. quòd ille text. est singu. Et adde notab. Bald. dum quærit de ratione huius §. in dicta l. cùm alienam. C. de lega.

CCCXXIX.

Vniuersitas iuris potest legari, etiam si commodum contineat, & ille, cui legatur hæc vniuersitas iuris, debet cauere hæredi de indemnitate. textus est habens singularem materiam secundum Bart. in l. cùm pater. §. mensæ. ff. de leg. ij. & sic est casus, in quo legatum potest habere incõmodum, & in dicto §. mensæ. quærit Bartol. quid si testator dixit, Lego tibi apothecam meam pannariam seu pannorum, quòd non videtur legata mercantia: sed illa verba pannorum videntur magis adiecta causa demonstrationis loci. hoc idem Bald. in l. in legatis. C. de leg. Et addo quod not. Bart. in l. librorum. §. pen. ff. de lega. iij. vbi quærit de illo qui legat bibliothecam, & concludit quòd ex qualitate personæ: vt si scholaris legaret scholari, intelligitur de libris. & quod voluit Bartol. in l. nam quod. §. j. ff. de pen. leg. vbi dixit, quòd si aliquis vult legare apothecam suam cum omnibus pannis, dicat, lego apothecam cum pannis, siue sint venales siue non. & ita dicit de facto consuluisse. & quòd not. Bart. in l. Seiæ. §. tyranne. ff. de fun. instru. de illo qui legauit podere: quia intelligitur quicquid vno nomine nuncupatur, licet simul non stet, per Barto. in l. si ita. ff. de auro & argen. leg. & in l. j. ff. de supel. leg. si aliquis legat massaricias, venit quod continetur appellatione supellectilium: & ideo nõ venit asinus & equus: vt ibi, & in l. librorũ. §. fi. ff. de leg. iij. quòd si aliquis legat lectum, venit culcitra, etiam de serico, & omnia ornamenta. & Bart. in l. fi. §. j. ff. de auro & argen. leg. si testator legat vxori vestiméta, veniunt festiua & non festiua: & si legat vxori lectum, venit etiam festiuus. in l. cùm aurum. §. planè. ff. de aur. & argen. leg. vbi si testator legat vxori vestimenta, hæres non potest separare maspillos auri & ornamenta ibi posita. & Bart. in l. quanuis. ff. de auro & argen. lega. quòd in legato vestimentorum non veniunt vestes prohibitæ portari.

CCCXXX.

Tu habes in l. vel singulis. ff. de vulgar. & pupill. quòd si testator vltimo morienti substituit: non videtur filios inuicem substituere. Accipe singularem limitationem, nisi rogauit alteri restituere per fideicommissum. iste est textus singularis secundum Bartol. in l. Titia Seio. §. Seia. ff. de legat. ij.

CCCXXXI.

Tu scis quòd res subiecta restitutioni non potest alienari: vt in l. fi. §. sinautem. C. com. de leg. hoc procedit in hærede sciente: secus in ignorante & ignoranti. casus est singul. in l. fin. §. fi. ff. de lega. ij. secundum Bart. in dict. §. sin autem. & intellige istum text. de iusta ignorantia. & ad istum text. vide no. per Bald. in authen. res quæ. in princ. C. communia de leg. hunc etiam text. alleg. Bald in pulchra quæstione in authen. ei qui. C. de bon. autho. iudi. pos. in vltima colum.

CCCXXXII.

Tu habes quòd inter creditores chirographarios non inspicitur prioritas, nec etiam in priuilegiis competentibus in actionibus personalibus. l. priuilegia. ff. de priuileg. credi. Accipe pulchram limitationem, quòd illud est vetum in obligatione quantitatis: secus quando est in obligatione factum cohærens personæ: tunc enim ille præfertur, cui est promissum prius. text. est. singul. secundũ Bart. in l. in operis. ff. locati.

CCCXXXIII.

Accipe etiam casum singul. secundum Bart. qui locauit operas suas, vt certum opus faceret, tenetur de operis vitio siue vna pensio siue in singulos dies præstita fuerit: qui autem operas sua singulis diebus locat: nec ad certũ tempus se adstringit, de vitio operis nõ tenetur. tex. est. singul. secundum Bart. in l. ea lege. §. locaui. ff. locati.

CCCXXXIIII.

Tu habes vnum casum singularem, quòd prius contra vnũ ex delicto ciuiliter vel rei vendicatione agatur, quàm contra alium agatur ex contractu. in l. cùm in plures. §. vestimenta. ff. loca. ex quo text. Bartol. sumit regulam sic: quandocunque vnus conuenitur ex facto alterius, ille prius debet conueniri sumptibus conuenti, nisi sit multum difficile: & hoc arbitrio iudicis.

CCCXXXV.

L. j. C. de legationibus. libro decimo. Ista lex habet multas lecturas singulares. Sed nota illam quòd procurans habere officium ex quo proueniunt immunitates, non habet tales immunitates. & hanc allegat Roman. in l. iij. §. subuenitur. ff. ad Sylleianum.

CCCXXXVI.

Conductor conuentus condictione ex illa lege, debet ante omnia restituere rem: & quæstionem potest referre dominij. text. est singular. in l. si quis conductionis. C. loca. & quando conductor possit opponere exceptionem dominij

minij locatori,per Bart.in l. ei à quo. ff. de vsucapion. in l.si alienam. ff. soluto matrimonio. in l. commodare. ff. commod.

CCCXXXVII.

In rebus maternis præferuntur vterini: in rebus paternis præferuntur consanguinei: in rebus aliunde acquisitis succedunt æqualiter. text. est singularis secundum Bart. in l.de emancipatis. C.de legitimis hæredibus. Et adde not.per Bart.in l.ij.§.legitima.ff.de suis & legitimis.

ADDITIO.

Adde eundem Bartol.suprà singul.cxcvij.

CCCXXXVIII.

Ille qui locat operas,tenetur operari, & potest cogi mercede recepta. text. est notabil. iuncta gloss.in l. si is qui.C. locati.

CCCXXXIX.

Quando lex fingit aliquem confessum,æquiparatur confessioni factæ in iudicio soléniter.casus est singularis secundum Bald.in l.si tutor.C.de interdicto matrimonio.

CCCXL.

Si lex est specialis & ratio generalis,generaliter intelligenda est.Bartol.in l.j.ff.de iuris & facti ignorantia.

CCCXLI.

Lex ij.C.de rescinden. vendi.non habet locum in iudiciis propter authoritatem iudicij: vt puta si res adiudicetur pro minori pretio.Dictum est singulare Bald. in l.ordo. C.de executione rei iudicatæ.Et adde quod not.Bald.in l.maioribus.C.communia vtriusque iudicij.

CCCXLII.

Lex, quoties. C.de rei vendicatio. non habet locum in ecclesia vendente duobus: quia præfertur ille, cui primò venditur.dictum est singulare Ioan.Andræ.in cap.continebatur.de his quæ fiunt à præla.sine consen.capitu.

ADDITIO.

Alios casus in quibus non habet locum d.l. quoties. vide per Hippolyt.Marsil.sing.lxxxij. per totum. Alexand. in l.siue autem.§. si duobus. ff. de publician. & per Berthachin.in suo repertor.in verb.emptor primus.

CCCXLIII.

Lex,si vnquam.C. de reuocand. donationibus. non habet locum in causa pia:quia non reuocat filius nisi legitimã. gl.est singul.in cap.quicunque.xvij.questione iiij.secundum Roman.in authẽ.similiter.C. ad legem Falcidiam.

CCCXLIIII.

Si procurator recitat in libello verba aduersarij, non videtur in dubio illa fateri:vt est glo.not.in l. Gallus.§.idem credendum.ff.de liberis & posthumis.& ibi per Moder. licet aliàs soleat dici, ꝙ quis videtur fateri illud quod dicit in libello. l. cùm precum. C. de liber. caus. quia illud procedit, quando verba proferuntur non tanquam ab aduersario.

CCCXLV.

Libellus non procedit, peto condemnari secundum formã iuris vel statutorum, quando pœnæ sunt diuersæ: & per vnam non est recessum ab alia.Bald.& Modern.in l. Gallus.§.si eius.ff.de liberis & posthumis.

CCCXLVI.

Vbi esset pronuntiatum libellum ineptum, & reus sit absolutus ab obseruatione,pereunt tunc omnia acta ordinatoria iudicij, etiam quo ad effectus, qui aliàs non perirent:& sic quò ad effectum prescriptionis interrumpendæ.ita Bald. eleganter, in l. ij. C. de fructibus & lit. expensis. quia iudicium malè fundatum non interrumpit præscriptionem. gloss. est no.in l. si pater.C. ne de statu defuncto.

CCCXLVII.

Per hæc verba prolata per reum respondendo libello actoris,tu mentiris,inducitur litis contestatio. Bald. Angel. & Alexand.in l.turpia.ff.de lega. j. nisi essent prolata calore iracundiæ: quia tunc nihil operarentur.

CCCXLVIII.

Potest aliquis agere in eodẽ libello partim iure suo, & partim alieno.text.est notabilis, & ibi per Bald. in l. planè. ff.familiæ erciscundæ.

CCCXLIX.

Procedit libellus,ago vt soluas Titio,quia mea interest.tex. est in l.his cõsequenter.§.Celsus.ff. familiæ erciscundæ.

CCCL.

Libellus. Negatio facta ad libellum ineptum non facit incidere in pœnam.Dictum est singul.Bal.in l.edita. in repetitione Paduana,in x.colum.C.de edendo.

CCCLI.

Libellus rei non requirit conclusionem. Dictum est Bart. in l.j.ff.de exceptionibus.& Antonij de Butrio,in capit. primo.de litis contestatione.

CCCLII.

Libellus quo petitur factum,& si non fiat, interesse, procedit.glo.est not.in l.ij.§. item si in facto.ff.de verb.obliga.

CCCLIII.

Libellus.Oblatio libelli quæ fit iudici ante partis vocationem, non habetur pro vocatione in ius: nec dicitur de processu.glo.est singular. in l. libertus aduersus. ff. de in ius vocan.

CCCLIIII.

Libellus quo petitur dos restitui, debet concludere ad totam dotem,licet maritus condemnetur inquantum facere possit.text.est not.in l.quòd si maritus.ff. de constituta pecunia.

CCCLV.

Legatum ad pias causas factum repertum cancellatum,iuris præsumptione præsumitur inconsultè factum: & sic debetur. text. & Bartolus in l. proximè. ff. de his quæ in testamento delentur.

CCCLVI.

Legatum.Si lego alicui tertiam partem fructuũ fundi mei, hæres potest dare tertiam partem æstimationis inuito legatario.casus est notabil.in l.fundi.in princip. ff. de vsufruct.legat.

CCCLVII.

Legatum est pro passagio ad sanctum Sepulchrum, debet expectari generale passagium.Bart.in l.Lucius.§.à te peto.ff.de legatis secundo.

CCCLVIII.

Legatum.Si lego tibi fundum intra quem est palatium, includitur etiam palatium.text.est not.cum glo. in l.vxori vsumfructum villæ.ff.de vsufruct.legat.secundum Bald. in l.j.in princip.C.communia de legatis.

CCCLIX.

Legatum.Lego Titio sub hac conditione,Si Seius hæres erit,Titius interim decedens nõ transmittit. casus est singular. in l.in conditionibus. in versicul. ff. de conditionibus & demonstrationib.secundum Bald. in l. vnica.in fine princi. C.de caducis tollendis. non ob.l.hæc verba. ff.de legatis primo.quia fuit hic intentio testatoris facere conditionem.

CCCLX.

Legatum.Legato fundo non cedunt instrumenta.casus est

not.in l.ij.in fi.ff.de fun.inſtruct. ſecus in locatione fundi.l.ſed addes.§.illud.ff.locati.

CCCLXI.

Legatum. Lego vſumfructum infantis: valet legatum,& incipiet cùm adoleuerit. caſus eſt ſingul. in l. ſi infantis.ff. de vſufruct.

CCCLXII.

Legatum. Lego de meis ſeruis duos Titio per ipſum eligẽdos: reliquos verò Seio,repudiante Titio Seius habebit omnes.caſus eſt not.in l.cùm optio.ff.de optio.lega.

CCCLXIII.

Legatum. In legato generali non comprehẽduntur ea quæ habebat teſtator cauſa mercandi. l. generali.§. vxori.ff. de vſufruct.lega.quod eſt verum,ſi ibi ſunt aliqua in quibus poteſt ſubſiſtere legatum : aliàs veniunt venalia & habita cauſa mercandi.caſus eſt ſing. ſecundũ vnum intellectum glo.in l.pediculis. §. item quæritur. ff. de auro & argento lega.

CCCLXIIII.

Legatum. Legato generali vſus & habitationis non derogatur per legatum ſpeciale ipſius rei . caſus eſt ſingul. in l.Sempronius.in princip.ff.de vſufruct.legat.

CCCLXV.

Legatum.Si lego tibi rem tuam quæ eſt alteri obligata, valet legatum, & hæres meus videtur grauatus, vt eam liberet.text.eſt ſingul.in l.ſi tibi homo.in princ.ff.de legatis primo.ſecundum Alexand.in l.creditor.C.de lega.

CCCLXVI.

Legatum.Si lego vinum cum vaſis, veniunt ſolùm vaſa plena vino : quia acceſſorium reſtringitur per principale. text.eſt ſingul.in l.prædiis.cum gl.ff.de legatis tertio.

CCCLXVII.

Legatum. Interrogaui ſemel quendam , Quid vult dicere teſtator,quando dicit lego te tibi, vel cedo tibi actiones quas habeo contra te ? & mirabatur de tali legato. Dixi quòd videtur concedere liberationem. caſus eſt ſingul. in l.ſenatus.§.qui ab hoſtibus.ff.de legatis primo.

CCCLXVIII.

Legatum. Poſſunt legari res affixæ domui , ſi poſſunt amoueri abſque deformatione ædium. tex.eſt ſing. in l.nutu. §.fin.ff.de lega.iij.

CCCLXIX.

Legatum. Quidam legauit vtilitatem domus ſuæ. Quæro quid intelligatur legaſſe? Reſpódeo ſolum vſum.text.eſt ſingu.iuncta gl.in l.ſi habitatio.§.j.ff.de vſu & habita.

CCCLXX.

Legatum eſt matri,ſi non deceſſerit à liberis. Quæro, quid ſi nubat? Reſpondeo quòd nõ dicitur decedere. dictum eſt not.Bart.per illum text.in l.cùm tale.in princip.ff. de condi.& demon.

CCCLXXI.

Legatum. Teſtator legauit centum vxori quoad cum filio ſuo erit Coloniæ, ſufficit quòd ſit in eadem ciuitate , licet non ſtet in eadem domo.text.eſt ſingu. vbi per Bart. in l.qui concubinam.§.vxori.ff.de lega.iij.

CCCLXXII.

Legatarius petens rem legatam debet concludere rem ſibi tradi non dari.gl.eſt not.in §.ſed noſtra.Inſtit.de lega.

CCCLXXIII.

Legatarius.Legatarij grauati de dãdo aliquid licet ſint legatarij ex diſparibus partibus,tenẽtur nihilominus pro virili.caſus eſt ſing.iuncta glo.in l.j.§. ſed vt. C. de cadu. tollen.

CCCLXXIIII.

Luere quis debet in corpus pœnam quã in ære ſoluere non poteſt:debet fieri ſi ille vult,cui pœna eſt applicanda. doctrina eſt Bal.& modernorum in l.fi.ff.de in ius vocan.

CCCLXXV.

Locatio.Loco vſumfructum vſque ad quinquennium, non tranſit conductio ad hæredes cõductoris,per l. viam. C. locati.caſus eſt ſing.ſecundũ Bal.in l. ſi domina. C. de vſufruct.

CCCLXXVI.

Fideiuſſor iudicatum ſolui acceptus in prima cauſa, non tenetur in eo quod iudicatur in cauſa appellationis, niſi aliud actũ ſit.tex.eſt ſing.ſecundum Bart.in l.cùm apud. ff.rẽ rat.hab.Dicit tamen Bal.in l.fi.C. de contrah.emp. quòd lex iſta non procedit in iudice coram quo petita eſſet reductio ad arbitrium boni viri:& ſic mutato iudice extinguitur hæc ſtipulatio. & idem in ſtipulatione de iudicio ſiſti ſecundum Bart.in dicta l.cùm apud.

CCCLXXVII.

Quid diceres de iſto caſu. Aliquis eleuauit manũ me percuſſurus,non tamẽ percuſſit : vtrum ex hoc poſſit agi actione iniuriarum ? Et caſum do tibi ſingularẽ ſecundũ Bar.ꝙ ſic in l.item apud Labeonẽ.§.ſi quis.ff. eo. de quo per Ange.in tractatu maleficiorum in ver.admenauit.

CCCLXXVIII.

Quidam inſtitutus dixit,quòd credebat hæreditatem eſſe reſpuendam, per lapſum trium menſium videtur illam repudiare. iſte eſt caſus ſing.in l.fi.§. ſimilíque modo.C. eo.quem dicit ſingularem Bart.in l.gerit. in ver. ad primum de verbis.ff.de acquir. hæredi. vbi dicit eſſe idem in aditione.

CCCLXXIX.

Tu habes in l. ſi fundus. §.in vendicatione. ff. de pigno. ꝙ poſſeſſor conuentus hypothecaria habet facultatem reſtituendi rem vel ſoluendi debitum. hoc fallit in caſu ſingulari,in quo ſi poſſeſſor neutrũ fecerit non condemnabitur,in l.fi.§.ſi verò creditores.C.de iure delibe. quẽ dicit ſingularem Bart.in d.§.in vendicatione.

CCCLXXX.

Tu ſcis quòd ſpoliatus omnibus bonis ſuis vel maiori parte à nemine poteſt cõueniri,niſi reſtituatur.c. j. de reſti. ſpo.in vj.hoc non procedit de iure ciuili. text. eſt quem alibi neſciuit Bart.in l.ſi te bonis.C.de iure deli.

CCCLXXXI.

Hæreditatem delatam infanti aſcendens per lineam maſculinam poteſt adire : & ante aditam infante defuncto ex proprio priuilegio ſibi quærere:aſcendente non exiſtente,tutor poteſt pro infante adire : ſed ea non adita, non tranſmittitur in maiore infante , aſcendens dictum priuilegium non conſequitur : & tutoris defectum ſupplet iudex.textus eſt ſingularis ſecundum Bart. in l. ſi infanti.eo.tit.

CCCLXXXII.

Plura facta vnius familiæ puniuntur vt plura , ſi de publica vindicta tractatur:aliàs vt vnum.tex.eſt ſingu.in l.ſi familia.eo.tit.& dicas vt ibi per Bartol.in ſua diſtinctione.

CCCLXXXIII.

Tu debes ſcire,quòd ſi extraneus dotet mulierem , quòd ſi tempore promiſsionis non ſtipulatur , nõ poteſt tempore traditionis.l.j.§.accedit. C. de rei vxo. actio. ſecus eſt in patre: quia ſemper ante matrimonium poteſt ſtipulari,vt habetur in l.quotiens.ff.ſolut.matrimo. & ratio eſt in patre, quòd ante matrimonium poteſt quandocunque ſtipulari , licet promiſerit ante : extraneus verò non : quia pater ante matrimonium contractum poteſt ſponſalia à muliere contracta diſſoluere , quod fieri poteſt. l. prima. C. de ſponſa. & ſi eſt in eius poteſtate matrimonium contrahatur,merito eſt in eius poteſtate ſtipulari dotem : ſed hoc non eſt in poteſtate extranei: ſed ſe-

ſed ſecus eſt poſt matrimonium cõtractum: quia in neutrius poteſtate eſt illud diſſoluere inuita muliere. & iſtã rationem aſsignat text. qui non eſt alibi ſecundum Bar. ibi, in l.adoptiuum.§.ſi quis. ff. de iure dotium. & dicit Barto.in dicta l. quotiens.ff.ſoluto matrimo. quòd cùm de iure canonico non poſsit pater diſſoluere ſponſalia, non poterit etiam dotem ſtipulari.

CCCLXXXIIII.

Procuratori poteſt reſtitui fideicommiſſum,& tutori & curatori furioſi.l.reſtituta.in princip.ff.ad Trebellia.l.ſancimus.in princ.C.ad Trebellia.tamen ſcias quia procuratori in rem ſuam reſtitui non poteſt. caſum habes in l. ſi mulier.§.ex aſſe.ff.de iure dotium.quem dicit Bart. nõ eſſe alibi in l.ſancimus.in princ.C.ad Trebellia. & Bart. in dicto §.ex aſſe. colligit quòd per reſtitutionem hæreditatis actiones non transferuntur, niſi fiat ei cui teſtator iuſſerit. de quo per Barto. & doct. in l. ſeruo inuito. §.fin.ff. ad Trebel. vbi allegatur textus iſte. & inter alia dicit ibi Bart.quòd ſi procuratori in rem ſuam eſt facta reſtitutio me præſente, videtur mihi facta. ſed aduerte quòd Bart.in dicto §.ex aſſe.facit vnam oppoſitionem & non ſoluit. Argumẽtatur enim ſic.quæcunque ſunt tranſibilia ſunt ceſsibilia.l.ex pluribus. ff. de admini. tu.ſed fideicommiſſum vniuerſale eſt tranſibile.l. cogi.§. item Meuianus ſcribit.ff.ad Trebel.ergo eſt ceſsibile. pro ſolutione dicit cogitabitis.ſed dicas quòd illa regula procedit negatiuè non affirmatiuè.l. ſi ſtipulatus fuerim.in princip.ff.de ver.obliga.

CCCLXXXV.

In caſibus in quibus minor contra præſcriptionem olim cõtra ſe cœptam & finitam reſtituebatur, hodie ipſo iure ſeruatur illæſus, niſi ſit xxx.annorum præſcriptio. tex. eſt ſingu.in l.ſancimus.& iſta lex habet locum in præſcriptione ſtatutorum, quando eſt talis præſcriptio quæ aufert minori ius ſibi quæſitum: vt declarat Bartol. in dicta l.in fine.

CCCLXXXVI.

Tu habes quòd ſententia generalis nõ parit exceptionem in non proſequutis.l.licet.C.de iudi.quia datur doli replicatio.hoc eſt verum, niſi non proſecuta ſint de appendiciis proſecutorum.text.eſt ſing.ſecundum Bart.ibi, in l.ſi cum tibi.C.de iudi.

CCCLXXXVII.

Contumax etiam verus veniens iudice ſedente pro tribunali, reſtituitur ad totam cauſam.text.eſt ſing.in l.diuus.

CCCLXXXVIII.

Scias quòd forum quem quis ſortitur ratione contractus, non poteſt mutari.text.eſt ſing.ſecundum Bart. in l.iuris ordinem.de quo per Bart.in l.cùm quædam puella.ff.de iur.om.iudi.

CCCLXXXIX.

Tu ſcis quòd per natiuitatem poſthumi rumpitur teſtamẽtum: nec eſt opus querela.inſti.de exhære. libe. §.j. illud procedit in maſculis non in fœminis. text. eſt ſingul.ſecundum Bart.in l.ſi mater.C.de inoffi.teſt. dicitur enim in illa l. ſingu. quòd poſthumus præteritus à matre quæ mutandi teſtamentum non habuit facultatem, videtur cum aliis viriliter inſtitutus: ſed ſi ſint inſtituti extranei, agit querela.

CCCXC.

Si dos incipit à promiſsione, dans de euictione tenetur: ſecus ſi à traditione, niſi intercedat dolus dantis. caſus eſt ſingularis, in lege prima.

CCCXCI.

Lex, cùm quidam.eſt etiam ſingularis tota ſecundum Bart. ibi.habet enim tres partes.& dicitur primò, quòd cùm dos datur ab extraneo marito, quantum ad eum eſt datio ob cauſam, quantum ad mulierem eſt donatio ſimplex: quæ tamen non indiget inſinuatione: & ſic titulus dotis eſt ex parte mariti oneroſus: ex parte mulieris lucratiuus.quod facit ad multa ſecundum Bart. probat etiam à ſpeciali text.ille, quòd ficta donatio indiget inſinuatione: Secũdò probat in §.ſimilique modo. quòd inſinuatio facta ab vno prodeſt ei ad quem donatio porrigitur per conſequẽtiam. Probat & tertiò in §.præterea. quòd promiſſor dotis per curſum biennij conſtituitur in mora.

CCCXCII.

Quando ſubſtitutio vulgaris eſt facta ſimul duobus & copulatiuè, non habet locum in perſona vnius, niſi habeat locum in perſona vtriuſque.text.eſt ſing.ſecundum Bar. in l.quamuis.

CCCXCIII.

Nunquam poteſt iudex imponere perpetuum ſilentium iuxta materiam l.diffamari.C. de ingenuis & manumiſ. niſi primò illi tali fuerit facta bina monitio per iudicẽ de qua in actis appareat. glo. eſt ſingul. & ibi per Angel. in authentic. de hæred. & Falci. §. j. & per Angel. in authen.de eccle.titul.§.ſi quis autẽ. Sed Roman.tenet contrarium in l.quandiu.ff.de acquirend.hæreditate.tamẽ dicit quòd ſemel nunquam potuit tãtum clamare, quòd iudex tulit ſententiam ſecundum opinionem Angel.

CCCXCIIII.

Si ad inſtantiam & inueſtigationem alicuius iudex inquirit: & non probatur inquiſitio, punitur pœna Turpilliani, & condemnatur in expenſis.text. & gl.in l.j.§.incidit ff.ad Turpil.in l.ob hęc verba.ff.de his qui notan.infam. & ibi ſingulariter per Baldum & Angelum.

CCCXCV.

Dictum eſt quòd iudex maleficiorum criminaliter cognoſcens de furto, poteſt iudicare, quòd res ablata reſtituatur: hoc eſt verũ, quando de debito conſtat per cõfeſsionem: ſecus ſi per alias probationes. dictum eſt ſingulare Bal.in l.qui crimen.in vlt.col.C.qui accuſare non poſ.

CCCXCVI.

Iudex poteſt interponere authoritatem rei donatæ etiam exiſtenti in alieno territorio.text.eſt not.in l. data. in fi. C.de dona.

CCCXCVII.

Non ſolum eſt inimicus alterius ille, qui facit iniuriam: ſed ille qui conatur & libenter faceret ſi poſſet.glo. eſt aurea in l.Athletæ.§.dat remiſsionem.ff.de excu.tu. ſecundum Bald.in l.j.C.ſi quacun. prædi. pote. & ibi dicit etiã Bal. per illum text.quòd ſi iudex ordinarius eſt ſuſpectus, nõ eſt ſuſpectus vicarius, niſi eadem ratio ſuſpitionis reperiatur in vtroque.

CCCXCVIII.

Interpretatio eſt extenſiua, vbicunque deficiẽtibus verbis legis, trahitur legis effectus ad aliud per ſimilitudinem rationis. text.eſt melior de iure ſecundum Bald. ibi, in l. ſi furioſi.C.de nupt.quod dicit eſſe notabile.

CCCXCIX.

Non refert à quo quis ſit impeditus, dummodo fuerit impeditus. glo.eſt not. in l.ſi præſidi.C.de dona.ante nupt. & ibi Bald. inducit ad quæſtionem de equo impedito curſu ad brauium: quod tamen non debet habere brauium.

CCCC.

Iocalia quæ mittuntur à conſanguineis viri vxori & econtra, præſumuntur donari.text.eſt in l. cùm plures.§.cùm tutor.ff.de admin.tut.ſecundũ Bal.in l.ij.C.de iure dot.

CCCCI.

Interruptio etiam momenti deſtruit tempus vſucapionis. dictum eſt Bald.per illum text.in l.j.C.de vſucap. tranſforman.in verb.continuum.

CCCCII.

In cõtractibus innominatis fauore dotis etiam re integra

non habet locum pœnitentia. casus est singul. in l. si ego. §. si res. ff. de iure dot. secundum Baldum in l. sicut. C. de actio. & oblig.

CCCCIII.

Iudex quando debet adesse in certo loco, non creditur ei nisi legitimè probet. text. est notabil. in l. si quando. C. de statuis & imaginibus.

CCCCIIII.

Multi sunt qui de iure non debent torqueri propter dignitatem. Sed vellem scire, quid si iudex torquet talem? Dicas quòd capitaliter venit peniendus. text. est no. vbi per Angelum in l. decuriones. C. de quæstio.

CCCCV.

Ingratus dicitur ille qui non præstat obsequiũ necessariũ. glo. est singul. in l. solo. vbi per Salic. C. de liber. cau.

CCCCVI.

Innuntiatio habet interrumpere præscriptionem. Bart. per illum tex. in l. si ager. ff. quibus mod. vsusfruct. amit.

CCCCVII.

Iuramentum potest deferri in ecclesia: vt probatur in l. generaliter. §. fin. C. de iureiur. Est enim quædam religio.

CCCCVIII.

Iudex ex officio potest inquirere de conditione testis. glo. est in l. j. ff. de magist. conuenien. quam dicit singularem Bald. in l. quos prohibet. ff. de postulan.

CCCCIX.

Iudex accepit pecuniam vt committat aliquam iniustitiã, & pœnitet antequam committat, non euitat pœnam. casus est singul. in l. & generaliter. §. j. ff. de calumnia.

CCCCX.

Iudex cognoscẽs ex prorogatione in alieno territorio, debet seruare statuta sui loci non territorij in quo cognoscit. glos. est singu. in clemen. j. de foro competenti. secundum Bald. in l. fi. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

CCCCXI.

Si iudex ordinarius processit tanquam delegatus cùm non esset, non valet processus. text. est not. iuncta glo. fi. in capitul. ex literis. de officio delegat. Alexand. in l. si per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

CCCCXII.

Si litigatum est coram incompetenti iudice scienter, adeò quòd videtur prorogata iurisdictio, & postea instantia pereat, & de nouo inchoetur, in hac secunda instantia, non poterit declinari iudex. Angel. in l. si quis postea. ff. de iudic. Alexand. in l. si conuenerit. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

CCCCXIII.

Si iudicis negligentia absorbet ius partis, tenetur ad totale interesse, si partim ad particulare. dictum est not. Bal. per illum text. in l. si quando. in fin. C. de testi.

CCCCXIIII.

Si iudex supersedeat forte causa vexãdi excipientem quem sæpe citat ad audiendum suam deliberationem, si tertiò humiliter requisitus non pronuntiat, super ea poterit ex hoc grauamine appellare. Dictum est not. Ioan. Andræ. in capit. dilecti. de appella. secundum Abb. in capit. ex parte. eo. titul.

CCCCXV.

Iudex condemnauit in decem, & si non soluerit condemnatus intra certũ terminũ amputetur sibi manus: iudex tamen potest facere executionem in bonis. Dictum est singulare Bartol. in l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio.

CCCCXVI.

Si post conclusionem in causa iudex recipiat probationes quæ non poterant fieri, nisi ante conclusionem in causa, videtur illam pronuntiationem reuocare. Dictum est dominorum de Rota cõclusione incipiente. Item si post conclusionem in causa. Anton. de But. & Imol. in capit. auditis. de procu.

CCCCXVII.

Iudex dolosè negligens facere iustitiam, tenetur ad totalẽ æstimationem, sicut iudex si malè iudicauit. gloss. in l. argentarius. §. cùm autem. ff. de eden. Barto. in l. fi. ff. de variis & extraordin. cognitio.

CCCCXVIII.

Si iudex in præcepto nullam certam pœnam expresit, & velit postea inobedientem mulctare, non poterit postea excedere metam taxatam in l. eos. C. de modo mulctar. secus si in pręcepto fuisset expressa certa pœna etiam excedens metam taxatam. Dictum est singulare Oldra. consilio xv. incipiente, circa processum. refert Alex. in l. j. §. j. ff. si quis ius dicen. non obtem.

CCCCXIX.

Iuramentum in defectum non potest deferri nisi parte aduersa citata. Bal. in cap. j. in princ. de controuer. inuesti.

CCCCXX.

Interuallum non vitiat alios contractus vltra stipulationẽ. glo. not. in l. si stipuler. §. fin. ff. de ver. oblig. hoc tamen fallit in contractu innominato: quia non erit contractus innominatus, nisi quando eodem instãti do vel facio eo acto, vt tu tunc aliquid des vel facias. Nam si darem vel facerem, & postea ex interuallo ageretur inter nos, vt aliquid dares vel faceres, non diceretur contractus innominatus: imò ille actus vltimus erit alius contractus, puta mandatum: vt notabiliter colligitur in l. si cùm fundum. cum glo. j. ff. de pactis.

CCCCXXI.

Instantia non finitur per sententiam nullam: quia iterum iudicatur ex eisdem actis. glo. & Bart. in l. si vt proponis. j. C. quomodo & quando iudex. vt quia fuit lata tempore feriato.

CCCCXXII.

Instantia in causa appellationis potest prorogari partium consensu. text. est singular. in lege fin. §. si autem. C. de temporibus appellatio.

CCCCXXIII.

Iuramentum calumniæ præstatur à coniuncta persona, quando agit pro coniuncta, & iurat in personam suam. Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. & iuramentum calumniæ potest præstari vsque ad conclusionem in causa. glo. notabilis in cap. ex literis. de iureiur.

CCCCXXIIII.

Actio iniuriarum non datur inter coniuges: quia infamat. Sed datur actio in factũ. Ioan. And. in addi. Spe. in rub. de iniu. Bart. & moder. in l. diuortio. §. si vir. ff. solu. mat.

CCCCXXV.

Iniuria facta famulo videtur facta domino. glo. singularis in l. si quis homicidij. C. de accu. intellige quando est facta in eius contumeliam. Bartol. in l. j. in fi. ff. de iniur.

CCCCXXVI.

Iniuriam facit & actione iniuriarum tenetur ille, qui dicit alteri, tu es pauper. text. est not. in l. si creditores. in fi. ff. de priuile. credi.

CCCCXXVII.

Iniuriam facit, qui ab idoneo fideiussorem petit. text. est not. in l. testamento dato. §. fi. ff. de testa. tut.

CCCCXXVIII.

Iniuriam remissam iudex inquirit propter publicũ interesse. gl. est not. in l. diuus. ff. ad Sylleian. Bar. in l. j. §. vsque adeò. ff. de iniur.

CCCCXXVIII.

CCCCXXVIII.

Iniuriam factam sedi apostolicæ non potest papa remittere.glo. est singu. in cap.tanta. de excess. præla. nec alius prælatus factam ecclesiæ suæ.glo.est singu.in ca.conquestus.de fo. compe.nec alius clericus.glo.in ca.si diligenti.de fo.compe.

CCCCXXIX.

Qui de alio seminat malam famam,præsumitur eius inimicus.text.est not.in l.si inimicitiæ.ff.de his qui.vt indig.

CCCCXXX.

Sicut per traditionem instrumenti videor tradere possessionem rei de qua fit mentio in instrumento.l.j.C.de donatio. sic si postea inscidatur tale instrumentum: quia donatarius inscidit de voluntate donantis,per huiusmodi inscisionem dicitur re translata possessio in donantem.glo.est sing. in l.ab emptione. ff. de pact.secundum Bald.in præludiis feu.

CCCCXXXI.

Instrumentum factum inter alias personas semiplenè tantum probat.Bart.in l.admonendi.ff.de iureiuran. Accipe singularem limitationem nisi concerneret fauorem dotis: quia plenè probabit. Dictum est singulare Barto. in consilio incipiente, Factū sic se habet, Titius & Seius.

CCCCXXXII.

Quando statutum requirit insinuationem fieri testamenti coram prætore, poterit citari clericus institutus hæres coram iudice,& tenebitur comparere. Dictum est notabile Bald.in l. testamenta.C. de testament.& facit quod voluit Ange.in l.j.§.hęc stipulatio.ff.si cui plus quàm per legem Falci.quod in inuentario conficiendo potest citari clericus creditor vel legatarius coram iudice laico.

CCCCXXXIII.

In his in quibus quis contrahit post vigesimumquintū annum, intra illud quadriennium intra quod potest petere restitutionem, non restituitur.text. est singu. secundū Bart.in l.doli.§.diuersum.ff.de nouatio.fallit in casu l.si. C.de repudian.hæredita.

CCCCXXXIIII.

Apud eum qui mandauit seu cessit actiones,remanet directę:& ideo ei potest solui,nisi in tribus casibus ibi expressis.text.est singul. secundum Bart. in l.si delegatio.C. de noua. Et hanc l.intellige, quando apud cedentē aliquid remanet: secus si nihil: vt quia cedens habebat solum vtiles.de quo per Barto.in l. ex asse.ff.ad Trebellia.

CCCCXXXV.

Alimenta repetuntur, licet nōn gesserit animo gerendi negotia alterius.casus est sing.secundum Bart.in l.patrem. C.de nupt.

CCCCXXXVI.

Cùm de tempore nuptiarum fit mentio, intelligitur de die quo nuptiæ celebrantur. Iste est casus singularis secundū Bar.in l.sancimus. de nup.Et hoc quādo fit dispensatio per verba de præsenti secundum Bar.& de limitatione istius l.vide per Bart.in l.pen.ff.de vulg.& pupil.

CCCCXXXVII.

Notario condemnato de falso, potest iudex ex causa reseruare confectionem instrumentorum. ponunt doc.in l.& militi. C. de testa. mili. de quo per Bartol. in l.si quis in principio.§.miles.ff.de lega.tertio.

CCCCXXXVIII.

Si est notarius condemnatus de crimine famoso,si reuocatur in dubium, an instrumentum scriptum per eum ante condemnationem sit scriptum manu sua, potest super hoc esse testis .glo. habes singularem in authen. de instrum. fide. & caute.§. quod si tabellio. in ver. defunctus.secundum Ange.in l.j.C.de testa.

CCCCXXXIX.

Notarius celans protocollum suum dicens, se non esse rogatum cùm esset: punitur de falso. Bald. latè in l. eum qui.C.de fal.quod valde singulariter limitat Ioan. Andre.in titul.de instru. edit.§.j.in princ. nisi præcessisset diuturnitas temporis & esset bonæ famæ.

CCCCXL.

Notarius qui ad mandatum superioris non vult conficere instrumentum, potest priuari officio tabellionatus. dictum est notabile Bald. per illum text. in l. prouidendū. C.de postulan.

ADDITIO.

Adde Roma.singul.cclxiij.

CCCCXLI.

Notarius si dicat quòd testator sibi imposuit, quòd non ostenderet instrumentum,nisi certo tempore,sibi non creditur.Imol.in l.pupillares.ff.quemadmodum testamen. aperiantur.licet Bart.in §.j.dixerit cogita.

CCCCXLII.

Notarius tenetur solùm de dolo & lata culpa: vt notabiliter probatur in l.vbi.ff.de eden.vbi per Bal.& moder.

CCCCXLIII.

Notarius non potest cogi inuitus post quinquennij tempus, quo cœpit exercere officium. dictum est notabile Bart.in l.j.C.de tabula.lib.decimo.

CCCCXLIIII.

Notarius si dicat in instrumento,consules fecerunt sic,& erant viginti,per hoc præsumitur factum ab omnibus seu à maiori parte: quia potest verificari in duobus. Pe. de Anc. & Imol.in ca.quanto. de his quæ fiunt à maio.parte capitul.

CCCCXLV.

Notariatus officium non potest prorogari de partium voluntate: Vnde si notarius non potest conficere instrumētum nisi in vno loco,non potest de partium voluntate alibi conficere: vt probat not.Bald.per multa in l.repetita.C.de epis.& cleri.

CCCCXLVI.

Si notario est commissa nuda receptio testium: vt quià sibi data sunt capitula & interrogatoria limitata, super quibus haberet examinare testes: tamen si aliqua contingentia addat: & super illis testes respondeant,valebit. dictum est notabile Innocen.in capi. cum Berthol.de re iudi.Alexand.in l.ij.in prin. ff. de iurisdictio. omni.iud.

CCCCXLVII.

Nuntius qui semel citauit,& nulliter, poterit iterum citare virtute primę commissionis. dictum est notabile Bal. in l.qui per salutem.ff.de iureiuran.

CCCCXLVIII.

Licet ex pacto nudo non oriatur actio:fallit,vbi ex non obseruātia promissorum aliquod damnum est aliquis passus: quia ad illud agere potest actione de dolo. casus est sing.in l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. & sic secundum Bart.ibi limitatur totus titulus de pac.

CCCCXLIX.

Naucleri nauium non possunt retineri ratione debiti vel delicti aliàs commissi in loco. dictum est notabile Bart. per illum text.in l.j.C.de naucu.lib.xj.

CCCCL.

Nuptiæ indignæ & turpes dicuntur considerata qualitate viri:vt si aliquis duceret suam famulam. Bart. in l.iij.C. de nupt.in l.si rogatus.ff.de manu.vindi.

CCCCLI.

Potest aliquis capi in nundinis pro maleficio. probat text. notabilis in l. ij. C. de exhiben. reis. in verb. nundinas. quem ad hoc allegat Bal. in l. j. C. de nundi.

CCCCLII.

Nepos ex filio spurio potest institui ab auo cessante legitima sobole: vt magis communiter concludunt doct. in l. Gallus. §. quod si is. ff. de libe. & posthu. per text. in ratione sui in l. fi. C. de natura. libe. & ibi per glo. & doc. quod tamen notabiliter limitat Bart. non procedere, quando ille esset nepos ex filio incestuoso. in l. si quis incesti. C. de incest. nupt.

CCCCLIII.

Nepos ex filia non dicitur descendens seu coniunctus per virilem sexum: secus in nepte ex filio. glo. est valde notabilis in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liberis & posthumis. & ibi Bald. & Moder. inducunt ad decisionem pulchræ quæstionis.

CCCCLIIII.

Quæro, fuit relictum aliquid in tempus nuptiarum seu pro dote: quãdo potest peti, &c. Et respondeo, quòd si est tale quod est relictum maiori intelligitur de festiuitate nuptiarum, quando scilicet contrahitur matrimonium per verba de præsenti: etiam si non ducatur ad domum viri: quia ad nuptias non requiritur ductio ad domum. glo. in l. cùm fuerit. ff. de conditionib. & demonstratio. Sed si relinquitur minori, tunc duo requiruntur: scilicet, ætas adulta, & dies nuptiarum. pulchra est doctrina Bartol. in l. Titio centum. §. Titio genero. in vltima colum. ff. de conditio. & demonstra. & suprà adductus est text. in l. sancimus. C. de nupt.

CCCCLV.

Quæro, an ista conditio, cùm nupserit, habeat aliquod tempus limitatum? Et respondeo quòd sic: scilicet, trienniũ post pubertatem. dictum est no. Bart. in l. ij. §. fi. C. quando & quibus quarta pars debeatur. libro decimo. Et ibi est casus mirabilis secundum Bart. in quibusdam partibus sunt quædam monasteria habentia magna territoria, & dant in emphyteusim possessiones vsque ad tertiam generationem masculinam & fœmininam nubentium in territorio monasterij, ibi est casus, quòd expectatur triennium post pubertatem an nubat & cui.

ADDITIO.

Adde Corset. sing. xlvij. in verb. conditio. ij. incip. ista conditio.

CCCCLVI.

Quæro, testator grauauit hæredem, vt daret centum filiæ absenti, cum nupsisset, & iam filia erat nupta: an intelligatur relictum de nuptiis præsentibus, an futuris? Et respondeo, quòd intelligitur de futuris: nisi pater ignorauerit filiam esse nuptam. text. est not. in l. si ita est scriptum. §. fin. ff. de legatis secundo.

CCCCLVII.

Tu scis quòd legatum potest relinqui nutu. l. nutu. ff. de leg. iij. Quæro qualiter scribet notarius? Respondetur quòd debet sic scribere. Cum talis propter accidens loqui nõ possit, interrogatus, assensit humeris vel annuit capite. dictum est Bartol. in dicta l. nutu.

CCCCLVIII.

Quæro, Nuncius portat ciuitati victorias principis: an possit petere vel recipere aliquid à ciuitate cui bona noua portat? Et respondeo quòd non. tex. est not. in l. j. C. publicæ lætitiæ. li. xij. sufficit enim sibi salariũ quod habet.

CCCCLIX.

Vidi semel vnum contractum factum de nocte, & opponebatur quòd ille non interfuit in contractu, testes dicebant quòd sic, interrogaui an tunc ibi essent luminaria? & fuit mihi dictum quòd non. & tunc adduxi Bartol. in l. non minorem. C. de transact. qui dixit, quòd quando contractus fit de nocte, debent interuenire luminaria, per text. allegatum per eum.

CCCCLX.

Nota vnum casum singularem in quo repudians hæreditatem instituentis eum, non solum priuatur hæreditate, verum etiam omnibus bonis quocũque titulo ad eum deuolutis per instituentem. in l. hæredes. C. de omni agro deserto. libro vndecimo. Ex quo text. colligit ibi argumen. Bartol. quòd institutus à debitore communis Perusij, si repudiat eius hæreditatem, priuatur omnibus bonis suis quocunque titulo ei acquisitis à testatore. quod est pulchrum. hoc tamen secundum Angelum ibi est speciale fauore fisci: ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. ff. de legi. text enim iste loquitur in debitore tributario.

CCCCLXI.

Officialis qui à syndicatu non est absolutus rediens in patria, potest ibi perpetuò conueniri. gl. est sing. in l. ij. ff. ad legem Iuliam repetundar. de qua gloss. exclamat Angel. in l. iubemus. C. eodem.

CCCCLXII.

Officialis in officio delinquens debet percuti ictibus plũbatorum. text. vbi per Barto. in l. quilibet. C. de decurio. libro decimo.

CCCCLXIII.

Officialis si dubitat ne in aliqua domo committatur aliquod maleficium, potest ingredi & inquirere. Dictum est Bart. in l. omnes. C. de aquæductu. libro vndecimo. pro hoc, quia ad iudicem pertinet ne maleficia committantur. l. illicitas. in prin. l. congruit. ff. de officio præsidis.

CCCCLXIIII.

Ille qui permittit sibi parari obstaculum, videtur renuntiare iuri suo: vt si quis permittat ædificari in loco vbi sibi debetur via. casus est not. in l. si stillicidij. ff. quemadmodum seruitutes amittantur.

CCCCLXV.

Oblatio in contractibus innominatis non habet impedire pœnitentiam. gloss. notabil. in l. iurisgentium. ff. de pactis. & non habet vim implementi, vt competat actio ei qui obtulit. Baldus tamen in l. ex placito. in xviij. quæst. C. de rerum permutat. limitat hoc, nisi depositio & consignatio facta esset: quia habet vim solutionis ante pœnitentiam. Alexand. in dicta lege, iurisgentium.

CCCCLXVI.

Si aliquis obligat res suas pro filio contra senatusconsultũ Macedonianum, sibi succurritur. tex. est not. in l. si alius. ff. quæ res pign. obligar. pos.

CCCCLXVII.

Licet conditio furtiua non infamet: tamen aggrauat opinionem apud bonos & graues viros. gloss. est singul. in l. sed si hac. §. prætor. ff. de in ius vocand.

CCCCLXVIII.

Oblationes quæ fiunt imagini quæ est posita in aliquo muro, debent esse ecclesiæ parochialis, in cuius parochia illa imago est posita, non autem domini loci: vt notabiliter concludit Abb. in cap. dilectus. de offic. ordin. & bene facit glo. in l. statuę. ff. de vsufruct. quòd secularis non potest habere vsumfructum rei religiosæ. & hanc gl. reputat singul. Abb. in capit. quoniam. de deci. in capit. nimis. de excessi. præla. de quo etiam per Abb. in capit. pastoralis. de his quæ fi. à præla.

CCCCLXIX.

Si pater dissipat bona sua etiam non subiecta restitutioni, potest

potest officio iudicis cogi ad instātiam filij ad assignandum sibi legitimam: vel saltem tot bona quæ ascendant ad perceptionem alimētorum. dictum est singular. Bald. in l.ij. ad fin. C. si quid in fraudem patroni. refert Alexand. in l. Imperator. ff. ad Trebellianum.

CCCCLXX.

Est statutum in vna ciuitate, quòd proconsules nō debeant ire ad sepeliēdum corpus alicuius. modò quidam mortuus est in lōginquis partibus, & ossa portantur ad ciuitatem: an poterūt interesse? Bartol. quòd sic, per illū tex. in l. locū. §. prętor. ff. de religio. quia ossa nō sunt cadauer.

CCCCLXXI.

Quæro, aliquis vendidit oues, an videatur vendidisse agnos. Et respondeo quòd non, nisi aliter sit de consuetudine. Dictum est Bartol. in l. legatis. §. final. ff. de legat. iij.

CCCCLXXII.

Si maritus legat vxori suæ vestes suas, veniunt omnia ornamenta. tex. est not. in l. vestes. in fin. cum l. sequenti. ff. de auro & argento legat.

CCCCLXXIII.

Si tu vis scire quæ sunt ornamēta equorū, & quæ sint licita & quæ nō, vide tex. in l. j. C. nulli lic. in frænis. libro vndecimo. vbi pro ornamēto equorum possunt imponi gemmæ, exceptis margaritis, smaragdis & hyacintis.

CCCCLXXIIII.

Onus. Testator quidam iniunxit onus morandi in certo loco, an valeat? Et respondeo quòd non: quia cōtinet speciem seruitutis. Bartol. in l. libertis. §. final. ff. de aliment. legat. Fallit in liberto, vt ibi.

CCCCLXXV.

Officium. Dum semel irem ad ecclesiam, quidā interrogauit me, quia procōsules dederāt sibi quoddam officium, ex quo habebat lucrum: voluit scire an illud officium transiret ad hæredem suum post mortem suam? Respondi quòd non. adduxi tex. ex Bar. in l. j. de fideiuss. tut.

CCCCLXXVI.

Officium iudicis. Qui iniustè inquietatur potest proponere officium iudicis ne inquietetur. tex. est not. secundum Bald. ibi, in l. j. in fi. princip. C. communia de manum.

CCCCLXXVII.

Offerēs se defendere ac si possideret, intelligitur, quòd promittat restitutionem rei sub pœna nō interesse: vt singulariter vult Bartol. in l. iij. §. quid ergo. ff. de alien. iudicij mutandi causa facta. & qui se offert defensioni rei quam non possidet & desistit, actione de dolo ad interesse tenetur. text. est in l. si de Titio. ff. de donationib.

CCCCLXXVIII.

Offendi. Si aliquis timet offendi, potest à iudice petere securitatem quam debet præstare cum fideiussoribus, si non possidet immobilia, quam debet promittere pro se & familiaribus & complicibus suis: vt notabiliter declarat Bartol. in l. illicitas. §. ne potētiores. ff. de officio præsidis. vbi etiam dicit, quòd debet præstare pro me & amicis meis. Dicit etiam quòd tenetur, si offenderit me in alieno territorio, & quanto tempore duret, relinquitur arbitrio iudicis: & effectus cautionis erit, quòd iudex acrius puniet eum. Et adde notata per Bartol. & Modernos in l. qui bona. ʃ. si quis. ff. de damno infect.

CCCCLXXIX.

Si tu vis scire quòd actionum aliæ sunt natiuæ, aliæ sunt datiuæ, vide text. singul. in l. iurigentium. §. & ideo puto. ff. de pactis. Natiuæ sunt illæ quæ habent materiam sufficientem præexistentem à qua oritur. Datiuæ sunt quæ præexistentem sufficientem materiam non habent: simile vides in hominibus. nam Adam potest dici datiuus. fuit enim à Deo principaliter productus. Alij autem homines qui ex patre & matre nascūtur, possūt dici natiui.

CCCCLXXX.

Actiones descendentes ex maleficio ipso iure tollūtur per pactum. text. est singularis secundum Bart. in l. si tibi. §. quædam. ff. de pactis. Et ratio est, quia actiones descendentes ex maleficio non causantur ex consensu: & ideo sunt debiles. Item cùm sint pœnales sunt odiosæ.

CCCCLXXXI.

Quæro quando dicatur aliquid fieri incontinenti? & gloss. in l. in bonæ fidei. C. de pactis. dicit, quòd illud quod fit in ingressu contractus in ipso contractu vel incontinenti post. & Bart. adducit tex. ad hoc in l. iij. C. de ædili. actio. dicit quòd nescit alibi ita bene. & tu adde etiam gl. in l. penul. C. de pactis inter emptorem & venditorem.

CCCCLXXXII.

Quilibet maior etiam sine mandato admittitur ad defendendum absentem, & ad agendū pro coniuncta persona potest admitti: & ipse minor etiam sine mandato admittitur ad defendendum patrem absentem, cùm contra eum possit perueniri ad diffinitiuam sententiam. text. est singularis secundum Bart. in l. exigendi. C. de procu.

CCCCLXXXIII.

Si conceditur mihi priuilegiū & omnibus descendentibus masculis & fœminis, descendentes per lineam fœmininam ita demum fruuntur priuilegio, si sint viduæ, nō autem si ad secundum matrimonium cōuolauerint. textus est singularis secundum Bart. in l. quoties. C. de priuile. schola. lib. xij. Et potest esse ratio, quia postquàm virum assumunt in totum, ad alium dicuntur se transferre, & statum suum mutare: vt notatur in l. mulieres. C. de dignita. lib. xij. quod est pulchrum.

CCCCLXXXIIII.

Tu scis quòd iussus patris debet præcedere, quando filius adire vult hæreditatem. in l. si quis mihi bona. ʃ. iussum. ff. de acquiren. hæredi. tamen si filius detinuit hæreditatem per lōgum tempus: scilicet decem annorum, præsumuntur omnia solenniter acta. text. est quem Bart. alibi nesciuit in l. si filius. C. de peti. hæredit. & de iure canonico adde text. cum ibi notaris in c. continebatur. de his quæ fiunt à prela.

CCCCLXXXV.

Tu scis quòd in contractibus nominatis non est locus condictioni ob causam. l. fin. ff. de condictione ob causam. Accipe singularem limitationem: quia ob hoc non procedit, quando non seruatur pactum quod principaliter dedit causam cōtractui. iste est casus singularis in l. cum te. C. de pactis inter empto. & vendi.

CCCCLXXXVI.

Præsentes dicuntur illi, qui sunt in eadem prouincia: & debet inspici vbi partes habent domicilium, non vbi res est sita. Item ad præscriptionem non requiritur sciētia eius contra quem præscribitur. iste est text. sing. secundū Barto. in l. fin. C. de præscrip. longi tempo. Et not. ibi gl. notabilem secundum Bar. quòd in locis in quibus ciuitas habet sua regimina, habet locum lex ista. & adde quod notabiliter voluit Bar. in l. infamem. in finalibus verbis. ff. de publicis iudi. & dum dicitur, quòd ad præscriptionem non requiritur scientia eius cōtra quem præscribitur, declara notabiliter vt per Bart. in l. j. ʃ. si quis. ff. de itinere actúque priua. nam propter iustam ignorantiam potest in integrum restitui. istud tamen quod dicitur in ista lege nō habet locum in præscriptione annali. l. cùm lex. ff. de ædi. edicto.

CCCCLXXXVII.

Per præscriptionem lōgi temporis quæritur ius vendicandi. idem per præscriptionem longissimi temporis bona fide factam: sed malæ fidei possessor solam exceptionem acquirit, & violentus inuasor non potest referre quæstio-

nem dominij. iste est text. sing. in l. si quis emptionis. C. de præscriptione xxx. ann. & dicit Bar. quòd est tota sing. dicit etiam quòd ille versiculus, sed hoc super. non est alibi. & quamuis sit regula quòd agenti possessorio recuperandæ non obstat exceptio dominij: tamen hoc est singulare, quòd agenti petitorio nomine non obstat exceptio dominij: quando agens agit cõtra spoliantem: vt in dicto versicu.

CCCCLXXXVIII.

Si res euincitur ex causa antecedenti contractum, tenetur venditor de euictione: secus ex causa sequenti post contractum. & emptor debet denuntiare venditori vt adsit causæ agendæ. textus est singula. secundum Bartol. in l. post perfectam. C. de peri. & commo. rei vẽdi: ex quo dicit Bart. quòd nõ sufficit simpliciter denuntiare: sed debet dicere: denuntio tibi vt adsis causæ agẽdæ, & venias ad defendendum. quod est singulare.

CCCCLXXXIX.

Si tu vis scire casum, in quo contra absentem peruenitur ad condemnationem in crimine capitali, vide text. singularem secundum Barto. in l. ne diu. C. de pœnis. & ibi dicit Bald. quòd illud quod absens non posset cõdemnari, est introductum de iure positiuo: & ideo statuta ciuitatis quæ contrarium disponunt, tenent per istam legem. & Baldus in rubri. C. commina. vel epistol. in fine dicit, quòd valent statuta, quòd propter contumaciam possit quis condemnari ad pœnam corporalem: secus de iure communi.

CCCCXC.

Plures officiales delinquentes in officio tenentur insolidũ: sed executio fit pro parte, nisi alter non esset soluẽdo. Iste est textus singul. secundum Barto. in l. si multi. ff. de publicia. quem textum allegat Bald. in rubr. C. de pœna iudi. qui malè iudi. quòd si plures collegæ tulerunt vnam sententiam, quilibet tenetur pro parte.

CCCCXCI.

Quãdo aliquis damnatur ad tempus, nec tempus exprimitur, intelligitur de decennio. textus est singula. qui alibi non reperitur secundum Barto. in l. sine præfinito. ff. de pœnis. Bald. in l. j. C. de postulan. Sed vbicunque quis dãnatur simpliciter, intelligitur perpetuò. l. si seruus. C. de pœnis. Barto. in l. si adulterium. §. j. ff. de adul. & vbi lex dicit in diebus illis, intelligitur de duobus. glo. in l. eum qui Calendis. ff. de verborum obligatio. & vbi lex dicit de tribus terminis, intelligitur de tribus annis. textus notabilis, vbi Barto. in l. iij. ff. de annu. leg.

CCCCXCII.

Passiones & motus præsumũtur durare. gloss. est singula. in c. cũ inter canonicos. de electione. in ver. recusatus. quã allegat Alexand. in l. furiosum. C. qui testa. facere possunt. ad illud quod semel furiosus semper præsumitur furiosus.

CCCCXCIII.

Princeps in arduis committit examinationem: sed sibi reseruat deliberationem. text. est no. in l. j. C. noua vecti.

CCCCXCIIII.

Pro pœna criminali non sunt bona obligata fisco. allegatur semper glo. in l. rescriptum. ff. de pactis. sed tu accipe tex. notabile in l. res vxoris. C. de dona. inter virum & vxorẽ.

CCCCXCV.

Si per statutum imponitur pœna, ipso iure non augetur vel minuitur illa pœna per confessionem, vel negationem, stante statuto, quòd confitenti minuatur, vel neganti augeatur. dictum est singulare Bart. in l. si id quod. §. j. ff. de pecu. lega. Bal. in l. ea quæ C. de condict. indebi.

CCCCXCVI.

Sicut iudex pœnam impositam à lege ex causa potest augere vel minuere: ita pœnam impositam per consuetudinem. dictum est notabile Abb. in cap. de causis. de offi. deleg.

CCCCXCVII.

Si statutum imponit pœnam, quòd aut soluat centum, aut amputetur manus: iudex semper debet eligere pecuniariam. dictum est singulare Bald. in l. Lucio & Titio. ff. de lega. ij. quia isto casu non est propria pœna alternatiua: sed est pœna corporalis in defectum pecuniariæ.

CCCCXCVIII.

In casu quo in pœnis alternatiuis electio est rei: tunc si in istis alternatiuis reus eligeret grauiorem pœnam: mos non est ei gerendus: maximè si irrationabilis est: vt quia dicit statutum, aut soluat centum aut fustigetur. pone quòd vnus qui est soluendo auaritia ductus, magis vult fustigari: certè non est audiendus. Dictum est notabile Fulgosij, in l. quicunque. C. de ser. fugi.

CCCCXCIX.

Respiciens personam non debet restitui per emptorem agẽtem redhibitoria: vt quia per seruum emptum passus est iniuriam: & cõsecutus est æstimationem iniuriæ. tex. est in l. bouem. §. si quis seruum. ff. de ædilitio edict.

CCCCC.

Papa concessit religiosis, vt non possint excommunicari vigore decimæ papalis: tamen propter hoc non videtur remissa decima. dictum est notabile Bald. per illum textum in l. omnibus. C. de vectigalibus & commissis.

CCCCCI.

Si in protocollo reperiuntur in vno contractu renuntiationes, non intelliguntur repetitæ in alio cõtractu. dictum est Bald. per illum textum, in l. circa. C. locati.

CCCCCII.

Petitio. quãdo alicuius rei est denegata petitio, rescriptum impetratum præsumitur surreptitium. text. est in l. nefandissimum. C. si nupt. ex rescript. petan.

CCCCCIII.

Si imponitur illi pœna qui extraxit triticum ex forma statuti, non punitur ille qui inuentus est in via. gl. est notabil. & ibi per Bald. in l. cum in te. C. de don. ante nupt.

CCCCCIIII.

Pœna dicitur lucrum ex parte lucrantis. text. est quem ponderat ibi Bald. in l. j. C. si rector prouinciæ.

CCCCCV.

Protestatio tantum valet quantum valet actus super quo interponitur: quia postquam non stat per eum, lex supplet. l. facta. §. si sub conditione. ff. ad Trebellianum.

CCCCCVI.

Priuilegium dicitur esse quoddam ius extraordinarium. tex. do tibi notabilem in l. pecunia. C. de priuileg. fisc.

CCCCCVII.

Pactum quod tenear tibi perpetuò seruire, est ipso iure nullum. gloss. est notabilis, vbi per Baldum in l. post certi. C. de liberali causa.

CCCCCVIII.

Pretium non venit appellatione damni: quia ponuntur tanquam diuersa in l. j. & ibi per Bald. C. de ædili. actio.

CCCCCIX.

Volui semel scire quis dicatur habere proprietatem plenam: & reperi text. meliorem de iure secundum Bald. in l. fœminæ. §. final. C. de secund. nupt. quòd ille qui habet proprietatem

proprietatem & vsumfructum & potestatem alienandi.

D X.

Si scribitur sic in literis, dabitis plenam fidem præsentium latori in his quæ vobis dixerit: fit præiudicium scribenti. dictum est Bart. in l. quicunque. ff. de instito.

D X I.

Est præsumptio erroris in facto proprio quando tractatur de damno vitando. Bartol. in l. cùm de indebito. ff. de probationibus. & est gloss. ibi, quòd eo ipso quòd probo indebitum præsumitur error. & est text. in l. sed si me pu tem. in principio. ff. de condictio. indebit. Bartolus in l. non fatetur. ff. de confess.

D X I I.

Qui promittit in aliquo loco respondere, videtur promittere de comparendo & soluendo. tex. est not. vbi per Bal dum, in l. iij. C. de procuratoribus.

D X I I I.

Constitui Titium procuratorem, & si nollet, Seium, Titius acceptauit, & postea renuntiauit: ex causa Seius repellitur: quia sufficit quòd aliquo tempore mandatum habuerit effectum in persona Titij. dictum est notabil. Bal. in l. tutoribus. ff. de testamentaria tutela.

D X I I I I.

Pecunia quando soluitur minus rectè administratori ciuitatis, non præsumitur versa in vtilitatē ciuitatis: & idem in tutore & curatore. vt notabiliter probatur in l. j. C. de solutio. & liberatio. libr. xj. quod Bartolus dicit ibi esse notabile.

D X V.

Licet contra procuratorem sine mandato se liti offerentem debeat fieri executio sententiæ contra eum latæ. l. Plautius. ff. de procura. limita tu notabiliter, nisi errore iusto putasset se habere mādatum. dictum est notabil. Bar. in l. de pupillo. §. final. ff. de ope. noui nuntiatione. & pro hoc est text. in dicta. l. Plautius. in versic. sciret.

D X V I.

Iudex ex officio suo potest dare etiam nemine petente curatorem prodigo vel furioso. gloss. est singularis in l. hæc autem. in princip. ff. ex quibus causis in possessionem eatur.

D X V I I.

Procurator si habet solum speciale mandatum ad quandam rem, quod mandatum non habet certam & limitatam formam, non potest alteri demandare. Bart. in l. fin. in fi. ff. de diuer. & temp. præscriptio.

D X V I I I.

Valet talis promissio, promitto bona mea post mortem meam: quia non intelligitur de vniuersa hæreditate, sed de bonis quæ erant tempore donationis. gloss. est not. in l. fin. C. de pactis.

D X I X.

Quidam instituit filiam, & grauauit eam, si decederet sine liberis. Ista filia adhæsit cuidam amatori, & procreauit filios, non intelligitur de istis: quia hic esset ipsius verecundia. dictum est notabil. Bartol. in l. hæredibus. §. fin. ff. ad Trebel.

D X X.

Fui semel consultus de hoc casu in via. quidam pater qui alimentabat filium intrauit monasterium: an monasterium debeat aliquid præstare filio? & recordor adduxisse Bartol. in l. si quis à liberis. §. item rescriptum. ff. de liber. agnoscen. quòd monasterium tenetur alimentare filium.

D X X I.

Quamuis omni generi probationum sit derogatum: non tamen vnquam intelligitur derogatum probationi quæ fit per aspectum oculorum. dictum est singulare Azo. in summa. C. ad legem Aquil. secundum Bald. in rubric. C. de probationib. in l. penul. C. de peri. tut. in l. j. C. si aduersus libert. in l. contra negantem. C. ad legem Aquil. Istud etiam dictum allegat Ioan. de Plat. in l. j. C. de canon. frumenta. vrb. Rom. libro vndecimo. vbi ponit pulchra de aspectibus oculorum. Et ideo dicit Bal. in l. Deo nobis. C. de episcopis & cleric. quòd omnis probatio vincitur si in contrarium aspectus testificatur.

D X X I I.

Si alicui est concessum priuilegium ciuilitatis in fauorem suum, tenetur ad collectas & alia onera tanquam ciuis: quia istud propriè loquendo non est odium: sed de natura rei cōcessæ, id est, ciuitatis cui est [illegible]us annexum. dictum est singulare Bald. in l. quod fauore. in xij. oppositio. C. de legibus. Ad idem quod voluit Paul. de Castr. in l. si duo. ff. de acquirend. hæredit. vbi dicit per illum textum, quòd qui acceptat vnum, videtur se obligare omnibus loquentibus de illo. de quo per Alexand. in l. si Rufinus. C. de testamen. milit.

D X X I I I.

Qui promittit alium sistere in iudicio, prima exhibitione liberatur. gloss. est not. in l. duobus. §. si ei qui. ff. de iureiuran. & ibi per Paul. de Castr.

D X X I I I I.

Si fiat positio reo quòd actor euincens sit dominus, non cogitur respondere. dictum est singulare Bart. in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de negotiis gestis. Ad idem Imol. in cap. fin. de emptio. & venditio.

D X X V.

Pœna imponitur iudici non admittēti defensionem iuris: ac si non admitteret defensionem veræ innocentiæ. text. est singula. in l. lex Iulia. in fin. ff. ad legem Iuliam pecul. secundum Bald. in l. presbyteri. C. de episcop. & cleri. licet corruptè illam alleget. Hunc etiam tex. adducit Bal. in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio proconsul. & legat. in l. prima. ff. quod quisque iuris.

D X X V I.

Processus valet sine citatione, quando hoc est actum inter partes. gloss. est ordinaria in l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbitris. & ibi per Baldum.

D X X V I I.

Quidam pater in patria mea habebat vnam vaccam, quam prælegauit vni ex filiis: mortuo patre fuit orta contentio de vitulo, quem vacca habebat: fuit determinatum quòd videatur etiam prælegare vitulum, per textum not. iuncta gloss. in l. quæ pater. ff. familiæ erciscundæ.

D X X V I I I.

Quidam ludebat libenter ad taxillos: & tamen quādoque erat malè contentus: conuenit cum quodam socio suo, quòd si amplius luderet, solueret certam pœnam quam efficaciter promisit. modò fuit dubitatum, an talis promissio pœnæ valeat? Et pro decisione allegat Bart. quòd sic. in l. non impossibile. ff. de pactis. quòd talis promissio pœnæ valet. Alexand. in l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de pact.

D X X I X.

Paria sunt actum valere vel non valere: sed quem cogi ad obseruandum. gloss. est singularis in l. nam & Seruius. ff. de neg. gest.

D X X X.

Ratione pacis fractæ potest laicus conueniri coram ecclesiastico iudice. tex. est not. cum glo. & ibi per Abbatem

in capit.super quibusdam.de verb.signific.

D X X X I.

Non tenetur aliquis iuuare alium ex promissione, nisi fuerit requisitus. dictum est Baldi in capitul. j. de noua forma fidelitatis. quod est notabile ad ligas terrarum & principum.

D X X X I I.

Fecit aliquis promissionem, quòd intra certum tempus proficisceretur de vno loco ad alium: intelligitur proficisci arripiendo iter intra dictum tempus: non autem quòd iter perficiat intra illud tempus. dictum est notabile Ange.per illum text.cum gloss.in l.qui Romæ.§.Callimachus.ff.de verborum obligationibus.

D X X X I I I.

Prælegata non veniunt in restitutione quam facit hæres fisco tanquàm indignus.casus est singularis in l. cùm qui. ꝯ.pro parte.ff.de his quibus vt indign. secundum Bald. in l.cùm virum.C.de fideicommissis.

D X X X I I I I.

Qui promisit soluere Coloniæ poterit citari, licet ibi non sit, si est ibi aliquid quod possit capi in tenutam.dictum est singulare Bal. in c.j.de milite vasal.qui contu.est.

D X X X V.

Si interroganti de pecunia aurea fit responsio de æquipollenti, tenet promissio.glossa est not.in l.quæ extrinsecus. ff. de verborum obligatio.

D X X X V I.

Procurator constitutus ad exigendum & recipiendum solutionem admittitur cum cautione de rato, si dubitatur de mandato.Bart.in l.si fine.ꝯ.cùm autem.ff.rem ratam hab.Imo.in l.apud Iulianū.ꝯ.vtrum.ff.ad Trebel.Abb. in cap.j.de procu.licet gloss.teneat contrarium in l.non solum.ꝯ.qui alieno.ff.de procu.

D X X X V I I.

Priores de Florētia vel alia ciuitate, qui in Alemania dicuntur proconsules, habent mandatum à lege de defendendo vel agendo pro Republica & insolidum.glo.est valde not.& ibi Salice.in l.j.C.si ex pluribus tut.

D X X X V I I I.

Esse ortum in nobili patria redundat ad gloriam alicuius. textus est notab. vbi per Salicetum in l.si quis.C. de natura.libe.

D X X X I X.

Si promisi soluere vbicunque fuero inuentus, non potero conueniri in loco pestifero, vel in loco in quo transeundo nauigarem, vt singulariter voluit Angelus in l.cùm res.ff.de legat.j. Alexand. in l.si conuenerit.ff. de iurisdict.omn.iudi.

D X L.

Vidi semel quoddam instrumentum in quo dicebatur: ego promitto soluere in quocūque loco placuerit creditori. nihil releuat ista promissio: vnde non poterit conueniri extra domicilium.allegaui dictum notabile Bart. in l. si conuenerit.ff.de iurisdictio.omnium iudi.

D X L I.

Quamuis debitor cui fit protestatio, ne soluat, nō teneatur parere, nisi fiat creditor de obligatione.l.nomen.C.quæ res pig.oblig.Fallit tamen singulariter, nisi fiat authoritate iudicis: quia tenetur parere, & excusatur absque alia exhibitione instrumenti.dictum est not.Bar.in l. non solum.§.morte.in ij.q.prin.ff.de noui oper.nuntia.

D X L I I.

Tu scis quòd non potes alienare bona immobilia sine decreto iudicis: tamen possessionem talium bonorum poteris trāsferre in alium cum authoritate tutoris absque iudice.glo.est sing.in l.ij.§.si à pupillo.ff. pro empto. secundum Alexan.in l.possessionem.ff.de acqui.posses.

D X L I I I.

Ille qui dicit in se translatam possessionem per cōstitutum precarij, debet esse cautus in probando constituentem possedisse tempore constitutionis precarij: aliàs succumberet.dictum est notabile Ang.per glo.ibi in l.quamuis. §.si conductor.ff.de acqui.posses.

D X L I I I I.

Promitto tibi decem aureos præsentes, & nulli aurei erant præsentes: an valeat promissio? Et respondi quòd sic: quia ista verba intelliguntur, quos volo dare de pręsenti. text.est singul.in l. talis scriptura. ff. de leg. j. in versicul. quod si forte. secundum Roma. in l.eum qui. ff. de verborum obligat.

D X L V.

Si superior concedit priuilegium, quòd studium Pisanum gaudeat priuilegiis studij Paduani: priuilegia concessa Paduæ, post istam æquiparationem non competunt studio Pisano, nisi esset dictio per omnia. Dictum est notabile Baldi in lege, omnia.C.de epi.& cleric.

D X L V I.

Tu vides quòd fiunt quandoque contractus vsurarij, & interueniunt mediatores seu proxenetæ, vtrum ipsi teneātur ad restitutionem? gloss.habes singularem quòd sic, in l.si sciente.ff.de parrici.& per Bart.in l.j.§. incidit.ff. ad Turpil.de quo per canonistas in cap. Michaël.de vsu.de quo per Alexandrum in l.iij.§.si procurator.ff. quod quisque iur.

Et si tu vis scire quomodo ipse proxeneta teneatur, dicas de dolo & lata culpa tantum. Bart. in l.ij. ff. de proxene. & sic est mediator iusti contractus, & potest implorare officium iudicis pro suo salario.Bart.in l.j.ff.eo.

D X L V I I.

Tu scis quòd iusta causa litigandi excusat ab expēsis. Scias quòd litigans propter pudorem conseruandum habet iustam causam litigandi.textus est notabilis, vbi per Bartol.in l.quæ omnia.ff.de procura.

D X L V I I I.

Pœna potest imponi incolæ huius ciuitatis de delicto alibi commisso.textus est notabilis, vbi per Bart.in l.relegatorum.§.interdicere.ff.de interdi.& releg. de quo in l.j.C. vbi de crimin.agi opor. per Bartol. in l. si cui.§. final. ff. de accusa.

D X L I X.

Semel fuit orta contentio inter quendam qui putabat se scire omnia & me, vtrum ille locus dicatur publicus, per quem publicè itur? & sic an probato quòd per aliquem locum iter publicè fiat, quòd ex hoc dicatur publicus? Dicebat ille omnisciens quòd sic. Dixi, tu dicis contra Iurisconsultum in l.j.§.j.ff.de his qui deiece.vel effu.qui argumētatur sic: nō sequitur, hîc itur publicè, ergo locus est publicus. Et quæ dicātur viæ publicę, & quæ priuatæ, text.est.in l.ij.§.viarum.ff.ne quid in loco publico.

D L.

Quæro, procurator habens in eodem consistorio plures causas plurium agentium comparuit, & dicit, præsento me in omnibus terminis quos hîc habeo: & licentiatus recessit, an sufficiat? Et Bart.quòd sic.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de damn.infect.Ad idem Bartol. in l.accipientis. in fin.ff.de autho.tut.& sic non requiritur quòd causam exprimat.

D L I.

Si admittitur procurator cum cautione rati, & inseratur clausula, admitto te si falsus non repereris, operatur, vt si ab initio mandatum non habuit, ratihabitio nihil operatur: dictum est singulare Bartoli in l. inter quos.§. alieno.ff.de dam.infect.

DLII.

Accipe pulchram & singularem cautelam ad differendam
a mortem [a] alicuius amici tui, qui gessit aliqua tua negotia, coram iudice compareas, & dicas, Iste qui debet cras furca suspendi, gessit quædam mea negotia, adhuc non reddidit rationem: peto vt differatur executio vsque ad octo dies, vt possit reddere rationem. & hoc iudex non debet denegare: vt notabiliter probatur in l.j.C. de bo. proscrip. per Bart. in l.interdum.ff.de publi.iudi. Et propter talem dilationem quidam in Italia euasit pœnam furcæ: quia interim superuenerunt literæ principis loci, vt in gratiam alterius principis deberet dimitti.

ADDITIO.

a Ad differendã mortem. Adde Marc. Mant. sing. ccclxxx. Item adde aliam cautelam vt executio corporalis differatur, vt scilicet condemnatus accusetur de crimine grauiori, ex quo veniat durior pœna imponenda: per casum singul. in l.j.§.fin.ff.nil noua.appell.pendent.tenet Bart. per illum tex. in l.ij.§.qui exhibendi. in fin.ff. de custod. reor. sequitur Roma. sing. dlxvj. suscipe vnam cautelam. Item poterit differri executio propter maximam & perfectam peritiã vnius artis, vel respectu roboris, per text. l.ad bestias.ff.de pœn. quod sequitur idem Rom. singul. dccxxv. & Cæpol. in l.si contra. nu.18.C.de vsucap. pro emptor. & debet iudex hoc casu cõsulere principem vel superiorem. d.l.ad bestias. & pro hoc vide quod not. Nicol. de Neapol. in l. hos accusare. §. pen. ff. de accusat. quod tamen verum intellige, quando talis cõdemnatus esset persona in magna dignitate constituta: vt est casus in l.pen.ff.ad leg. Cornel. de sicar. Item verum intellige nisi condemnatus esset latro manifestus, vel seductor: quia tunc poterit executio mortis fieri, & postea princeps consuli. arg. d.l. pen. & l. si quis filio exhæredato. §. iij. & §. hi autem. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. Item poterit differri executio condemnati ad mortem, si appelletur à sententia diffinitiua contra eum lata: quia per appellationem ligatæ sunt manus iudicis, & condemnatus poterit eximi de manibus familiæ, & quidem impunè, secundũ Angel. in l.addictos.C.de appellat. & Imol. in c.si quando.verb. resistere. de offic. deleg. & Innoc. in d.c.si quando. in gl. transactionem. & idem tenet Angel. Aret. in §. pœnales. versi. adde quòd si eximens captum. Instit. de actio. quod intellige verum, nisi talis condemnatus esset latro manifestus, vel seductor. d. §. hi autem. Item differtur executio quando princeps vel superior mandat quem puniri grauiori pœna quàm sit consuetudo: tunc enim debet differri per xxx. dies. vt est casus in l.si vindicari.C.de pœn. & ibi Angel. dicit quòd non est parendum principis rescripto in ferendo sentẽtiam, aut in executione pœnarum, cùm rescriptum duriorem pœnam contineat.

DLIII.

Quando pœna apponitur vni & pluribus cõiunctim, puta capitaneo & proconsulibus, capitaneus tenetur ad dimidiam. gloss. est not. vbi per Baldum in authen. cansa quæ fit cum monacho. C.de epi. & cleric.

DLIIII.

Non potest quis confiteri &c. vt suprà singul. xcvj.

DLV.

Pater legitimus administrator filij, potest alienare bona filij sine decreto, quando necessitas subest. dictum est singul. Azo. in summa. C.de bo. quæ lib. secundum Bald. in l.j.ff.de rebus eorum. in l. si pupillorum. §. si pater. eod. titu. in l.pręses.C.de transac. in l.cùm emancipatis.C.de præd.mino. in l.de re filiorum.ff. de transaction. & Ang. in l.j.ff.quæ res pign.oblig.pos.

DLVI.

Præscriptio non est contra ius naturale. Ioan. And. in ca.ij. de regul.iur.in vj. in mercu. quia est inducta ad ius naturale conseruandum: quia conseruat duas regulas iuris naturalis. Prima vt negligens puniatur: & vt sit litium finis: hoc refert Roma. in authen. similiter. in xxxiiij. speciali vltimarum voluntatum. Abb. in cap. cùm esses. in repetitio. in iij. charta, de testa. & dixit glossa sing. in authen. de tempo. non solut. pecu. §. j. quòd pręscriptio non fuit inducta in pœnam: sed propter libertatem subditorum ne de iure suo semper dubitet, secundum Baldum in capit. j. in §. si quis per triginta. si de feudo fuerit controuer. in verbo feudo.

DLVII.

Omnia iura mundi quæ dicunt pœnam imponi ipso iure, debent intelligi, dummodo sit secuta sententia declaratoria, per quam declaratum sit commissum esse id, propter quod pœna veniebat imponenda: aliàs illa pœna effectum & executionem non sortitur: vt singulariter voluit Ioan. Andr. in cap. pro humani. de homicid. in vj. in cap. cùm secundum. de hæreticis, in vj. per Baldum in c. j. de feudo sine cul. non amitten. in authen. qui semel. in penul. colum. C. quomodo & quando iudex. in authent. hoc amplius. in prima columna. C. de fideicommissis. in l. de quibus. in iiij. charta. ff. de legi. in capit. j. hic finitur lex. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanctis ecclesiis. Et pro declaratione addo Abb. in ca. cùm non ab homine. de iudiciis circa xij. colum. vbi dicit quòd si factum est notorium, nõ requiritur alia declaratio. Ad idem Abb. in cap. peruenit. extrà de appellatio. in cap. verum. in vltima colum. de foro compet. Addo tamen Abb. ponderantem textum in contrarium in cap. cùm Vintoniensis. de electio.

DLVIII.

Potest procurator facere præiudicialia domino, si dominus erat solitus facere. text. est sing. in l. qui semisses. ff. de vsur. quem tex. ad hoc allegat Roma. in singularib. suis.

DLIX.

Quando aliquis citatur ad aliquem actum, si ille actus aliter agitur [a] vel in qualitate, vel in substantia quàm fuerit
a dictum in citatione, videtur factus parte non citata & clàm. casus est qui deberet scribi literis aureis secũdum Bartolum, in l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clàm. qui dicit etiam per illum textum, quòd quando citatio fit tali tempore, quo ille non potest comparere, non valet illa citatio. addo etiam Bartolum in l. fi. §. fin. ff. eod. & istum textum adducit Anto. de Butr. in cap. j. de iudiciis. quòd vbi citatus non comparet, & actus ille expeditur in illa hora qua fuerit citatus, quòd actus non valet, nisi tamen iudex distulerit in diem sequentem. cap. consuluit. de officio delegati. & hunc textum allegat Bartolus in l. consentaneum. in vltim. colum. C. quomodo & quando iudex. quòd citatus ad vnum actum nõ potest in aliis grauari. & ideo dixit Bartolus in l. statuliberos. §. Stichus. ff. de statuliberis. quòd citatus ad respondendum libello, si est contumax debet in aliis actibus citari, nisi dicatur quòd ad vlteriora procedetur sua contumacia non obstante. Addo etiam Baldum in l. j. in iij. colum. C. quomodo & quando iudex. qui allegat Bartol. in dict. l. aut qui aliter. Sed Bald. in l. cùm non hodie. C. quando prouoc. non est neces. tenet contra Bartol. Est etiam textus singularis in sua distinctione secundum Bartol. in l. semper. §. si in sepulchro. ff. eodem. quod vi aut clàm. Nam ibi tractatur, an vno ex pluribus delinquentibus conuento cæteri sint liberari? Et adde Bartolum in l. si quis id quod. ff. de iurisdictione omnium iudicum. in l. ex maleficiis. §. fin. ff. de actio. & obligatio. vbi format quæstionem, quòd stante statuto, quòd si illi de contrata seu platea non ceperint malefactorem, quòd teneantur in tantum, quòd vno soluente alter liberetur: quia tenentur ex quasi maleficio. & quod not. Bartolus, in l. si cùm exhibuisset. §. fin. ff. de publicia. quòd si statutum extat quòd si villa non cepit malefactorem, teneatur in centum. decem homines occiderunt vnum: villa non cepit: tenetur villa ad vna centum. ad idem Bald. in l. cum rationibus. C. qui accusare non possunt.

ADDITIO.

a Aliter agitur. Limita nisi ille actus esset interlocutoria habēs vim diffinitiuæ:quia valeret & teneret:arg.l.quæritur.ff.de stat.homin. ita sentit Mathesilan. in l.ij. nu.5. C.quom.& quando iudex.

DLX.

Sed quid si est statutum, quòd villa teneatur emendare damna & furta,quæ fierent in villa:& propter hoc villa fuit condemnata in centum: & post condemnationem fur peruenit ad manus iudicis, & fuit furca suspensus: an villa sit liberata?& Bald.consuluit quòd sic,consi.clxxiij. in iij.lib. sicut si cepisset malefactorē in crimine, & eum exhibuisset. & adde notata per Bart. in l.quoties.ff.si familia furtum fecisse dicatur.Sed dubitatur,an in casu in quo vnus soluens alium liberat:an possit repetere ab alio quem liberauit?& gloss.quòd non,in l. ex maleficiis. §.si is quoque. ff. de actio.& obligatio. quam approbat Bartolus in l.j.§.si plures. ff.de eo per quem factum erit. Adde etiam Bartolum in l. etiam.§. item si quis dolo. ff. de petit.hæred.

DLXI.

In mandato generali reipublicæ non venit rerum suarum alienatio,nisi lege municipali aliud caueatur.Iste est textus singularis secundum Bartolum in l.prohibere.§.planè.ff.quod vi aut clàm.ex quo dat consilium, quòd cùm in vendendis rebus ciuitatum,requirantur multæ solennitates,est tale remedium & consilium, quòd primò ciuitas faciat statutum de hoc:& facto statuto poterit vendi secundum formam statuti per illum textum singul. & per hoc dicit Bartolus ibi,quòd consuluit,quòd legatus de latere non potuit concedere castra ecclesiæ Romanæ ciuitati Camerini, nisi sibi hoc fuit concessum expressè à Papa.& hunc textum allegat Bartolus in l. principalibus.ff.si certum petatur.in l.item magistri. ff. de pactis. in l.præses.C.de transact.Baldus in l.ciuitas.ff.si certum petatur.& hunc textum allegat Bald. in cap.j.§. iniuria. de pace iura. firman. quòd proconsules non possunt remittere iniuriam factam ciuitati sine consilio ciuitatis. Adde etiam quod consuluit Paulus de Castro suo consilio vltimo:& Bartolus in l.j.ff.ne quid in loco publico. Et quærit Bartolus in dict.§.planè.vtrum Rex possit donare?& allegat c.intellecto.de iureiuran. quòd non potest facere magnam alienationem,ita quòd multum prę iudicet dignitati & iurisdictioni:secus in modico: quia potest & præiudicat successori.& Baldus in cap. si generali.in titulo, si de feudo fuerit controuersia. quærit, vtrum Rex Fráciæ possit donare vnam ciuitatem inuitis ciuibus?& concludit quòd non,per notata per Hostien. in cap. dilecti. de maioritate & obedientia. de quo per Baldum & moder.in l.ij. ff. soluto matrimonio. per Baldum in l.ij.C.de donatio. in l. debitorum. C. de pactis. gloss.est not.in l.inuitus.ff.de fideicommiss. libert. & videtur concludi, quòd ex causa necessitatis possit fieri, aliter non.de quo etiam per Baldum in l.j.in fin.C.de operis libert.& addo quod not.Bartol. in l.si non sortem. §.libertus.in penultima colum.ff.de condictio. indebit. vbi format quæstionem, si habeo famulum, vtrum possim cogere ipsum inuitum alteri seruire? & videtur concludi quòd non, licet Bartolus videatur aliter sentire, de quo per modernos in l. in stipulationibus. §. operarum.ff.de verborum obligatio. nisi in casu necessitatis. & adde quod not.Bartolus in l.si is qui.§.si.ff.de pignor. vbi tangit an iurisdictiones possint obligari. & Romanus in consilio ccccxliiij.vbi tangit,an iurisdictiones possint vendi:& de materia prædicta Paulus de Castro,consilio lxxiij. & Oldradus consilio ccxxxj. & quod voluit Baldus in titulo,de pace Constantię.quòd princeps nec per contractum nec alio modo potest regalia concedere in præiudicium successorum:sicut enim non potest iura corum subuertere,ita nec diminuere.ad idem quod notat Cinus, in l.digna vox. C. de legi. & Baldus in l.cùm multa.C.de bonis quæ liberis.vbi dicit,quòd papa non potest infeudare magnas ciuitates sine consensu Cardinalium.Addo etiam Bald. in capit.cùm venissent. de iudi.& Aluarotum in capit.primo,Episcopum vel Abb.in vsibus feudorum.

DLXII.

Si collusor vendat collusori, non tenetur de euictione: & idem si vēdatur extraneo. textus est singularis, in l.si filio. §.si in alea. ff. quarum rerum actio non datur. habet tamen textus iste multas lecturas, & intellige quando fit venditio in ludo prohibito. & vide quod habetur in l.si quis cùm sciret.ff.pro emptore.

DLXIII.

Legatum annuum cum præfinitione temporis relictum in dubio si sit causa alimentorum, dicuntur plura legata: aliàs vnum.text.est singular. secundum Bartolum, in l.si cum præfinitione. ff. quando dies legati cedit. Et notæ pro intelligentia,quòd si certum est,quòd testator voluit facere plura legata vel vnum:& tunc stamus certo: si autem est dubium, tunc si testator reliquit annuum legatum sine præfinitione temporis,& sunt plura legata:pro primo anno purum,pro sequentibus cōditionale.l. cùm in annos.ff.de annuis legatis.Si autem cum prefinitione temporis & in alimentis, tunc sunt plura legata:aut pro alio,& est vnum:vt in casu l.d.si cum prefinitione.

DLXIIII.

Quæro, Testator grauauit de dando decem Sempronio quandoque:quomodo intelligatur hoc legatum? & intelligitur quamprimùm commodè poterit. textus est singularis in l.rogo.ff.quando dies lega.cedit.& mirum est quòd glossator non adduxerit textum in l. cùm pater.§. rogo.ff.de lega.ij. iuncta l. seruos. ff. de manumis. testamen.qui videtur probare contrarium:sed oportet intelligere text.in dict.l.seruos.secundum istum.

DLXV.

Tu scis quòd à sententia arbitri non appellatur.l.j.C.de arbitris.Istud non procedit, quando compromittitur de quodam articulo causæ super quodam incidenti vel emergenti:non de eo quod est decisiuū totius causæ. textus est quem Bartolus nescit alibi,in l. arbitro. ff. qui satisdare cogantur. Vnde sicut iudex illud quod esset determinatum per eum interlocutoriè posset corrigere: ita potest per appellationem ad eum recurri, quando per arbitrum est decisum.quod est memoriæ commendandum secundum Bartolum, de quo per Alexan. consilio lviij.tertio libro. Habet etiam textus iste aliam notabilem lecturam, quòd potest iudicis officium implorari, vt corrigatur quod per eos quibus aliquis articulus commissus est,improbè factum est.quod est notabile ad multa.committitur enim notariis quandoque, quòd faciant comparationes literarum:committitur medico, quòd inspiciat qualitatem vulneris: committitur aliquibus æstimatoribus quòd æstimēt: & sic de similibus. In omnibus istis casibus & similibus potest adiri superior,quòd corrigat quod improbè factum est.

DLXVI.

Actio quod metus causa,transit in hęredem,de eo quod ad eum peruenit,etiam si consumpsit illud quod peruenit: quia sufficit semel peruenisse: & si decedat postquàm consumpsit,datur actio contra hæredem hęredis. iste est casus singularis in l.videamus.ff.quod metus causa.quā legem legit Bartol.cum §.in hæredem. posito in l. quod diximus.& per hoc dicit Bart.consuluisse. Ille cui est delata hæreditas si decedit intra annum, sciens hæreditatem sibi delatam, transmittit ius deliberandi ad hæredem suum.l.cum antiquioribus.C. de iure delibe. modò dicit Bartolus, primus hæres decessit sciens hæreditatem sibi delatam:hæres eius decessit ignarus similiter intra annum: vtrum tertius hæres possit adire hæreditatem ex virtute iuris deliberandi propter scientiam primi

primi hæredis? dicit Bart. se determinasse quòd sic: quia iam illud ius cœpit esse hæreditarium: & ideo transit ad quencunque transit hæreditas.

DLXVII.

Cùm delegatus principis subdelegat, ad eũ appellatur. tex. est singularis in l. vnica. ad fi. secundum Bart.

DLXVIII.

Quod metus causa. Iste titulus non habet locum in administratoribus. dictum est not. Bald. in rubr. de contro. inuesti. per text. notab. in l. j. in fine. de autho. tut.

DLXIX.

Fuit semel dubitatum, an exceptio quod metus causa sit odiosa? & aliqui volebant quòd sic. & allegaui notabiliter Bart. in l. ij. C. quod metus causa. vbi dixit, quòd talis exceptio licet sit odiosa respectu metum inferentis, est tamen fauorabilis respectu metum passi: & ideo text. in l. qui exceptionem. ff. de condi. inde. non habet locum in tali exceptione.

DLXX.

Quando aliquis soluit instante metu, semper potest petere: & metus dicitur instare, si causa ex qua metus inferebatur subsistat: & ideo si aliquis tyrannus me cogit ad promittendum toto tempore suæ tyrannidis, dicitur metus instare: vt notabiliter declarat Barto. in dicta l. ij. C. quod metus causa.

Et quia in d. l. ij. dicitur quòd spontanea solutio purgat vitium metus adhibiti tempore promissionis. Accipe pulchram declarationem, quòd vbicunque in solutione potest subesse alia causa quàm approbatio primæ promissionis, non præsumitur illam approbare: & ideo si iuraui per metũ soluere, & postea soluã, potero repetere: quia videor soluere metu periurij: non vt approbem primam promissionem: vt notabiliter dixit Bart. in d. l. ij.

DLXXI.

Semel fuit orta contentio inter duos doctos viros. Aliquis compulit venditorem aliàs venditurũ sibi vendere iusto pretio: an habeat locũ actio quod metus causa? & ego allegaui gl. no. ꝙ sic. in l. non interest. C. quod metus causa.

DLXXII.

Sola reuerentia mariti non inducit iustam causam rescindendi contractum, nisi probetur quòd minę vel verbera præcesserint. dictum est notabile Bar. quod semper allegatur in l. ad inuidiam. C. quod metus causa. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur.

DLXXIII.

Tu habes quòd agens ista actione debet pretium restituere. l. iij. C. eodem. hoc notabiliter fallit, quando officialis emit dicens, quòd procederet contra ipsum, vel de maleficio denuntiaret: & sic per impressionem: quia tunc rescinditur contractus, nec pretium restituitur. tex. est no. in l. si per impressionem. C. quod metus causa.

DLXXIIII.

Quæritur, an tenear te adiuuare, si tibi inferatur metus? Et text. probat notabiliter quòd non. in l. metum. ꝟ. sed licet. ff. quod met. caus. quia pro hoc possum accipere pecuniam. Familiaris tamen tenetur adiuuare dominum. l. cùm dominus. ff. ad Sylleia. Florentinus in l. scientiam. §. si quis. ff. ad legem Aquiliam.

DLXXV.

Scias quòd non omnis metus inducit hanc actionem: quia si fuit iustus metus, cessat hæc actio. text. est notabilis in l. si mulier. ff. quod metus causa.

DLXXVI.

Tu scis quòd contractus factus per metum valet inspecto iure ciuili: sed rescinditur per prætorem beneficio huius edicti: vt per totum titulum quod metus causa. hoc procedit, quando sunt cõtractus & pacta vestita: secus si sunt pacta nuda quæ nuda remanent: tamen propter auxiliũ legis actionem producũt: vt in l. legitima. ff. de pactis. Et ista si fiunt per metum, sunt ipso iure nulla. tex. est singu. in l. si mulier. §. si dos. ff. quod metus causa. vbi per Bart.

DLXXVII.

Si aliquis dubitat sibi inferri vim, potest implorare officiũ iudicis, vt prohibeat vim inferri. text. est not. in l. non est verisimile. ff. quod metus causa.

DLXXVIII.

Si aliquis detineret aliũ, vt sibi aliquid promittat, promissio est nulla. text. est in l. qui in carcerem. ff. quod metus causa. quod intellige, quando detinet iniustè. Et dicit notabiliter Bal. in l. ab eo C. quomodo & quando iudex. quòd ille qui est in carcere, potest constituere procuratorem ad suam vtilitatem: sed ad aliquid promittẽdum indebitè nõ potest. quod dicit esse notabile. Et adde Bar. in l. qui neque. ff. de verb. signification.

DLXXIX.

Quæro, qualiter testes debeant testificari de qualitate animi alicuius? Et respondeo per actus exteriores: vt notabiliter probatur in l. is qui. §. diuus. vbi per Bartol. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his.

DLXXX.

Tu habes vnam regulam in l. fi. C. commod. & per Bart. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condictio. indebit. quòd quis non potest retinere rem non debitam pro debita: sed hoc fallit fauore dotis & mulieris. casum habes not. in l. si filio. in princip. ff. soluto matrimonio. & ibi per Bart. & quia Bart. in d. §. si centum. ponit casum, in quo quis potest vti retẽtione: hoc limita nõ procedere, quando res prouenit vitio vel delicto suo. capit. fin. de ord. cognit. Et dum dicit etiam Bart. ibi, quòd propter expensas factas potest quis vti retentione: dicas quod fortius est: quia etiam si posterior esset talis creditor, præfertur priori habenti ius in pignore. text. habes valde not. in l. interdũ. cum l. sequen. ff. qui potio. in pigno. habeantur. Et de hac materia vltra Bart. in d. §. si centum. adde Bar. plenè in l. si non inducta. C. in quibus causis pign. tacitè contraha. & Bald. in l. fi. C. commodati. & notata per eum, in l. penultim. C. de pign. act.

DLXXXI.

Semel in quodam prandio fuit tactum, an Papa vel Imperator possint concedere regibus Christianis regna infidelium? & ego adduxi Bart. in l. si seruus. ff. de actio. empti. qui dicit, quòd regna occupata per Saracenos, quæ iam fuerunt Christianorum possunt concedere. & Bart. in l. id quod apud hostes. ff. de legat. j. vbi dixit, quòd valuit concessio facta per papam regi Carolo, qui sibi concessit regnum Hierusalem: quia semel fuit ecclesiæ: & sic consistit propter spem postliminij. & temporibus nostris fuit dictum, quòd papa Alexander regem Franciæ Carolum creauit in Imperatorem Constantinopolitanum, quando venit in Italiam cum magno exercitu ad occupãdum regnum Neapolitanum, quod dicebat spectare ad coronã Franciæ. Et de potestate Papæ & Imperatoris in Saracenos ponit Oldra. consi. lxxij. & consi. lxxxviij.

DLXXXII.

Nota quòd Bart. in l. Celsus. ff. de vsucapio. dicit sing. text. in l. à diuo Pio. §. si super rebus. quia in d. l. Celsus. dicit quòd missio causa rei seruãdæ non interrumpit vsucap. l. missio. ff. pro empt. dicit in d. l. Celsus. quòd ille tex. in d. ꝟ. si super rebus. turbat istam materiam: & ideo ibi declarat, quia habet duas lecturas. & secundum vnam lecturã tex. ille non obstat: quia loquitur de creditore, cui est addictum pignus in causa iudicati qui vsucapit, ideo quia summaria cognitione apparuit esse condẽnati. cætera prò intellectu illius text. dicas vt ibi per Bart.

DLXXXIII.

Tu habes text. in l. inter pares. ff. de re iudic. quòd si iudices

discordãt in pari numero, præfertur sententia in fauoré rei lata. Accipe singularé limitationé, vt nó procedat hoc quando sumus in eo in quo non apparet quis sit actor & reus: quia tunc recurritur ad superioré. iste est casus qui non est alibi secundum Bart. in l. duo iudices. de re iudi.

DLXXXIIII.

Circa accessoria potest iudex supplere eadem die. textus est singul. secundum Bart. in l. Paulus respondit. ff. de re iudi. Bart. sing. xv.

DLXXXV.

Tu scis quòd substitutio euanescit post aditam hæreditatem. l. post aditam. C. de impub. & aliis substit. Tu scis etiam quòd cessat ius accrescendi adita hæreditate. l. j. in fine. ff. de vsufr. accrescen. accipe singularem limitationem: quia ista non procedunt, quando ille qui adiuit restituitur. textus est quo melior nó reperitur secúdum Bart. in l. ex contractu. ff. de re iudic.

DLXXXVI.

Defensor ex necessitate potest ex sua persona exceptionem opponere. textus est singularis, in l. procurator. §. j. ff. rem rat. habe. & vide Bal. notabi. in l. quotiens. C. de precibus imperatori offeren. in l. tam madatori. C. de non numerata pecunia. in d. l. ij. C. de pactis.

DLXXXVII.

Si est interposita stipulatio amplius non peti, non committitur, nisi contestatione, solutione, & compensatione: ita quòd si nullum ex istis interueniat, non committitur. textus est singularis secundum Bart. in l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi.

DLXXXVIII.

Et nota quòd vbi verbum petere, apponitur in præparatoriis seu monitoriis, non requiritur litis cõtestatio. dictũ est notabile Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quãdo iudex. vt quia aliquis promisit soluere vbicunque fuerit petitũ. & Bald. in l. fi. in vltim. colum. C. de bonis authorit. iudi. possiden. Pro intellectu istius legis dic sic: ꝙ aut petitio ordinatur ad interlocutoriam: & hoc intelligitur per libellum: vt in d. l. final. Aut ad diffinitiuã, & intelligitur per litis contestationem: vt in d. l. amplius. & Bartol. in l. Titia. ff. de cõditio. & demon. dicit quòd quando verbũ peto, refertur ad eum qui ex petitione debet acquirere, requiritur litis contestatio: sed sufficit sola petitio extra iudiciũ: vt in d. l. Titia. si verò refertur ad eũ qui debet obligari, tũc requiritur litis cõtestatio: vt in d. l. amplius.

DLXXXIX.

Si superuenit defectus ex parte ratum habentis ratihabitio impeditur: secus si ex parte gerentis. iste est text. qui deberet literis aureis scribi secundũ Bart. in l. bonorum. ff. rem ratã haberi. & pro limitatione istius legis, vide notata per Bart. in l. j. C. qui admitt. & quod in materia ponit Federicus cons. ccxxxviij. & de ratihabitione an trahatur retro & mandato comparetur, per Bart. in l. obseruare. ff. de offic. procõsul. & lega. vbi dicit sic notabiliter. Aut illud quod fuit factum ante mandatum potuisset aliquo iure valere: & tunc ratihabitio retro trahitur & mandato comparatur. Aut non potuisset aliquo iure valere: & tunc ratihabitio non comparatur mandato, nec facit retro acta valere, vt ex tunc, id est, à tempore quo fuerũt facta: sed ex nunc sic. & vide gl. not. & ibi per doctores in l. Iulianus. ff. qui satisdare cogan. & quod not. Bart. in l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adulteriis. quòd si quis fecit pacem pro se & suis complicibus & sequacibus, demum vnus ex complicibus fuit offensus antequam ratum haberet, quòd ratihabitio sequens non porrigitur ad delictum commissum ante ratihabitionem. & facit gl. in l. j. §. deiecit ille. ff. de vi & vi armata. & quod not. Bald. in l. fi. C. ad Macedonia. Et addo quod notat Bart. in l. Pomponius. ff. de negotiis gestis. in versic. quæro vtrũ. vbi quærit an sicut ratihabitio retrò trahitur, & mandato comparatur: sic etiam reprobatio retrò trahatur & prohibitioni comparetur: & in illa l. multa tãgit in materia ista. Et ad limitationem regulæ vi de per Bar. in l. pecuniam. C. de negotiis gestis. Et an ratihabitio trahatur retrò in præiudicium tertij, per Bartol. in hac l. bonorum. & per Bald. notabiliter in l. ordo. in fi. C. de excut. rei iudic. Adduco etiam quod notabiliter voluit Bald. in l. penulti. in v. col. C. de execu. rei iudic. quòd vbi lex requirit mandatum pro forma, non æquiparatur ratihabitio mandato. ad idem Bart. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæred. & Bald. in l. si vxorem. C. de conditio. inser. & vide Bald. in authen. ei qui. ad fi. C. de tempo. appellatio. dum allegat hãc l. bonorum. & glo. notabilem in regula ratihabitioné. in vj. & quantum tempus requiratur ad ratificandum, habetur in l. ratum. ff. de solut. Addo etiam Bart. in l. aliena res. ff. de pign. actio. vbi possum habere ratum, quod meo nomine nõ est gestum in mei præiudicium. Hanc etiam legem bonorũ, allegat Bar. in l. si quis offerenti. §. j. ff. de solutio. & ibi quòd successor potest habere ratũ, quod est factum nomine prioris prælati: & quod hæres potest habere ratum factum nomine defuncti. & Bart. in l. dispensatorem. ff. de solutio. vbi tangit an possum ratum habere quod semel reprobaui. & Bald. in l. falsus. in j. colum. C. de fur. quod factum procuratoris reuocati non potest ratificari. Contrarium tenet Bart. in l. Pomponius. in fi. ff. de negot. gest. & dicit Bal. vbi suprà quòd factum falsi procuratoris in audientia principis non cõualescit per ratificationem. & Bar. in l. quo enim. §. j. ff. rem ratam haberi. an scientia cum taciturnitate inducat ratihabitionem. & Bart. in l. certũ. §. si quis absente. ff. de confess. quod in his quæ dependent à voluntate vnius ratificatio non requirit præsentiam partis.

DXC.

Tutor succedit pupillo aliis deficientibus. gloss. est singularis in l. quo tutela. ff. de regulis iuris. Sed ista glos. cõmuniter non tenetur. de quo per Bart. in l. nutritoribus. C. communia de succes. per illum text.

ADDITIO.

Vide Bart. suprà sing. lvij. & ibi addit. & Bald. sing. viij.

DXCI.

Glo. in l. pupillus. ff. de regul. iur. est melior, quàm sit in iure in sua materia: ego tamen allego alias glos. in meo compendio iuris canonici in rubr. de delict. puero. in fine.

DXCII.

Hæres suus pupilli non habet priuilegium. tex. est singul. & pulcherrimus in l. non solum. §. fi. ff. de ritu nuptia. secundum Bar. in l. fi. de tute. & ratio. distrahen.

DXCIII.

Nunquam denuntiatio quæ fit per medicum qui dicit aliquem infirmum, vel ex vulnere remãsuram cicatricem, aliquid operatur, nisi præcedat diligens iudicis inquisitio. tex. est sing. in l. semel. C. de re milit. lib. xij. Et ideo sit cautus assessor secundum Bart. quòd in actis faciat registrari, quòd iudex diligenter examinauit, vtrum ex vulnere esset remansura cicatrix: & ipso diligenter examinato medicus hoc retulit: aliàs non valet.

DXCIIII.

Ille qui defert iuramentum siue iuretur siue referatur, non potest appellare: & ille cui defertur, cogitur iurare vel referre: vel si vult, potest recusare ex causa. & quãdo quis recusat iuramẽtum absque legitima causa, iudex potest habere eum pro conuicto, quasi ipse alteri parti retulerit iuramentum, & ei remiserit. & hoc habet locum siue sit iuramentum decisiuum totius, siue sit iuramentum decisiuum alicuius partis: vt puta super aliqua positione. Isti casus sunt in l. generaliter. C. de iureiuran. quæ non est alibi secundum Bartolum.

DXCV.

Alienatione prohibita videtur prohibitus omnis actus, per quem fit translatio dominij directi, vtilis, vel alicuius iuris in re. textus est singular. secundum Bartolum in l. fin. C. de rebus alie. non alie.

DXCVI.

ADDITIO.

a Alienatione prohibita. Non tamen videtur prohibita hæredis institutio: vt singulariter consuluit Angel. consi. lvj. domina Andræa. col. v. versic. solùm ergo videndum. vbi ampliat hoc procedere etiam si testator in testamento expressè & per verba generalia prohibuisset hæredis extranei institutionem sub pœna ademptionis bonorũ. Cuius decisionem sequitur, & secundum eum consuluit Alex. vbi latè confirmat, consil. clv. visis. libr. ij. & pro singul. refert & sequitur Ias. in l. filiusfamil. §. diui. in j. lect. quæst. vij. Bart. ff. de leg. j. vbi ita se consuluisse Paduæ refert, & ita iudicatum fuisse. & consil. xcvj. lib. iiij. licet idem Ias. in ij. lect. d. ∫. diui. colum. xxij. versicul. secundò principaliter. postea mutauerit opinionem, & hanc decisionem reprobet, addens quòd contra eam consuleret & iudicaret. Tamen in practica durum esset obtinere contra Angel. propter eius & dom. Alexan. summam authoritatem. An autẽ prohibitio alienationis impediat, ne talia bona in fiscũ transeãt vigore alicuius delicti, latè habetur in d. §. diui. vbi Ias. in vj. not. & tradunt Bart. & Ang. in l. imperator. ff. de fideicõmiss. libert. Alex. Soc. & Moder. in l. iij. ∫. res quæ. ff. ad Trebel. & Alex. cons. xxiij. opportunè. lib. j. Aret. consil. xiiij. versi. ex his infertur.

D X C V I.

Si res permutatur cum re quæ venalis erat exposita non habet locum condictio ob causam: secus si venalis non erat exposita. text. est sing. secundum Bart. in l. cùm patruus. C. de rerum permut. ad idem Bald. in l. si vt proponis. C. de condictio. ob causam.

D X C V I I.

Si res in qua semel est remissum pignus de nouo in dominio debitoris peruenit, pignus non reintegratur generalis obligationis vigore. Iste est textus singularis, in l. solita. C. de remissione pignorum, secundum Bart. qui dicit, quòd qui nesciret hanc legem, semper responderet cõtra hunc casum. limita tamen hanc legem singulariter, nisi res rediret in dominium ex eadẽ causa: vt puta, quia fuit resolutus cõtractus secundũ doctor. hîc, per tex. in l. volũtatis. ff. quib. modis pignus vel hypotheca soluitur.

D X C V I I I.

Donatio habet tacitam conditionem, si donator liberos non susceperit: ideo natis liberis reuocatur ipso iure. textus est singul. secundum Bart. in l. si vnquam. C. de reuocan. dona. De materia huius l. per Bart. in l. Titia. §. imperator. ff. de legat. ij. & ista lex habet etiã locum in venditione facta paruo precio secundum Baldum.

D X C I X.

Tu scis quòd de eo quod quis facit intra quadriennium, quod datur ad restitutionẽ petendã, nõ potest restitutio peti. l. doli. §. diuersum. ff. de noua. hoc fallit in l. fi. C. de repudian. hæredi. & ille casus est sing. secundum Bart.

D C.

Si tu vis scire casus in quibus res empta ex pecunia mea efficitur mea, vide glossam notabilem in l. j. C. si quis alteri vel sibi.

D C I.

Res empta ex pecunia data in dotem efficitur emẽtis non mulieris. text. est in l. ex pecunia. C. de iure dotium.

D C I I.

Dum scienti non detur redhibitoria: quid si sciens ex persona ignorantis agat: vt quia procurator ignorans emit rẽ quã dominus sciebat vitiosã, an potest agere dominus? tex. est not. in l. cum mancipium. §. fi. ff. de ædil. edicto.

D C I I I.

Si emi à tribus mercatoribus, volo agere redhibitoria, possum agere contra quemlibet insolidum. tex. est notab. in l. iustissimè. §. proponitur. ff. de ædil. edicto. & pro intellectu vide per Bald. in l. fin. C. eod.

D C I I I I.

In rescripto dicitur, cõmittimus causam terminandam simpliciter, &c. illa clausula, &c. idem importat ac si dixisset simpliciter, de plano, sine strepitu & figura iudicij: vt notabiliter cõcludunt domini de Rota in decisione incip. Itẽ fuit dubitatum de cõmissione. quam refert Alex. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liberis & posthu.

D C V.

Si aliquis renuntiat beneficio, est opus voce acceptãtis renuntiationem, nec sufficit taciturnitas. glo. est sing. in l. suus hæres. C. de repudian. hæred. secundum Bal. in cap. quod in dubiis. de renuntia. quod est pulchrum.

D C V I.

Tu scis dispositionem ti. C. ne fideiusso. dotium dentur. sed scias quòd plures rei possunt esse principaliter obligati in dote. text. est notabil. in l. in dotibus. C. de dote cauta non numera. Nec obstat titu. allegatus: quia ibi non erant principaliter obligati.

D C V I I.

Rusticus potest cõpelli ad portandum victualia ad ciuitatẽ ad vendendum. casus est singularis in l. ij. ff. de nundinis.

D C V I I I.

Re integra fauore dotis non expirat mandatum. dictum est notab. Bald. in l. mandatum. C. manda.

D C I X.

Sumẽda est opinio quæ fauet religioni. l. sunt personæ. ff. de religio. facit gloss. sing. in l. locum. in principio. ff. de vsufructu. quæ dicit, quòd possumus soluere contrarietates isto modo, fauore religionis est speciale.

D C X.

Per rebellionem contra principem sicut perduntur priuilegia, ita consuetudines: vt singulariter probatur in titu. de pace Constan. in ver. in priuilegio. de quo textu exultat Bald. ibi.

D C X I.

Si bona rebellium tempore rebellionis aliis fuerunt concessa, facta pace sunt reddẽda primis dominis: quia ipsa pax habet vim restitutionis in integrum. textus est valde not. & ibi per Bald. gloriantem in titul. de pace Constantiæ. in versic. priuilegia autem omnia.

D C X I I.

Relictum tali ecclesiæ perpetuò, intelligitur vsque ad centum annos. text. est not. vbi per Bart. in l. annua. ∫. Titia. ff. de annu. legat. Bart. in l. si vsusfructus. ff. de vsufruct. Alexan. in l. ij. ff. soluto matrimonio.

D C X I I I.

Quidam rusticus meus in oppido Metulino territorij Paduani promisit dare mihi quartam partem fructuum vineæ: debuit dare etiam quartam partem fructuum arborum, quas ibi plantauit. dictum est notabile Bart. post gloss. in l. certo generi. ff. de seruit. rustico. prædio. quia debet intelligi terræ vineatæ.

D C X I I I I.

Tu scis quòd si aliquid debetur tali anno, non debetur nisi anno finito. l. qui hoc anno. ff. de verb. obligat. hoc fallit in libertate. casus est not. in l. si ita libertas. ff. de manumis. test. ergo idem ad pias causas per notata per Barto. in l. si vnus. C. de testa. & per eã quæ notat latè Roman. in authent. similiter. C. ad legem falcid.

D C X V.

Vbi est rex irruens cum exercitu, ibi est eius territorium. dictum est notabile Bald. in capit. j. in iij. colum. quibus modis feud amit.

D C X V I.

Si aliquis simpliciter renuntiat hæreditati, videtur renuntiare omni iuri succedendi. glo. est no. in l. j. §. sed videndum. ff. de successorio edicto. & est communis opinio in l. suum. C. de iure deliberandi.

D C X V I I.

Dicitur cõmuniter quòd res subiectæ restitutioni non possunt alienari. authen. res quæ. C. communia de legat. tamen fallit singulariter, nisi essent tempore perituræ: quia tunc pretium ex earum alienatione hæres redigere potest, & veniet in restitutione. textus est singularis in l. pro hærede. in fi. princ. ff. de acquiren. hæredi. secundum Baldum vt refert ibi Roma.

D C X V I I I.

Rationes defuncti faciũt pro hærede suo aliquam præsumptionem. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiuran. quod notabiliter limitat Bald. in l. rationes. C. de probatio. quando continent debita & accepta: secus si esset simplex scriptura continens vnum debitum tantùm.

DCXIX.

Reconuentio habet locum coram iudice prorogato. gloss. singul.in l.est receptum.ff.de iurisd.omnium iudic.

ADDITIO.

Adde Rom.sing.150.in fin.Guid.Pap.sing. 837.num.3.

DCXX.

Si statutum dicit,quòd parentes rebellium non possunt habere officia in communi,intelliguntur parentes illi,qui attinent per genus vel nuptias.textus est notabilis quem ponderat ibi Angel.in §.œconomus.in auth.de aliena.& emphyt.& nota ꝙ illud parentes,est vulgare italicum.

DCXXI.

In rebus subiectis restitutioni alienatis non requiritur restitutio verbalis. gloss. est singular. in l. Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebel.

DCXXII.

Restitutio in integrum concessa minoribus nunquam prodest eius aduersario,si læsio minoris processit ab aduersario.casus est singularis secundum Bartol. ibi, in l. qui res.in versic.huic applicatur.ff.de solut.

DCXXIII.

Si non est productum rescriptum delegatorium, potest impetrans renuntiare rescripto : nec poterit reconueniri: secus si erat productum.Bald.& Alexand.in l.iij.ff. quod quisque iuris.

DCXXIIII.

Relictum ad instructionem pontium & viarum dicitur ad causas pias:vt notant doctores moderni,in l.j.§. ad municipum.ff.ad legem Falcidiam.

DCXXV.

Nota ne erres, sicut errauit quidam Iurisperitus. dicebat statutum, ꝙ mulier habens filios non possit relinquere vltra tertiam partem dotis. quædam mulier donauit inter viuos:dicebat ille Iurisperitus,quòd non poterat: ego dixi,tu malè studuisti : quia tale verbum restringitur ad vltimas voluntates.l.cùm hi.in princ.vbi per Bart. ff. de transac.gloss.in authent.sed hodie.C. qui manu. non pos.& not.hoc : quia facit ad donationem causa mortis, si æquiparatur contractui non vltimæ voluntati. per notata per doct.in l.ij.ff.de leg.j.

DCXXVI.

Si aliquis doctor de collegio est relegatus ad aliquem locum,non potest interim eligi ad honorem,nec habet priuilegium collegij. dictum est no.Barto.per illum text.in l.ij.C.de his qui in exilium.lib.x.&hoc iam fuit in facto.

DCXXVII.

Est consuetudo Paduæ,quòd scholares eligant rectorem vniuersitatis:& vno anno eligunt Italum:& alio anno Vltramontanum.quæro,quid si elegerint Italum anno quo debet eligi Vltramontanus,quid erit? Et dico, quòd est iusta causa appellandi ad superiorem : vt voluit Bart.in l.j.C.de potior.ad mune.nominan.lib.x.

DCXXVIII.

Si propria nomina exprimuntur, vocantur domini in vtiles:si exprimantur appellatiua, vocantur in dominicas. sed si vtrunque exprimitur, in dubio inspicitur quod præcedit.iste est text.singul.secundum Bar. in l.si seruus communis ita.ff.de stipula.seruo.

DCXXIX.

Soluens non potest dicere legem quam vult in soluendo.l. in traditionibus.cum gloss.ff.de pactis. sed hoc intellige sic:quia soluens potest dicere legem quam vult circa electionem causæ in quam soluat.aliam verò legem non posset dicere,si soluit debitum ciuiliter & naturaliter.gl. est singular.in l.j.ff.de solutio. secundum Bartolum ibi, in iij.oppositione.

DCXXX.

Si fideiussor pro aliquo dedit pignus, & debitor succedat fideiussori, extinguitur fideiussoria obligatio, sed pignus remanet obligatum:secus si ille fideiussor dedisset alium fideiussorem : quia omnis obligatio fideiussoria extinguitur.text.est sing.secundum Bart.l.cùm quis.§.fi. ff.de solu.Et ratio diuersitatis est, quia hypotheca habet suas conditiones vt duret, donec debitum sit solutum, vel aliter sit satisfactum,secundum glo.Istas autem conditiones non habet fideiussor fideiussoris.

DCXXXI.

Contestatio litis tollit facultatem soluendi circa rem adiectam ad solutionem,& circa personam.iste est textus singula. in l. si quis stipulatus decem in melle.ff. de solutio. secundum Bart. Dicit enim sic, huic legi nescirem dare concordantem.& intellige hanc legem, quãdo vnum est in obligatione ex dispositione hominis: & aliud in solutione:secus si ex dispositione legis:quia tunc non præcluditur facultas soluendi:nisi donec iudicati conueniatur. l.miles.§.decem.ff.de re iudic.Et idem dicas,quando vnum est in obligatione: aliud in solutione ex dispositione testatoris, quæ est lex Bartol.in l. si quando.§. hæres. ff.de legatis primo.

DCXXXII.

Tu scis quòd debitor pupilli soluens tutori est ipso iure liberatus.l.Lucius.§.fin.ff.de administratio.tut. hoc verũ, si bona fide soluerit : secus si dolo. casus est singularis in l.pupilli.in princip.ff.de solutio.

DCXXXIII.

Tu scis,quòd si euincatur res pro pecunia in solutum data non agitur actione prima.l.si prædium.C. de euictionibus.accipe singularem limitationem : quia nõ procedit fauore dotis.iste est casus singul.secundum Bart.in l.qui res.in princ.ff.de solutio.

DCXXXIIII.

Est speciale in dote, vt moriendo dicatur velle sicut in vltimis voluntatibus. iste est textus singul. secundum quintam lecturam,in l.post dotem.ff.solu.matrimo.

DCXXXV.

Pater non habet reuocatoriam in bonis filij,sicut habet patronus in bonis liberti.text. est singularis in l.non vsque adeò.secundum Bartolum.

DCXXXVI.

Quando ius reale perditur lite pendente, tunc in reali iudex dabit sententiam, vt illud ius de nouo constituatur, sicut si personali ageretur.textus est singularis secũdum Bart.in l.sicut.in versic.planè.ff.si serui.vindi.

DCXXXVII.

Licet nomen vxoris solum sit appositum in instrumento,tamen virum suum in veritate cõparasse probatur ex duobus,scilicet,quòd ipse vir antequam perueniretur ad faciendum instrumentum suo nomine emit. Item quòd ipsi viro possessio tradita est: vt sing. probatur in l. multum. C. si quis alteri vel sibi. Et si procurator facit aliquid vt nuntius,non valet quod agitur : vt est ibi textus in versicul.si verò.& ideo secundum Bartolum in contractibus factis per procuratorem hodie apponuntur illa verba,procuratorem,actorem,factorem,& nuntium specialem:vt possit etiam facere tanquam nuntius. & ad ea quæ habentur in hac lege in principio, adde notata per Bart. in l.si filij. C. de donatio. inter virum & vxorem. & de nuntio not.per Bart.in l.eum qui.§.fi.ff.de constituta pecunia.vbi dicit,ꝙ nuntius confert verba in personam domini dicẽdo sic, cõstituis te soluturum domino meo. Nuntius enim præstat nudum ministerium : quia non quæritur nuntio & per nuntiũ domino:sed directò quæritur domino. Est enim nũtius quoddam organum,quo mediante vadit vox vnius ad alium,sicut per epistolã: vt ibi nota-

ibi notabiliter declarat Bart. qui concludit, quòd nuntius priuati nunquam potest esse generalis, vt virtute illius generalis mandati descendatur ad aliqua specialia: tunc enim non esset tanquam organum: sed ipse per se faceret aliquid vltra id quod dominus dixit. & per ista dicit notabiliter Baldus in rubric. C. de exceptio. quòd prohibitus substituere poterit explicare per nuntium. & quòd non debeat dari licentia generalis nuntio, Bart. in l.j. C. de iure dominij impetran. Dicit etiam Bart. in d. l. eum qui. §. fin. quòd illud quod quis facit vt nuntius, non potest validari ratihabitione, si mandatum non pręcesit. Et nota quod notabiliter voluit Bald. in consilio clxxxiiij. tertio libro. quòd dominus qui est solitus ratificare contractus factos per nuntium bona fide, non potest dicere, nolo in alio contractu bona fide gesto. Addo etiam quod notat Bartol. in l. si pupilli. §. j. ff. de negotiis gestis. & quod notat Bartol. in l. qui mihi donatum. ff. de donationibus. Nec contra nuntium potest ferri sententia. Bartol. in l. j. C. de senten. in iij. colum. & quod notat Bar. in l. si Titio. ff. de vsufru. lega. quòd si in instrumento dicatur, constituit procuratorem & nuntium specialem, non potest esse procurator & nuntius simul: quia procurator concipit verba in personam suam: nuntius in personam domini: & sic erit procurator vel nuntius, prout sibi placebit.

DCXXXVIII.

Sententia in qua non condemnatur procurator, sed dominus qui iudicio nō interfuit, est ipso iure nulla. textus est singularis secundum Bartolum in l. j. C. de senten. quod tamen intellige, quando tenor sententiæ patitur vt verba referantur ad procuratorem: aliter referuntur ad dominum licet absentem: vt notatur in l. nihil C. de procurat.

DCXXXIX.

Quando duo vocabula veniunt ad determinationem eiusdem verbi, debent intelligi, vt vniformiter operētur. textus est singul. secundum Bartolum in l. fin. C. de senten. & cùm ille tex. velit quòd inferior à principe non possit apponere clausulam, appellatione remota, cùm istud videatur esse solius principis. l. j. in fi. ff. à quibus appellare non licet. dicas secundum glossam & doctores quòd illud est verum, quando appellatur post sententiam: sed iste textus loquitur quando appellatur ante sentētiam.

DCXL.

Sententia nulla ratione incertitudinis non impedit ferri aliam sententiam: debet tamen primò renuntiari de nullitate primæ. & hoc procedit etiam in dote. textus est singularis in l. fin. C. de senten. quæ sine certa quantitate. & ibi dicit Baldus quòd iudex in sentētia diffinitiua potest esse sibi contrarius, quando prima sententia est ipso iure nulla. Non enim est necesse, quòd si primò cōdemnauit non rite, quòd postea condemnet rite: imò potest absoluere & esse contrarius sibiipsi. quod dicit esse notabile.

DCXLI.

Licet ille qui est in potestate non habeat tutorem, instit. de tutelis, in princ. fallit in casu singularissimo, in l. fin. C. de sententiam passis. & hoc propter duo. Primò, quia fuerat datus tutor tempore quo poterat pati. Secūdò, quia pater non habet bonos mores & dissipat bona filij: & si pater est dilapidator bonorum filij interdicitur sibi administratio: vt ibi per Bart. & in l. cùm oportet. §. cùm autem. C. de bonis quæ liberis. & Bartolus distinguit sic: quòd vbicunque pater dissipat bona filij, siquidem filio ad ipsa bona potest dari regressus: quia vendit res immobiles, quæ non consumuntur: tunc non desinit esse legitimus administrator: nec filius potest reprehendere patrem. Si verò dissiparet res mobiles, quæ non possunt apparere, & pater non esset soluendo, & esset homo malæ vitæ, potest ei administratio interdici: vt in hac l. fin. Et adde etiam Bartolum in l. ij. §. quod si in patris. ff. soluto matrimonio. in l. imperator. ff. ad Trebellianu. & idem dicit Baldus in hac l. ad finem. quòd interdicitur administratio patri, si non expendit quando expēdere debet, quod est pulchrum.

DCXLII.

Si statutum punit inferentem iniuriam in personam, comprehendit scindentem vestes. Bartolus in l. licitatio. §. quod licitè. ff. de publica. Bald. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liberis & posthumis. in l. si qua per calumniam. C. de episcop. & clericis. Innocen. in capit. nuper. de senten. excommunic.

DCXLIII.

Statutum si dicit, quòd si quis blasphemauerit, vel iuerit de nocte: & sic quando est crimen quod non committitur contra certam personam, & sic cùm non sit certa & determinata persona quę passa sit iniuriam, quilibet potest accusare tanquam de crimine publico. Bart. in l. j. ff. de public. iudic. Bald. in l. reos. in vj. colum. C. de accusatio.

DCXLIIII.

Si dico tibi præsenti, promitto, ꝙ dabo Titio decem, hæc stipulatio est prorsus inutilis: nec oritur etiam naturalis obligatio. gloss. est notabil. valde, in l. stipulatio ista. §. si quis insulam. ff. de verbor. obligatio.

DCXLV.

Si ius superandi alium in emptione alicuius rei minor amisit, restituitur etiam si prætendit interesse ratione affectionis: vt notabiliter probatur in l. si in emptione. ff. de minorib.

DCXLVI.

Omissio solennitatis ex sola consuetudine inducta habet vitiare actum. gloss. est singul. in authent. vt præponatur nomen imperato. in princ. quæ dicit, quòd licet de annis domini nullibi caueatur quòd debeant poni in instrumento, tamen quia de consuetudine inseruntur, si non apponantur, instrumentum corruit.

DCXLVII.

Sponsus si nutrit sponsam nondum nubilem, debet lucrari fructus dotis. gloss. est not. vbi per Bald. in l. ij. C. de dotis promissio.

DCXLVIII.

Statutum si vult, quòd filia dotata non succedat extantibus masculis: si masculi decedant post mortem patris non succedit filia: quia perpetuò dicitur esse exclusa: quia filij semel fuerunt in rerum natura. hoc probat glo. secundum Bald. in l. in quibus. C. de secundis nuptiis.

DCXLIX.

Dubitauit semel socer meus, an possit dari curator nurui? & allegaui text. quòd sic, in l. cùm proponas. C. de interdict. matri.

DCL.

Si caput synodi vel capituli est suspectum, tota synodus est suspecta, seu totum capitulum est suspectum. allegaui semel vnum tex. ponderatum à Bald. in l. j. C. si rector prouinciæ. contra quosdam canonistas.

DCLI.

Aduertat ille qui vult alium substituere quomodo substituat: quia dicitur illum substituere suo periculo, de eo quod malè fecit. text. est not. in l. ad similitudinem. C. de episcop. & cleric.

DCLII.

Valet statutum, quòd filius teneatur pro debito patris, etiam si non sit hæres. hoc probat gloss. vbi per Bald. in l. dotis. C. de iure. dot.

DCLIII.

Statutum quod non habet aliam rationem in se, nisi quia sic placuit statuentibus: non trahitur de similibus ad similia. dictum est notab. Bald. in l. iij. C. de iure dotium.

DCLIIII.

Statutum si dixit quòd victus victori condemnetur in expensis: tunc veniunt iure actionis. dictum est notabile Bald. in l. iij. §. si rem. ff. de legat. iij. Bald. in l. non solum. ff. de rei vẽdicatione. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Angel. in authen. de exhiben. reis. in princ.

DCLV.

Statutum si dicit, quòd extantibus masculis, filia fœmina non succedat ab intestato: si est prӕterita, nõ potest rumpere testamentum. Bal. & moderni in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. quia non admittitur ad rũpendum, qui non succedit ab intestato. l. Papinianus. §. si quis ex his. ff. de inoffic. testa.

DCLVI.

Stante statuto, quòd agnati excludunt fœminas dotatas ab intestato, si filia est dotata minus legitima, & vniuersaliter instituti masculi, non poterit petere supplementum legitimӕ: vt pulchrè & latè concludit Alexand. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. allegans Bald. in l. scimus. in princ. C. de inofficioso testamento. in l. maximum vitium. in vltim. quӕst. C. de libe. prӕter. Paulum de Castr. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonstratio.

DCLVII.

Stipulatio si est facta cùm aliquis morietur, procedit si fuit occisus. Pet. de Ancha. in clementi. ij. de pœniten. & remis. per glo. notab. Instit. de capit. diminut. in princi. vbi iudicio Dei moritur ille, qui interficitur. Est etiã gl. in l. proinde. ff. ad legẽ Aquil. & ibi Bal. ponderat illã. Alex. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu.

DCLVIII.

Statutum dixit, si quis produxerit quatuor falsos testes, puniatur pœna mille. Si produxit plures, punietur eadem pœna. Domi. in cap. si compromissarius. de electio. in vj. Alexander in d. l. Gallus. §. quod si is.

DCLIX.

Stipendiarij non possunt constituere procuratorẽ ad suum stipendium recipiendum: quia per propriam manum debent recipere stipendium suum. textus est notab. vbi per Bartol. in l. iubemus per hanc. C. de erogatio. milit. ann. libr. xij. Et dum hoc obseruaret ad vnguem manificus vir Sebastianus Baduarius prӕfectus Paduӕ, allegaui sibi hũc textum, & multum placuit. noluit enim ipse tempore sui magistratus, quòd stipendia soluerẽtur, nisi eis quibus debebãtur. & ego semel commisi amico meo, vt pro me pecuniam salarij reciperet: recepit, & in suos vsus conuertit: & cum magna difficultate recuperare potui. In dicta etiam lege habetur, quòd ille qui tenetur soluere stipendium, si habet pecuniam & negligat soluere: & per hoc accepit pecuniam sub vsuris: stipendiarius tenetur ipse ad omnia damna: quod est notabile contra illos, qui habent facere solutiones de redditibus publicis: & non curant soluere etiam indigentibus. Habeant ergo ante oculos semper illam regulam naturalẽ, Quod tibi non velles fieri, alteri non feceris.

DCLX.

Statutum si dicit, quòd instrumentum scriptum manu publici notarij de contractu rogati habeat executionem, non verificatur in instrumento exemplato, etiam cum authoritate iudicis, licet faciat fidem. glo. est singular. in l. probatorias. C. de diuersis offi. libro duodecimo.

DCLXI.

Valet sententia, si iudex dicat, credo Titium debere decem Sempronio. gloss. est singu. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitris.

DCLXII.

Sententia lata ex priuilegiatis probationibus, nunquam transit in rem iudicatam. dictũ est singulare Innocen. in cap. tua nos. de cohabitatione clericorum & mulierum. quod dictum dicit mirabile Ang. in l. diuus. ff. de testamento militari. Roma. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Angel. in l. j. C. sententiam rescindi non posse. Anto. de But. in capitulo fraternitatis. de frigidis. Abb. in capit. proposuisti. de probationibus. vbi limitat hoc.

DCLXIII.

Sequester non potest quis cogi per iudicẽ ad recipiendum depositum sequestri. dictũ est not. Bar. in l. litibus. C. de agricolis & censit. libro vndecimo. Alexand. in l. si fideiussor. §. si. ff. qui satisdare cogantur.

DCLXIIII.

Dum semel quidam diceret: est locus in hac ciuitate, in quẽ congregantur sӕpe aliqui trufatores: recordor tunc dixisse, locus ille appellatur spelunca. adduxi tex. & ibi Angel. in §. iubemus. in authen. de ecclesiasticis titulis.

DCLXV.

Dicebat quoddam statutum, ꝙ officialis deputatus ad puniendũ maleficia, debeat sub pœna mille bannitũ captũ decapitari facere citò. Dixi ꝙ poterat differre xxx. diebus, & in pœnã non incidet. text. est not. in §. licet etiam. in auth. de defenso. ciui. & ibi per glo. & Angel.

DCLXVI.

Stuprans aliquam iuuenculam cum auri datione, videtur inuitam & nolentem stuprare: quia per deceptionem videtur stuprum committere. tex. est & ibi per Angel. in §. sancimus. in auth. de leno. quod facit contra defensores illius rustici, qui stuprauit ancillã meam: quia dicebant, quòd fuit volens. dedit enim sibi duos aureos, quibus expeditis nunc indiget. iste enim est casus in quo iniuria fit in volentem. Bart. in l. j. §. vsque adeò. ff. de iniur. & habetur in l. vnica. C. de raptu virginum. vbi Imperator appellat tales nephandissimos viros. Non sum ergo ille, qui talem sic appello.

DCLXVII.

Si quis sibilat in aurem iudicis, vt quia secretè loquitur, potest vt suspectus recusari. dictum est not. Anto. de But. & Abb. in cap. accedens. ij. vt lite non contesta. & ideo sis cautus, ne loquaris sic vt videaris.

DCLXVIII.

Scutifer, id est famulus stabuli potest petere pro capistro seu fune, quando equus venditur vel donatur: vt probatur secundum Ang. in l. j. C. de strato. lib. xij.

DCLXIX.

Substitutus pupillo potest sibi dari tutor in testamento. casus est singul. in l. amicissimos. in prin. ff. de excus. tut. & si nõ vult esse tutor, nõ per hoc repellitur à substitutione pupillari, vt ibi. quẽ text. pro valde notabili allegat Bart. in l. post legatum. §. amittere. ff. de his quibus vt indig.

DCLXX.

Si feratur sententia ex probationibus falsis dolosè factis contra absentem, est ipso iure nulla. casus est sing. secundum communem intellectum, in l. si prӕtor. §. Marcellus. ff. de iudi.

DCLXXI.

Tu scis dispositionem l. in hoc iudicio. ff. fami. erciscun. tamen sententia poterit ferri pro parte de consensu partium. gl. est no. in l. si conuenerit. ff. de re iudi.

DCLXXII.

Statutum si dicit, quòd testamenta debeant intelligi ad literam, tunc vulgaris expressa non continet tacitam pupillarem. ita egregiè voluit Bald. in l. precibus. in v. col. C. de impube. & aliis substitu.

DCLXXIII.

A sentẽtia sortis non appellatur: quia non habet superiorẽ. dictum est sing. Bal. in l. fi. in prin. C. communia de leg. si tamen esset enormis lӕsio, posset per officium iudicis reformari. dictũ est sing. Bal. in l. maioribus. C. communia vtriusq; iudi. nec datur etiã minori restitutio in integrũ aduersus sortem. Bal. in l. ait prӕtor. §. planè. ff. de mino.

DCLXXIIII.

DCLXXIIII.

Studentes in patria propria, sunt immunes à muneribus personalibus, & à custodia ciuitatis vsque ad vigesimũquintum annum, ne studiis arceantur. casus est vbi per Bart. in l.j.C.qui ætate.libro decimo.

DCLXXV.

Statutum dicit, quòd instrumenta dotalia mandentur executioni nulla obstante præscriptione: non obstantibus istis verbis, obstabit præscriptio centum annorum. text. glo.& Ang. in authen. vt decætero non fiant commuta. Ioan. de Ana. in ca. multorum. de Iudæ.

DCLXXVI.

Licet post sententiam diffinitiuam non posit iudex condemnare in expensis: secus in interlocutoria: quia vsque ad finem causæ. dictum est nota. Innocen. in cap. sæpe. de appellat. & ibi Abbas exultat.

DCLXXVII.

Statutum mentionem faciens de citatione, habet locum in illo qui est præsens sine citatione. dictum est nota. Bald. in authen. si omnes. C. si vt se ab hære. absti. refert Alexã. in l. fin. in princ. C. de procura.

DCLXXVIII.

Si statutum dicit, quòd nobilis non posit recipere cessionem contra ignobilem, & aliquis nobilis succedit iure hæreditario, non incidit in pœnam. text. est notabilis, & ibi per Bart. in l.j.§. penultimo. ff. de falsis.

DCLXXIX.

Spoliatus si confitetur aduersarium esse dominum, non debet restitui. ita notabiliter voluit Angelus in l. Paulus. §. j. ff. quibus modis pign. vel hypotheca sol. qui adducit vnum dictum Innoc. quod dicit singularissimum.

DCLXXX.

Quæro, si relinquitur aliquid spurio, & grauatur de restituendo, an fideicommissum valeat? Et respondeo quòd vbi à principio relictum est nullum, fideicommissum ab eo relictum in consequentiam est nullum. glo. est singul. in l. codicillis. in ver. petere posse. ff. de lega. ij. quod est notabile.

DCLXXXI.

Si dicit statutum, quòd in instrumẽtis confessionatis procedatur omni exceptione reiecta: istud statutum non habebit locum, si agatur non contra debitorem, sed cõtra tertium possessorem: quia ista confessio priuilegiata non sequitur tertium possessorem. dictum est singular. Bald. in l.j.C. communia de lega. refert Alexand. in l.j.§. si hæres. ff. ad Trebellia.

DCLXXXII.

Statutum si dicit, quòd valeat contractus factus à maiore decem & octo annis, non impeditur restitutio: operatur enim statutum quòd contractus valeat, qui aliàs non valeret. ita Bald. in auth. si captiui. C. de episc. & cler.

DCLXXXIII.

Spoliatus non restituitur obstãte exceptione dominij propter magnitudinem difficultatis restitutionis: vt quãdo tractatur possessorio recuperandæ vnius castri. dictũ est not. Paul. de Cast. in l. ij. C. de edicto diui Adria. tollen.

DCLXXXIIII.

Si prælatus posidentem rem ecclesiæ spoliauit: & postea conuenitur possessorio recuperandæ, si offerat exceptionem dominij spectantis ad ecclesiam, & offerat incontinenti probationes, debet audiri. dictum est not. Bald. in l.j. ad fin. C. de appel.

DCLXXXV.

Nunquam res sorte dirimitur, nisi quando dubium est in iure: secus si vertitur dubium circa factum. glo. est sing. in l.j.C. vti posidetis. secũdum modernos, in l. huiusmodi. §. si. ff. de lega. j. notat Bart. in l. si duo. in princip. in iij. colum. ff. vti posid.

DCLXXXVI.

Si sunt plures socij vnius apothecæ, quilibet non potest agere insolidum contra debitores apothecæ: vt vult Bart. in l. eadem. in princ. ff. de duobus reis. moderni in l. si vnus. ff. de pact. per Bart. in l. penulti. ff. de stipulatio. seruo. vbi sing. loquitur. per Bald. in rubr. C. de exercito. in l. cùm te in Galliam. C. si cert. pet.

DCLXXXVII.

Sententia lata super homicidio &c. vt suprà sing. cclxiiij.

DCLXXXVIII.

Aliquis confitetur sacerdoti, quòd habet centum quæ sunt Sempronij: & promittit sacerdoti quòd vult restituere: acquiritur actio Sempronio. ita Bart. in l.j.§.j. in fi. ff. de iusti. & iure.

DCLXXXIX.

Fuit semel dubitatum quantum debeat expendere heres in sepultura defuncti. Et Bartolus format quæstionem in l. j.§. fin. ff. ad legem Falcidiam. & ibi allegat text. in l. at si quis. §. æquum. ff. de religiosis. quòd debet expendere quantum dixit testator. & si dixit minus, æquum expendat vt ibi. & talis impensa inquantum est necessaria detrahitur vt æs alienum. est pulcher textus ille quòd pro dignitate eius qui funeratur & pro modo facultatũ impensa fieri debet.

DCXC.

Quidam iuuenis amicus meus dum venisset ad mortem, & vellet sepeliri in sepulchro paterno, oppositum fuit sibi quòd non poterat: quia non fuit hæres patris: misit pro me ostendi hæredi patris textum in l. vel quæ pater. ff. de religiosis. vbi est textus in terminis de filio qui non est hæres, quòd tamen potest sepeliri in sepulchro paterno: & tunc hæres acquieuit. & ibi est etiam tex. notab. & ibi Bart. quòd scriptura posita in sepulchro non tribuit ius alicui, vt ibi posit sepeliri.

DCXCI.

Fuit semel dubitatũ m. testator habet plures hæredes, vtrũ posit iura sepulchrorum vni hæredum tantùm applicare? Et responsum est quòd sic. l. iij.§. si quis. vbi Bart. ff. de sepulchro viola. facit quod habetur in l. monumenta. C. de lega.

DCXCII.

Quidam perdidit equum suum, & tandem inuenit: & dum vellet habere tanquam suum, opponebatur, quòd non erat suus. dicebat ille: illud signum seu stigma quod habet in femore, est meum signum: quærebatur, vtrum hoc modo probetur dominium equi? Et Bart. notabiliter quòd sic, in l. stigmata. in fi. C. de fabricen. libro xj.

DCXCIII.

Si tu vis scire quæ faciunt aliquem suspectum, vide glo. notabilem quæ ponit quatuor in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogantur. non tamen intelligas quòd semper illa quatuor debeant interuenire copulatiuè: sed quandoque sufficit vnum, quandoque aliud, secundum diuersitatem causarum, in quibus de suspicione tractatur secundum Bartol. & qualiter probetur suspicio fugæ, Roma. consil. ccxlv. & cccxx. & ibi tangit quid si testes sint hincinde pares: quia aliqui dicunt, quòd est bonæ opinionis apud populum, aliqui quòd non.

DCXCIIII.

Vidi semel in quodam processu quòd quidam voluit probare aliquem esse surdum: sed recordor quòd tres testes examinati non probabant concludenter. debebant enim dicere sic, quòd talis non intelligebat ad vocem, &

nihil percipiebat auditu: sed per aliqua signa: vt declarat Bart. in l. fi. ff. de bonor. posses. infan. vel furio. de la. Et si tu vis scire quis sit surdaster: vide text. & glo. in l. fin. ff. de legiti. tut. est enim ille qui parum audit. & in l. j. in fine. ff. de tute.

DCXCV.

Statutum si disponit quòd instrumentum guarentigiæ habeat executionem paratam, licet in dicto instrumento sit pactum nudum, habebit executionem paratam, sicut si esset stipulatio: quia propter instrumentum dicetur legitima conuentio quæ iuuatur lege municipali. ita notabiliter voluit Bald. in l. ij. in fi. C. de executio. rei iudi. quod dicit esse memoriæ commendandum. Et hoc dictũ refert Alexand. in l. legitima. in fi. ff. de pactis.

DCXCVI.

Incidit in falsum ille qui celat tantummodo testamentum. casus est singularis in l. locum. in versi. & posse. ff. de tabu. exhib. quod intellige quando celat quo ad omnes vt nemo possit habere. Et adde Bar. in l. Paulus. ff. de falsis. Bald. in l. fin. C. de eden. Et si probo quòd tu subtraxisti mihi instrumentum venditionis quam mihi fecisti, ista probatio facit plenam fidem pro me contra te: vt in l. si de possessione. cum sua materia. C. de probatio. & de lacerante instrumentum singulariter per Bald. in l. j. C. de fide instrumen. & per Pet. de Ancha. consil. clxxij.

DCXCVII.

Si duobus impuberibus est datus tutor per iudicem: & alter reincidit in tutelã alterius qui peruenit ad perfectam ætatem, desinit esse tutor datus à iudice. text. est singu. in l. si tutor. §. si duobus. ff. de tute. & ratio. distrahen.

DCXCVIII.

Si tu vis scire casum in quo fideicommissaria trahitur ad directam, vide tex. qui non est alibi in l. neque. §. fin. ff. de testamen. milit. secundum Bart. in l. j. ff. de vulg. & pupil. in iiij. quæst. in versicu. vlterius quæro.

DCXCIX.

Si fiat transactio super alimẽtis simpliciter non porrigitur ad habitationem & vestiarium. textus est singularis in l. cum hi. §. qui transigit. ff. de transactio. & ideo debet exprimi de habitatione & vestiario.

DCC.

Sanguinis in pœnis (nisi mœchus) transigit omnis,
In cæteris nulli liceat, nisi crimine falsi.

Textus est singularis in l. transigere. C. de transactio. & ibi glo. adducit ista carmina. Et ratio est, quòd de crimine capitali licitum est transigere: quia cuilibet licitum est redimere sanguinem suum. Excipitur tamẽ adulterium propter frequentiam delicti. In aliis autem criminibus quæ pœnam sanguinis non ingerunt, non est licitum transigere. & est ratio publicæ vindictæ, ne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. Ratio in crimine falsi est: quia dato quòd non ingerat pœnam sanguinis, tamen totaliter hominem vituperat: quia non est delictum in mundo ita opprobriosum. Et est sciendum, quòd in crimine capitali licita est transactio ex parte accusatoris & rei, quantum ad impediendum processum, ne iudex vlterius super eo procedat: quoniam transactio ad hoc principaliter porrigitur, vt impediat processum. l. fratris. C. de transactionibus. ista tamen transactio non nocet alij volenti accusare de nouo, & facere nouum processum: vt declarat Bart. in d. l. transigere. Qui venit cõtra transactionem iuratam per Deum vel principem infamatur, pœnam soluit, sibi data reddit, & actionẽ perdit, quæ parti obseruanti applicatur. textus est singul. in l. si quis maior. C. de transact. & scias quòd ista constitutio habet locum in transact. factis nullo cogente imperio, sed libero arbitrio. ex hoc dicit Bar. quòd si fuerit iuratum super compromisso vel transactione quæ fiunt à parte inuita ex forma statuti vel præcepto iudicis, quòd pœna huius constitutionis non teneatur. & hoc verum secundum modernos, si fuit cõpulsus iurare & compromittere: secus si compromitteret tantùm: quia si sponte iurauit, veniendo contrà, incidit in istas pœnas: cùm illud iuramẽtum sit præstitum nullo cogente imperio: si tamen de consuetudine præstaretur, iuramentum satis diceretur esse de necessitate statuti. & de materia istius legis aliquid per Abb. consilio xij. ij. lib. per Ang. consil. clix. & Petrum de Ancha. consilio ccclxxxiij.

DCCI.

Si petatur dilatio quæ tempus instantiæ non excedat, tam actori quàm reo conceditur: quòd si excedit non actori, sed reo conceditur: poterit tamen actor vti dilatione reo concessa. text. est singu. in l. petendæ. C. de tempo. in integ. resti.

Sed quid si actor dedit libellum circa principiũ quadriennij, & tantum fuit disputatum super libello & super legitimatione personæ quòd modicũ superest ad probationes faciendas, an actori debeat dari dilatio quæ tempus excedat? & conclude quòd sic, per rationem, quæ ponitur in text. quia quando denegatur actori, ratio est propter negligentiam suam: quia est in arbitrio eius quando agat. si igitur cessat ista ratio, cessabit ista lex: & sic tẽpus instantiæ potest ex causa legitima prorogari: non autem est sic in tempore instantiæ causæ principalis. l. properandum. C. de iudi. quia hîc perempta instantia perit etiam causa: sed in causa principali perempta instantia remanet ius primum, vt possit etiam de nouo inchoare.

DCCII.

Si testes examinati coram arbitris viuunt, est in eius electione contra quem attestationes producuntur, vel eis stare, vel petere quòd de nouo examinentur: sed si sunt mortui, de necessitate attestationibus standum est. text. est singu. in l. final. C. de testi. quod est notabi. secundum Bartolum.

Et adde quòd tales testes producti coram arbitris debent compelli ad deponendum per magistratum illius terræ. ca. j. in prin. si de inuestitu. inter dominum & vasallum lis oriatur. & vide ibi Bald.

DCCIII.

Testamentum imperfectum ratione solennitatis omissæ, valet inter liberos tantùm. text. est sing. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. secus si testamentum deficeret ratione voluntatis imperfectæ, vt ibi per Bart.

Et videtur concludi, quòd iste text. habeat locum etiam in filiis naturalibus. de quo per Specu. in tit. de instru. edi. §. compendiosè. verb. quid si pater. per Paul. de Cast. in d. §. ex imperfecto. in l. fin. C. fami. ercisc. & Roma. consi. clxxix. qui adducit Bald. hoc volentem. Tamen doctores Bononienses consuluerunt contrarium: non valet tamẽ testamentum patris inter filios nutu, si valet loqui. Ange. in consil. cclvij.

ADDITIO.

Adde Bartol. sing. clxxxj. & ibi addit.

DCCIIII.

Testamentum perfectum non tollitur per imperfectum, nisi cursus decennij subsequatur. text. est singul. in l. sancimus. C. de testa. Et dicit Paul. de Castr. notabiliter, quòd homo hodie ditissimus mortuus est nullo condito testamento: sed reperitur quòd iam sunt quadraginta anni, quando erat pauper, quòd fecit testamentum, & instituit Titium: per cursum huius temporis & maioris non poterunt excludere venientes ab intestato istum institutum, dicendo quòd eo tempore erat pauper, & quòd nõ est præsumendum quòd voluerit ei relinquere tam opulentam hæreditatem.

ADDITIO.

Adde Bartol. singul. clxxxij. & ibi addit.

DCCV.

Nisi testes deponãt de toto tenore testamenti non probãt. & sic si aliqui testes deponunt plus, aliqui minus non probant, etiam in eo in quo sunt concordes: quia oportet quòd intersint toti testamento. dictum est sing. Bald. in l. cùm antiquitas. C. de testamen. & ibi vide per Alex.

DCCVI.

Testator reliquit ecclesiæ centum vt inde fundum emat: emit, & tandem vult vendere: non potest. intelligitur enim vt perpetuò possideat. text. est not. in l. Titio centũ, in princi. ff. de conditio. & demonstrationib. secundum Bald. in l. fi. C. de pact. inter empt. & vendi.

DCCVII.

Corrumpuntur quandoque tutores in puellis maritandis. textus est not. quem ibi Bald. ponderat, in l. si pater. C. de sponsa.

DCCVIII.

Testis nõ debet interrogari, an aliquis possideat bona vel mala fide, cùm sit iuris. gloss. est not. in l. mala fide. C. de condict. ex lege.

DCCIX.

Ignorabatur semel, an quidam testator qui pro anima sua certa bona reliquerat: an esset fidelis vel infidelis: fuit quæsitum an disposita à se deberent mandari executioni. & fuit responsum per iurisconsultos quòd sic. Adducebant text. notab. vbi per Bald. in l. nulli. ver. quòd si testator. C. de episcopis & clericis.

DCCX.

Quidam amicus meus qui iacens in lecto volebat instituere hæredem: sed eius coniuncti non permittebant venire notarium nec testes, consuluit me de remedio: respondi quòd deberet implorare officium iudicis, qui veniet, vel notarium mittet. adduxi Bart. in l. curent. ff. de testi. in l. j. ff. si quis aliquem testari prohibue. & ita fuit factum.

DCCXI.

In re non transmissibili ad hæredes appellatione hæredum non veniunt extranei: sed descendẽtes. doctrina est Bar. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liberis & posthumis. nisi dictũ fuisset ad hæredes quoscunque. Bald. in l. j. ff. de rerum diuision. Alexand. in dicto §. etiam.

DCCXII.

Licet in re transitoria veniat etiam extraneus hæres: fallit nisi esset dictum de hærede masculo: quia tũc cõprehendentur solùm descendentes. dictum est not. Bald. in dict. §. etiam. & in l. liberti libertæque. in vltima colum. C. de operis liber. quia cùm voluit excludere filias fœminas, multomagis extraneos hæredes.

DCCXIII.

Transactio est generale nomen ad omnem speciem finiendæ obligationis. text. est & glo. in l. de fideicommisso. C. de transactio. in l. j. §. j. in versic. transigendi. ff. de pactis.

DCCXIIII.

Si vnus testis deponit de veritate, & alius de confessione facta præsente parte, probant: & sic coniunguntur ad plenam probationem faciendam. dictum est not. Bald. in l. si quis ex argentariis. in princip. ff. de eden. sequitur Alexand. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liberis & posthu. quia ista est quædam singularitas adminiculatiua dicti testis, quæ non vitiat, secundum notat. per Bald. latè in l. de quibus. ff. de legi.

DCCXV.

Si vnus testis deponit de veritate & fama, & alius de fama, concludenter probant. dictum est mirabile Bald. in d. l. Gallus. §. ille casus. secundum Alex. ibi, quem vide.

DCCXVI.

Duo testes qui sunt tabelliones, præferuntur duobus aliis testibus simplicibus contrarium deponentibus. gloss. est singul. in §. si verò cuiusdam. in auth. de hæred. & fal. secundum Roma. in rubr. ff. de arbitris.

DCCXVII.

Quidam semel appellauit principem quendam tyrannum. Interogaui eum quomodo cognosceret quòd aliquis esset tyrannus: nesciuit quid responderet: tunc dixi, ille dicitur tyrannus, qui vult vsurpare illa quæ sunt propriè principis supremi. l. sacri affatus. C. de diuersis rescript. vbi per Bald. & Bart. fecit tract. de tyrannide. Bald in l. decernimus. C. de sacrosanct. eccles.

DCCXVIII.

Duplicatur tempus, si aliquis rumpit confinia: & duplicatur cum sua qualitate, id est, cum infamia. textus est cum glo. in l. si Posidonium. C. ex quibus cau. infam. irroga. quod est notabile secundum Bald. ibi.

DCCXIX.

Tyrannus contrahens cum tyranno, si enormiter lædatur, præsumitur in dubio per impressionem. dictum est not. Bald. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccles.

DCCXX.

Titulus C. ne liceat potentioribus. non habet locum, quando ille qui assumpsit patrocinium potentioris litigaret cum pariter potente, quia non videtur fecisse, vt metum inferat: sed vt excludat. dictum est notabile Pauli de Cast. in l. j. illius tituli.

DCCXXI.

Tutor non potest compromittere de iure & de facto: quia videtur donare cùm possit de iure vnius auferre, & dare alteri. dictum est notabil. Angel. in l. imperatores. ff. de pactis.

DCCXXII.

Titulus C. de non numer. pecun. non habet locum in causa pia. Dictum est notabile Baldi in authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis ecclesiis.

DCCXXIII.

In translatione bonorum adulti per ingressum in religionem, non requiritur decretum iudicis. dictum est not. Cin. in authen. ingressi. C. de sacrosan. eccles. & Abb. in capitu. in præsentia. in prima charta. de probationib. vult quòd sic: secus si ad pias causas donaret.

DCCXXIIII.

Titulus, pro hærede, non habet locum in suis. l. nihil. C. pro hærede. hoc verum, nisi suus vellet venire ad hæreditatẽ tanquàm agnatus. dictum est singulare Bald. in rubrica de præscriptioni. in v. columna.

DCCXXV.

Titulus, ex quibus causis maio. non habet locum, quando quis vellet restitui ad complendam præscriptionem: quia tractat de lucro captando. glo. est notabilis, in l. iij. §. Labeo. ff. de acquiren. posses. in l. j. C. de anna. exceptio. hoc limitatur, nisi parũ temporis superesset ad præscribendum. gloss. est. singular. in l. j. §. qui vi. ff. de vi & vi arma. & hoc limitatur, si sit præscriptio fauorabilis: secus si odiosa. gl. est singularis in l. in vsucapione. ff. de diuer. & tempor. præscriptio.

DCCXXVI.

Vnus testis non facit semiplenam probationem, quando non fuit interrogatus de causa scientiæ: & sic iudex non fuit diligens in perquirendo veritatem. Dictum est notabile Bald. in capitul. j. §. item sacramentum. de consuetud. recti feudi. quod dictum reuelauit mihi Alexand. in l. admonendi. ff. de iureiurand. in penultima columna.

DCCXXVII.

Si dicta testium sunt recepta & examinata inter alias personas, faciunt semiplenam probationem contra alios, si amplius illi testes haberi non possunt & examinari. dictum est notabile Bart. in dicta l. admonendi. ff. de iureiuran. Angel. in l. j. C. de eden. Anto. de Butri. in cap. fin. de iureiur.

DCCXXVIII.

Licet vbi vertitur turpitudo ex parte vtriusque, si translatū est dominium rei traditæ nullo modo potest repeti. l. ij. C. de condictio. ob turp. caus. tamen secus est, si non est translatum dominium: vt in pignore: quia pignorans potest vendicare. Et est ratio, quia tunc reus conuenitur, vt quilibet possessor. gloss. est not. in l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de pactis. & ibi Alexan. qui allegat etiam glo. in l. ij. C. de condi. ob turp. caus.

DCCXXIX.

Tu scis quòd in obligatione generali expressa veniunt etiā futura. l. fin. C. quæ res pigno. oblig. possunt. Idem dicas in tali hypotheca: quia trahitur etiam ad futura bona. Dicitur quòd est text. singular. in l. hac edictali. in ver. omnibus. C. de secūdis nup. sed est alius in l. iij. C. de priui. fisci. & in pignore prætorio veniunt etiam futura. Casus est singular. in l. quamuis. ff. de bon. author. iudic. possidendis.

DCCXXX.

Licet tutor solus non possit adire sine pupillo, tamē potest petere restitutionem in integrum aduersus aditionem sine pupillo. text. est notabil. secundum Angelum in l. ex contractu. ff. de re iudicata.

DCCXXXI.

Tu scis dispositionem l. j. C. de senten. Sed accipe pulchram limitationem, quòd licet iudicium sit fundatum in personam pupilli tutore authore: tamen tutor potest condemnari. text. est singularis in l. si ideo. in princip. ff. de euictio.

DCCXXXII.

Si testes dicant, quòd viderunt Titium interficientem Gaium ad sui defensionem, satis est probata defensio. Dictum est singulare Bart. in suo consilio incipiente, quidā Massiolus. quod approbat Salice. in l. solam. C. de testib.

DCCXXXIII.

Si testis communi opinione reputabatur liber, tamen testator bene sciebat eum esse seruum, non habet locum l. j. C. de testamen. dictum est singulare Ioan. Fabri Instit. de testament. §. sed cùm aliquis. quia sibi imputare debet testator.

DCCXXXIIII.

Communis erat opinio, quòd pater Titij erat mortuus: & ita probatur: & fecit Titius testamētum, non tamen valet. dictum est singulare Bald. in l. ij. ad fin. C. de senten. refert Alexand. in l. j. C. de testa.

DCCXXXV.

Est magis communis opinio, quòd hodie emancipatus nō transmittit hæreditatem non aditam: quia in hoc non reperitur sublata differentia. Alexand. in l. si fratris. C. de iure deliberand. licet Bartol. in l. ventre. ff. de acquirenda hæreditate, reliquit cogitandum.

DCCXXXVI.

Tu scis quòd iura dicunt, quòd voluntas testatoris seruanda est. §. disponat. in authen. de nupt. accipe pulchrā declarationem, quòd hoc verum est, quando transit ad dispositionem: quia non sufficit quòd testator velit, nisi disponat. tex. est notab. vbi per Bald. in l. quidam cum filium. ff. de hæredib. instituend. nam ibi licet testator voluerit hæreditatem venire ad filium, tamen quia non disposuit, non potest agi ex testamento.

DCCXXXVII.

Si filius est præteritus à matre cum expressione causæ legitimæ tenet testamentum: quia habetur pro exhæredatione, & debet filius intentare querelam: & si hæres non probabit causam obtinebit. est magis cōmunis opinio in authent. licet. C. de libe. præterit.

DCCXXXVIII.

Si filius est exhæredatus cum expressione causæ legitimæ testamentum valet: licet adhuc causa non sit probata ab hærede: sed est necesse intentare querelam: vt est magis communis opinio in authentic. ex causa. C. de libe. præter. in glo. ij.

DCCXXXIX.

Est magis communis opinio hodie, quòd testamenta condita in castrēsibus possint querelari & impugnari, sicut alia testamenta, per Bartol. & alios in dicta authentic. ex causa. C. de libe. præteri. gloss. in rubric. ff. si quis à paren. fuerit manumiss.

DCCXL.

Testator præteriit posthumum ignoranter, & adiecta est clausula codicillaris: posthumus tenetur restituere hæreditatem per fideicommissum hæredi scripto. ista est opinio magis fundata secundum Alexandr. in dicta authen. ex causa.

DCCXLI.

Si frater rescindit testamentum fratris turpi persona instituta, non habet locum authentic. ex causa: quia in correctoriis non fit extēsio ex identitate seu maioritate rationis. ista est verior opinio secundum Alexandrum in dicta authentic. ex causa. licet Bald. & Salice. in l. fratris. C. de inoffic. testamen. teneant contrarium.

DCCXLII.

Testator fecit primum testamentum validum, & secundū fecit inualidum propter vitium præteritionis, hoc casu hæredes scripti in primo testamento valido non tenentur præstare legata relicta in secundo: & sic non habet locum authen. ex causa. quæ non loquitur hoc casu. est magis communis opinio dicit Alexand. in dicta authentic. ex causa. Licet Bartol. teneat contrarium in l. si iure. ff. de leg. iij.

DCCXLIII.

Testator habuit duos filios impuberes, & vnum puberem quos omnes hæredes instituit, & postea dixit: si quis eorum in pupillari ætate, vel postea quandocunque decedat sine liberis, substituo superstites, in personam nullius comprehenditur pupillaris causa æqualitatis serdæ: ita singulariter consuluit Richard. de Salic. vt refert Alexan. in l. in testamento. in fi. C. de testamen. militari.

DCCXLIIII.

Testator si dixit, Si pupillus in pupillari ætate decesserit, talis sit hæres mihi, vel bona deueniant in talem: non videtur quòd sit pupillaris: quia per illam non succeditur testatori, sed pupillo. in contrarium est casus singularis, vbi per Bartolum in l. si ita. §. qui filio. ff. de vulga. & pupillar. quia habetur perinde ac si non dixisset mihi. Alexand. in l. precibus. C. de impuberum & aliis substitutionibus.

DCCXLV.

Testator quando substituit ecclesiam, tunc mater non admittitur ex tacita pupillari: quia est verisimile quòd testator voluerit præferre causam piam matri pupilli. Dictum est notabil. Angel. & Paul. de Castr. in l. precibus. C. de impuberum & aliis substitutionib.

DCCXLVI.

Testator si legat liberationē omnibus debitoribus, non intelligitur legata liberatio eis, qui possident res testatoris. casus est singularis in l. Aurelius. §. Mæuia. ff. de liberatio. legat. secundum Bald. in l. cùm necessitatem. C. de fideicommiss.

DCCXLVII.

DCCXLVII.

Testator si dicat, rationem tutelæ quam Titius egit cũ Lucio reposci nolo, non intelligitur liberatus Lucius: quia ibi ponitur causa demonstrationis. casus est notabil. in l.final.§.Titia.ff.de liber.lega.

DCCXLVIII.

Testator non potest priuare hæredem suum propter negligentiam alterius. casus est singularis in l. paterfamilias. ff.de hæredibus instituend.

DCCXLIX.

Testator si legat vni fundum, alij vsumfructum, quilibet habebit dimidiam vsusfructus. casus est singularis in l.si à-lij.ff.de vsufru.lega.

DCCL.

Volo tibi dicere casum, in quo testamentum probatur per duos testes: etiam si esset quæstio de voluntate. nam si instrumentum testamenti authenticum factum coram septem testibus perdatur, probato casu amisionis & tenore testamenti per duos testes, erit probatum testamẽtum. ita singulariter probatur in l.testium. C. de testi. & ibi per Bald. & refert Alexand. in l.bonorum. C. de bonor.possess.contra tabu.

DCCLI.

Testator legat decem annua vsque ad vigesimumquintum annum illi, qui habet quindecim annos: non intelligitur habere respectum ad ætatem, sed intelligitur legare vsque ad vigintiquinque annos, qui incipiunt currere post mortem testatoris. casum habes singularem in l. codicillis.in prin.ff.de annu.lega. Paul.de Cast.& Alexan. in l.si cui.§.j.in fi.ff.de lega.j.

DCCLII.

Testator dixit, instituto Titium, & post mortem eius instituo eius liberos, veniunt ordine successiuo: vt primò filij, deinde nepotes. Bart.in l. Gallus. §. quidam rectè.ff. de liber.& posthum.in l.si cognatis. ff.de reb.dub.vbi limitat hoc.

DCCLIII.

Quando petitur rescindi testamentum, instrumentum vel contractus, sentẽtia prodest omnibus, quorum interest, etiam si non fuerunt in iudicio. casus est sing.in l.posthumus.§.si quis ex his.ff.de inof.test.& ibi per Bar.& Ang. & pro limitatione Bald.in l.ij.C.de re iudi.in l.certa. C. quando prouocare.in l.fratris.C.de inoffi.test.in l.fi. C. de peti.hæredi.in l.fi.C.de fideicommiss.liber.

DCCLIIII.

Vbicunque aliquis de iure ciuili tenetur fœnerari pecuniã illius, cuius negotia administrat: vt sunt tutores & similes, cùm vsuræ sunt hodie prohibitæ, debẽt dare idoneis mercatoribus ad licitum quæstum. dictum est singula. Bart.in l.diuus.ff.ad leg.Falcidiam.

DCCLV.

Si dicta testium sunt inualida, eo quia non sunt rite recepti, vt quia ante litem contestatam, non possunt validari consensu partium. ista est conclusio vera, quam tenet Alexand.allegando multa in l.j.ff.de feriis.

DCCLVI.

Nota vnum pulchrum dictum: aliquis conduxit equum, & iuit ad longinquas partes: accidit casus fortuitus in equo: ita quod periit: potest facere examinari testes, qui faciunt fidem coram competenti iudice, dato quòd aduersarius nõ fuerit citatus, si erat in loco longinquo. dictum est not. Bart. in l.ij.C. de naufra.lib. xj. quod nota multum, quia vidi in practica.

DCCLVII.

Si testis deponit, quòd Titius possedit decem annis tãtùm: in eo quod dicit tantùm, nihil operatur: quia testis vult excludere omne aliud tempus: & in hoc videtur deponere super merè negatiua: ideo non probat. dictum est not.Bart.in l.j.ff.si quis ius dicen.non obtem.

DCCLVIII.

Testis deponẽs super negatiua seu asserens negatiuam, ratione temeritatis suæ, poterit puniri extra ordinem. ita Ange.notabi.in l.plagij.C.de plagiariis.

DCCLIX.

Testis si dicat, scio, quia tetigi manibus, de eo quod tactu percipi non poterat, sed alio sensu, probat: ita notabiliter voluit Bart.in l.fi.C.de pericu.nomina. lib. xj.& hoc dictum adducit Bald.in l.non omnium.ff.de legi.

DCCLX.

Tutor potest licitè rem pupilli iustè vẽditam sibi retinere, si emptor pretium non soluat, & ipse tutor pretium de suo in vtilitatem pupilli conuertat. casus est singu. in l. tutor rerum.ff.de adminis.tuto.

DCCLXI.

Tu scis quòd vsufructuarius possidet naturaliter.l.naturaliter.ff.de acquiren.poss.tamen ius vsusfructus quasi possidet ciuiliter & naturaliter. gl. est sing. secundum Bart. in l.si plures.§.deiectum.ff.de vi & vi arma. Dicit tamen quòd est melior gl.in l.ait prætor.§.item ei. ff. ex quibus cau.ma.Bart.in l.quod meo.ff. de acqui. poss. allegat gl. in l.j.§.non autem.ff. de vi & vi arma. quam dicit singularem quòd aliud est, quando dominus deiicitur de possessione, & retinet per colonum: quia illam non perdit: secus si spontanea voluntate tradit.& in dict. §. non autem.multum exultat de illa glo.& dicit, sic oppono: si hoc est verum, sequeretur quòd constituendo me tuo nomine possidere non transferam possessionem in te, quã retineo per colonum, quod est contra legem, quod meo. ff.de acqui.pos.respondet gl.notabiliter, & nescio alibi. Dicit Bar.quòd prædicta scilicet, quòd solo animo non potest perdi possessio retenta per colonum, sunt vera, quando animus perdentis & acquirentis non concurrunt: vtputà, quia vi deiicior: secus si sponte tibi traderem: vt fit quotidie in instrumentis contractuum emptionis & venditionis.

DCCLXII.

In l.de vsu.ff.eod.titu. ponuntur quatuor casus singulares, in quibus competit iudicis officium. Primus est, quãdo quis habet vsum alicuius seruitutis, sed non habet ius seruitutis, subuenitur sibi per officium iudicis, ne impediatur: exemplum patet in l.Aquilius.in fi.ff.de donatio.secundum vnam lecturam.

Secundus casus sing. quando riuus nouus constituitur, & nocet non habenti prædiũ, ibi: tunc succurritur sibi per officium iudicis. facit quod habetur in l. vltima. ff. de via public.

Tertius casus est, de equis alienis à sciente possesis, fœtúque earum, quando quis non potest probare dominium vel quasi, tunc probando de possessione tantùm, succurritur per officium iudicis, quod est notabile. & dum dicit de fœtu earum equarum, hic nunquam fuit possessus, meritò competit officium iudicis.

Quartus casus est de damno dato in prædio: exemplum, fit hastiludium extra ciuitatem, & tota gẽs ponit se in prædio vnius, cùm deberet diuidi per plura prædia, tũc imploratur iudicis officium, quod est pulchrum.

DCCLXIII.

Tu scis quòd actio, quòd metus causa, habet locum, quando infertur metus mortis vel cruciatus corporis.l.interpositas.C.de transactio. Item scis, quòd datur officium iudicis in casu.l.j.§. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur. & nullum istorum remediorum potest competere ægro promittendo medico qui non promittit metu quem credat sibi ab alio illatum: sed propter

voluntatem euadendi. Item non promittit propter reuerentiam, quam habebat ad medicum: sed propter sanitatem quam sperabat ab eo habere: & sic fuit æquum sibi subueniri speciali priuilegio. de quo in l. medicus. ff. de variis & extraordi. cogni. vbi est textus singul. secundum Bartolum.

DCCLXIIII.

Mora principalis nocet fideiussori nisi creditoris mora præcesserit quoad fideiussorem. tex. est singul. in l. mora. ff. de verborum obligat. secundum Din. & Bart.

DCCLXV.

Adiectio instãtis temporis exactionem non differt. text. est singul. secundum Bartol. in l. liber homo. §. decem. ff. de verbo. oblig. nam ibi dicitur, quòd si spondes hodie decem dare, eodem die possum agere.

DCCLXVI.

Ex præsumpta voluntate defuncti plures coniuncti vocantur in virilem, respectu vnius defuncti: sed inter se in hæreditarias portiones. text. est sing. secundum Bart. in l. qui cùm plures. ff. de vulga. & pupilla.

DCCLXVII.

Quando věter est pariturus suum, si vult mitti in possessionem, vt in ea sit vsque ad tempus pubertatis, tunc debet adhiberi plena causæ cognitio: vt est text. singul. in l. vbicunque. §. interdum. ff. de ven. in possess. mittendo. si verò vult in ea permanere vsque quo nascatur: tunc adhibetur summaria cognitio. l. j. §. si ea. ff. eod. & tunc nato posthumo, oportet vt petat se mitti in possessionẽ ex Carboniano edicto, per titulum, ad Carbonianum.

DCCLXVIII.

Tu scis quòd missus in possessionẽ ex illo titulo debet custodire fructus. l. is cui. §. qui legatorum. ff. eo. titu. Fallit singulariter in casu l. quæ legatorum. ff. eo. tit. vt in poss. legat. vbi missus in possessionem ex primo decreto lucratur fructus: vt quando filia, neptis, vel vxor testatoris vel alia fœmina mittitur in possessionem: non procedit autem tex. iste in masculis, cùm mulieres sint obsequioris vitæ & debiles.

DCCLXIX.

Restitutio quæ officio iudicis conceditur, potest postulari ab ordinario & delegato specialiter ad illam causam vel vniuersaliter, non coram arbitris, vel indicibus chartulariis vel delegatis ab eis. text. est singul. in l. fin. C. vbi & apud quos. & est speciale fauore minoris, quòd iudices delegati possint de causa restitutionis cognoscere. Et si delegatur causa restitutionis principaliter, tunc nõ est dubium quòd potest restituere: vt in hac lege. Si etiã delegatur vniuersitas causarũ potest: vt hîc, in fin. Quandoque delegatur causa principalis: & tunc siquidem restitutio petatur incidenter super aliqua interlocutoria, vel emergenti potest cognoscere legatus: vt hac l. in fin. Si verò petitur restitutio principaliter contra sentẽtiam latam, in illa causa non posset restituere delegatus. l. aduersus. C. si aduer. rem iudica.

DCCLXX.

Alieno nomine posside͂ns, conuentus potest dominum in iudicio nominare, & ei sunt dandæ induciæ ad denuntiandum domino, & habet vim quasi contestationis quo ad interrumpendam præscriptionem, & vt reuersus dominus de possessione non audiatur. Iste est text. singula. qui non est alibi in corpore iuris ciuilis, secundum Bartolum in l. ij. C. vbi in rem actio. Et nota pro intelligentia istos casus. Primus est, quando missio in possessionẽ fit ante litem contestatam, & tunc auditur de possessione & proprietate. l. si quis emptionis. §. penultim. C. de præscrip. xxx. anno. Quandoque missio in possessionem fit post litem contestatam vel quasi: & tunc non auditur de possessione, sed de proprietate. casus est in hac l. ij. Quandoque missio in possessionem fit post sententiam diffinitiuam: & tunc non auditur nec de proprietate, nec de possessione. l. consentaneũ. C. quomodo & quando iudex. Bartol. in dicta l. ij. Et ad materiam huius l. vide latè Specu. in titul. de primo decreto. §. restat. versic. hoc etiam nota.

DCCLXXI.

In auth. qua in prouincia vbi de crimin. agi. pònũtur multa singul. secundũ Bart. singulare est dum ibi dicitur, omni priuilegio cessante. Item ꝙ datur dilatio ad denuntiandum domino. Item quòd dominus absens condemnatur lite non contestata. Item quòd condemnato procuratore fit satisfactio in bonis domini, si procurator non est soluendo. Et nota ibi text. iuncta gloss. quòd per ista verba, omni priuilegio cessante, nõ tollitur priuilegium in corpore iuris clausum. ad idem gloss. in l. ij. §. legatis. in l. hæres absens. in princip. ff. de iudic. quod Bartol. dicit ibi esse multum notabil.

DCCLXXII.

Oblatio & depositio totius debiti legitimè facta, tollit cursum vsurarum, liberat debitorem, pignoratitiam actionem parit, & creditori contra depositarium datur actio: contra debitorem non, nisi debitor pecuniam receperit. text. est singular. secundum Bartol. in l. acceptam. C. de vsuris.

ADDITIO.

Limitatur per Angel. in l. si mora. sol. mat.

DCCLXXIII.

Quando bona viri sunt confiscata, potest vxor propria authoritate accipere res suas detentas per virum: nec debet expectare authoritatem iudicis. allegatur pulchra decisio Angel. in l. si quis. C. de bonis proscripto. per pulchras rationes, de quibus ibi.

DCCLXXIIII.

Quid si dicatur, vẽdo tibi pro iusto pretio, an dicatur perfectus contractus emptionis? Bald. in l. contractus. C. de fide instrumen. quòd non valet in vim venditionis: sed in vim contractus innominati. Et si dedi rẽ emptori, potero agere contra ipsum ad pretium declarandum. Et fuit dictum Azonis secundum Bald. Similiter si dicatur, vendo tibi pro pretio, quo erimus in concordia, per Bal. in l. fin. C. de contrahend. emptio. Alexan. in l. sciendum. ff. de verb. obligat.

DCCLXXV.

Venditor non cogitur præcisè venire ad defendendum: sed sibi denuntiatur, si vult quòd veniat. glo. est not. in l. emptorem. in princip. ff. de action. empti. secundum Bald. in l. j. C. de peri. & commo. rei vendit.

DCCLXXVI.

Venditor tenetur se obligare particulariter & distinctè ad omnia, quæ sunt de natura contractus. text. est notab. secundum Bald. ibi, in l. emptor. C. de actio. emptio.

DCCLXXVII.

Venditor si non vult restituere pretium emptori redhibenti condemnatur in duplum. text. est cum gloss. in l. redhibitoria. ff. de ædil. edict.

DCCLXXVIII.

Illud venit in contractu venditionis in dubio, quod tempore contractus demonstratur. l. ædiles. §. vendendi. ff. de ædili. edict. quam allegat Bald. in l. cùm proponas. C. de ædil. actio. quòd si ostenditur equus cum ornamento, potest illud petere.

DCCLXXIX.

Si venditor sciuit, emptor supinè ignorauit: non tenetur venditor

venditor redhibitoria. gloss. est in l.j. C. de ædili. actio. quam ibi sequitur Bald. Sed glo. videtur tenere contrarium, quam nō allegat Bald. in l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædili. edi.

DCCLXXX.

Vxor debet præstare obsequia viro non patri. tex. est quem ponderat ibi Bald. in l. si inuita. C. de nupt.

DCCLXXXI.

Vxor funeranda est pro portione dotis, quam vir lucratus est: & de aliis bonis mulieris. text. est not. in l. Celsus. ff. de religio.

DCCLXXXII.

Vxor intra annum debet ali ab hæredibus viri: si non habet aliunde vnde se alat. gloss. est in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoriæ actione. de quo latè per doctor. in l. diuortio. ff. soluto matrimonio.

DCCLXXXIII.

Tu scis quòd vxor non potest se obligare pro viro: hoc non procedit quantum ad dotem pro filia. Bald. in l. j. ff. soluto matrimonio. in authen. si mulier. C. ad Velleia.

DCCLXXXIIII.

Violentia commissa per pactum non recipit punitionem. glo. est not. in l. iij. C. vi bon. rapt.

DCCLXXXV.

Venditor antequam tradat, dicitur pleno iure dominus. text. est, & ibi Bald. in l. si ancillam. C. de actio. empti.

DCCLXXXVI.

Relinquitur alicui mulieri cùm erit vidua, sufficit quòd semel sit vidua, licet non duret. Bald. & Paul. de Castr. per illum textum in l. fin. C. de indicta viduitate tollenda. de quo per Bald. in l. Titius. de excus. tut.

DCCLXXXVII.

Visus non est de substantia stipulationis. glo. est not. in §. item verborum. Institu. de inuti. stipul.

DCCLXXXVIII.

Vendo rem, & si displicuerit, quòd sit inempta: quæro quando poterit dicere emptor, quòd sibi displiceat, an sit in iure aliquod tempus statutum? Et respondeo quòd sexaginta dies: vt est text. singul. in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædili. edic.

DCCLXXXIX.

Verbum conuenit, in instrumento positum importat pactum nudum non stipulationē: vt notabiliter probatur in l. lecta. in ver. conuenit. vbi gloss. & Bartol. ff. si certum petatur.

DCCXC.

Visio exempli dictorum testium non inducit testium publicationem, adeò quòd quis non possit vlterius producere, si non viderit originale. dictum est notabil. Bald. in l. fi. ff. quemadmodum testam. aperiantur.

DCCXCI.

Res quæ sunt in domo, potius præsumūtur viri quàm vxoris: & ideo oportet quòd vxor probet suas. text. est not. in l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. quem ita allegat Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito.

DCCXCII.

Vsusfructus si relinquitur filio, acquiritur patri commoditas: ipse autem filius habet ius. Bart. in l. fin. C. de vsufruct. gloss. in l. iij. §. si filio. ff. commod.

DCCXCIII.

Vulneratus vno vulnere qui mortuus est, si essent plures in rixa, nec apparet quis intulerit vulnus, omnes debent absolui. gloss. est singul. in l. item Mela. §. j. ff. ad legem Aquiliam.

DCCXCIIII.

Vulneratus fuit aliquis pluribus percussionibus, nec apparet ex cuius vulnere mortuus sit, præsumitur ex omnibus vulneribus mortuus. text. est not. in l. item Mela. §. si plures. ff. ad legem Aquiliam.

DCCXCV.

Vulneratus si post triduum visus est ire cum baculo, & postea moritur, non tenetur vulnerans de occiso. gloss. est singul. in l. j. C. de emenda. seruo.

ADDITIO.

Adde Dinum singul. cxcvj.

DCCXCVI.

Vulnerato non creditur exculpanti aliquem. glo. est singul. in l. ij. ff. ad Sylleia. & est text. sing. in l. iij. §. j. eod. titul.

DCCXCVII.

Vulneratus si nō adhibuit medicum, vel adhibuit malum, non tenetur vulnerans de occiso. gloss. est singul. in l. si ab hostibus. §. fi. ff. soluto matrimonio. Et ideo dixit Bartol. in l. exceptionem. ff. de fideiussor. allegans glo. in dict. §. final. quòd sententia lata contra fideiussorem, qui non adhibuit aduocatum vel malum, non præiudicat debitori.

DCCXCVIII.

Vsusfructus non debetur patri in rebus aduentitiis ex illicita causa quæsitis. Alexan. in l. quod seruus. ff. de acquiren. possesion. qui adducit Ioan. Andræ.

ADDITIO.

Adde Aluisi. de Albert. sing. liiij. qui ponit alias fallentias quando patri non quæratur vsufructus in bonis filij.

DCCXCIX.

Orta est quædam altercatio inter duos doctos viros. Quidam vouerat tradere vnam pulchram vestem cuidam ecclesiæ: vtrum per tale votum absque aliqua traditione esset translatum dominium in ecclesiam? & in campum venit text. in l. fina. C. de sacrosanct. eccles. vbi est speciale in ecclesia, quòd transferatur dominium sine traditione. Et ego adduxi text. in l. si quis. ff. de pollicita. vbi per gloss. & per Bartol. quòd non est translatum dominium. nec obstat text. in d. l. fin. quia nos loquimur in casu in quo aliquid dependet ex consensu vnius tantum, ne contingat duo specialia simul concurrere. l. prima. C. de dotis promissio. quæ concurrerent, si transferretur dominium. Intellige tamen, quando hoc non fit in vltima voluntate.

Et adde, quòd si testator mandat fieri calicem in vna ecclesia, nec statuit pretium nec materiam, intelligitur de calice honorabili secundum consuetudinem illius ecclesiæ & facultates testatoris. ita Bald. in l. si nondum. C. de fur. & Bartol. in l. Titia. §. Seia. ff. de auro & argen. lega. dicit quòd intelligitur de calice de argento.

DCCC.

Dum essem in mensa amici, & allatum esset mustum, interrogaui an crederent quòd iura nostra determinarēt tempus, quando debemus bibere vinum nouum. Et adduxi textum in l. iubemus. C. de erogatio. milita. anno. lib. xij. quòd post Calendas Nouembris.

DCCCI.

Testator legauit mihi vnum vasculum boni vini dulcis: quærebatur cuius expensis deberet portari ad domum meam? Et dixi hæredi quòd meis. Bartol. in l. si damnatus, ff. de vino lega. Et vide quod notat Bartol. in l. j. ff. de alimen. leg. & omnino in l. item illa. in fine prin. ff. de consti. pecun.

DCCCII.

Amicus meus habebat pulchram vineam quæ producebat vinum dulce, de quo iam bibi: & in mensa erant fercula delicata: exiccata est propter frigora: soluebat omni anno communitati duos florenos pro collectis. Cōsului quòd non tenebatur soluere collectas pro tali vinea. allegaui text.not.vbi per Bart.in l.forma.§.j.ff.de censi.

DCCCIII.

Licet res furtiua non posit vsucapi.§.furtiuæ.Insti.de vsucap.tamen res hæreditaria surrepta sic, tex.est no. in l. si homo.ff. de vsucap. quam not. alleg. Baldus in l. si abducta. in fin.C.de fur.

DCCCIIII.

Fuit à me quæsitum, Aliquis accommodauit ferramenta ad maleficium committendum: an talis tanquàm præstans opem debeat puniri æquè vt principalis? & adduxi not.per Bal.in l.j.C.de Nili agger. non rumpen.quòd ferens opem, punitur eadem pœna qua delinquens: hoc est verum, quando fert opem per actum proximum: putà, quia assistit facienti. Si autem fert opem per factum remotum, tunc mitius punitur. Et quantum sit istud mitius arbitrarium est. Et ita consuluit Din. secundum Baldum. Ille ergo qui nō coadiuuat in actu, sed aliquod præparatorium fecerit: vt quia ferramenta accommodauerit: iste non æquè delinquit, sed minus: ideo mitius punitur. quod est not. secundum Baldum. ad idem Bald. not.l.j.C.de crim.pecu.

DCCCV.

Si iudex habet arbitrium in impositione pœnę, potest procedere vsque ad supplicium pœnæ corporalis, si hoc criminis magnitudo desiderat. Bald. in l.j. C. de his qui latro.& sic potest saluari gloss.reputata singul.in §. in summa.Instit.de iniur.

DCCCVI.

Aduertant iudices, quòd licet possint in criminalibus incipere à captura personæ, tamen si iudex caperet innocentem, deberet puniri.text.est not.vbi per Bald. in l.ij. C.de his qui latro.

DCCCVII.

Fui semel interrogatus, an contumax verus sit infamis? Et respondi quòd non. allegaui text.notabil. in l.fin. C. de requi.reis.

DCCCVIII.

Fiunt inuentaria per tutores. Sed quæro, quando inuentarium dicatur legitimè factum? Et respondeo, quando continet omnia distinctè & clarè.text.est not.in l.si quis intra. C.de bon.proscrip.

DCCCIX.

Illud quod est valde longè à verisimili, est quædam falsitatis imago.text. est notabil.in l. milites. §. oportet. C. de quæstio.quem text. allegat notab. Bald. in l.j. C. de seruis fugi.in iij.colum.quòd in quadam inquisitione fuit manifesta falsitas, in qua dicebatur, quòd familiaris domino mādauerat. & idem si diceret, quòd filius mandauit patri: & facit quòd habetur in cap. quia verisimile.de præsumptio.

DCCCX.

Iudex fecit capi malefactorē in alieno territorio, fuit processum vsque ad executionem: an teneat quod factū est? Bald.ꝙ sic, nisi sit appellatum, in l.requirēdi.C. de seruis fugi. Dicit tamen quòd iudex territorij in quo fuit captus, poterit vlcisci suam iniuriam. ca.ex parte.de verb. signi. Sed est aduertendū, quia posset fortè opponi semper exceptio incompetentiæ.

DCCCXI.

Locum tenens authoritate hominis non potest imponere pœnā sanguinis: sed locumtenens authoritate legis vel principis sic.gl.est notab.& ibi per Bart.in l.ij.C.de offi. eius qui vices alterius gerit.Bart.in l.j.§.hi quibus.ff.de leg.iij.Bald.in authen.sed nouo iure.C.de ser.fugiti.

DCCCXII.

Caueant illi qui recipiunt in custodias scienter res furtiuas: quia tenentur pœna furti. text. est not.in l.eos. C. de furtis.& ibi dicit Bald. quòd propter hoc vidit quandam mulierem furca suspendi. Caueant etiam illi qui scienter recipiunt res furtiuas in pignus secundum Bal. ibi. Et dicit Bald.in l.crimen.C.ad le.Iul. de vi publica. quòd receptantes furta debent puniri tanquàm latrones.text.& Bald.in l.j.C.de crimi. pecu.

DCCCXIII.

Præsumitur dignus, qui est electus à principe.l. disputare. C.de crimi. sacrileg. quia princeps aut dignum recipit aut dignū facit: & ideo est impossibile ꝙ non sit dignus.

DCCCXIIII.

Dum semel haberetur sermo de piratis, dixi quòd æquiparantur hostibus fidei & principis: & possunt impunè à quolibet spoliari.text.est in authen.nauigia.vbi per Bal. C.de fur.& Bald.in l.j.in fin.C. qui bon. cede.pos. quòd sunt publici hostes sed infames: licet dicantur militare sicut catulus in syluis.

DCCCXV.

Volo tibi dicere duas laudes seruorum, si illas nescires. Si seruus, ergo iniquus.l.penul.vbi per Bal. C.de libertis & eorum libe. Si seruus, ergo fur.gl. est not. in l.Iulianus. in princip.ff.de actio.empti.

DCCCXVI.

Dum mihi semel quidam pater conquereretur de nequitia & inobedientia filij, dixi, ponas illum in compedibus: quia habes hanc potestatem à iure. adduxi tex. in l.congruentius.C.de patria potesta.quem allegat ad hoc Bal. in l.libertos.C.de obse.patro.præstan.

DCCCXVII.

Conquestus est semel quidam pater habens pulchrā filiam, quòd princeps suus inuitabat illam sæpe ad choreas, dixi, non mittas: & ipse malè facit: quia debet scire quòd ab omni superioritate exceptum videtur ius honestatis. l.retractare. C. ne fiscus rem quam vend. euincat. lib.x. quam allegat Bal.in l.quod ex liberta. C. de oper.libertorum.vbi habetur, quòd causa euitandæ suspicionis liberta nupta non tenetur ire ad domum patroni.

DCCCXVIII.

Ego vidi pulchum casum in facto: quidam miles quando ibat armatus, portabat quoddam insigne regis Franciæ: modò legauit equum suum & arma, & omnia ornamenta: fuit dubitatum, an legatarius posset portare illa insignia regis? & conclusum est quòd non: quia non potest portare illa sine vituperatione, cùm reputetur ad nimiā fatuitatem.l.vestis.§.muliebria.ff.de auro & argen.lega. & hoc voluit not.Bal.in l.j.C.de verb.signifi.

DCCCXIX.

Nota vnum casum nouum secūdum Bart. quòd si sunt duo ciues, vnus habet filios alter non: præferri debet habens filios.text.est ponens nouū casum, in l.in albo.C.de decurio.lib.x.& ista prælatio cōsistit in ordine sedendi, scribendi, arrogandi: quod est notabile.

DCCCXX.

Vidi semel doctorem quendam qui erat in consistorio magnus aduocatus, rogatum fuisse à duobus rusticis, vt inter eos scriberet tanquam tabellio contractum venditionis. dixi pro certo, si iste doctor esset ita excellens vt fama est, non ignoraret.text.est not.in l.vniuersos.C. de decurio.lib.x. quem ibi ponderat Bart. contra aduocatos exercentes officium tabellionatus, cùm sit vile officium: vt ibi. Fateor tamen secundū Bart. quòd instrumenta

menta valent:licet nō deberet facere.& ex hoc dicit Angel.in dict.l.vniuersos.quòd si statutum dicat,quòd nullus notarius nisi sit in matricula descriptus faciat instrumenta,contigit quòd notarius qui non erat in matricula fecit instrumentum,an valeat? Et dicit quòd sic:intellige tamen quòd doctor potest perficere antiqua instrumenta: sed noua inchoare non debet: pro hoc quod notat Bald.in l.ij.ad fin.C. de senten. Allegat gloss.notab. in cap.vt offic.de hæret.in vj.

DCCCXXI.

Caueat actor accusans contumaciam rei, quòd non recedat à foro,nisi licentiatus.allegatur tex.in l.si quis. C.de decur.lib.x.& ibi Alexand.qui adducit alia.

DCCCXXII.

Tu scis quòd nemo debet extrahi de domo inuitus. l. plerique.ff.de in ius vocand. tamē vt acceptet officium ad quod est electus potest extrahi.textus est notabil. in l. ex omnibus.C.de decur.lib. x.quod est notabil.secundum Bartolum.

DCCCXXIII.

a Illi qui sunt in dignitate positi,non sunt torquendi:[a] sed quæro, an valeat consuetudo contraria? Et respondeo quòd non.text.est notabil.in l. omnes iudices. C.de decurio.lib.x.quod est not.secundum Bart.ibi.

ADDITIO.

a Non sunt torquendi. Adde l. miles. C.de quæstionibus. & ad materiam de qua hîc, adde Alexand. in l.j. C.de quæstionibus, post Odofred. in tract. de quæstio. Idem tenet & sequitur Angel. Aret. in tract. malefic. in verb. fama public.vers.sextò quæro.num.102. Paul.de Leazar. in cap.grauis.de deposit. Francis. Brun. in suo tract. de indic.& tortur.vers.quid autem de doctoribus.

DCCCXXIIII.

Tenetur ciuitas parare exercitū:& quando princeps stetit per centum annos,quòd ciuitas non parauit,quia necessitas non exigebat, non perdit tamen propter hoc princeps ius suum. ita nota.dicit Bart.in l.in filiis. C.de decurio.libr.x.per illam legem quam dicit esse notandam. & ad hoc potest allegari text. in l. hæc autem iura. ff. de seruitu. vrbanor. prædio. & notata per Baldum & Angelum.in l.ij.ad fin.C. de præscript. xxx. annor. & quod voluit Bald.in l.imperium. in vij. columm. ff. de iurisdictione omnium iudic. per Bartol.in l.cùm scimus. C.de agricol.& cens.libr.xj.

DCCCXXV.

Dictum est, quòd filius sequitur conditionem patris quo ad nobilitatem,non matris. Sed quæro,an per statutum & consuetudinem possit induci, quòd filius sit nobilis ex progenie materna? Et respondeo quòd non. text. est notab.in l.exemplo. C.de decurio.libro x. Reprobatur enim talis consuetudo. & ibi Bart. exultat de hoc dicto dicens,perpetuò memoriæ esse commendandum.

DCCCXXVI.

Quæro, fuit lata sententia in contradictorio iudicio, quòd aliquis esset ciuis alicuius ciuitatis:an talis sententia facit ius quo ad omnes? & respondeo quòd sic.Ad hoc adduco Angel.per illum textum in l. quotiescunque. C. de decurio.libro x.qui dicit quòd ita semel fuit consultum de facto, sed nō fuit allegata lex ista: & ideo nota eam,vt scias allegare.

DCCCXXVII.

Semel dū diceret amicus meus: fuit celebratus talis actus, sed non vt fieri debebat.& ego respondi: ergo fuit debiliter factus. Adduxi text.& ibi Ang.in l. nominationem. C.de decurio.lib.x.qui etiam declarat per illum textum, quomodo intelligatur statutum, si aliquis debilitauerit membrum alterius,ꝙ non solùm quādo membrū remanet inualidū vel aridum ex toto, sed etiā si virtus mēbri est debilitata.quod not.quia iam fuit magna contentio.

DCCCXXVIII.

Quæro, Aliquis non potest esse cōsul, nisi habeat tot in bonis: an inter facultates viri computentur bona dotalia vxoris? Bart.notabiliter dicit ꝙ non, in l.Lucius.§. idem respondit si constante.ff.ad municipa. & tu allega etiam gl.in l.ad subeunda.C.de decurio.libr.decimo.

DCCCXXIX.

Tu habes quòd quis efficitur incola,vbi habet maiorē partem fortunarum suarum.Item,vbi constituit sedem suā. tex.est not.vbi per Bart.in l.ciues.C. de incol.libro x.ex quo dicit Bar.si probo, quòd tu habes in ciuitate ista aliquid, præsumeris incola, nisi probes quòd alibi habes plus.quod est notab.secundum Bart. probat etiam text. iste,quòd quis dicitur peregrinari,quando non est in loco suæ habitationis.& ita de me potest dici.Ego enim adeò in Italia dilexi dominos Germanos propter copiā auditorum de Germania, quòd ardebā ingenti desiderio visitare & videre partes, & legere in vniuersitatibus Germaniæ:quod mihi non displicet fecisse: imò semper exaltabo vocem meā in laudando loca & personas Germaniæ.Sed non illum trufatorem qui abduxit ancillam meam,qui iudicio meo solus est fęx Germaniæ:& maximè patriæ suæ Frisiæ.

DCCCXXX.

Dum semel obiisset quidam Rex relicto filio infante, interrogaui quosdam adstantes,si crederent quòd iste infans posset coronari vt Rex:omnes dicebāt quòd non. & ego adduxi text.quòd sic: vbi per Bart.in l.j.C. de munerib. & honorib.non continuan.lib.x.Dicit etiam Bart.quòd infans potest esse miles. & ex hoc dicit ibi notabiliter Angel.quòd in quæstione facti respondit, quòd quis potest nasci tabellio: nam cùm tabellionatus concedatur per priuilegium principis: vt in authē. de tabel. in prin. poterit concedi istud priuilegium, vt ipse & qui nascentur ex eo sint tabelliones: qua enim ratione potest concedi infanti dignitas, eadem ratione potest concedi alicui dum nascitur,secundum Angel. Non poterit tamen exercere officium tabellionatus, nisi prout habetur in l. impuberem.ff.ad leg.Cornel.de fals.

DCCCCXXXI.

Tu vides,quòd eliguntur omni anno ciues, qui sunt de cōsulatu,& etiam proconsules. Vellem scire,vtrum tales si eliguntur extra ciuitatem ad aliquod officium, possint illud acceptare? Et respōdeo quòd non,sine licentia superioris.text.est not.in l.duum virum.C.de decurion.libro decimo.& dicit Bart.commenda memoriæ.

DCCCXXXII.

Quæro.Dicit statutū,ꝙ gabella soluatur pro rebus prouenientibus ad aliquē ex causa lucratiua:vtrū si maritus lucretur dotem propter adulteriū vxoris teneatur soluere gabellā? Et idē quæro, si statutū vult ꝙ maritus lucretur certā partē dotis decedente vxore sine liberis?& respondeo quòd non.text.est notab.vbi per Ang.in l.prima.C. de imponenda lucratiu.descriptione.libro decimo.

DCCCXXXIII.

In ciuitatibus Italiæ eliguntur officiales, qui appellantur Potestates,& durant per annum,qui reddūt ius. Quæro modò,vtrum si talis Potestas ponit edictum, quòd si aliquis ceperit malefactorem habeat centū, an hoc valeat? Et respondeo quòd non: quia hoc debet fieri per principem vel per commune: vt notabiliter probatur in l.j.C. de præbend.salario.lib.x.de quo etiam per Bart.in l.j.ff. de iustitia & iure.

DCCCXXXIIII.

Quidam mihi dixerat, Talis ciuis noster habitat rus,ne vocetur ad concilia ciuitatis. Dixi,iura nostra prouident in hoc.Habemus enim rubric. C.si curialis derelicta ciuitate rus habitare maluerit. libro decimo. quòd potest

reuocari,grauari & puniri. Et recordor illum dixisse: si iura vestra communia obseruarentur, melius mundus gubernaretur. habemus enim multa statuta & consuetudines inductas,& melius & vtili' esset pro nobis quòd non essent: quia nulla sunt munita ratione: sed sic volo, sic iubeo,sit pro ratione voluntas.

DCCCXXXV.

Accipe vnam cautelam, ne fiat tibi præiudicium. Tu habes ex pacto vel priuilegio, quòd non tenearis soluere certã collectam: & tu certa ratione motus, vis illam soluere: facias quòd semper protesteris, quòd non intendis præiudicare pacto vel priuilegio per talem solutionem sponte factam.text.est vbi per Bart.in l.j.C. de his qui spontè munera suscepe.lib.x.

DCCCXXXVI.

Dũ essem in partibus Pomeraniæ,fui interrogatus, an quidam princeps volens maritare filiam suam posset per hoc imponere collectam subditis suis?Et respondi quòd a sic, [a] quando ex suo non posset dotem constituere. allegaui Alberic. quem allegat Alexand. in l. placet. C. de excusatio.muner.libro decimo. Et ibi enumerat omnes casus,in quibus dominus potest imponere collectã subditis suis,quando ex se non potest facere.

ADDITIO.

a Quòd sic. Brunus consil. xxxij. incip.dum quæritur. cõsuluit, quòd subditi non tenentur dotare filiam domini sui. & Bald.in capit.j.§.simpliciter. de capitul. Conrad. notat quòd vasalli non tenentur succurrere dominum, quando vxorem ducit, vel nurum. idem Paulus de Castro in l.penult. C. de stat. & imaginib. cum multis quæ refert Iacob. de sanct. Georg. in sua inuestitura feudal. in verb.qui quidem inuestiti. circa fin.vbi ponit, quid si filiam spuriam matrimonio collocaret.

DCCCXXXVII.

Fuit quidam electus ad munus publicum: libenter volebat ille illud munus pecunia redimere, me consuluit: Respondi quòd non poterat. text. est notab. in l.illud. C. de excusatio.numer.libr.x.vbi per Bart.

DCCCXXXVIII.

Fuit semel iudex crudelis, qui lacerauit carnes cuiusdam malefactoris vt confiteretur crimen: si talis tortus moritur in tormentis, debet iudex tanquam homicida decapitari.textus est,vbi per Baldum in l.j.C. de emendatio. seruo.

DCCCXXXIX.

Vellem scire, iudex torquet aliquem dolo malo & sine causa:quæ pœna sit iudici? & respondeo quòd est pœna capitis. textum habes notabil. & ibi per Baldum, in l.decuriones.C.de quæstio.

DCCCXL.

Si statutum dicit,quòd si iudex deprehendit aliquem furtũ facere, puniatur tali pœna. Quæro, quomodo dicatur deprehendi? respondeo, quòd licet iudex non repererit eum in flagranti crimine, sed post furtum consummatum,verificabitur statutum: quia iudex dicitur deprehendere conuincendo: vt notabiliter probatur in l. j. C.de petitionibus bon. sublat. libro decimo. Et sine dubio hoc procedit, quando statutum loquitur de iudice, qui iudex non potest deprehendere, nisi per actum iudicialem in cognitione criminum. Sed si statutum nõ dirigit verba ad iudicem, sed loquitur de illo qui fuit deprehensus, intelligitur de eo qui in actu fuerit deprehensus: de quo per Angelum & Alexandrum, in dicta l.prima.

DCCCXLI.

Fui interrogatus à quodam principe in partibus istis si poterat facere,quæ poterat Imperator, cùm sit loco sui in suo territorio. Et respondi quòd si ipse recognoscebat Imperatorem in superiorem non poterat: & ideo dixi quòd nõ poterat auferre in totum ius alterius: quia hoc pertinet solùm ad Papam & Imperatorem, qui sunt supremi principes: vt eleganter declarat Paulus de Castr. post Alberi.& Archidiaco. in l.quotiens. C. de precibus Imperatori offerendis. & ita dicit Paulus de Castro se consuluisse. Aduertant tamen supremi principes & alij non recognoscentes superiorem, quòd licet possint cũ causa rem alterius auferre: tamen debent soluere pretium illi cui auferunt.gloss.habes notab.in l.si locus.§.fi. ff.quemadmodum serui.amit.& ita communiter concluditur:licet contrarium de facto seruetur.

DCCCXLII.

Quidam vendidit scholari per hæc verba: vendo tibi hunc librum pro illo pretio, de quo erimus concordes: hæc venditio nihil valet. text. habes notabil.in l.empti fides. C.de contrahen.emptio.

DCCCXLIII.

Nota vnum in practica. Quando testis interrogatur de facto vnius ex pluribus,& dicit se eum non cognoscere,nisi eum videat: potest petere vt omnes exhibeantur,vt cognoscat illum de quo testificatur.textus est notab.in l.iij. §.quod ait.ff.de publica.Et facit hoc ad multa alia.Nam quando est vnus stipendiarius qui dedit damnum in possessione alicuius, potest passus damnũ petere, quòd capitaneus ipsorum faciat omnes comparere coram se, vt ipsum cognoscat.& ita seruant iusti capitanei.

DCCCXLIIII.

Statutum dicit, Qui emit rem immobilem, & nõ soluit gabellam,incidat in aliquam pœnam:accusatus est aliquis quòd non soluit, & petita est pœna: potest euitare condemnationem soluendo gabellam ante sententiam. tex. est notab.in l.hoc edicto.in princip.ff.de publi. quod est not.secundum Paul.de Castr.ibi.

DCCCXLV.

Consuetudo est in Italia,nescio quid sit in Alemania,quòd bona immobilia cuiuslibet sunt descripta in vno libro publico, qui appellatur catastrum, seu extimum: quia ciues soluunt certam quantitatem in anno principi seu communitati pro quantitate bonorum. Modò tu habes authen. sed periculum. C. fine censu vel reli. per quam dicit notabiliter Paulus de Castr.allegans Bartolum in l.incola.ff. ad munici. quòd non debet remoueri de libro venditoris, quando venditur res aliqua immobilis, nisi profiteatur, quòd emptor est idoneus ad soluendum onera fiscalia: & si non reperietur idoneus, quòd ipse soluet: quod commenda memoriæ secundum Paul. de Castro.

DCCCXLVI.

In Italia est consuetudo, quòd principes vendunt vectigalia,& adiudicantur plus offerenti. Contigit casus, quòd quidam obtulit decem, alius offert quindecim: deinde iste secundus non reperitur soluendo: vel recessit insalutato hospite:quæritur, an princeps possit compellere primum ad recipiendum gabellam? Et Barto. notabiliter tenet quòd sic,in l.licitatio.in princip.ff.de publica. quod tamen limitat ibi Paulus de Castro, quãdo adhuc non fuerat adiudicata secundo.

DCCCXLVII.

In ista materia volo adducere aliquos casus quotidianos. Si aliquis habuit vectigal anno præcedenti,non admittitur ad offerendum, nec debet sua oblatio scribi vel admitti,nisi reddiderit rationem anni præcedentis: & eodem modo si erat debitor communis ex alia causa, nisi det fideiussores idoneos de soluendo: vt est text.nota.in dict.l.licitatio.§.j.

DCCCXLVIII.

Nota vnum casum, qui fuit in facto. Publicanus antiquus satisfecit

satisfecit de tempore præterito: præfertur pro tempore futuro cuilibet alteri, dummodo offerat tantum quantum ille. Dictum est not. Bartol. in lege, cotem ferro. §. j. ff. de publica. pro quo allegat bonum text.

DCCCXLIX.

Tu scis quòd exactio vectigalis non potest præscribi, nisi tanto tempore, cuius contrarij memoria non extat. tex. est qui semper allegatur, in ca. super quibusdam. §. præterea. de verbor. significa. Scias modò quòd liberatio à vectigalibus potest præscribi per xl. annos: quia per tãtum tempus non fuit solutum, & tamen erat res quæ debebat soluere. text. est notab. vbi per Bartol. in l. licitatio. §. earum. ff. de publica. & ibi est etiam tex. quòd gratia facta ab vno officiali publico, non est necessariò facienda ab eius successore.

DCCCL.

Princeps vendit gabellam vini, postea emit vinum, de qua emptione deberet solui gabella, si fieret per priuatum: quæritur, an princeps ipse debeat soluere? respondeo quòd non. text. habes notab. in dict. l. licitatio. §. fiscus. Bar. tamen intelligit istum textum in fisco vel republica Romanorum: ergo non procedit in recognoscente superiorem.

DCCCLI.

Quidam emerunt ab ecclesia Romana salinas Romandiolæ: postea illi portarunt sal ad ciuitatem Bononiæ, in qua exigitur vectigal de his quæ portantur: isti emptores recusabant soluere dicentes, quòd ipsi emerunt ab ecclesia, & ipsa non deberet soluere: ergo nec etiam ipsi qui succedũt loco ipsius: quæritur quid iuris? At respõdeo quòd debent soluere: vt notabiliter probat textus in dicta. l. licitatio. §. mercatores. & ita consuluit Dinus.

DCCCLII.

Tu scis ꝙ emphyteuta cessans in solutione, expectatur per triennium vel biennium antequàm expellatur. authen. qui rem. C. de sacrosanct. eccle. l. ij. C. de iure emphyteu. scias tamen quòd si emptores gabellarum deficiant soluere in aliquo termino, statim potest sibi auferri gabella. text. est not. in l. vectigalia. §. nondum solutis. ff. de publica. quod nota perpetuò.

DCCCLIII.

Aliquis portat merces illicitas vel licitas, & non soluit gabellam: non solùm merces ipsæ confiscantur, sed etiam nauis vel animal super quo portabantur illæ merces. text. est notabilis in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publicanis.

Tu scis quòd sine traditione non trãsfertur dominium. lege, traditionibus. C. de pactis. sed accipe vnum casum singularem in quo trãsfertur dominium sine aliqua traditione. nam eo ipso quòd res incidit in commissum propter vectigal non solutum: siue sit res mobilis, siue immobilis, dominium quæritur fisco. text. est singul. in l. commissa. ff. de publica. Et nota secundum Paulum de Castro ibi allegantem Cinum ita consuluisse, quòd illi qui emunt gabellas, debent habere res quæ incidunt in commissum, & possunt eas vendere ad eorum vtilitatem. Et addo quod not. Bartol. in l. creditor. in princip. ff. de act. empt. in l. in prouinciali. §. sed si ego. ff. de oper. no. nuntiat. quòd isti qui emunt gabellas à communi possunt vendere res non soluentium, sicut posset ipse commune.

DCCCLIIII.

Quidam deliquit in portu maris: quæro quis erit iudex competens ad puniendum? Et respondeo quòd ille qui habet iurisdictionem in territorio, sicut si deliquisset in ipso territorio, licet delinquat in aqua sibi cohærente: vt notabiliter probatur in l. Cæsar. ff. de public. & plus dicit singul. Bartol. in tract. de insula, quòd qui habet iurisdictionem in territorio vel portu, habet etiã in mari sibi propinquo, per centum miliaria, quæ faciunt per aquam duas diætas. & intellige de miliaribus italicis. Et ita dicit Bart. se fecisse practicari in quibusdã piratis captis in mari Pisano. quod est pulchrum. Et hoc dictum approbat Pau. de Castr. in d. l. Cæsar.

DCCCLV.

Quæro, Aliquis corrupit vxorem alterius: nam non aliud grauius posset facere, & tu habes duos text. multum singulares qui videntur contrarij. Nam text. in l. codicillis. §. mater. ff. de lega. ij. videtur probare quòd deterius est corrumpere vxorem, quàm occidere filium. sed text. in l. interdum. ff. de publica. probat totum contrarium. & ideo dicas secundum Paul. de Castro in dict. l. interdum. istud esse existimandum secundum qualitatem personarum: quia quidam parum curant, si corrumpatur vxor sua: vt viles homines. quidam econuerso. facit l. isti quidem. in fine. ff. quod me. causa.

DCCCLVI.

Confiscata est quædam domus propter delictum: quæro, an censeantur confiscata instrumenta quæ possunt inde separari, & quæ non veniunt in venditione domus vel fundi? Et respondeo quòd non. allegatur text. nota. secundum Paul. de Castr. ibi, in dict. l. interdum. §. idem diui. & si tu vis scire quæ sunt illa quæ veniant, & quæ nõ veniant in venditione domus vel fundi, textus est notab. in l. Iulianus. in fin. cum legibus sequen. ff. de actiobus empti.

DCCCLVII.

Quæro, communitates quandoque habent statuta, quòd si quis ruperit confinia cum suis animalibus, id est, quia ea inducat in territoriũ sine sua licentia, quòd perdantur animalia: ab aliquo fugerunt animalia: & ingressa sunt alienum territorium, an dicantur rupisse confinia, & sic sint perdita? Et respondeo quòd non, per text. no. in dict. l. interdum. §. serui qui in fuga. ff. de public. quod limitat Paulus de Castro ibi, nisi hoc processerit ex mala custodia domini. Scias tamen quòd potest responderi ad text. istum: quia loquitur in seruis habentibus rationem: nos autẽ loquimur in animalibus: & videtur quòd sit diuersa ratio: tamen quæstio est quotidiana.

DCCCLVIII.

Forensis transiens de rebus non soluit gabellam: quæritur, an excusetur per ignorantiam? Et respondeo quòd non. text. habes notab. in dict. l. interdum. §. licet. Et ratio est, quia istæ gabellæ quasi vbique soluuntur: ideo fuit in culpa si non inuestigauit. Nota tamen singulariter, quòd propter ignorantiam minus punitur: quia non incidit res in commissum: sed vectigal duplicatur. textus est singular. secundum vnam lecturam in dicta l. interdum. §. diui quoque.

DCCCLIX.

Quidam forensis exiuit portam cum re, pro qua debet solui gabella videntibus publicanis, & nihil sibi dicẽtibus: quæritur, an possint ire post eum, & accipere rem illam, & pœnam, illo dicẽte, quare non petiistis, quia libenter soluissem? & respondeo quòd sic. text. est quotidianus in dicta l. interdum. §. diui quoque.

DCCCLX.

Quæro etiam, ego petij an sit gabella soluenda: & publicanus respondit quòd non: & postea aufert rem propter gabellam non solutam: qua pœna debet puniri iste publicanus? & respondeo quòd debet restituere rem cum altero duplo. text. est notabil. in dicto §. diui. secundum vnam lecturam.

DCCCLXI.

Statutum est in ciuitate, ꝙ pro animalibus quæ introducuntur in ciuitatẽ, debeat solui gabella: si aliquis intro-

duxit timore latronum, non debet soluere: vt est text. not.in l.fin.§.si propter necessitatem.

DCCCLXII.

Quæritur, si aliquis portat res de quibus non debet solui gabella, an saltem debeat hoc denuntiari publicano, vt fiat vna apodissa? Et respondeo quòd si est certum, quòd non debet solui, non tenetur denuntiare: secus si est dubium. text. est singul. iuncta doctrina Bart. in dicta l. interdum.§. diuus quoque.

DCCCLXIII.

Tu vides quòd homines inferioris gradus exhibent reuerentiam hominibus superioris gradus. volo tibi allegare vnam gloss. singular. quòd tenentur, in l.j.§. sicut autẽ. ff. de aqua pluuia arcenda.

DCCCLXIIII.

Actio ex titulo de aqua pluuia arcenda datur, quando vicinus aquam pluuiam decurrentem ad fundum suum opere manu facto diuertit ad fundum vicini, ita vt sibi noceat: cogitur enim opus destruere, & ad pristinum statum aquam deducere: vt in l.j.ff. de aqua pluuia arcenda. Fallit tamen in quibusdam casibus vt ibi, & patet per decursum tituli. Et nota vnum singular. tex. limitantem hanc materiam in l. summa.§. idem Labeo ait. ff. eodem titu. de aqua pluuia arcenda. quòd si vicinus opere manu facto excludit aquam, ne sibi noceat, quam non tenebatur recipere de natura loci vel iure seruitutis: licet ex hoc alteri noceat, non tenetur hac actione.

DCCCLXV.

Nota etiam vnam legem singul. in l. Labeo. eodem titu. quæ limitat totum tit. & multas leges de aqua pluuia arcenda. & etiam declarat titul. de operis noui nuntiation. quòd si video te facere aliquod opus, quod potest mihi esse nociuum: & quòd tu non potes facere me inuito, licet in tuo, quia facis contra debitam seruitutem: cautela est, quòd statim contradicam, vel nuntiem tibi nouum opus: aliàs non possum agere vt destruas: quod memoriæ commenda perpetuò: nisi per errorem fuissem passus. hoc tamen declara prout habetur in l. Sabinus. ff. communi diui. vbi est text. valde not. vbi distinguuntur tres casus Primus est, si expressè consensi, ad nihil agere possum. Secundus casus est, quando expressè contradixi, & possum agere, vt destruatur, & etiam ad interesse. Tertius casus est, quando sciui & tacui, & seruatur media via: quia non ago vt destruatur: sed ad interesse.

DCCCLXVI.

Tu habes tit. de lege commissoria, & titul. de in diem adiectione. Sed nota vnam glossam singular. qua non est melior in toto corpore iuris secundum Paul. de Castr. ibi, in l.j.ff. de donation. qualiter dicatur pactum legis commissoriæ & adiectionis in diem, vt ex eo transferatur dominium ipso iure in venditorem sine noua traditione: vt quando agitur vt res habeatur pro inempta: vel quòd venditio habeatur pro non facta: secus si dicatur quòd reuertatur res vel pertineat ad venditorem: quia hoc pacto non facit videri venditionem factam non fuisse, sicut in præcedenti: & ideo sis cautus. habeas etiam vnam aliam gloss. singularem pro limitatione: quia requiritur quòd hoc fiat à principio: secus si ex postfacto. in l. ab emptione. ff. de pactis.

DCCCLXVII.

Tu scis quòd donatio simplex excessiua requirit insinuationem: secus si sit remuneratoria: vt in l. Aquilius. ff. de donat. Sed quæro, reperitur in instrumento donationis quòd Titius motus affectione quam habebat ad Seium: quia erat suus amicus, vel propter eius bene merita: an ista sit donatio simplex? Et videtur quòd nõ: quia non mouetur ex mera liberalitate: sed affectione & bene meritis. l. j. cum sua gloss. ff. de donatio. Sed in contrarium habes tex. notab. in l. affectionis. ff. de donatio. quia affectio quam habet ad personam donatarij, est causa quòd exerceat liberalitatem. Nec obstat etiam dũ dicitur de bene meritis: quia illud non procedit, quando non descenditur ad speciem meritorum: & non probantur esse vera. Et nota hoc: quia quasi in omnibus donationibus ponuntur ista verba.

DCCCLXVIII.

Dubitatur quomodo cognoscatur contractus emptionis à contractu locationis. Bart. ponit in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public. in l.j.§.j.ff. de superficie. Sed ego volo allegare tibi vnam gloss. singul. in l. qui saxum. ff. de dona. quòd quando in locatione miscetur factum cum translatione dominij: si istud factum venit principaliter in contractu, dicitur locatio: sed econuerso, si principaliter veniret dominij translatio, diceretur emptio & vẽditio. Exemplum primi, in l. item si pretio.§.ij.ff. locati. Exemplum secundi, in l.ij.ff. locati.

DCCCLXIX.

Regula est in venditione, quòd quousque res sit euicta, licet possum probare quòd sit aliena: non possum agere contra venditorem de euictione: quia sufficit, quòd mihi liceat habere. l. habere licere. ff. de euictio. l. qui rem. C. de euict. hoc singulariter limitatur, nisi venditor sciuisset rem alienam. text. est singul. in l. seruus.§. fi.ff. de actio. empti. quem text. dicit singularem Paulus de Castro, in l. Aristo.§. fin. ff. de donationib.

DCCCLXX.

Fuit semel facta magna contentio inter nonnullos Iurisperitos, an sit mihi licitum recipere pecuniam, vt pro te fideiubeam? audiui illos multa dicentes pro & contra. Dixi tandem, quid laboratis in tot verbis? casus est notabilis, quòd sic, in l. hoc iure. §. j. ff. de donatio. in l. si remunerandi. §. final. ff. mandat. nec ista dicitur vsura: quod est pulchrum.

DCCCLXXI.

Tu scis quòd ille qui non habet possessionem ciuilem vel naturalem sed nudam habet detentationem: non habet interdictum vnde vi, vel vti possidetis. l. j.§. deiicitur. in fin. ff. de vi & vi arma. habet tamen officium iudicis, vt restituatur sibi detentatio ablata, vel vt in ea defendatur. text. est singul. in l. Aquilius. in fin. ff. de donat. quod perpetuò commendat memoriæ Paul. de Castr. ibi.

DCCCLXXII.

Fuit à me semel quæsitum: certum est quòd potest donari & legari concubinæ. l. donationes. ff. de donat. l. qui cõcubinam. ff. de leg. iij. Sed ponamus quòd habes filios ex concubina extantibus legitimis, vtrum tunc possit donari vel legari concubinæ? & respondeo quòd non: & sic debet distingui, an habeat filios vel non: quia sic fieret fraus legi: quia postea verisimiliter concubina relinqueret filiis: & certum est quòd per interpositam personam potest fieri fraus legi. l. j. C. de naturalibus liberis. Fateor tamen quòd Paulus de Castro in dicta l. donationes. in hoc passu relinquit cogitandum. Item dat singularem limitationem ad prædicta iura, vt procedant in concubina propriè: secus in adultera: quod est pulchrum.

DCCCLXXIII.

Quidam donauit domum Titio ad vsum suum, quærebatur, an videatur donata proprietas? & quidam Iurisperitus dicebat quòd non: sed tu habes text. notab. in contrarium in l. donationes in concubinam.§. species. ff. de donatio. & vide notat. per Bartolum, in l. libertis. ff. de aliment. leg.

DCCCLXXIIII.

Tu scis ꝙ donatio facta filio in potestate confirmatur per

mortem

mortem donantis, ſi moriatur ante filium. l.ij. cum ibi not. C. de inoffi. donatio. l. donationes. C. de donatio. inter virum & vxorem. Sed ſcias modò, quòd etiam confirmatur, ſi pater emancipat filium & non reuocat. caſum habes ſingul. in l. donationes. §. pater quæ filiæ. ff. de don. &ideo ſcholaris cui pater tradidit libros, faciat ſe emancipari nulla facta mentione de libris: & tunc erunt præcipui: quod eſt pulchrum.

DCCCLXXV.

Tu habes diſpoſitionem l. diſcretis. C. qui teſtamẽta facere poſſunt. Scias quòd diſtinctio illius legis habet etiam locum in contractibus inter viuos. glo. do tibi ſingularem in l. qui id quod. §. mutus. ff. de donat. quod eſt pulchrum & perpetuò memoriæ commendandum. & ibi Paul. de Caſtr. multum exultat.

DCCCLXXVI.

Tu ſcis, quòd ſi filius inſtituatur hæres, & grauatur de reſtituendo, intelligitur illa cõditio, ſi deceſſerit ſine liberis. l. cùm auus. ff. de cõditio. & demonſt. hoc non procedit, quando pater donaret filio cauſa mortis, & rogat de reſtituendo alteri poſt mortem ſuam. gl. habes ſingul. in l. j C. de donatio. cauſa mortis. quam Paulus de Caſtro in l. ſi cui. ff. de dona. cauſa mor. dicit perpetuò memoriæ commendandum, licet mihi videatur, quòd illa gloſſ. non probet hoc.

DCCCLXXVII.

Quid diceres de iſto caſu. Mutuaui cuidam pecuniam, & poſtea mihi reſtituit pecuniam falſam, quam pro bona expendi: an ipſe ſit à me liberatus? Et videtur dicendum quòd ſic: quia fui vtilitatem conſecutus ac ſi eſſet bona. Sed in contrarium habes gloſſ. not. & ibi per Bart. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign. actio. teneor tamen ſibi ad æſtimationem reprobæ pecuniæ.

DCCCLXXVIII.

Tu ſcis quòd qui poteſt teſtari, poteſt etiam codicillare. l. ij. ff. de legat. j. Quid diceres de donatione cauſa mortis, an poſſit illam facere? & allego tibi ſingul. glo. quòd non, in l. tam is. ff. de don. cauſa mor. niſi quãdo non poteſt: quia eſt in aliena poteſtate: vt in §. j. illius legis. Ex quo ſequitur ſingulariter, quòd pupillus etiam cum authoritate tutoris non poteſt donare cauſa mortis. ſecundũ Paul. de Caſt. ibi. Sed tu allega ſingul. tex. de quo ipſe non fui memor, in l. j. in prin. ff. de tute. & ra. diſtra.

DCCCLXXIX.

Tu iam habuiſti quòd abſque aliqua traditione in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem transfertur dominium ipſo iure. de quo per gloſſ. in l. j. ff. de dona. Dicas idem in donatione cauſa mortis: quia transfertur dominium in donantem ipſo iure. text. eſt cum ſua glo. ſingul. in l. ſi mortis cauſa. ff. de don. cau. mor.

DCCCLXXX.

Volo tibi dicere vnum modum nouum inducendi malam fidem: poſito quòd emptor credat rem eſſe vendentis, & quòd licitè poſſit vendere: quia eſt maior xxv. annis: & ſibi non eſt interdictum bonis, & etiam quòd venditur iuſto pretio, ſi tamen ſcit quòd venditor in certum malum vſum eſt conſumpturus pretium, reputatur malæ fidei. text. habes ſingularem, in l. ſi quis cùm ſciret. ff. de vſucap. pro empto. quod eſt pulchrum.

DCCCLXXXI.

Si tu vis ſcire differentiam quæ eſt inter illud, quod habetur pro derelicto: & illud quod ſpargitur in vulgus, vide glo. magiſtram in l. ſi id quod. ff. pro derelic.

DCCCLXXXII.

Requiritur quidam, quòd debeat tradere alimenta boui ſuo: denegat & mandat quòd alteri tradatur: dicitur habere illum bouem pro derelicto. text. habes notabilem in l. Sempronius. ff. pro derelicto.

DCCCLXXXIII.

Tu ſcis quòd in actione pro ſocio in vniuerſalibus tranſit dominium ſine traditione. l. ij. ff. pro ſocio. Sed quæro, quid in venditione ſeu donatione omnium bonorum, an tranſeat dominium ſine traditione? Et reſpondeo quòd non. glo. habes ſingularem in l. j. ff. pro dote. quod commenda memoriæ ſecundum Bartolum ibi. Sed tu allega textum in terminis in l. qui tibi. C. de hæredita. vel actio. vendi.

DCCCLXXXIIII.

Aduerte tu, qui mutuas quãdoque pecunias, ne perdas illas: quia habes titulum C. de non nume. pecu. qui emanauit contra creditorem recipientem confeſsionem, & volentem extorquere quod non numerauit: & frequẽter contingit, quòd etiam ſi verè numerauit, remanet in damno: quia ignorantes naturam iſtius tit. recipiunt ſcripturam de manu debitoris, in qua continetur ſe habuiſſe & recepiſſe mutuò talem quantitatem, & eam verè recepit: tamen debitor malignitatis confiſus, negat etiam ſe recepiſſe, & conqueritur intra biennium. Et quia creditor non poteſt aliter probare numerationem, reus abſoluitur, & ipſi creditori imponitur perpetuum ſilentiũ: & ſic eſt magnum periculum mutuantis. & ideo caue ne confidas de ſcedula debitoris, ſiue dicat confitor me habuiſſe & recepiſſe, ſiue habui & recepi: ſiue ponat vtrunque, etiam ſi diceret hoc non confiteri ſpe futuræ numerationis: quia totum hoc eſt de cõfeſsione: quia non poſſes conuincere debitorem. Sed accipe duo remedia. Primum eſt, quòd adhibeas notarium & teſtes, in quorum præſentia fiat numeratio. Et ſi diceres, non poteſt haberi ſemper notarius, vel eſt parua quantitas, tũc non facias ſcribi ſcedulam de mutuo: ſed de depoſito, cõfitendo habuiſſe tantam quantitatem: quia tunc confeſsio eſt ſtatim valida, & probat numerationem. l. generaliter. C. de non nu. pecu. quod eſt pulchrum & quotidianum.

DCCCLXXXV.

Depoſuiſti penes Titium aliquam rem, & dicitur in inſtrumẽto, quòd illam rem habuiſti à me in depoſitum. Iſtud inſtrumentum licet ſit factum inter te & Titium, probat tamen intentionem meam contra te: etiam ſi nõ poſſum aliter probare quòd depoſuerim: ſufficit hoc inſtrumentum ad probandum. dictum eſt ſingular. Bald. per illum textum in l. deſiderium. C. depoſi. quod eſt perpetuò memoriæ commendandum ſecundum Paulum de Caſtro ibi, propter authoritatem Bald.

DCCCLXXXVI.

Quæro, aliquis fuit poſitus in exilio ad certum tempus: reuertitur ad ciuitatem: ſi capitur, quid de eo fieri debeat? Et reſpondeo, quòd debet incarcerari, & ibi debet ſtare tantum quòd compleat tempus exilij: vt not. probatur in l. omnes. C. de pœnis. quod eſt notabile, ſecundum Baldum.

DCCCLXXXVII.

Pœnæ legales de iure communi quadruplum non excedũt, & ideo ſi quis committeret vnum delictum cum mille qualitatibus: & quælibet qualitas haberet per ſe pœnam: tamen inter omnes non poteſt excedere quadruplum. & hoc in pœnis pecuniariis. Sed quid de pœna amputandæ manus vel pedis: nunquid ſtatutum de pœnis duplicandis locum habeat? & dicas quòd non. Sed imponitur illa pœna perſonalis ſimplex, vitra hoc pecuniaria arbitrio ſuo, quaſi perſonali non cadente. Et quia mutilatio ſecundæ manus eſt longè maior pœna quàm primæ: & ideo eſſet plus quàm duplicatio. Ita ſingulariter voluit Baldus in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. in vltima colum. & vide quod not. Bartol. in l. ſanctio legum. ff. de pœnis.

DCCCLXXXVIII.

Si aliquis debet habere præmium, si probauerit aliquod maleficium, probauit solum aliqua indicia, propter quæ ventum est ad torturam iudicis officio: iste non meretur habere præmium: quia ista probatio potius est facta officio iudicis inquirentis, quàm per ipsum delatorem. Dictum est notab. Bald. per illum textum in l. j. C. in quibus causis serui pro præmio libertatem accipiant. quod dicit memoriæ commendandum.

DCCCLXXXIX.

Ille qui renuntiat liti, licet sibi præiudicet, non tamen fatetur. tex. est singul. secundum Bald. in l. si te. in verbo, probationem. C. de ingenu. & manu.

DCCCXC.

Videtur quis se adstringere ad probãdum id quod est probandum: nec valet protestatio in contrarium: quia protestatio non iuuat, vbi necessitas est à iure imposita. text. est not. secundum Bald. in l. non ideo. C. de libera. causa.

DCCCXCI.

Si Papa vel Imperator facit aliquam ciuitatem confiteri esse suam, cùm non sit, & iurare fidelitatem, talis confessio & iuramentum non valet: quia rediguntur ad instar tyranni. ita notabiliter dixit Bald. per illum text. in l. nec si volens. C. de libera. causa. vnde dicit ipse, quòd si ciuitas Perusina non esset Romanæ ecclesiæ, omnia instrumenta in contrarium facta essent cassa & irrita. quod dicit Bal. pro deo nota & perpetuæ memoriæ commenda: & hoc dictum facit contra illos malos Christianos, qui negant donationem Constantini: qui solùm versantur quotitie in historiis infidelium: nec curant sacras & canonicas scripturas.

DCCCXCII.

Tutor qui non potest satisdare, remouetur ab officio: text. est notab. in l. ij. C. de tut. vel curat. qui non satisde. secundum Bal. in l. j. §. j. C. de assertio. tollen. & sic nota casum in quo non sufficit iuratoria cautio.

DCCCXCIII.

Valet statutum, & videtur mirabile, quòd qui capit bannitum fiat dominus eius. text. est singular. secundum Bald. ibi, in l. ij. C. quibus ad liber. proclama. non licet. nam de iure communi debet statim iudici consignari. textus est singular. in l. fin. C. de malefi. & mathema. secundum Baldum in dict. l. ij.

DCCCXCIIII.

Res empta ex fructibus loco fructuum succedit. text. est singular. secundum Bald. in l. si quis in libertatem. C. quib. ad liberta. proclama. non licet.

DCCCXCV.

Scias quòd de iure antiquo nulla præscriptio currebat malæ fidei possessori. glo. est notab. in l. fin. C. ne de stat. defun. ad quod ius antiquum rediit ius canonicum secundum Baldum.

DCCCXCVI.

Vitium libidinis principaliter homini tribuitur. l. j. C. de Senatuconsul. Claudian. & ibi Bald. & ibi etiam habetur quòd mulier incontinens est dedecus totius cognationis, & fulgoribus eius: & quòd dedecus est seruire inferiori vel deteriori se.

DCCCXCVII.

Si deficit titulus, non minori tempore pręscribitur res mobilis quàm immobilis: & ideo sit cautus scholaris qui emit pulchrum librum, vt de hoc faciat publicum instrumentum: nec deficiat in probatione tituli libro comperto apud alium. nam aliàs non poterit vincere in reali, per text. singular. in l. fin. C. de rei vendi. ita notabiliter dicit Baldus in l. in seruorum. C. in quibus causis cessat longi tempo. præscript.

DCCCXCVIII.

Nota quòd ille qui in vita non potest morari in ciuitate, post mortem non potest reduci ad ciuitatem ad sepulturam. tex. est singul. qui non reperitur alibi, secundum Bart. in l. si quis in insulam. eo. titu. de cadaue. punito.

DCCCXCIX.

Quidam dum ordinaretur ad sacros, protestatus est, quòd nolebat continere: & ita fuit ordinatus: demum contraxit matrimonium: matrimonium nõ tenet: & sic protestatio quantum ad hoc nihil operatur. Sed non est deponẽdus ab officio: & sic in hoc sibi prodest protestatio: quia propter authoritatem episcopalem non carebit officio: & sic authoritas episcopi malè interposita excusat à pœna: vt ista notabiliter habentur in c. diaconi. xxviij. distin. & istud potest adduci ad multa alia.

DCCCC.

In Italia fuit semel magna altercatio inter publicanum & rusticum, qui cœperat vnam aquilã, & illam vendiderat: quia ibi erat statutum, quòd de omni bestia vendita soluantur tantum secundum quantitatem pretij. Publicanus volebat sibi solui: procurator rustici negabat: allegaui in fauorem rustici quòd appellatione bestiæ veniũt solùm animalia terrestria, non aues: secus si diceretur de quolibet animali. allegaui text. notab. iuncta gloss. in cap. sexto die. xxxv. distin. & ibi est etiam glo. quòd appellatione animaliũ veniunt pisces: & rusticus ille donauit mihi vnum par gallinarum, quas libenter comedi.

DCCCCI.

Fui interrogatus semel, an Episcopus possit facere constitutionem, quòd nullæ literæ apostolicæ mãdentur executioni, nisi prius præsententur sibi, vt per eum videantur, an in illis sit vitium alicuius falsitatis? respõdi quòd sic: & adduxi Innocen. in cap. ex eo. de pœni. & remis. Dixi tamen quòd deberet cauere Episcopus, ne hoc faceret in fraudem causa differendi executionem papalem: quia illud saperet rebellionem & inobedientiam contra romanam sedem. Item quòd caueret etiam, ne hoc cupiditatis causa fieret.

DCCCCII.

Testator quidam legauit in testamento, quòd famulus suus sustentaretur in domo sua toto tempore vitæ suæ. Fuit quæsitum quomodo intelligatur sustentare? Et responsum est, quòd debet habere victum & vestitum: vt probat text. iuncta gloss. in cap. omnino. xxxj. distin. & adde gloss. in cap. episcopus. x. quæst. ij. quòd appellatione cibariorum non veniunt vestimenta: nec appellatione alimentorum continentur medicinæ. gloss. fin. in capit. nihil. vij. quæst. j.

DCCCCIII.

Tu scis, quòd in actibus iudicialibus requiritur trina citatio vel vnica peremptoria in multis casibus. Innoc. in c. ad petitionẽ. de accusat. notatur in l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. Hoc non procedit in extraiudicialibus: quia vnica vocatio sufficit. gloss. habes notabilem in c. si episcopus. xviij. dist. quod est pulchrum pro requisitionibus & protestationibus quę fiunt extra iudicium. Quod intellige, quando fit à pari ad parem, vel à superiore ad inferiorem. Secus si inferior vellet conuincere negligentiam superioris: vt est textus singular. in cap. j. de supplen. negli. præla.

DCCCCIIII.

Nos videmus, quòd clerici & religiosi ante prãdium & cœnam benedicunt mensam, & postea reddunt gratias. vellem scire, si omitterent quid esset. Et respondeo, quòd peccarent mortaliter, per text. not. in c. non liceat. xliiij. distin. quia facerent contra legis præceptum.

DCCCCV.

DCCCCV.

Quæro, aliquis habebat sex digitos in manu: fecit sibi abscindi voluntariè vnum: an impediatur promoueri? Et est glo.not.quòd non, in c.qui partem.lv.distin. pro qua gloss.allega tu text.in c.ab exordio.xxxv.distin.

DCCCCVI.

Nota vnum pulchrum dictum in materia purgationis canonicæ. Quidam est diffamatus propter aliquos actus extrinsecos, non indicitur tali canonica purgatio: sed monetur quòd desistat ab illis actibus, quando pro diffamato est aliqua præsumptio, quòd non versatur in delicto propter fœdus naturale.tex.habes notabilem cum gloss.in c.quorundam.xxxiiij.distin.

DCCCCVII.

Vidi semel quoddam mandatum episcopale directum ad suum officialem: vt deberet corrigere quendam clericum: dixi quòd ista erat materia pœnalis: & ideo mitius erat intelligenda. & quòd intelligebatur tale mãdatum de verbali correctione, non autem actuali, scilicet, cum appositione pœnæ: quia verbum corrigere, intelligitur etiam de verbali correctione.text.est in d.c.quorũdam. xxxiiij.distin.in cap.licet.xlv.dist.& pro hoc etiam facit quod voluit Domi.in cap.degradatio.de pœn. in vj. vbi statutum mentionem faciens de degradatione, debet intelligi de verbali non actuali.

DCCCCVIII.

Quidam theologus dum allegarem sibi Bart. dixit, allega text.quia ego nolo credere Bart. & quia mihi antè allegauerat sanctum Thomam, respondi: & ego nolo credere s ncto Thomæ. Replicauit theologus. Ergo es hęreticus: quia doctrina sancti Thomæ est approbata ab ecclesia. Sed sua replicatio non caruit responsione. Dixi enim, non vidisti cum bona venia text.in cap.ego solis.ix.dist. vbi dicitur, quòd quantacunque doctores sacræ scripturæ polleant sanctitate, quacunque etiam doctrina præfulgeant, nisi ratione vel authoritate sacræ scripturæ dicta sua muniant, non est eis necessariò credendum. Respondit iratus theologus. Sanctus Thomas mouetur ratione: Et ego, Etiam Bart.mouetur ratione: tandem post conflictum orta est pax inter nos: & pro pace firmanda fecimus duos haustus boni vini.

DCCCCIX.

In quodam consistorio contra me fuit adducta vna decisio Rotæ: Respondi, nego illam. non enim habuerunt ipsi potestatem legis condendæ: & doctorum dicta possunt reprobari.text.est not.in cap. neque. ix. distin. & ibi dicit Domi.quòd decisiones Rotæ possunt reprobari: & illas reprobat in c.duobus.de rescript. in vj. ad idem refert Cardi.& Pet.de Ancha. Dicit tamen, quòd domini de Rota nolunt recedere à suis decisionibus: etiam si adducantur rationes validiores in contrarium. Habent tamen ipsi iudicare secundum ius: nec possunt cõdere ius de nouo: quia istud est solius principis.probat etiam textus in dict.c. neque. quòd laudati homines & famosi in scientia sint maioris authoritatis quàm alij: ex fama enim inducitur præsumptio veritatis & existentiæ. ad quod facit quod habetur in l. prouidendum. in fin. C. de postulan.

DCCCCX.

Dum semel visitarem quandam ecclesiam in itinere: in ea erat quidam magister docens & verberans suos scholares: dixi sociis meis: iste præceptor peccat: quia in ecclesia nihil debet fieri nisi orare. textus est not. vbi per Archid.in c.in oratorio.xlij.dist.

DCCCCXI.

Semel reprehensus fui à quodam qui se tenebat sapientem & doctum in iure, quòd appellassem episcopum summum pontificem, ira inuasit me, & dixi, & ego etiam sum iurista: & habemus iura in quibus episcopi appellantur summi pontifices, in cap.si officia. in c.qui ecclesiasticis. lix.distin.in c. si episcopus. xviij. dist, fuit necesse, quòd deueniremus ad libros: volebat tamen pertinaciter suũ errorem defendere, nec potuit.

DCCCCXII.

Tu scis, quòd gloss.in c. constitutionem. de senten. excommunic.in vj.vult quòd incurrit minorem ille qui mittit literas excommunicato, ac si personaliter loqueretur: pro hac gloss.allega tu optimum textum, in c. perlectis. xxv.distin.quòd scribens dicitur loqui.

DCCCCXIII.

Vidi quoddam comprõmissum, in quo dabatur arbitrium arbitro, quòd faceret ad libitum suum. Fui consultus de istis verbis: Respõdi, quòd illud dicitur fieri ad libitum alicuius quod fit iure communi repugnante.text. adduxi not.in c.nulli.xxxviij.distin.

DCCCCXIIII.

Casus iste fuit in facto. Officialis deputatus ad capiendum malefactores reperit quendam in flagranti crimine: statuit ipsum capere: quod vt facilius facere posset, tradidit vestem longam, qua erat indutus amico ibi assistenti & scienti: captus fuit malefactor per istum, & suspensus patibulo: à me fuit quæsitum, an ille qui tenuit vestem esset inhabilis ad ordines suscipiendos tanquam irregularis? Et respondi quòd sic: & adduxi notata per glo.in §. contra.50.distin.dum loquitur de Paulo qui tenebat vestes lapidantium beatum Stephanum.

DCCCCXV.

Quidam ingeniosus iuuenis emit sibi libros iuris, & in domo studuit: nec vnquam voluit audire in iure legentem, nec priuatè nec publicè: tandem ostendit se in iure peritum disputando, petiit sibi dari doctoratum: dixi quòd non debebat doctorari: quia ille qui non fuit primò discipulus, non debet effici doctor. text. est notab. in cap. ordinatos.lvj.dinstin.

DCCCCXVI.

Suprà mentionem feci de quodam sapienti viro, vel, vt rectius loquar, qui affirmabat se esse sapientem: erat enim aliorum reprehensor, & in omnibus mordax, dum inter loquendum dixissem, talis doctor semper studet: incontinenti respondit, hoc est falsum: quia quando dormit, non studet: confundi ipsum, dicens, dictio semper denotat actum continuum, quando iungitur actui, qui continuè potest fieri: sed si adiungitur actui, qui cõtinuè fieri non potest, intelligitur semper fieri quod fit debito tempore.adduxi text.notab.cum sua gloss.in cap. sanctimonialis.xiij.distin. & illud apostoli primæ ad Thessa. vlti. Sine intermissione orate.

DCCCCXVII.

Volo tibi allegare casum singul. in quo fama facit plenam probationem: quando scilicet agitur de idoneitate ordinandi.text.est singul.in c.nullus.xxiiij.distin.

DCCCCXVIII.

In quadam publica disputatione quidam bacchalarius argumentis factis non respondebat: argumentans elatus dixit, tu non respondes: quia nihil scis. & ego defendi illum bacchalarium. Dixi enim, non tacet ex ignorantia, quòd nesciat respondere: sed potest tacere ex alia causa, textum habes singular .in cap. in mandatis.in fin.xliiij. distin.& tandem eleganter respondit.

DCCCCXIX.

Dum in sermonibus meis quandoque adducerem historias Romanorum, in quibus continebantur aliqui actus virtuosi ad excitandum Christianos ad actus virtuosos:

quidam me carpsit dicens, ista non debere deduci in sermonibus: sed solùm sacram scripturā: quia qui vult alios reprehendere, oportet quòd habeat omnia iura mundi. solùm reperitur prohibitum adducere in sermonibus fabulas poëtarum. textus est notab. cum sua gloss. in cap. cùm multa. lxxxvj. dist. Inter historiam autem & fabulas poëtarum non parua est differentia.

DCCCCXX.

Dum duceretur quidam fur ad furcas, interrogaui socium meum, an crederet quòd suspensor posset peccare illum furem suspendendo. Et respondit quòd non, propter iustitiam. Sed dixi, quòd poterat peccare grauiter, si faceret liuore vindictæ: vel delectatione fundendo sanguinem humanum. propterea in c. miles. in c. cùm minister. in capitul. lex æterna. xxiij. q. v. sunt notabiles text. Et idem dicendum est de iudice.

DCCCCXXI.

Aduertant illi, qui sunt faciles in occupando dignitates & beneficia iniustè: & maximè per potentiam laicorum: quia tales dicuntur inferre iniuriam tali dignitati: vt est text. not. in c. multi. xl. distin. Et ideo si posteà impetrant à papa collationem illius dignitatis, sint cauti, quòd faciant mentionem quòd prius iniustè occupauerant illam dignitatē: quia aliàs collatio esset subreptitia: quia papa verisimiliter de facili non remisisset illam iniuriam illatam dignitati, si sciuisset.

DCCCCXXII.

Fui consultus de hoc casu à quodam sacerdote, qui fuit suspensus ab officio sacerdotali, qui cantauit psalmos & antiphonas cum aliis: an incurrerit irregularitatem? Et respondi quòd non, per not. per doct. in c. presbyterum. xxiij. distin. quia istud cantare cum aliis non videtur esse deputatum ordini sacerdotali. Sed tunc incurreret irregularitatem, quando ministraret propria & conuenientia illi ordini.

DCCCCXXIII.

Tu scis quòd aliqui sunt suspēsi à canone non propter crimen, sed propter defectum: vt illegitimi & corpore vitiati. Quæritur, si celebrant, an incurrant nouam irregularitatem ante dispēsationem? Et concluditur communiter quòd non, per doct. quia curia seruat, quādo dispensat super defectu, non super irregularitate quam contraxit celebrando ante dispensationem. cap. veniens. de filiis presby.

DCCCCXXIIII.

Tu habes dictum Inno. quod allegatur semper in d. c. veniens. de fil. presby. quòd si superior facit actum scienter cum inhabili, si est inferior à papa cum causæ cognitione, videtur secum dispensare: etiam si aliter non dicat, quòd dispenset. Sed pro eius dicto habetur text. notab. in c. apostolica. lvj. dist.

DCCCCXXV.

Tu habes dictum Hosti. in c. ij. de cle. excōm. mini. quòd suspensus vel depositus ab ordine sacerdotali, potest in aliis minoribus ordinibus ministrare. sed tu habes glossam in cap. presbyterum. quinquagesima distin.

DCCCCXXVI.

Dubitatur, an si est aliquis priuatus officio sacerdotali possit prædicare? est textus in capi. presbyteros. 50. distinct. facit quòd non. ex quo infertur, quòd si suspensus ab officio sacerdotali prædicat populo, quòd incurrat irregularitatem. Hoc tamen non audeo firmare, per textum in clemen. cupientes. §. qui verò. de pœnis.

DCCCCXXVII.

Tu scis qualiter iura canonica & ciuilia persequuntur blasphemiam in Deum & sanctos. ca. statuimus. de maledi. in authen. vt non luxu. contra naturam. Sed scias vnum dictum singulare, quòd accusans de iniuria illata in diuinam maiestatem, dicitur iniuriam propriam persequi: & ideo admittitur ad denuntiandum vel accusandum: siue sit infamis, siue seruus, siue cuiuscunque conditionis prohibitæ accusare de crimine publico. dictum est singular. Angel. in §. fin. in authentic. quomodo oporteat Episcopos.

DCCCCXXVIII.

Hoc in loco volo adducere quædam pulchra verba Pet. de Ancha. in sua solenni disputatione incipiente, Antiquis & modernis temporibus viri catholici & conscientiæ timoratæ &c. cuius dicta si seruabunt celeberrimi sacræ theologiæ & iuris doctores, nunquàm inter ipsos erit aliqua altercatio, sed perpetua pax & concordia. Tractat igitur Petr. de Ancharano in illa disputatione, An decisio quæstionum emergentium in materia vsurarum spectet ad Doctores Theologiæ, an verò ad doctores iuris Canonici & Ciuilis? Et dicit quòd prima facie videtur, quòd ad doctores sacræ Theologiæ: quia prohibitio vsurarum trahit originem à iure diuino veteris & noui testamenti. capitul. quia in omnibus. capitu. super eodem, de vsu. ergo ad peritos in illa scientia debet recurri ad decisionem dubiorum. Nam in omnibus hoc dicimus, quòd cuilibet experto & perito in arte sua est standum siue credendum. capitul. fraternitatis. de frigi. l. prima. in prin. ff. de ventre inspiciend. l. semel. C. de re milita. libro xij. Tamen contrarium concludit ipse, scilicet quòd spectat talium casuum decisio principaliter ad doctores iuris canonici: quia scientia canonica specialiter ad hoc tendit interprerando ius diuinum, in casibus dubiis pertinentibus ad moralem philosophiam: vt patet in proœ. decre. Scientia verò theologica pertinet ad interpretationem iuris diuini, quo ad opera domini nostri Iesu Christi: & istud bene dicit probari in libris moralium beati Gregorij super Iob. super illa expositione noui & veteris testamenti. Et videmus quòd in libris decretorum sunt decisiones summorum pontificum super dubiis iuris naturalis & diuini: vt patet etiam hoc in cōpilatione decretalium, vbi habemus de decimis, de baptismo, de voto, de matrimonio, & de simonia, tractatus speciales, quorum proprium est dubia lucidare, quæ erunt super dictis materiis originem trahentibus à iure naturali & diuino: & sic residet, quòd interpretatio iuris naturalis & diuini quatenus spectat ad moralitatem, qui diriget actus nostros in Deum, pertinet ad doctores decretorum, qui ex constitutionibus canonicis & decretis sanctorum patrum debet ius diuinum adiuuare, supplere, & limitare, iuxta notata per doctores, in capitul. quæ in ecclesiarum. de constitu. Sed quatenus ius diuinum tendit ad spiritualitatem & cognitionem verę fidei in hæreticos, Iudæos, & alios infideles spectat ad Theologos secundum Petr. de Anchar. in dicta disputatione, qui subdit, quòd sæpius vidit magistros in sacra pagina respondentes super dubiis, quæ occurrunt super decimis, testamētis, matrimoniis, vsuris, & similibus errare. Et ideo periculosum est eis aliquid affirmare vel negare. Hæc sunt verba Petri de Anchar. & non Petri Rauen. Et istud idem vult præceptor meus Alexan. de Imol. in consilio cvij. in iij. volumine. Et ego semel legi in quodam libro excellentissimi doctoris Theologiæ, quem quotidie allegamus, & quem nominare nolo, quòd in nullo contractu inter aliquos celebrato potest vnus ab altero petere aliquod interesse propter moram, nisi à principio sibi cauerit de interesse. Hoc est falsum & contra iura nostra: & solum mouetur vna ratione quæ nihil valet, postquam est contra legumlatores. Et dum magnificus vir Ioannes de Reida, optimus senator Colonienss. & doctorum virorum fautor me interrogasset de vna materia, quæ erat in iure nostro tangente conscientiam & animam: dixi hoc pertinere ad doctores decretorum.

DCCCCXXIX.

Lex canonica respectu irregularitatis est strictior, quàm lex ciuilis: vt inquit gloss. in capitul. quantum. 50. distinctio.

Nam lex

Nam lex ciuilis non punit lege Cornelia homicidiũ dolo non perpetratum: & tamen lex canonica pro tali homicidio imponit pœnam irregularitatis.

DCCCCXXX.

In Italia est consuetudo in multis ciuitatibus, quòd quãdo aliquis malefactor debet puniri pœna mortis, pulsantur campanæ non ecclesiarum, sed quæ sunt in turri ciuitatis: modò vellem scire, an ille qui pulsat secuta morte sit irregularis? Et reperio quòd non: Domin. in cap. ius militare. j. distin. tenet quòd sic.

DCCCCXXXI.

In materia irregularitatis fui multoties consultus in partibus istis. Quidam diaconus fuit impulsus à socio, ex quo impulsu alius cecidit in terram: & illæso capite in quodam saxo post duos dies expirauit: volebat scire ille diaconus, an esset irregularis? Respondi quòd non: quia ipse nihil egerat in mortem illius, vt vult Cardin. in clemen. j. de homicid. doctor. in capit. sæpe. 50. distin. Et sic nota hoc, quòd vbi quis non agit aliquid in mortem alterius non est irregularis.

DCCCCXXXII.

Volo tibi dicere vnum pulchrum & singulare dictum. Tu scis quòd inimicus testis repellitur. c. cùm oportet. de accusatio. Sed scias quòd quantum ad repellendum testem tanquam inimicum, vt non possit deponere contra aliquem, non est necesse, quòd ipse testis sciuerit illum cõtra quem deponit fecisse sibi aliquam iniuriam, dummodo sit facta: vt eleganter voluit Bartol. in l. j. in fi. ff. de his quibus vt indignis. Imo. in c. Raynaldus. de testam. Innocen. in c. cùm I. & A. de re iudic. Bald. in l. præscriptione. in antepen. colum. C. si contra ius vel vtili. publi. Roma. in rubri. de arbitr. in x. colum. quod est not.

DCCCCXXXIII.

Tu scis quòd non potest committi pretio cura animarum: vt in c. quoniam. ne præla. vices suas. Scias tamen quòd sacerdos peregrè profecturus potest pretio conducere sacerdotem, qui exerceat officium. gloss. est notab. in cap. præcipimus. xxj. quæst. ij. secundum Abb. in dict. capitul. quoniam.

DCCCCXXXIIII.

Dubitatum est semel, quando clericus dicatur residere. & adduxi gloss. & Archidiaco. in c. id constituimus. xvij. q. iiij. quòd sufficit, quòd sit in ciuitate vel in loco vbi est beneficium, licet non habitet in circuitu.

DCCCCXXXV.

Causa pietatis potest solus prælatus concedere vni indigenti vnam possessionem ad vitam suam. tex. habes not. iuncta gloss. in cap. possessiones. xvj. q. j. quem ita allegat Abb. in c. continebatur. de his, quæ fiunt à præla.

DCCCCXXXVI.

Remedium recusationis non potest tolli in rescripto. gloss. est notab. in cap. si quis in quacunque. ij. quæstione vj. quam ita allegat Abb. in cap. secundò requiris. & in cap. nouit. de appel.

DCCCCXXXVII.

Quidam formosus iuuenis qui duxerat sponsam per verba de futuro, narrauit mihi quòd sua sponsa fuit oppressa per vim: dixi, si tu non vis non potes compelli illam habere in vxorem. glo. est in cap. raptor. xxvij. quæst. ij.

DCCCCXXXVIII.

Hic Coloniæ mulier adultera ducitur ignominiosè per ciuitatem cum candelis in manu ad ecclesiam. Sed si posset probari, quòd vir non faceret debitum vxori, si ego essem iudex liberarem adulteram, per text. not. in c. si tu abstines. xxvij. quæst. ij. & in quibusdam locis Franciæ est consuetudo, quòd si vxor alicuius committat adulterium, ipsa nullam patitur pœnam, sed maritus super asino ducitur per totam ciuitatem præcone alta voce clamãte: sic fit maritis qui permittunt vxores suas nimium ieiunare. & gl. in c. de benedicto. xxxij. quæst. j. dicit ꝙ in quibusdam locis est consuetudo, quòd mulieri adulteræ inciduntur capilli & vestes antè & retrò.

DCCCCXXXIX.

Leges imperiales nõ se extendunt ad illos, qui de facto non obediunt romano imperio. gloss. not. iuncta cum text. in c. ius Quiritum. j. distin. Cin. & Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. quia non sunt digni laqueis legum. Bart. autem ibi tenet contrarium: non extendunt ergo se leges ad reges Franciæ & Hispaniæ, nisi ex quadam tacita tolerantia inquantum permittunt reges quòd subditi vtantur legibus imperialibus, quando leges suæ non disponunt.

DCCCCXL.

Tu scis dispositionem l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. quòd filij pro crimine paterno patiuntur pœnam, de qua ibi: hoc non procedit in filiis emancipatis. glo. est notabilis in cap. si quis. vj. quæst. j.

DCCCCXLI.

Habuimus semel obuiam presbyterum carentem vno oculo, fuit habitus sermo, vtrum inhabilitas per quam corpore vitiati repelluntur, vt non promoueantur, sit inducta de iure positiuo vel diuino? multa dicta sunt. Dixi, quòd recordabar vidisse tex. probantem quòd esset de iure diuino. in c. vsque adeò. xxxiij. distin. Et ex hoc infertur, quòd papa non possit dispensare cum corpore vitiatis: & tamen quotidie dispensat. & quia est tex. in d. c. vsque adeò. quòd demoniaci sacerdotes remouentur ab executione officij: ibi doctores ponunt vnã facetiam, quòd quidam Iudæus improperauit Christiano, quòd eorum secta erat magis Deo accepta quàm secta Christianorũ: & probabat hoc fundamento Iudæus ille: quia nunquam Iudæi à dæmonibus obsidentur, sed Christiani sic. Sed Christianus respondendo confudit illum perfidum Iudæum. Dixit enim, ideo Christiani flagellantur à Deo, quia ab ipso diliguntur: sed Iudæi sunt diaboli: & ideo quomodo vexabit diabolus alium diabolum? digna pro certo fuit responsio. Et nota pulchrum text. in c. nulli dubium. iij. quæst. j. quòd diabolus semper tentat meliores. & ibi dicitur, quòd circuit quærens quem deuoret: sed quantum ad Iudæum obstinatum nõ est opus circuitu: quia iam illum deuorauit.

DCCCCXLII.

Caueãt sacerdotes habitantes cum mulieribus, & sint memores textus, qui totus est aureus, in c. oportet. lxxxj. distin. & inter alia ibi dicitur: non recipiam sacrificia de manibus vestris: quia polluti estis. Et dum quidam sacerdos amicus meus & auditor mihi obuiasset & dixisset, quòd volebat ire ad loquendum cum quadam muliere: dixi vbi est socius? non conuenit sacerdoti, quòd solus vadat ad mulierem. text. est in cap. in omnibus. lxxxj. distin. erubuit, & suum iter me vidẽte dimisit: sed forsitan per aliam viam reuersus est in regionem suam.

DCCCCXLIII.

Quidam testator legauit mille pro decem mulieribus maritandis. ad hoc legatum non veniunt viduæ quæ volunt maritari: quia intelligitur illud verbum maritandis, de primo matrimonio. l. boues. §. hoc sermone[a]. ff. de verb. signific. Dictum est notabile Bald. in procemio decretalium, quod dictum referunt aliqui moderni in rubric. de sponsalib.

ADDITIO.

a §. hoc sermone, Limita regulam d. §. hoc sermone, vt ha-

beat locum in sermone permissiuo, non autem in negatiuo secundum glo. fin. quæ est singularis in l.hoc genus. quam ibi scribentes sequuntur, ff. de conditionib. & demonstrat. & secundum eam consuluit in contingentia facti Oldrad. consil. xv. incip. thema tale est. vbi testator in testamento suo mandauit filiæ suæ ne nuberet nisi mercatori, vel filio mercatoris: & si aliter faceret, priuabat eam hæreditate: ipsa primò nupsit mercatori, postmodum eo mortuo contraxit secundas nuptias cũ quodam nobili: dubitabatur vtrum deberet consequi hæreditatem? Et consuluit Oldrad. in d. consil. quòd non, sed quòd debeat priuari dicta hæreditate: quia sermo negatiuus actu primario non finitur, secundum d. gloss. fin. in d. l. hoc genus. Et illud consilium Oldrad. refert & sequitur Paul. de Castr. in d. l. hoc genus. & dicit quòd de illo consilio & de illa gloss. semel fuit recordatus, & habuit honorem. Adde Iason. in l. diuortio. §. quod in annos. colum. iiij. ff. solut. matrimon. Felin. in cap. innouamus. colum. vlti. de treug. & pac.

DCCCCXLIIII.

Si tu vis scire differentiam quæ est inter inuitum & reclamantem, vide glo. not. in c. j. lxxiiij. distin. quòd reclamãs dicitur ille, qui voce resistit, inuitus qui alio signo: licet non voce. Ille ergo qui non resistit voce aut signo, præsumetur voluntarius.

DCCCCXLV.

Tu scis dispositionem l. lis nulla. ff. de iudic. quòd inter patrem & filium non potest esse iudicium. & quod gl. dicit ibi, quòd nomine alieno potest alter agere contra alterum. Sed hoc procedit ad commodum alienum non proprium, vt cùm ageret iure cesso: quia alter cõtra alterum non potest recipere cessionem. duas habes glo. notab. in l. si pater. ℣. j. ff. de iure do. in l. actiones. ff. de actio. & oblig. quas extollit multum Paul. de Castr. in d. l. lis nulla. Illas tamen gloss. limita secundum Bal. in d. l. si pater. ℣. j. in lectura antiqua, quando fieret cessio ex ea causa, ex qua inter eos non possit esse iudicium: aliàs secus. ad idem Bart. in d. l. actiones. Limita etiam d. l. lis nulla. per text. not. in l. si putas. ff. de petitio. hæredi.

DCCCCXLVI.

Quod acquirit vxor constante matrimonio in dubio præsumitur acquisiuisse de bonis mariti. l. Quintus. ff. de don. inter vir. & vxo. l. etiam. C. eod. tit. Limita notabiliter, nisi maritus in contractu cõfiteretur pecuniam processisse ab vxore, tunc non poterit postea allegari, quòd illa pecunia sit acquisita de bonis viri. Alexan. in consil. xxiiij. in j. volum. multum extollit hoc dictum quod fuit Bald. Secundò limita, nisi vxor administraret bona alterius, vt voluit singulariter Salice. in dict. l. etiam. Alexan. in consil. xl. in iij. volumine.

DCCCCXLVII.

Quæro, Est positum interdictum in ciuitate, vbi est vniuersitas: an illud interdictum noceat vniuersitati? Et respondeo quòd ciuitas interdicta non habet priuilegia studij: quia organa sunt suspensa. Dictum est notab. Bald. in proœmio Digestorum. §. hæc autem tria. vbi ipse allegat Ioan. Andr.

DCCCCXLVIII.

Allegaui semel in corona doctorum virorum vnam gloss. singul. quæ placuit omnibus, in c. fi. xxiiij. q. j. quòd sacramenta quæ spectant ad officium sacerdotis, ita demum sunt licita laicis etiam in necessitate, si est expressum in iure. quam gloss. multum notat Abb. in c. decernimus. de iudi. in c. quanto. de consuetu.

DCCCCXLIX.

Illustrissimus dux Pomeraniæ in quadam causa ardua fecit examinari testes ad æternam rei memoriam. interrogauit me, quia tunc eram consultor suus, an sufficeret citatio ad domum, an requireretur citatio personalis? De hoc dixi in alphabeto. Sed dixi quòd ad tollendum dubium erat tutius, quòd fieret citatio personalis. Alexan. consi. cccxlviij. in ij. volum.

DCCCCL.

Communiter dicitur, quòd fama facit semiplenam probationem: vt no. in l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. Sed scias quòd vbi probatio à communiter accidentibus difficilis esse solet, fama facit plenam probationem. Anto. de Butr. in cap. præterea. de testi. in cap. transmissa. qui fil. sint legi. Bart. not. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nun. in viij. q. Facit quod no. Cin. & Bar. in l. siquidẽ. C. solu. matri. Et ideo consuluit eleganter Alexan. consi. lxvj. in iij. volum. quòd per famam potest probari, quòd filius percusserit matrem: quia à communiter accidentibus istud est difficilis probationis: quia istud non consueuit fieri palam sed clam. & Alexand. in consilio clxvj. in ij. volum. consuluit quòd fama probat, quòd aliquis in domo fuit percussus: quia est difficilis probationis. Et consuluit Roma. in consi. vij. quòd ex pluralitate præsumptionum inducitur probatio: & licet sint diuersi generis, tamen simul iunguntur, quando sumus in casu qui difficulter probatur: vt in damno de nocte dato. Et nota ista, quia quotidiana.

DCCCCLI.

Si statutum dicit, quòd quæstiones compromittantur inter affines, hoc statutum intelligitur durante affinitate. tex. est notab. vbi per Bart. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postu. Et ideo dixit ibi Bald. quòd licet quis pro vxore fratris viuentis non possit testificari: tamen secus, si est vidua: quia dissoluta est affinitas. Et ideo dixit gl. singul. in l. sed hoc ita. ff. de re iudi. quòd dissoluta affinitate est dissolutum amoris vinculum. quam adducit Bald. in d. §. affinitatis. & in l. fin. C. de verbo. signific. & ibi Paul. de Castr. dicit illam ordinariam. Et ideo in quadam ciuitate Italiæ est hæc consuetudo, quòd mortua vxore sine filiis vel marito congregantur omnes coniuncti viri & vxoris in ecclesia, & tactis manibus dicunt: eramus boni affines: modo sumus amici. Quo ad quosdam tamen effectus per dissolutionem matrimonij non dissoluitur affinitas. textus est singul. in l. fin. C. de verbo. signifi. & ibi per Bald. & Paul. de Castro.

DCCCCLII.

Si aliquis consentit, quòd alius de re sua testetur, sibi præiudicat. text. habes singul. in l. sicut. ℣. venditionis. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. quem dicit sing. Bald. in l. quoties. C. de fideicom. in l. venditioni. C. pro emp. in l. si tibi. ℣. de pignore. ff. de pac. in c. j. §. præterea. quibus mo. feu. amit. Pro cuius text. intellectu sunt videnda not. per Bart. in l. cùm quis. in prin. ff. de leg. iij.

DCCCCLIII.

Ecclesia magis subiacet fraudibus quàm minor. Et est ratio, quia ecclesia regitur alieno animo tantùm. Sed minor suo animo & alieno: & ideo strictiores sunt prohibitiones ecclesiarum quàm minorum. Ita not Bald. in c. j. in prin. episcopum vel abbatem. allegat gloss. quam dicit singul. in l. j. C. de contra. iudi. illam etiam allegat in pulchra quæstione in authen. quibuscunque. C. de sacrosan. eccle. & ibi illam dicit ordinariam, & perpetuò memoriæ commendandam esse.

DCCCCLIIII.

Vectigalia quæ soluunt ipsi ciues ex statuto ipsorum, non dicuntur regalia: sed quoddam pactum ciuium. gloss. est singul. in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. secundum Bald. in c. j. in fi. prin. episco. vel Abb.

DCCCCLV.

Volo tibi allegare vnam gloss. auream secundum Bald. in l. ab hosti-

ab hostibus.§.si vir.ff.soluto matrimonio. quòd si maritus negligat vxorem infirmam, nõ debet lucrari dotem propter mortem ipsius, siue tale lucrum proueniat per pactum, siue per statutum, siue per consuetudinem. De quo etiam per Bald.in l.quod in vxorem.C. de negotiis gestis. quod tamen limitant Bart. & Moderni, quando maritus potuit adhibere medicum: vt quia erat in loco insigni,& ipse abundabat facultatibus,ita quòd sibi impensa non erat difficilis.Et not.vnum pulchrum dictum Paul.de Castr.in d.§.si vir. quòd si maritus se absentauit nec prouidit vxori de alimẽtis, mortua est vxor,non debet cõsequi lucrũ ex forma statuti. Et de isto dicto exaltat vocem suã dicens se ita Florentiæ de iure respõdisse.

DCCCCLVI.

Maritus est excommunicatus:perseuerat in excommunicatione: & vxor non vult secum cohabitare: potest dotem repetere:quia culpa sua non potest secum stare: vt notabiliter voluit Ioan.And.in additio. Specu. in tit. de donatio.inter virum & vxorẽ.§.fin.in additione incip.quia hic de bannito.refert Alex.in consi. lxxxviij.in v.volum.

DCCCCLVII.

Vidi semel vnũ processum in quo erant examinati quidam testes ad probandum,quòd quidam erat clericus,qui dicebant:sic vidi,quòd talis erat clericus:fuit dubitatum, an ista esset bona ratio?aliqui dicebant quòd sic: ego allegaui Bal.in capit.cùm causam.de testi.qui dicit,quòd non probant:quia oportet ipsos adiicere rationem.Et si testes dicunt: quia viderunt ordinari, probant plenè. Si autem dicunt, quòd viderunt eum publicè in habitu & tonsura, probant præsumptiuè: secus si non adiiciant publicè: quia portare habitum in domo, non facit præsumi aliquem clericum, nisi probetur quòd superior ei imposuit habitum.capitul.si iudex laicus.de senten. excommu.in vj.

DCCCCLVIII.

Recordor semel dixisse cuidam iudici, quòd quando examinaret testes,deberet interrogare hoc modo:quid scis? quia tunc videtur interrogatus de causa:quia indefinita æquipollet vniuersali,ac si iudex diceret: dic omnia quæ scis:& tunc non valeret dictũ testis, si non redderet causam: quia implicitè est interrogatus de ipsa: vt not. dicit Bald.in dicto capit.cùm causam.de testibus. Et idem si testis iurauit expresse dicere omnem veritatem, siue fuerit interrogatus, siue non.Ista est not. gloss. in capit. fraternitatis.de testib. secundum Baldum in dicto cap. cùm causam.qui etiam ibi in fine dicit, quòd si testis dicit credo,quia vidi,probat.allegat illud Thomæ apostoli,quia vidisti me Thoma,credidisti. Secus si dicat, vidi,quia credo.

DCCCCLIX.

Fuit factum semel vnum interrogatorium, quòd testes interrogarentur, an esset tempus pluuiosum vel clarum? Dixi illud fore impertinens, nec debere interrogari.allegaui glossam singularem in dicto capit. cùm causam. in ver.tempore.quod tamen limitatur, nisi testis esset suspectus, secundum illam glossam. & istud committitur iudicis arbitrio.

DCCCCLX.

Aduersarius meus impedit testem meum testificari:quæro, quid est agendum?allego glo.singul.in d.c. cùm causam. in versicu. compellas. quæ vult quòd habeatur pro confesso.quod intelligit Bald.ibi si dolo impedit: quia tunc statur iuramento aduersarij: secus si illud impedimentum præstet tertia persona secundum Bald. Et pro ipso allego gloss.not.in capit.venerabilibus.in versi. captus. de senten.excommunica.in vj.quæ allegat legem allegatam per Baldum.

DCCCCLXI.

Accipe pulchrum dictum Bald. examinati sunt duo testes, vnus est infamis infamia facti: alter verò testis est valde dignus:isti duo faciunt plenam probationem:quia integra fides vnius supplet imperfectum alterius, in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. per illum textum, quem text.allegauit etiam not.Bald.in l.j.C.de testibus.quòd dictum testis inualidum confirmari potest per depositionem contestium.& commenda memoriæ hoc: quia millies habebis in practica.

DCCCCLXII.

Multum amicus non est integer testis, nec est omni exceptione maior.Dictum est Bar.in l.admonendi.in ix.col. ff.de iureiuran.Alexand.consil. xiij. in j.volumi. Aretin. consil.lxxj.de quo per Baldum,in l.data opera.C.qui accus.non pos.in xxij.colum.Sed est textus in contrarium, in l.sciendum.ff.de vsu.& mirum est, quòd præfati doct. consulentes non allegauerint illum. Et hunc textum allegat Bald.l.eos.C.de testibus.per quem dicit, quòd iudex debet arbitrari, quòd sit idoneus testis: nisi sit alia ratio quàm sola amicitia.Et allegat Aristo.dicentem.Amicus amico vult bene: ergo non vult falsum testificari pro eo:quia hoc esset sibi malum non bonum. Sed Bald. in l.ij.C.de testibus. allegans illum textum, intelligit illum in testibus instrumentalibus. Nam cum vtraque pars hunc testem adhibuit,valet testimonium.Et ita propriè loquitur text.ille cum glo.Pro quo allego gloss.not. in authen. de testibus. §. & licet. quæ voluit quòd etiam non fide digno credatur, ex quo est rogatus: quam pro notabili allegat Bald.in l.parentes.C. de testibus. Illum etiam textum allegat Baldus, in l.si quis testibus.in vltima colum.C.de testibus.vbi dixit,quòd nunquam amicitia repellit testem,nisi per accidens:scilicet quando ex amicitia vnius resultat odiositas alterius. Nam amicitia est virtus:inimicitia est vitium:vnde vitium repellit non virtus.Bald.in l.iij. in princ. ff. de testib. distinguit inter leuem & magnam amicitiam.

DCCCCLXIII.

Tu scis, quòd domestici & familiares à testimonio repelluntur.l.etiam.C. de testibus. Volo tibi dicere singularem limitationem. hoc non procedit in familiaribus & domesticis episcoporũ vel nobilium dominorum: quia isti non tenent secum, nisi familiares discretos & bonæ opinionis.Dictum est singul.Innocen.in capit.in literis. de testibus.in c.insinuante.de offic. deleg. sequitur Bal. in d.l.etiam.illa ergo lex etiam intelligitur in familiaribus pauperibus & vilibus:sed intelligendum est hoc dictum in dubio: nam etiam episcopi habent apud se suspectos familiares & malæ opinionis. capit. nulli. cum gloss.de ac.

DCCCCLXIIII.

Nota tu iudex quòd habes iudicare ex dictis testium,quòd licet testes videantur in aliquo esse discordes: si tamen in facto principali de quo agitur sunt concordes,dicuntur legitimè probare.gloss.habes in cap.cum ecclesia.in versi.vacillasse.de causa posses.& proprieta.in c.dudum. in verbo,substantia.de conuersio. coniugato. Bald. in l. qui sententiam.C.de pœnis.Bar.in l.eos.ff. de fals.Bald. & Imol.in l.his verbis.§.fin.ff. de hæred.insti. Consuluit Ioan.de Ana.consilio lxxvj. in cuius consilio hæc allegata sunt.Tu autem allega Alexand.in consilio v.in j.volu. vbi dixit,quòd vbi testes variant circa aliqua extrinseca, non circa negotium principale,non infringitur dictum eorum.& ibi alleg. singulare dictum Anto. de Butr. in capit.ij.de regula. quòd si testes in modico sint contrarij,non nocet:vt quia vnus testis dicit de vno anno,alius dicit de anno & die.pro quo dicto allego gl. not. in proœmio Gregoriano,in versi.in iudiciis.quę probat quòd non vitiatur dictum testis, si dicit omnes egerunt sic: licet pauci ex illis hoc non fecerint: quia propter modicum non debet vitiari dictum testis. allego etiam Bald, in l.j.in vltima columna.C. de testamen.in l. j. in fin. C. si vnus ex pluribus. Et vt bene intelligas, volo ponere exemplum, quando varietas esset circa aliquas demonstrationes: vt circa agnomen vel cognomen,vel circa locum originis vnius ex partibus. Et faciunt notata per

Bart.in l.ob carmen.§.fi.ff.de testib. vbi dixit,quòd vbi testes inducuntur ad probãdum aliquid non limitatum certo tempore, tunc varietas temporis non reprobat eorum dicta.addo etiam quod voluit Ioan. And. in capit. nihil obstat.de verb.signific. vbi dixit quòd testes dicuntur melius probare, quando deponunt pèr diuersa verba.facit text.in l.qui sententiam.C.de pœn.quod testes dicuntur concordes, quando concordant in eundem eiusdem rei finem.l.iij.§.j.ff.de testibus. Et not. singular. dictum Bald.in cap.j.§. si enim domino. in tit. quid sit inuestitura.vbi dixit per illum textum in versic. reminisci. quòd qui non reminiscitur modò, potest reminisci cras. quod verbum est multum notabil. in depositione testium, qui in vna causa dixerunt se non recordari, in alia deposuerunt super facto. quod perpetuò nota. Et singular. dictum Bald. in l. cùm antiquitas. C. de testamen. vbi dixit, quòd nisi testis probet totum tenorem testamenti perfecti nihil probat:& si aliqui probãt plus, aliqui minus deponũt,& totum nesciunt: non videntur esse testes legitimi, nec probant aliquid, etiam id quod deponunt, quia non videntur interfuisse toti testamento:ex quo totum nesciunt: quod est mirabile secundum Baldum. Nota tamen ad prædicta singularem limitationem, quòd licet testes vario modo factum recitent, ex quo in substantia conueniunt, non debent dici contrarij.hoc intellige, quando testes inducuntur ad probandum substantiam facti: secus autem vbi haberent probare verba materialia & formalia ab alio prolata.Vnde fuit hæc quæstio in facto.quidam dixit se hæredem Sempronij:& articulauit Sempronium dixisse,facio te hæredem meum: & ad hoc probandum induxit testes. vnus testis dixit Sẽpronium dixisse: facio te hæredem meum: alius dixit illum dixisse, instituo te hæredem meum. Pronuntiatum fuit testes fuisse contrarios: quod est singulare,vt probatur in cap. nihil obstat. vbi per Abb. de verbor.signific.Adduco etiam dictum singular. Abb. in cap.quod dicitur.de verbor.signific.vbi testis dicit, antequam Titius veniret ad prandium, filius suus percussit Sempronium: probatur, quòd Titius non venit ad domum illo die:nunquid testimonium sit falsum?Et decidit quòd non per illum text. quia satis est, quòd non venerit tempore percussionis. Vnde ex facto negatiuo, non sequitur necessariò aliqua affirmatio. ad prædicta etiam allego gloss.singular.in l.ob carmen.§.fin.ff.de testi. quam dixit ordinariam Areti. in consilio lx. quòd quando testes variant in his, quæ non sunt de substantia actus super quo inducuntur,neque actum contingunt, per hoc non impeditur probatio: & ideo si testis dicit falsum super his,quæ omnino sunt impertinentia ad casum, non reprobatur propter hoc dictum in cæteris: de quo per Bald.in l.si ex falsis.C.de transact. Nota bene in practica.testis primò asseruit se vidisse: postea subdit se credere:non propter hoc destruitur dictum eius: quia quod scimus,etiam possumus credere.Ioan.And.in cap. præsentium.de testi.in vj.in nouella.doct. in capit. quotiens. de testib. Ista duo allegat ad hoc Areti.in consilio xliiij. Ego autem addo Alexand. in consilio cix. in j. volum.Speculatorem in tit.de teste.§. iam de interrogatoriis.ad fin.vbi dicit contra cautos procuratores, qui faciunt interrogatoria,vt interrogentur testes,an credant quæ dixerunt esse vera?Ioan. And.in cap. inquisitionis. de accusatio. Anton. de Butr.in dict.capit. quotiens.dicit, quòd si testis deponit per verbum credo, tamen si causa assignata per testem concludit scientiam, non inficitur dictum testis.de quo etiam per Bald.in l.conuenticulam.in vj.colum.C. de episc.& cleric. vbi si testis dicit,credo, & assignat rationem, quia vidit, & præsens fuit,probat.Bal. in l. solam.C.de testi.in vj.quæst.& ideo si verbum videtur, iungitur cum sensu corporis testis, probat.Bart. in tractatu de teste.in iij. colum. in l. quid tamen.§.si arbiter.ff. de arbit.pro quo facit: quia verba rusticorum capiuntur grosso modo,vt dispositio valeat. glo.est singul.& ibi per Bart.in l.stipulatio ista.§. hi quoque.ff.de verbor.oblig.Et not.in materia duas pulchras conclusiones.Prima est,quòd vbi credulitas est proxima sensui,per quem percipitur veritas,valebit tale testimonium.Exemplum,si testis dicit se vidisse nudum cum nuda in eodem loco, per quod credit illos adulterium cõmisisse:talis testis probat.c.præterea,& cap.in literis.de testi.Secunda est conclusio,quando credulitas est remota à sensu,per quam veritas percipitur: dicit testis,quòd vidit virum & mulierem confabulantes: & quòd ex hoc credit quòd se cognoscant carnaliter:vel quòd vidit aliquem de sero cum armis: & ex hoc credit quòd interfecerit illum,qui repertus fuit mortuus de mane:certè talis testis non probat: quia talis credulitas est nimis remota à sensu vel ab actibus,per quos veritas percipitur. Oportet ergo quòd illa credulitas eliciatur ex actibus, ex quibus homines communiter aliqua præsumunt, & verisimiliter credunt.Et ad hoc bene faciunt notata per Bart. in l. de minore. §. tormenta.ff.de quæstio.in quæstione de infamia probanda.

DCCCCLXVI.

Nota in practica, ꝙ ille qui dicit in se possessionẽ translatã per constitutionẽ precarij,debet esse cautus in probãdo constituentem possedisse tẽpore cõstitutionis precarij: aliàs succũberet.Dictũ est not.Ange.per notata per glo. ibi,in l.quamuis.§.si conductor.ff.de acquir.posses.

DCCCCLXVII.

Tu scis quòd naturalis non potest querelare, neque dicere testamentum patris nullum:vt est gloss. ordinaria in l.j. ff.de contratab.gl.in l.si qua illustris.C.ad Orphicia.pro quibus est text.in l.humanitatis.C.de natur.libe. tamen si est legitimatus & præteritus, potest dicere testamentum nullum.Roma.consil. xxxiij. qui allegat iura in authent.quòd legitimatus est similis legitimis.

DCCCCLXVIII.

Statutum est in quibusdam locis, quòd si mulier est nupta extra territorium,non succedit in matrimonio sui territorij:si antequam nubat se immiscet hęreditati paternę, non amittit illam hæreditatem, licet nubat extra territorium: quia per aditionem effectum est proprium patrimonium filiæ. ita notabiliter voluit Romanus ex intentione Bald.in consil.xl.

DCCCCLXIX.

Vt quis sit idoneus fideiussor debet esse eiusdem fori.gloss. est notabi.in l.neque fœmina.ff.de procurat.quam allegat Roma.in consil.lxij. & dicit allegari à Bald. in l.ij.C. per quas perso.nobis acquir.

DCCCCLXX.

Sicut incidens & enuntiatiua confessio inter dominum & alium emanans, quòd talem constituit procuratorem, prodest ad probandum procuratorem:vt est text.singul. in l.ne satisdatio. ff. rem ratam haberi. ita quando quis confessus est in instrumẽto se esse procuratorem probat contra eum illa confessio: licet fuerit enuntiatiuè prolata:vt notabiliter consuluit Roma.consil.lxiij.

DCCCCLXXI.

Sententia lata super inepto libello est ipso iure nulla. gloss. est sing.Instit.de oblig.in prin.in ver.secundũ.in fi.secundũ Roma.cõs.lxix.qui dicit illã allegari à Bal.in l.actori. C.de rebus credi.Pro qua glo.allegat Roma.text.iuncta glo.in l.nisi finita.§.fi.ff.de tute.& ratio.distrahen.

DCCCCLXXII.

Quilibet de populo potest implorare officiũ iudicis,quòd legata ad pias causas mãdẽtur executioni.tex.est sing.in auth.de ecclesia.ti.§.si autem.secundũ Roma.cons.lxix.

DCCCCLXXIII.

Fiscus per confiscationem & incorporationem bonorum non propriè efficitur hæres.gloss. est singul.in l. non intelligitur.§.cùm ex causa.ff.de iure fisci.tamen quasi hæres extraneus existimandus est. gloss. est ordinaria in

l.j.C.de

l.j. C. de bon. liber. secundum Roma. consilio lxxiij. & consilio xciij. & ideo omnia iura transeunt in fiscum actiuè & passiuè.

DCCCCLXXIIII.

Bannitus non potest consentire electioni de se factæ ad aliquod officium, cui sit dignitas annexa: quòd si fecerit, capite puniendus est. tex. est singul. in l. qui cum vno. §. insulam. ff. de re milita. secundum Bald. in l. Cassius. ff. de senator. & Roma. consil. lxxiij.

DCCCCLXXV.

Si dominus comparet vnà cum procuratore, videtur comparere, vt assistat causæ, non vt reuocet procuratorem. casus est singul. in l. Paulus respondet. ff. de procurat. & sic limitatur c. si quem. de procurat. in vj. quia intelligitur quando solus comparuit: & casu quo intelligatur reuocatus, restauratur, si sciente domino & non contradicente causam reassumat. glo. est sing. in l. qui mutuam. §. non ideo. in versi. instaurauit. ff. mandati. secundum Romanum consil. lxxvj.

DCCCCLXXVI.

Testes deponunt contractum emptionis fuisse celebratum, sed non deponunt de pretio: quia sunt obliti. Probant tamen emptionem, quia iustum pretium iuris præsumptione interuenisse præsumitur. ita singulariter voluit Roma. in consilio xcj. qui adducit dictum Bald. quod alibi non legit in l.j. C. de rebus alien. non alienandis.

DCCCCLXXVII.

Quero, statutum mentionē facit de artifice seu artificio: an comprehendat facientem herbam venalem vel deferentem lapides? & habes gloss. singul. quòd non, in l. lex quæ tutores. in ver. labore. C. de administrat. tutor. secundum Romanum consilio xcij. & doctor etiam non dicitur artifex. tex. singu. in cap. relatum. ij. de testamen. ibi, artificio aut doctrina.

DCCCCLXXVIII.

Paria sunt dicere non alienes, vel semper apud te habeas: gloss. est not. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. secundum Bald. in c. j. in princ. qui feu. dare possunt.

DCCCCLXXIX.

De iure ciuili reperitur gloss. quæ dicit, quòd iuspatronatus ecclesiæ transit in extraneum hæredem. in l. si operarum. ff. de oper. libert. quæ est allegata à Bald. in c. j. §. & quia. qui feu. dare possunt.

DCCCCLXXX.

Tu scis quòd quis præsumitur viuere vsque ad centum annos. in l. fin. C. de sacrosanctis ecclesiis. tamen contra talem præsumptionem sufficit vnus testis, qui deponit de morte, licet non plenè probet de morte. gloss. est not. in l. ij. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testamen. aperian. secundum Bald. in c. j. §. fin. qui feudum dare possunt.

DCCCCLXXXI.

paria sunt dicere, talis adulterauit vxorem alterius, vel iacuit cum illa. gloss. est notabi. in l. Gaij. ff. de fideicommissa. liberta.

DCCCCLXXXII.

Quis præsumitur decipi in eo quod ignorat. gloss. in l. qui habebat. ff. de rebus dubiis. quæ est allegata à Bald. in cap. j. de feudo guardiæ.

DCCCCLXXXIII.

Colonus tenetur ad collectas: quia recipit fructus: non autem ille qui recipit pensionem. gloss. est singular. in l. j. C. de anno. & trib. libr. x. secundum Roma. in consil. lxxiij. qui etiam subdit, quòd feudatarius tenetur non dominus: quia ipse recipit fructus nō directus dominus. allegat Bald. in cap. j. per quos fiet inuesti.

FINIS.

SINGVLARIA DICTA INNOCENTII, RECOLLECTA, ET SINGVLARI LECTIONE

tradita per egregium vtriusque iuris Doctorē, D. Lanfrancū de Oriano dum ordinariā legeret in iure canonico in florentissimo Ferrariensi Gymnasio, Anno M.CCCCLVII.

I.

INNOCENT. in c. consti. de elect. dicit, quòd licet regulariter possessor non teneatur dicere titulum suæ possessionis: hoc singulariter fallit secundum eum, nisi pręsumptio sit cōtra ipsum possessorem: quia tunc interrogatus debebit dicere titulum suæ possessionis, aliàs habebitur pro confesso.

II.

Innocent. in cap. auditis. de præscript. dicit, quòd l. sæpè. ff. de re iudic. non habet locum in transactione, & aliis contractibus: vt contractus cum vno factus noceat illi, & prosit aliis.

III.

Innocen. in c. dudum. de elect. dicit, quòd quis non tenetur respondere positioni, etiam non criminosæ, per quam tamen peruenitur ad positionem criminosam: vt si respondendo positioni non criminosæ, in consequentiam responderetur criminosæ.

IIII.

Innoc. in c. cùm ad monasterium. de electio. dicit, quòd Eremita est persona religiosa, & gaudet priuilegio ecclesiastico: vt etiam not. gl. xvj. q. j. c. qui verè. & xvij. q. iiij. c. quisquis. Et quòd Eremita delinquens debet puniri secundum formam iuris canonici, non autem secundum formam iuris ciuilis, & statutorum. istud etiam probatur per glo. & text. in l. j. ff. de in ius vocand.

V.

Innoc. in c. nihil. de electio. dicit, q̄ prælatus intrusus in beneficio de facto & propria authoritate nō potest exigere debita beneficij, & soluentes non liberantur. idem est in prælato electo tantùm, & non confirmato, quod est verū nisi debitores soluāt d. prælato electo ex contractu suo. Nā tunc liberarētur per solutionē. pro quo allegat Inn. tex. no. in l. si vrbana. ff. de cond. indebit. liberantur etiā debitores per solutionē, si prælatus est electus, & confirmatus, licet electio & cōfirmatio de iure nō valeat: tamē talis prælatus nō possit alienare rē beneficij etiā in casibus aliàs permissis etiā consentiente superiore: secundū Bal. qui allegat casū no. in l. si is qui. ff. ꝑ emptore. qđ no-

VI.

Potestas habens arbitrium puniendi fures in plus & minus

quàm dicat ſtatum, debet ſeruare ſpeciem illius pluris, id eſt ſimilitudinē illius pœnæ ordinatæ à ſtatuto, quam tamen poteſt augere & minuere aliqualiter. l. hodie. de pœnis. nòn, quòd per hoc concedatur pœna municipalis ſi fuerit pecuniaria facere corporalem: ſecundum Ang. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit.

VII.

Innocent. in capit. cùm à nobis. de electio. dicit quòd vbi debent vocari eligentes pro electione fienda, & arbitratores pro ſententia ferenda, ſufficit quòd ſemel citentur nec requiritur trina citatatio, nec peremptorium etiam quoties par citat parem. glo. eſt ſingul. in clemen. j. de hereticis, in verbo reliquerit.

VIII.

Libertus eccleſiæ & eius deſcēdentes perpetuò ſunt adſtricti eccleſiæ: licet ſecus ſit in liberto laici: vt not. Innoc. in capit. iij. de ſeruis non ordi. Item patronus non habet ius ſuccedēdi in bonis liberti clerici: nec poteſt eum in ſeruitutē reuocare, licet ſecus de liberto laico: eccleſia tamē libertum ſuum clericum & laicum poſſet in ſeruitutem reuocare. hæc Ange. in l. j. de bonis liber. C.

IX.

Ius patronatus eccleſiæ tranſit ad hæredem etiam extraneum, & poteſt donari, permutari & vendi cum vniuerſitate tamen, & acquiritur ex fundatione Eccleſiæ & donatione & collatione territorij ad fundandam eam, non ex poſtfacto: etſi deſtructa alibi fiat, constructor ſecundus fiet patronus non primus, quam tenetur ab inquietatoribus defendere: vt not. Innoc. ſing. in rub. extrà de iure patro. & ponit Ang. in l. fi. C. de bon. liber.

X.

A ſententia arbitri non licet appellare. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbi. & l. ſi dictum. ff. de euict. Vtrum autem ſi de facto appelletur poſsit iudex appellationis ſententiam iudicando confirmare? dixit Innoc. quòd non. in c. innotuit. extrà de arbi. & Bald. in rubric. C. de appella.

XI.

Clericus præ dolore abſcindens ſibi membrum incurrit irregularitatem, vt not. Innoc. in c. ſignificaſti. extrà de corpore vitiatis. & dicit quòd hoc non habet locū quando euellit ſibi dentem. ratio, quia dens non eſt membrū: vt dicit Ang. in authen. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugi.

XII.

Poſt concluſionem in cauſa nulla admittitur ſcriptura ius & factum continens: vt no. Inno. in c. paſtoralis. de cauſa poſ. & proprie. & Bal. in l. ne cauſas. C. de appella. de hoc vide not. in l. admonendi. de iureiurando. & Ang. in tracta. malefi. in verbo, qui iudex terminum.

XIII.

Innocen. in d. c. cum nobis. de electio. dicit quòd licet vbi eſt appellatum ab interlocutoria ſuper aliquo articulo, debet pendente appellatione ſuperſederi: tamen poterit procedi ſuper articulo connexo. quod nota.

XIIII.

Innoc. in c. ſuper hoc. de renūtia. dicit, quòd plus creditur duobus teſtibus deponentibus de violentia, quàm centum deponentibus de ſpontanea traditione, quæ videri non poteſt: ſicut violentia quæ cōſiſtit in facto. & ita debet intelligi glo. in l. diem proferre. ſ. ſtari. ff. de arbit.

XV.

Innoc. in [illegible] c. ſuper hoc. dicit quòd vbi quis renuntiat beneficio per vim & per metum licet talis renuntiatio nihil valeat, tamen ſi poſtea ex interuallo liberè & ſpontè reſignet dictū beneficium, valet reſignatio: quia cenſetur purgatus metus & vis. Tamen hoc caſu non videtur remiſiſſe expenſas & damna habita in d. beneficio niſi hoc expreſsè dixerit, idem eſt in eo qui promiſit centum per metum, & ex interuallo ſpontè ſoluit: nam non repetet, quia cenſetur metus purgatus, quod bene not.

XVI.

Inno. in c. j. de fil. presbyt. dicit quòd licet illegitimè natus non poſsit eſſe clericus nec ordinari: vt in toto tit. de fil. presby. quòd tamen poterit eſſe monachus, ſed tamen non poterit aſſumere aliquam dignitatem.

XVII.

Innoc. in c. ex grandi. de ſupplend. negli. præla. dicit, quòd licet regulariter curator adulto inuito dari non poſsit niſi in lite: vt in §. item inuiti. Inſti. de curat. tamen poterit adulto inuito dari qui eſt princeps, & neſcit ſe rectè gubernare: nam tunc dari debebit curator ipſi inuito à ſuo ſuperiore: puta, ab Imperatore, ad inſtantiam ſuorum ſubditorum conquerentium de iniquo regimine ſui principis. quod bene not.

XVIII.

Licet ſi non appelletur, purgetur vitium omne primæ ſententiæ: tamen iudex ſi fecit litem ſuam iniquè iudicādo, poterit conueniri tempore ſyndicatus: vt not. Inno. in c. ſæpè. de appel. in gl. & peremptoriè. item poterit in ſyndicatu reaccuſari: vt no. Inno. in c. paſtoralis. de offic. & poteſt. iud. deleg. ver. & ex ea, &c. & licet ſoluat id in quo damnatur, non poteſt petere ſibi cedi actiones vt repetat ab eo quem iudicando abſoluerat. de quo vide per Docto. in l. quicunque. C. de ſer. fugiti. item licet victus appellet ſemel & bis, & ſuccumbat, & appellationem deſerat, nihilominus tenetur in ſyndicatu iudex ſi litem ſuam fecerit: ſecundum Innocen. in dict. capit. ſæpè. & in dict. capit. paſtoralis. de quibus per Angel. in dict. l. quicunque. de ſer. fugitiuis. & vide materiam ſyndicatus per Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. procon. & legat. & vide Marti. Lauden. in l. j. ff. quod quiſq. iur. & quod no. in l. argentarius. §. cùm autem. de edend. & per Bald. in rubric. C. de pœn. iudic. qui mal. iudic. Excommunicans abſque debita maturitate à canone introducta, tenetur ad omnes ſumptus, damna & intereſſe. cap. j. de ſentent. excommun. libr. vj. item quando iudex facit litem ſuam, quia non recipit probationes partis, qua actione conueniatur. gloſſ. & Bart. in præalleg. l. argentarius. ſ. cùm autem. &c.

XIX.

Dimittere coronam, id eſt clericatum non eſt apoſtatare. not. Innocent. in c. intelleximus. de æta. & qualit.

XX.

Licet ex iuramento oriatur actio. l. actori. C. de iureiuran. & l. nam & poſteà. §. penultim. ff. eod. tamen ſi iuratur de tali facto, quod non potuit obligare, non oritur actio: vt not. Innocen. in capit. fin. extrà quod met. cauſ. vide Bald. in l. j. C. de confeſ.

XXI.

Quando lata ſententia in principali contra eum qui in appellatione probauit de iuribus ſuis, & ſua defenſione, ſed tamen adeò parcè, vt iudex non intelligat quæ partium foueat iuſtitiam, vel iniuſtitiam, non debet iudex abſoluere aliquo modo diffinitiuè, ſed ab obſeruatione iudicij duntaxat. ita dixit Innocen. in cap. j. in fi. de confir. vtil. vel inutil. in antiq.

XXII.

Innocen. in dict. cap. ex grandi. dicit, quòd licet tutor non poſsit donare de bonis pupilli: tamen hoc fallit in tutore principis, qui donare poteſt de bonis principis: vt not. in l. præſes. C. de tranſactio.

XXIII.

Innoc. in c. veniens. de fil. presby. dicit, quòd Papa, vel alius ſuperior

superior non potest dispensare, nisi causa cognita saltem superficialiter absque diligentissima inquisitione.

XXIIII.

Inno.in c.ad hæc.de offic.Archi.dicit,quòd iudex videns libellum fore ineptum,& fouere iniustam causam, poterit officio suo ipsum reiicere & denegare audientiam actori.pro quo est glo.sing.in l.vbi pactum.C.de transact. & est text.sing.in l.postquam.ff.de peti.hæred.

XXV.

Inno.in c.significasti.de offic. deleg. dicit, quòd delegatus Papę non potest mittere executioni sententiam suam in bonis laicorum, sed solùm clericorum: sed per iudicem secularem exequi debebit.

XXVI.

Sententia quæ continet manifestam iniquitatem,vel notoriam iniustitiam est ipso iure nulla,& semper potest dici nulla.Innocen.in c.inter cætera.extra de re iudic.& per eum, & alios in c.quoniam contra falsam.de probat. & in c.ex insinuatione.extrà de appel. Et illud dicitur esse notorium,quod constat ex actis.Ang.in l.si vt proponis. j.C.quo.& quan.iud.& in l.vbi.C.de falsis.

XXVII.

Inno.in d.c.significasti.de offi.deleg.dicit, quòd delegatus Papæ non potest mandare executioni sententiam suam etiam in bonis clericorum manu militari,sed debet implorare brachium seculare.idem tenet Specul. in §. constituitur.in tit.de offic.delega.& Angel.in l.qui restituere.ff.de rei vendicat.

XXVIII.

Innoc.in c. cùm omnes. extrà de constit. dicit, quòd communitas non collegium seu vniuersitas non potest imponere pœnam per statutum contrafacienti statuto.

XXIX.

Innoc.in c.prudentiam.de offic.deleg.dicit, quòd vbi sunt deperdita acta iudicialia,in quibus inerāt depositiones testium,quòd non potest iterum dari dilatio, vt iterum producantur testes. quod etiam voluit Angel. in l.final. ff.de ferijs.

XXX.

Innocen.in dict. cap. prudentiam.dicit, quòd licet prorogatio iurisdictionis impediatur per errorem prorogantis, tamen non impeditur vsus iurisdictionis per errorem.quod est notab.

XXXI.

Innoc.in c.consuluit.de offic.deleg.dicit, quòd vbi citatio generalis est facta ad totam causam, si reus compareat in vno tantùm actu, poterit procedi ad omnes actus sequentes absque alia citatione.quod not.perpetuò.

XXXII.

Innocen.in cap. j. de offic. delegat. dicit, quòd quando actus est omni iure nullus, quòd ratihabitio facta super eo nihil operatur.

XXXIII.

Iudex si videt reum opponere aliquam exceptionem calumniosè,ea non obstante debet procedere ad vlteriora. ita dicit Inno.in c.post electionem.de concess.præb.in l.officium.& in l.qui cum maior.§.si patris.de bon.lib.

XXXIIII.

Licèt pater possit procuratorem ad iudicia cōstituere ante litem contest. l.j. de bon. mater. licèt glo. ibi contrarium dicat,tamen nō potest constituere sine consensu filij vbi adhiberi potest; secundum Inno. in c. accedens. extrà de procur.

XXXV.

Rei animatæ non perdo possessionem donec seruat animum redeundi: secus si non habet: quia amissa eius custodia perdo possessionem. no. Inno. in c. seruorum.de ser.non ordin.Ang.in l.j.de ser.fugit.

XXXVI.

Testis interrogatus si posset esse,quòd res se aliter haberet, & ipse nesciret, quàm testificetur, si dicit, quòd sic,non concludit.Innoc.in c.in præsentia.de probatio.

XXXVII.

Conscientia non est obligatoria quādo quis est tutus præscriptione approbata à iure: vt not. Inno. in c.consulti. de iur.patro.& Bald.in c.j.de conten.int.dom.& vas.

XXXVIII.

Licèt procurator ad lites non possit procuratorem constituere ante lit.contest.vt in l.nam tutores.C.de procu.tamen pater qui est legitimus administrator potest: vt no. Inno.in c.accedens.extrà de procur.& sequitur Ang. in l.fi.§.vbi autem.de bon.lib.

XXXIX.

Inno.in c.pastoralis.de offic.deleg. dicit, quòd licet iudex appellationis possit facere inhibitionem iudici principalis causæ,vt non procedat vlterius:vt in c. non solùm. de offic. delega. in vj. tamen talis inhibitio non valebit nisi pars citetur in ipsa inhibitione fienda, aliàs talis inhibitio sperni poterit.

XL.

Inno.in c.cùm in iure peritus.de offi.dele.dicit,quòd licet regula sit,quòd iudex ordinarius debeat exequi sententiam alterius iudicis ordinarij scribentis literas secundum c.pastoralis. de offi.deleg.tamen si illa sentētia erit iniqua,prout ex actis & tenore apparet, debet supersedere & non exequi: nam quod dictum est, intelligitur si est iusta.

XLI.

Innoc.in d.c.cùm in iure peritus, dicit, quòd vbi notarius scribit aliquod verbum falsum in verbis narratiuis per errorem, in quibus non consistit substantia instrumēti, non est falsarius,nec punitur de falso:nam notarius non intelligitur rogatus scribere verba narratiua instrumenti, & præambula, sed solùm substantialia instrumenti: ideò non punitur,& sic debet intelligi l.iubemus.in fin. C.de testamen.

XLII.

Inno.in c.fraternitatis.de rescri.dicit, quòd testis deponēs & errans in aliquibus circunstantiis non punitur de falso,imò eius dictum valet.secundum Iac.But.& Angel.in l.Lucius.ff.de his qui no.infam.

XLIII.

Inno.in c.plerique.de immu.eccl.dicit, quòd vbi actor qui obtinuit in causa, dicit sententiam fore iniquam, quòd nunquam talis sententia poterit executioni mandari.

XLIIII.

Innoc.in c.consuluit.de offic. deleg.dicit,quòd si sententia dicit,condemnamus talem præsentem,&c.quòd per hæc verba probatur,& præsumitur condemnatum fuisse præsentem,licet non appareat ipsum fuisse citatum.

XLV.

Inno.in d.c. consuluit. dicit, quòd tenor instrumenti producti in iudicio,extensus in actis,nō dicitur esse de actis nec de processu: sed productio instrumenti sic: scilicet verba quæ inducunt productionem,& talis tenor extensus non probat,nisi notarius subscribat.

XLVI.

Iudex si dixit, condemno per talem legem,quæ nihil facit, non est sententia nulla.vt dicit Inno.in c. cum ex officij. de præsc.& Inno.in c.sicut.de re iud. Host. in summa de sent.& re iud.dicit, quòd non est tutū assignare causam in sententia:quia si malam exprimat,licet bonam exprimere potuisset, non valet sententia. l. qui testamento.

& ibi Bartol.ff.de excus.tuto.& in c.cùm ex literis.§. nos igitur.de in integ. resti. ideò sit cautus iudex, vt nullam exprimat.c.sicut nobis.§.fi. de senté.nisi in xviij. casibus not.per Host.in summa.& Paul. de Castr. in l.j. quæ sen. sine appel. rescin. cautela tamē est, vt dicat maximè per talem legem.vt not.in cap. super eo. extrà de appella. & per do.Flor.in l.j.§.j.ff.si mens. fals.mod.dixe.Inno.in c. in præsentia.de renunt.dicit, quòd si in sententia exprimuntur duæ causæ,& vna est falsa,alia vera,valet sententia.& vide omninò Lu. Rom.in singul. xlvj. incip.iudex pronuntiat.

XLVII.

Filius in potestate vouens etiam cum iuramento, licet non adstringatur ad præsens, tamen factus sui iuris adstringitur ad obseruantiam iuramenti:vt voluit Inno.in cap. scripturæ.extrà de voto.quem sequitur Ioan.de Imol.in c.cùm contingat.de iureiur.in ij.char.

XLVIII.

Inno.in c.super quæstionum.de offic.deleg.dicit,quòd vbi est lata sententia in causa principali, & est cōfirmata bis per iudicem appellationis, quòd tamen poterit iudex primus conueniri in syndicatu propter illam sententiam,si continebat iniquitatem.

XLIX.

Innoc.in c.pastoralis.de offic.deleg.dicit,quòd licet iudex ad quem,possit facere inhibitionem iudici à quo,vt appellatione pendente nil innouetur,quòd talis inhibitio non erit seruanda, si iudex à quo viderit appellationem fore friuolam,& sententiam fore iustam: & quòd poterit illam exequi spreta inhibitione.

L.

Peccans mortaliter, dicitur pati maximam capitis diminutionem.vt not.Archi.in c.sequenti viam.ij.q.vij.& Laur. in cap.qualiter & quando.de accusat. vbi dicit,quòd amittit ciuitatem Dei,& eius familiam, & efficitur de ciuitate & familia Diaboli: item remanet seruus peccati, & sic mutat statum.

LI.

Inno.in cap.cùm contingat. de offici.deleg.dicit,quòd vbi porrigitur libellus coram iudice,in quo petitur sententiam exequi, & aduersarius porrigit alium libellum coram eodem iudice, petendo sententiam infirmari, tanquàm iniquè latam, quòd secundus libellus non debet admitti.quod not.

LII.

Inno.in dict.cap. cùm contingat.dicit, quòd testes non debent reduci ad concordiam,nisi quando sunt contrarij: & ideò æqualitate pares.

LIII.

Innoc.in cap.licet in corrigendis.de offi.ordin.dicit,quòd rescriptum principis non alterans processum,non facit iudicem ordinarium esse delegatum. secundum gloss. in clemen. j. de æta. & quali. tamen hoc casu si rescriptum vtatur verbo præcipimus, facit ordinarium esse delegatum.per gloss.singul.in cap.cùm in aliquibus. de rescriptis libro sexto. Si verò rescriptum principis alterat processum, tunc ordinarius efficitur delegatus. & legistæ sequuntur Innocen.sed Angel.in l.& quia.ff.de iurisdict.omn.iudic. & Angel. in l. qui procuratorem dat. ff. de procur.

LIIII.

Innoc.in capit.cùm in ecclesiarum. de constitutio. dicit, quòd licet iudex non possit exequi sententiam suam nisi in his rebus quæ sunt deductę in iudicio,& super quibus iudicatū est:tamen hoc singulariter fallit in iudicio vniuersali,vbi si lata est sentētia vniuersalis non poterit fieri executio ad res pertinentes ad illud ius vniuersale, licet super eisdem rebus non fuerit iudicatum.

LV.

Delegatus apostolicus licet habeat potestatem exequendi suam sententiam.capit.conquerenti.de offic.deleg. non tamen potest exequi inferendo violentiam cum armis. ita dicit Innocen.in cap.significasti.eod.titu.Nec potest vti manu militari in dicta executione, secundum Innocen. in capit.cùm olim. de priuileg. quem sequitur Angel.in l.qui restituere.ff.de rei vendi.& in l.ij.C.de seruis fugiti. item ille solus ordinarius vtitur manu militari, qui habet merum & mixtum imperium: secundum Angelum ibidem.

LVI.

Non valet datio vocis, eligo illum quem maior pars elegerit:vt voluit Inno.in c.cùm in iure. de elect. refert Ang. in l.ij.ff.de procu.quia datio vocis in incerto non admittitur.cap.j.de postula.præla.

LVII.

In dubio pro sententia præsumitur.l.Herennius.§.Caia.ff. de euict.potissimè cùm transiuit in rem iudicatam,quia tunc nemo potest contra sententiam venire.l.j.cum glo. & ibi not.C.quando prouocare non est necesse. Verumtamen si pars in cuius fauorem lata est, fateatur iniquitatem sententiæ etiam postquam transiuit in rem iudicatam, dicta sententia debet reuocari: quia tunc cessat præsumptio pro sententia:cùm in incertis non certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cùm ita. ff. de verborum obligationibus. ita dixit Innocent. in capit. quia plerique.de immunitate ecclesiarum.& in capitul.final. de sponsa.vbi etiam Antonius de Butrio & Bartol. cum gloss.in l.Iulianus.ff. de condictione indebiti. Nec auditur ille si velit iterum cognosci de parte in qua iudicatum est contra se: puta quia iste confessus de iniquitate habuit sententiam pro se in parte & in parte non.vt not. in dict.capit.quia plerique.

FINIS.

SINGVLARIA DOM. PAVLI ANTONII DELBENE, Iurisconsulti Veronensis.

I.

VBI citatur quis quem non fuerat opus citare, si non expectetur, non propterea vitiatur processus.ita dixit Innocent.in capit.cùm inter. extrà de elect. Item adde quòd vbi de natura iudicij non requiritur libellus, si fiat inepte,non tamen vitiatur iudicium. Bald. & Angel. in l.vinum.ff.si certum petatur. & ibi gloss. & Angel. in §. fuerat. Instit.de actio. & in tracta. malefic. in verbo,& Caium.& voluit Bartolus in l.j.in fin.princ.ff. de edend. & in l.insulam.ff.de præscript. verb. & sentit in authentica, offeratur.C. de litis contest. Item adde quòd frustrà expectatur dies, cuius euentus nil operatur, & non prodest.Bald.insti.de bon.possess.§.in petenda. Item frustrà expectatur conditio, cuius euentus nihil operatur. l.si quis sub conditione.ff. de condi. insti. Item frustrà citatur qui præsens non potest contradicere.l.j.§.cùm dicitur. si cui plus quàm per leg. Falcid. facit not. gloss. in l.si cùm dies.§.si arbiter.ff. de arbi. Item frustrà quæritur de probando, quod probatum non releuat.l. hæc stipulatio.§.j.vt leg.nomi.caueat. & gloss.& Bartol. in l. ij.C.de iuramento cal.& vide Bart.in l. si posthumus.§. fin.de lib.& posthum.

II.

In his quæ principi reseruantur, nulla potest currere præscriptio. ita dixit Innocent. & Ioannes Andr. in capit. bonæ. de postul.prælat.

III.

III.

Ille dicitur habere eminentem ſcientiam per quam poteſt ſine librorum reuolutione quæſtiones arduas & difficiles reſoluere, ſecundum Innocen. in cap. cùm in cunctis. de elec. dicit etiam quæ dicatur mediocris & ſufficiens.

IIII.

Quicquid narrent partes, attenditur concluſio ad ſpecificandum qualitatem iuris intentati. ita dixit Innoc. in c. ex literis. extrà de reſcriptis. aliquando etiam concluſio declaratur per narrata, quando cõcluſio eſſet dubia: ſecundum Innoc. Anton. de Butr. & alios in cap. examinata. extrà de iudic.

V.

Libertati præſcribitur xx. ann. inter præſentes & abſentes, ſecundum glo. in l. ij. C. de longi temp. præſcrip. quæ pro liber. Contrarium voluit Innoc. in cap. ſeruorum. extrà de ſeruis non ordi. videlicet quòd inter præſentes ſufficiant x. inter abſentes xx. pro quo facit gloſſ. quæ communiter tenetur in l. ſi fideicommiſſaria libertas. §. Ariſto. ff. qui & à quibus. vide in l. Titia. ff. ſolu. mat. opp. de l. pen. C. ne de ſtat. defunct.

VI.

Sententia arbitri dicta ſine ſcriptis non valet. l. j. & ij. C. de ſentent. ex periculo recitan. & l. prolatam. cum gloſſ. C. de ſenten. & inter. om. iudi. ſecus in ſententia arbitratoris, quæ valet dicta ſine ſcriptis. voluit Innoc. in c. quintauallis. de iureiurando. & Bald. in l. fi. C. de contrahen. emp. & ſentit Bart. in l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbi.

VII.

Imperitia literarum non repellit à magiſtratu. gl. eſt in l. ij. ff. quod quiſque iur. repellit tamen à prælatura eccleſiaſtica, ſecundum Inno. in cap. cum noſtris. de conceſ. præbend. facit text. in authen. de ſanct. epiſ. in princ.

VIII.

In acceſſoriis ſemper admittitur generalis libellus: vt not. Inno. in cap. cùm ad ſedem. extrà de reſtit. ſpo. quem refert Angel. in l. fin. C. de anna. except. & voluit Bart. in l. patronus. §. j. de leg. iij.

IX.

Quando quid reſidet in mero arbitrio iudicis, ſi ipſe denegat, non tenetur in ſyndicatu. ita dicit Inno. in cap. fin. extrà quod met. cauſ. & ſequitur Ang. Areti. Inſtit. de actio. circa prin. ſecus ſi non reſidet. vide Bart. in l. j. §. permittitur. de aqua quotid. & æſti. & in l. j. de priuil. cred.

X.

Iurans dicere puram & meram veritatem, non poteſt verbum ſuum ambiguum declarare: ſecundum Inno. in ca. cùm ad ſedem. de reſtitut. ſpol. Quinimò nec poſſet reuocare propriam confeſsionem licet erronea: ſecũdum eum in cap. cùm dilecti. & ibi not. de accuſ. Et vide de interpretatione quod no. per glo. Bart. & ſcribentes in l. idem Pomponius. §. fin. de rei vendic.

XI.

Eremita poteſt habere proprium. cap. cùm monaſterium. & ibi Inno. de electio. xxvij. q. ij. capit. ecce. Ioan. And. in cap. vno. de exceſ. præla. in gloſſ. pen. & ibi decidit, quòd religioſus de conſenſu ſui prælati poteſt effici eremita.

XII.

Inſtitor conſtitutus pro domo ædificanda poterit ſuſcipere pecuniam mutuo pro ea ædificanda, & obligat me dominum ad illud mutuum, etiam ſi ſpeciale mandatum non habeat: licet ſecus in procuratore ad ædificandam domum, quia non intelligitur habere mandatum ad ſuſcipiendum mutuum: ſecundum Innocen. in cap. quod quibuſdam. extrà de fideiuſ. quod no.

XIII.

A ſententia qua quis pronuntiat ſe iudicem competentem poteſt appellari. glo. eſt notab. in authent. habita. in fine. C. ne fil. pro patr. ſecus quãdo eſſet diſcordia inter duos iudices ordinarios vel delegatos, & ſuperior, vel arbitri electi ad finiendam controuerſiam pronuntiarent eorũ alterum competentem: quia tunc à tali ſententia nõ appellatur. ita dicit Innoc. in cap. ſuper literis. de reſcript. quem ſequitur Angel. in l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius voc. non ier.

XIIII.

Iuramentũ licet ex parte perſonæ iurãtis ſit perſonale quò ad vinculũ ſpirituale iuramenti, tamen quò ad eum cui iuratur, eſt reale, vt tranſeat in ſingularem ſucceſſorem. ita notant eleganter Doct. maximè Inno. & Anton. de Butr. in ca. veritatis. de iureiur. & ſequitur Bal. in proœ. feud. & Bart. in l. cùm quis decedens. §. codicillis. de leg. iij. & Angel. in authen. de iureiur. à mor. præſt. in princ. & vide not. in l. ſi pecuniam. per glo. & doctor. ff. de condict. ob cauſ.

XV.

Pactum in dubio præſumitur reale. l. ſi pactũ. ff. de probat. niſi allegans quòd ſit perſonale, ſit in quaſi poſſeſsione illius iuris. not. Inno. in cap. cùm veniſſent. extrà de inſtit.

XVI.

Propter terribiles delictorum cauſas, in pœnis licet iudici leges tranſgredi. ita dixit Innocent. in capit. j. extrà de conſtitutionibus. quem ſequitur Bald. in capit. j. in quibus cauſis feudum amitt. *in vſib. feudor.* Quandoque etiã liceret diminuere: puta ſtatuto cauetur, quòd quicunque tale dixerit, vel commiſerit, patiatur carlum: modò ſenex quidam & infirmus incidit in ſtatutum, qui ſi pati debeant carlum, morientur in tormento: ideò iſto caſu licebit mutare genus tormenti. ita dixit notab. Bald. in capit. j. præallegat. allegat l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami. vbi etiam ſentit. Bartol. & gloſſ. & Bald. in l. quicunque. in iij. colum. C. de ſeruis fugitiuis. Quod ſi faciat ſine cauſa, efficitur infamis. vt voluit Hoſtien. in capit. de cauſis. de officio delegat. per l. ſeruos qui. C. ad legem Iuliam de vi. quem refert Ioan. Andr. in nouel. patitur etiam pœnam qua puniri debuit reus. l. fin. in fin. C. ne ſanct. baptiſ. reite. & l. ſi quis intra. C. de bon. proſcript.

XVII.

Iudex ſi iudicat ſuper acceſſoriis non habet neceſſe ſeruare eam ſolennitatem, quam in principali ſeruaret: puta ſententiando in ſcriptis. ita dicit not. Innoc. in capit. ſacro. in fine de ſent. excom. in l. ſi marito. §. final. ff. ſolu. matrimon.

XVIII.

Iuramentum recipit interpretationem ſecundum naturã contractus cui accedit. l. fin. C. de non numerata pecunia. idem voluit Innocen. in ca. per tuas. extrà de arbitr. quòd iuramentum præſtitum de laudo & arbitrio ſeruando, intelligitur conditionaliter præſtitũ, id eſt, quòd & laudũ ſeruabitur, & pœna ſoluetur: quia hoc eſt de natura ipſius arbitrij, vt eius oblatio ſit alternatiua, quod notatur. Item iuramentum de non feudando, intelligitur niſi ſit res conſueta feudari, & ſic regulariter ſecundum conſuetudinem. ita dicit Innocen. in capitul. ij. de feudis. Per hoc cogita an bene loquatur Bartol. in l. ſi inſulam. j. quæſtio. de verb. oblig. de ſtipulatione pœnali iurata, vt nõ poſsit mora purgari. vide in l. ſi pecuniam. in princ. de condict. ob cauſ.

XIX.

Vt namque not. dicit Bartol. alibi dicta & opinio gloſſ. debent reputari & teneri, ſecundum quod examinando dubium aliquod in eo opinio. ſuam firmant, non autem vbi perfunctoriè ſuper aliquo dubio loquuntur, & ſic dictum illius gloſſ. non debet trahi ad id quod non exprimit, & maximè cùm id non eſſet iuridicum, vt in propo-

fito nostro patet, pro quo videndum est quod not. Bart. in l.non solum.§.liberationis verba.ff.de lib.leg.

XX.

Nota quòd illa regula,qui prior est tempore,&c. habet locum quando sunt creditores diuersorum titulorum, & habet istas exceptiones.Primò fallit in l.licet.C. qui potiores in pignore habeantur. Secundò in l. diuersis. eodem titulo. Tertiò in l.scripturas.eod. Quartò in l.assiduis.C.eod. Quintò in auth. item possessor.eo. Sextò in l.interdum.ff.eod.Septimò in l.fin.C. de pigno. Octauò in l.satis.C.in quibus caus.pig.tacit.con.

FINIS.

SINGVLARIA DOM. ALVISII DE ALBERTIS IVRIS vtriusque Doctor. celeberrimi,ac Patricij Veronensis.

I.

EXECVTIO rectè & non ritè facta, quia non sit seruatus ordo in exequendo, non debet propterea retractari, nisi primò debitū soluatur.text.est nota.in l.fin. in fine.ff.quod met. caus.

II.

Sicut per mortem mandantis tacitè reuocatur mādatum. l.mandatum.C.mandati. ita quādo dubitatur an viuat, text.in l.libera.ff.de pecul.

III.

Doctor iuris ciuilis tantùm,non posset alium doctorem facere in iure canonico.l. qui in aliena.§. interdum. ff. de acqui.hæred.& l.ij.C.de hæreticis.

IIII.

Allegans leges correctas, & non insertas in corpore iuris potest accusari de falso.l.j.§.hunc igitur.C.de Iustinian. Codic.confir.Et quando liceat allegare leges correctas, vide Bart.in l.fin.ff.de falsis. item procurator, & alius ostendens iudici statuta ex confirmatione correcta,punitur pœna falsi.vt per Bart.in dict.l.fin.

V.

Si conceditur priuilegium actori citra iuramentum, intelligitur concessum etiam reo,& econtrà, vt paritas seruetur in iudicio. l.fin. C. de fruct.& lit.expens.quod est verum vbi militat vtrinque eadē ratio: secus si sit diuersa: quia tunc non habet locum dicta regula. casus est in l. fina.circa medium,versic.cum sit certum.C.vbi sena.vel clarissimi.

VI.

Si princeps concedit alicui vt possit eius nomine, & vice de causa cognoscere, intelligitur ei iurisdictionem delegasse.casus est in l.fin.C.eod.

VII.

Filius magis dolet, si pater donet fratri quàm extraneo.l. cum omne.§.j.C. de bon. quæ lib. & in authen. de trien. & semis.§.& quod sæpè nobis.collat.iij.

VIII.

Seruus alien' mala fide possessus licet possessionē domino quærat,nō quia ab alio possidetur, tamē possessori quia mala fide,&c.tamen quærit dominium vero domino.l.j. §.sed per eum. cū gl.ff.de acquirenda possessione. Quærit etiam publicianam.casus est singularis iuncta glo. in l.si seruus.ff.de publiciana.

IX.

Verbum placet, & verbum videtur, denotant arbitrium boni viri: puta,testator dicit hæredi, te rogo manumittas seruum,si tibi videbitur,& placuerit. text. est notab. in l.Thais.§. sorore. & in l. fideicommissaria libertas. ff. de fideic.liber. & Bart. in extraua. ad reprimendum.in ver.videbitur.& in l.si sic.de lega.j.

X.

Institutus in solidum si impugnet volūtatem testatoris repudiando hereditatem,priuatur omni commodo quod habet, nedum ex ipsa hæreditate, sed etiam quod inter viuos à testatore habuit. casus est singularis cum glo. in l.iiij. C.de omni agrō deserto.lib.xj.quia non potest sortiri effectum vltima voluntas testatoris: secus si institutus ex parte,quia cohęres, exequitur dictam volūtatem, & consequenter non fraudatur dicto commodo.l. qui filiabus.§.fin.cum l.seq.de leg.j.

XI.

a Vsufructuarius [a] re deficiente in qua habet vsumfructū, cogitur eam reficere,si modica est refectio: aliâs non.facit l.hoc amplius.in fin.cum l.seq.ff. de damn. infect. vltrà quam si expendat,potest repetere.l.hactenus.cum gl. in verb.pertinet.ff.de vsufruct.Nouum autem ędificium non potest facere, etiam si rem meliorem faciat. d. l.hactenus.in fin.cum seq. & l.vsufru.nouum riuum.& l. vsufruct. nouum tectum. ff. de vsufru. quod nota. Tenetur etiam ad collectas & tributa.dict.l. hactenus. & l.si pendentes.§.si quid cloacarij.ff.de vsufruct.& hoc verum,nisi sit tanta solutio tributorum, vt euanescat vtilitas vsusfructus.iuxta glo.singul.in l.qui concubinam.§.qui hortos.de leg.iij.facit quod notat Angel.in l.j. de bon.mat. idem in marito:vt l.licet.cum glo. C.de iur.dot. & l. neque.ff.de impen. in reb.dota.idem in feudatario.vt not. in cap.j.& ibi Bald.per quos fiat inuest. de vsuario autē, habes casum singul.in l.si donatio.ff.de vsu & habi.

ADDITIO.

a Vsufructuarius. Adde Roma. singul. clvij. tu scis quòd vsufructuarius. & consil. ccxxx. præsupponitur. & hoc sequuntur Alex. Aret.& Ias.in l.quod seruus.& in l.si res obligata.ff.de leg.j.Alexand. in l. j. §.fin. ff. de no. oper. nuntiat. Aret. & Ias.in l.fructus.solut.matri.

XII.

Prætor si requiratur, æquam distributionem peritorum litiganti dabit,etiam si iam pars aduersa peritiores aduocatos elegisset.l.nec quicquam. §. aduocatos. ff.de offic. procon.& l.j.§.ait prætor.ff.de postul.& l.properādum. C.eo. Quod hodie non seruaretur, cùm salaria non habeant de publico:secundum gl.in d.l.prouidendū.quod communiter tenent docto.reprobantes dictam glo.quia salarium priuati subrogatur loco publici: & subrogatio sapit naturam,&c.facit tex.cum gloss.in l. fori. C.de aduoc.diuer.iudi.

XIII.

Si constat de claro sensu legis nō debet fieri interpretatio. l.iij.C.de liber.præter.facit l.ille aut ille.de leg.iij.

XIIII.

Quelibet causa etiam iniusta excusat à delicto.l.si putator. ff.ad leg.Aquil.Excusat etiam à contemptu,ne per id incidat in edictum,si quis ius dicenti non obtempe. iuxta glo.notab.in l.satisque.ff.de in ius voc.& gl. in l.non potest dolo carere.ff.de reg.iur. item excusat à pœna compromissi: secundum Hosti.Innoc.& Ioan.Andr. in cap. dilecti.de arbi.& Ioan.Andr. in add. Spec.in titu.de arbit.§.fin. vers. item quid si compromissum. & Bart. in l. ab executione, C. quor. appellat. non recip. & ibi Bald. & gloss.in l.plagij.C.ad leg. Flau.de plag. & in capit. fin. de leg.Corrad.in vsib.feu.& no.in l.j.ff.de abig.

XV.

Ad positionem vnius ex contrariis sequitur destructio alterius.l. sed & si pupillus.§.si institor.ff.de institor.cum gl.

XVI.

XVI.

A propria significatione verborum non debemus recedere.l.non aliter.de leg.iij.cum simil. per Bart. in l.omnes populi.de iustit. & iur. Fallit si recedimus, vt sequamur honestatem.l.iiij.ibi,quod est honestius.iunct. gl. in ver. penes.ff.de in ius voc.Fallit etiam vt deseruiamus intentioni contrahentium.vt in l.scire omnes.§.sed & si maxime.ff.de excu.tutor.

XVII.

Casus fictus habetur pro vero in eo in quo lex fingit.l. lex Corn.ff.de vulg.& pup.ideo contra fictionem legis non admittitur probatio in contrarium.voluit gl.in l.si duo. ff.de acquir.hære.& in l.siue possidetis.C.de proba.Cõtra præsumptionem autem iuris potest probari contrarium,nisi sit iuris & de iure.l.fin. C. ad Mace.cum simil. Fictionem autem legis ideò dixi, quia homo non posset inducere istam fictionem.l.si pater fortè.ff. de castr. pecu.Et est natura huius fictionis, quod fingat super eo, quod certum est ita non esse,& sic super falso:præsumptio autem fit citra verisimile : vt voluit glo.in §. accedat. C. de rei vxo. actio. Vnum not. quòd licet fingat super falso, non tamen fingit super impossibili de natura : vt declarat Bar.in l.eandem.in prin.ff.de duob.reis.& no.in no. Bart.& gloss.

XVIII.

Clericus nõ potest conducere prædia, nec pro conductore fideiubere.§.alium autem.in authen.de sanctis.epis. poterit tamen in causa necessitatis. c. dilecti.cum glo. de decimis.& videtur causa satis necessaria, si prædia conducta confinia sint ecclesiæ, secundum text. cum glo.in d.§.alium autem. versi. si autem aut ecclesiis, &c. idem in adstricto curiæ principis : secundum gl. in cap. quod quibusdam.extrà de fideiuss.& glo.in §.alium autem. in verbo causis.

XIX.

Iuramentum dicitur esse præcisum, & habet clausulam illam vt valeat omni meliori modo & via qua potest. text. est in l. cùm pater.§.filiis matrem. ff. de leg. ij. dummodò non inducat iniquitatem.ita sentit Bart. in l. sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautio.

XX.

Qui nõn habet in ære luat in corpus.l. fin. ff. de in ius voc. Quod est verum nisi talis luitio sit maior castigatione. Ang.in d.l.fi. An autem si post castigationem perueniat ad pinguiorem fortunam teneatur in ære? dic quòd nõ: quia castigatio successit in eius locum. l. sed & si vnius. §.si ante.ff.de iniur.facit l. interdum.§. qui furem. ff. de furt.item prędicta regula nõ habet locum,nisi in vilibus personis.l.hæ operæ.in fin.de ope.lib.vide Bar.in l.j.§.fi. de pœnis. facit quod dicit Bald. in text. C. de pœn.iud. qui ma.iud.item vbi non potest habere locum pœna ordinaria,debet obtestari : secundum Doct. in authen. sed nouo iure.& in l.quicunque.C.de ser.fugi. in mulcta autem non fieret alternatio, sed remittitur si præstari non possit.l.illicitas.in fin. de offic. præsid. Ang. in dict. l.quicunque. & pro declaratione huius regulæ,vide in l. si quis id quod. in fin.ff.de iurisdict.omni.iudi.

XXI.

Liber homo non debet in facie bullari.tex. est in l.si quis in metallum.C.de pœnis.& voluit Inno.in cap. ad audientiam.extrà de crimi.fal. licet consuetudo seruet contrarium.vt dicit Angel. in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugi.

XXII.

Præpositus ad custodiendum portã in vno castro, & tenens stationem de vili merce,puta oleo,sale,sæpo, & simil. dicitur constitutus in vili officio,quia non potest ad dignitatem promoueri.l.ne quis.cum gl.C.de digni.lib.xij.

XXIII.

Mulier tempore nuptiarum renũtiauit omni iuri quod habet, & habere posset in bonis patris : deinde decedens pater eam instituit hæredem, & aliquid sibi legauit : dubitatur an ipsa admittatur ad hæreditatem & legatum? & dicitur quòd sic : quanuis enim illa verba, & habere posset, concernant futurum tanquam verba extensiua: tamen in proposito concernunt tantum tẽpus præsens. ff.de condi.cau.da.l.quod Seruius.in fi.vbi glo. in verbo potest.in fin. ideo volens eam excludere, faciat eam renuntiare omni iuri quod habere posset ex quacunque causa.

XXIIII.

Concupiscentia alienæ mulieris est causa damnationis ad ignem æternum : tex.est not.iuncta glo. in l.si fugitiuus. ff.de verbo.signifi.vbi vide quando quid dicatur concupisci. Verba sententiæ & libelli impropriantur quandoque, vt sententia & libellus potius valeat quam pereat. casus est cum glo.in l.& puto.in prin. ff. famil. erc. & ibi Bald.& Bart.in l.sed & si possessori.§.item si iurauero.de iureiurando. Item licet non pronuntietur super petito, si tamẽ pronũtietur super eo quod includitur in petito, valet sententia : text. glo. & Bart.in l.iiij. §. si prætor. de suspec.tuto.

XXV.

Proponens ambiguam intentionem, & orationem in iudicio potest eam declarare & interpretari. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. vbi Bart. Idem in principe.l.inde Neratius.de reg.iur.idem in prætore.l.in conuentionalibus. de verb o. oblig. secus in contractibus.l. veteribus.cum simil. de pact. quia contra eum interpretatur. quod est verum, nisi ex tali interpretatione resultaret turpis effectus: quia tunc proponens etiam in contractibus declarat ambiguũ suum dictum.casus est not. cum glo.in l.nepos Proculo.de verbo.signi.

XXVI.

Legum correctio euitari debet.l.præcipimus.cum simil.facit l.j.C.de inoff.dot.& ca.cùm expediat. de elec. lib.vj. Potissimè quando induceretur per subauditum sensum:quia nõn debet induci, secundum glo.sing. in cap. cupientes.§.quod si per xx.de elec.in vj. in verbo ex quo autem.& in verbo,priuatis.& vide Ange.de Aret.in l.ex hæredatum.ff.de re iudi.

XXVII.

Ad propulsandum iniuriam potest quis amicos conuocare.l.iij.§.cùm igitur.ff.de vi & vi ar.& cap.significasti.extrà de homicidio.& voluit Bart.in dict. §. cùm igitur. & in tractatu suo de represal.v.quæst.princip.in iij.quæst. Ignorantia est iusta causa excusationis à pœna.tex.est in l.ij.ff.in ius voc.vt eant.

XXVIII.

Simplex concessio non extenditur vltra iurisdictionem cõcedentis.l.cum vnus.§.pen.de bo.author.iudic.pos. cap. vt animarum. extrà de constit. & Bart.in tract. represal. in viij.quæst.princ.in j.quæst.

XXIX.

Interpretatio debet esse certa,& verisimilis. cap. cùm dilecti.de accusat. nec debet fieri nisi semel. l. quicquid adstringendæ.de verb.oblig.facit quod not. gl.in l.ab executione.in princip. ff. de appel. facit quod not.in l. post dotem.ff.solu.matri.

XXX.

Sententia diffinitiua habet executionem paratam.l.minor xxv. annis cui fideicommissum. & ibi Bart. ff. de minor. & l.iiij.§.si ex conuentione.de re iud. & l.si pignora.ff.de euict. Quod est verum si agatur officio iudicis, nõ actione iudicati in factum.ita dixit Bart.in l. intra dies. ff. de re iudi. & Bald. in l.j.C. de sen. quæ sine certa quantitat. Contractus autem non habet executionem paratam.l.j. C.de exec.rei iudic.Stipulatio autem de iudicio sisti habet executionem paratam. l. tale pactum.§. qui prouocauit.secundum nostram lecturam. ff. de pact.& l. eum

pro quo.ff. de in ius vocand. & vide in l.si prætor.§.j. de iudiciis.

XXXI.

Officium iudicis non est actio, sed succedit in locum deficientis actionis.l. quod si minor. §. final. ff. de mino.& l. Quintus.in fin.ff.de annu. leg.& gloss. Instit. de actio.in princ.& l.si alius.§.bellissime. ff. quod vi aut clam. item non est exceptio.l.planè.§.fin.ff. de petit. hæredi. Est tamen defensio.vide Bartol.in l. j. quod vi aut clam. quod not.pro statutis.

XXXII.

Liber homo non debet damnari ad perpetuos carceres.l. incredibile.C.de pœnis.& l.aut damna.§.solent.ff. eod. Nec potest damnari, vt de saxo præcipitetur. text. est in l.si diuturno.in fin.ff.eod.

XXXIII.

Præscriptio seu vsucapio dicitur esse titulus lucratiuus: vt probatur in l. ex hoc edicto. circa princip. ff. de eo per quem fact.erit.

XXXIIII.

Iudicium constituitur ex iudice, actore, & reo.l.seruus. cū glo.C.de iudic.& l.ij.§.si quis in iudicio.si quis cautio.

XXXV.

Nullum simile est idem.l.quod Nerua. ff. depo.l.j.cum glo. ff.quod iussu.& bonum simile debet esse quo ad omnia. Bart.in l.sacrilegij.ad leg.Iul.pecul.

XXXVI.

Dolus tertij non annullat contractū.l.& eleganter.in prin. cum glo.ff.de dolo.item non impedit vsucapionem. l. si. in princip.ff.de eo per quem fact.erit.l.pen.ff.de dolo.& est glo.in l.is qui se obtulit.ff.de rei vend. idcirco ad istū contractum non potest opponi de except. doli ex persona ipsius tertij: quod intellige nisi immediatè ex hoc dolo quæreretur isti, aliàs potest opponi sibi de dolo tertij. l.si procurator.de dolo.& Bar.in rub. & l.j.si quis aliquē testari prohib.

XXXVII.

Clausula generalis adiecta quibusdam specialiter expressis refertur ad minora,& similia expressis specialiter nō maiora.text.est in l.fin.§.cui dulcia.de vin. tritic. & oleo legat. & est text.in cap. sedes.de exceptio. & in clement. non potest.de procur.& Bartol.in l.sed & si quis.§.quęsitum.ff.si quis cautio.

XXXVIII.

Procurans quominus citatio eum comprehendat, habetur pro citato.l.j.§.sed & Aristo.quod vi aut clam.& ibi Bar. & l.quamuis.ff.quib.ex caus.in possessio.eat.& l. stipulatio.§.fina.de euictióni. Et sufficit citari ad domum, & quoquo modo ad eius notitiam veniatur, vt habeatur pro contumace.l.ex consensu.§.fin.de appell. & l.j.§.fin. cum glo.ff.quand.appel.sit.

XXXIX.

Licet ad constituendum quem contumacem, in iudicialibus requirantur tres denuntiationes, & vna pro tribus, & pro omnibus, & peremptoriè. iuxta not. per Bartol. Bald.& Doctor.in l.consentaneum.C.quomod.& quād. iud.& Bartol. in extrauagant. ad reprimendum. in verbo, per nuntium.tamen in extraiudicialibus ad constituendum quem in mora sufficit vna interpellatio idoneo loco & tempore.l.mora.ff.de vsur. & l. qui Romæ.§. cohæredes.de verb.oblig.& l.Titia tesseram.& ibi Bart. §.vsuras.ff.de legat.ij.

XL.

Acceptilatio,licet inuentione sit de iure ciuili, tamen propter pactum dicitur de iure gentium. l. an inutilis. cum gloss.penulti.de acceptilatio.

XLI.

Ius accrescendi non habet locum adita hæreditate.l.ex cōtractu. ff.de re iudic. Cyn. in l.j. C. quand. non petent. part.&c. nisi vniatur cum pupillari substitutione.l.qui patri.secundum nostram intelligentiam, de acquirend. hæredita.item non habet locum de hærede ad legatum. l.si nemo.ff.de testamen.tut.& l.si nemo.de reg.iur. Bar. in l.ex facto.de condi.instit. item ius accrescendi non habet locum in legato alimētorum. l. dominus fructuario. ff.de vsufruct. Sed vno casu habet locum adita hæreditate,& de hærede ad legatum. in authen.de hæred. & fal. §.si verò non implens.& vide omninò ibi glo.in verb.eis accrescendi.vide de materia Bald.in prima cōstit. feud. in §.& quia. & quæ dixi in repetition. l. vnic. C. quand. non petent.part.

XLII.

Lex & statutum disponens aliquem omninò priuari suo iure,siue omnino liberari, intelligitur ipso iure.l.j.§. si pecuniam.cum glo.in verb.omnino.ff.deposi. oppo. de l.j. de feriis.idem si per verbum penitus.l. si qui aduocatorum.cum glo.in verbo penitus. C. de postulando. idem si disponat per verbum præteriti temporis: puta liberatus sit.ita dixit gloss. not.in l.in criminali. C. de iurisdiction.omn.iudic.& in l.j.C.ne lic. potent. idem si disponat per verbum præsentis imperatiui, quod nōn respiciat factum huius: puta cadat suo iure, & careat. text. cum gloss.in l.fin.in fin. de iur. emphy. & in l. prouidendum.cum gloss.in verb.careat.C. de postulan. & in cap. j.de vit. & honesta. clericor. cum gloss. in verb. careat. Secus si per verbum præsentis temporis, quod respiciat factū huius, puta liberetur,damnetur, & similia.vt dict. l.in criminali.per gloss. & doct.l.j.nec licet quia requirit sententiam nisi qualificetur dictum verbum per dictionem penitus,omnino,& simil.dict.l.si qui aduocatorum. cum gloss.& d.§.si pecuniam.item nisi dicatur cassentur, & irritentur: secundum Bal.de pace Const.§. priuilegia omnia.vide text.glo.& Bartol.in l.improbum. C. de infamibus.vel per dictionem ipso facto.capitul.ij. cum gl. ne cleric. vel monach.libro sexto. Per dictionem statim. l.commissa.cum glo.de publica.vide glo.cum Bartol. in l.iubemus.§. œconomus. de sacrosanct. ecclef. item dictio priuetur,iuncta verbo modis omnibus: vt in §.sancimus.cum glo.in authent.vt defunct.seu fun.collat. v.vbi Ang.item lex annullans actum omninò facit vt vitietur vtile per inutile.l.græcè.§.illud.de fideiussor.

XLIII.

Aduerte tamen quòd exceptio à regula extenditur ad casum similem. vt est text. in cap. cum dilecta. de confirm. vtil.vel inutil.& gloss.in cap. quoniam frequenter. vt lit. non contest.& eleganter Ioan.Cal.in cap.series.de testi. & referunt scribentes,in cap.iurauit.de probatio.

Glossæ notabiles Iuris ciuilis.

XLIIII.

Tabellio qui recipit testes, si est suspectus litigantibus, aut alteri eorum, dari non debet: idem in iudice, cui causa committitur.ita notat gloss.in authen. de trien.& semis. §.& quod sæpè.in verbo,artificis.collatio.iij.

XLV.

Fideiussor accedens obligationi puræ etiam cum pœnali promissione non dicitur in plus obligari. gloss. est in l. sicut reus principalis.ff. de fideius. pro qua facit gloss. in l.ij.§.sed & si dubitetur. ff. de iudi.& in l.cùm proponas. C.de pact.

XLVI.

Contra præsumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium.l.fin.& ibi gloss. C.ad Macedonia.cum similibus. Hoc verum, nisi aduersarius cōfiteatur contra præsumptionem. allegatur glo. pro sing.in §. aliud quoque.versic.sin autem mulier.in verb.scribat.in authen.

authen.de æqua.do.colla.vij.facit glo. in l. in contractibus.in prin.in verb.nullo modo.C.de non num. pec. Et hoc si dicta confessio fiat in iudicio, aliâs non. secundũ Bald.in authen.sed iam necesse.C.de don.ant.nup. & vide per Angel. de Aretio in §. ex maleficiis. Instit. de actio.& per Ang.de Peru.in dict.§. aliud quoque.& quod dicit Bart. in l.iij.C.de inof.testa. Et nisi admittatur de voluntate partium. l. si is cui. de ope. no. nun. item hoc verum, nisi probatio fiat per notorium facti: quia tunc admittitur. voluit Azo in sum. & Bart. in l.absentem.ff. de pœnis.& probatur in l.inde Neratius.§. fin. ff. ad leg. Aquil.item aduerte,quòd cõtra dictã præsumptionẽ admittitur probatio, quãdo ex tali præsumptione recederetur à iure communi:secus si recederetur à iure speciali. ita dixit glo. no.in l.antiqua. secundum nostram lect. C.ad Velleia.& videtur voluisse Bald.in l.contra negantem.C.ad leg.Aquil.dum dicit, quòd si statuto cauetur, quòd officiali credatur cum iuramento, quòd non obstãte statuto,seu præsumptione illa, quæ inducitur à statuto,poterit nihilominus probari contrarium. Nec cõtra fictionem admittitur probatio in contrarium.voluit glo.no.in l.si duo sint. de acqui.hæred.& gl.in l. siue possidetis.C.de probat.& in l.fin.ff.quod met. caus. l. conficiuntur.de iur.codicil.in cap.is qui fidem.de sponsali.

XLVII.

Infamis potest esse procurator.in ꝯ.fin.Instit.de except. & est bona glo.in l.j.ꝯ.hoc edicto.ff.de postulan.Hoc verũ, nisi infamis sit infamia notoria:vt probatur in dict.§.fin. ibi, ne dum altercatur &c. Et hoc intellige nisi velit esse procurator in loco vbi est princeps: quia tunc non potest, cùm ibi non possit habitare.l. j. §. ignominiæ. ff. de his qui not.infam.& vide Angel.de Aret.in dict.§.fin. Itẽ hoc est verum de iure ciuili,quòd infamis potest procurare:secus de iure canonico.v.quæst.iij.cap.quia Episcopi.& iij.quæst.iiij.cap.j.& cap.infamis.

XLVIII.

Iudex cogitur sententiam ferre.l.sancimus.C.de aduo. diuer.in l.glo.in l.à iudice.C.de iudic.& in l.ij.in verb. cõfessum.C.de proxim.sacro.scrib.lib.xij.Bart. in l. generali.C.de tabul.lib.x.item aduocare.l.j. §. ait prætor. de postul.dato tamen pretio. l.j.cum gl.C.de suffrag. & l.j. §.in honorariis.ff.de var.& extraord.cognit.

XLIX.

Oblatio realis facta in iudicio sola habet effectũ oblationis,cõsignationis,& depositionis extra iudicium. l. si residuum.C.de distracti. pigno. & est gloss.in l. acceptam. C.de vsur.& in l.si rem alienam.in fi.ff.de pign.act.secus in verbali oblatione tantum,& in iudicio. glo. est singul. in dict.l.si residuum.& vide Bart.in dict.l.acceptam.

L.

Iudex cùm publica vtilitas vertitur, non potest etiam ex consensu partium aliquid de iure relaxare. gl.est notab. in l.filiusfam.§. veterani.ff.de procu.sed potest etiam ex officio suo supplere. vt ibi per glo.& per glo. in cap. j. de iudic. lib. vj.

LI.

Donatio causa mortis assumit naturam contractus bonæ fidei,ideò re ipsa mora contrahitur.ita dixit gl.not. in l. Seia.ff.de donat.causa mortis.

LII.

Protestans aucupanti ne intret fundum suum, non potest auferre quod ceperit, sed agit iniuriarum. glo.not. in l. diuus.ff.de seruit.rustic. præd. & in l.iij.in princ.& ver. alieno.ff.de acquir.rer.dom. contrarium tenet glo. in §. feræ igitur.in ver. ingrediatur. & in §.apum.in ver.præuideris.Instit.de rer.diui.prima vera.

LIII.

Rusticus excusatur à tutela,nisi sit sagax. ita dicit text. cum glos.sing.in l.athletæ.ꝯ.de rusticis. ff.de excu.tut.alia gl. est in §. similiter. Institut. eodem.facit l.cùm de indebito.ff.de probat.

LIIII.

De bonis aduentitiis filij patri quæritur vsusfructus. l. fin. C.de bon.quę liber.Fallit in bonis in quibus instituitur vnà cum ipso patre.text. est in l.cùm oportet.§. exceptis. cum authen.ibi posita.C.de bonis quæ lib.& ita dicit gl. in l.iij.C.de vsufruct.& gloss.in §.si verò cum ascendentibus.in verb. vsum.in authent.de hæredit. quæ ab intest. coll.ix.& glo.Instit. per quas personas nob. acquirit. in princip.& gl.in authen.vt liceat mat. & aui. in verb. parentibus.circa princ.vbi vide quando patri non quæritur vsusfructus.

ADDITIO.

Adde aliam fallentiam per Pet.Rauen.sing.dccxcviij.

LV.

Hæreditas licet sæpè sit damnosa.vt l.hæreditatem.cũ simi. ff.mandat.tamen principaliter est titulus lucratiuus.ita voluit glos.in l.si duo sint hæredes.& l. mutum. in fine.ff. de acqui.hære.& text.in l.j.C.de impo.lucr.descrip.lib. x.quod facit ad statuta.

LVI.

Natus ex damnato coitu non gaudet priuilegio filij naturalis: quia ei denegantur alimenta de iure ciuili: secus tamen de iure canonico.c. cùm haberes.extrà de eo qui dux. in matri.quã pol. per adulte. Nec potest legitimari per principẽ, nisi dicat,non obstãte tali lege.idẽ si dicat aliqua lege.est glo.in §.si is pro quo. in l.j. quod quisque iur. Nec aliquid & inter viuos & causa mortis capere posset à patre, nisi substituatur pupillariter. hæc omnia voluit glo.quam seq.Iac.Bel.& Angel.Areti. & Barto. in l.si is qui ex bonis. de vulgar.& pupill.illa glo.est in §.pe. in verbo,participium. in authen. quib. mod.natu. effic. sui. collat.vij.& glo.fin.in l.ij. C.de natur.lib. Et si reperiatur aliquid possidere ex bonis paternis, præsumitur fraus:voluit Bald.& Salic.in l.iij.C.plus vale. quod agit. & Bart.in l.si is qui ex bonis. de vulg. & pup. & quando possit hæres institui, & quomodo: vide Bart. in l.fin. ff. de his quibus vt indign.

LVII.

Confessio criminalis facta sine indiciis nõ valet.l.j.in prin. cum gloss.ff.de quæstio. Et licet sequantur indicia con-
a fessionem, non confirmatur [a] confessio.gloss.est in l.maritus.ff.de quæstio.quam Bald.in l.fin. C. de accus. dicit singul.facit glo.in l.cùm probatio.ff.de probatio.vbi dicitur,quòd indicia minus quàm semiplenæ probationis sufficiunt ad tormenta. item confessio facta in tormẽtis
b nisi perseueret [b], non valet.l.j.§.diuus.ff. de quæst.& l.fi. C.eo. facit tamen semiplenam probationem. iuxta glo. in l.fin.C.de custo.reor.

ADDITIONES.

a Non confirmatur.Adde Roman.sing.cxxxij.
b Nisi perseueret.Adde quis sit modus ad hoc, vt quis dicatur perseuerare in confessione criminis, Bald. singul. lxx. quæro quis modus.

LVIII.

In cessione bonorum debet cedens bona sua creditoribus indicare.iuxta gl.in l.pen.ff.qui bon. ced.pos. item vxor & vassallus debent indicare iuramẽto hæredi bona mariti & domini. iuxta gloss.in l.ij.quan. & qui. quart. pars deb.in verb.iurata fide.

LIX.

Aduocatus non potest esse tabellio.l. vniuersos. cum gl. C. de decu.lib.x.& est glo.in l.generali.C.de tabu.lib.x. Et vile est officium tabellionis: secundum gloss. in dict.l.vniuersos.& glo.in l.fin.qui mil.non pos.& est casus & ibi Bart.in l.boëtas.de tabul. Et an officium tabellionatus

sit dignitas. Bart. in l. j. C. de man. princi. dicit quòd sic, si sunt tabelliones principis: alij verò vt communes maius habent officium, quàm dignitatem. idem Bartol. ponit in l. ij. in j. colum. C. ad legem Iuliam repetun. Et an doctoratus sit dignitas, vide Bart. in j. constitu. C. in iij. col.

LX.

Tacita hypotheca resultans ex contractu non comprehendit nomina debitorum quæsita post contractum. ita dixit glo. not. in l. hæredem. C. de hæredita. act. quam tamẽ ibi impugnant Cin. & Bartol.

LXI.

Contumacia dicitur delictum. authentica si captiui. cum gloss. C. de episcop. & cleric. & authentica post iusiurandum. cum similibus. C. de iudic. Quod est verum impropriè: propriè tamen non est delictum. no. Cin. in text. C. de crimi. stel. quod no. per statutum. & voluit Bald. in l. j. in fin. colum. C. de fal. vide Bart. in l. ij. si ex no. cau. agat. & in l. omne delictum. de re mili.

LXII.

In defectum probationis defertur iuramentum. l. fin. §. licentia. cum sim. C. de iure delibe. Hoc verum nisi lex desideret plenissimam probationem. ita dixit gloss. not. in l. fin. in prin. ff. quod met. cau. Item nisi requirat legitimam probationem. l. cum de indebito. cum glo.

LXIII.

Fundus dotalis prohibetur alienari. l. iij. cum similib. ff. de fun. do. Quod habet locum in quasi dotali. l. iij. ff. eo. etiam si matrimonium sit putatiuum: secundum glo. in l. dotale. §. dotale. ff. eo. extẽditur etiam ad donat. propter nup. vt voluit gloss. in §. est & aliud. institu. de donat.

LXIIII.

Maritus dicitur habere dotem titulo oneroso. l. ex promissione. ff. de actio. & oblig. & not. gloss. in l. si donaturus. §. si quis indebitam. de condic. ob causam. & sequitur Bal. in l. j. C. de bon. matr. Etiam si res dotalis pacto & lege vertatur ad lucrum. l. j. cum gl. C. de impo. lucr. describ. lib. x. Quod habet locum etiam in donatione propter nupt. dicta l. j. & ibi Bartol. Quod est verum etiam in matrimonio putatiuo. ita dixit glo. in l. Proculus. in fin. ff. de iure dot.

LXV.

Alienatio interdicta filiis non extenditur vltra eos, nisi expressè dicatur: ita not. text. cum glo. in authen. de restit. fideicom. §. nos igitur. colla. ix.

LXVI.

Confessio extraiudicialis indicium facit ad tormenta. gl. est aurea in l. capite quinto. ff. de adulter. Facit etiam indicium ad fustigationem. glo. est in l. ictus. ff. de iis qui not. infa. Facit etiam indicium ad carcerandum. glo. est in l. si confessus. ff. de custo. & exhi. re. Bald. tamen in l. j. C. de confes. dicit quòd confessus absque accusatione & inquisitione nõ potest dãnari, nisi extraordinariè: iuxta gloss. in dicta l. ictus fustium. Similiter facit indicium ad torturam fama. l. de minore. §. tormenta. cum gloss. ff. de quæstio.

LXVII.

Filius non conficiens inuentarium nõ præiudicat sibi quo ad legitimam propter legatarios. ita dicit gloss. not. in l. fina. §. sin autem hoc aliquis fecerit. in fin. glo. magnę. C. de iure deliberand. & gloss. in authentic. hoc amplius. de fideicom. & in authentic. de hæred. & falcid. §. si verò nõ fecerit. in verbo, lucrari. colla. j. Qui imò non potest institutus grauari in dict. legitima, secundum glo. in §. hoc autem dicimus. in verbo, hæredem. eod. titu. Nec potest filius fraudari vsufru. dict. legitimæ. authent. nouissima. C. de inoffic. testamen. quod est commune in omni alia quarta, secundum gloss. fina. in dict. authen. Nec potest quis grauari in ea quantitate quæ sibi necessariò debetur: vt patrono, & simil. secundum glo. in dict. §. hoc autem dicimus. extraneus tamen bene potest fraudari falcidia. dicto §. hoc autem. item non implens iudicium defuncti licet priuetur omni emolumento quod ex eius iudicio capit: vt in §. si quis verò non implẽs. cum sequen. de hæredib. & falcidia. tamen non priuatur legitima debita sibi iure naturæ.

LXVIII.

Adultus habens curatorem æquiparatur pupillo vt nõ obligetur sine curatore. l. cum quędam. C. de admi. tut. cum simil. Hoc est verum si actus qui geritur est talis cui potest aptari authoritas curatoris, secus si nõn aptatur: vt in confessione facta in tormentis. & simil. Bald. in l. j. in v. char. C. de confes. Et etiam dict. regula est vera quãdo agitur de suo incommodo: secus si de suo commodo. ita dixit gloss. quæ allegatur pro singul. in l. videmus. in fin. princip. verb. adolescens. ff. de in lit. iur. facit glo. magna in princip. in l. j. §. quæsitum. ff. ad Trebell. quam vide & ibi Bartol. omnino.

LXIX.

Carcerato ad custodiam, & exploratum delictum non irrogat infamiam ipso iure: secus si ad pœnam fiat. l. j. cum gl. C. de infamib. infamia facti irrogatur si opinio carcerati grauetur apud bonos & graues viros. ita dicit gl. notab. in cap. at si clerici. extrà, de iudic. Similem gl. habes in l. Cassius. ff. de senato. Cin. in l. j. C. de sum. trin. in ij. opp. & per Bald. latè in v. opp. per Cano. in cap. testimonium. de testibus. per Spe. in titu. de teste. §. j. ver. sed quid si dicitur. item excipitur, quòd est infamis. item opp. quòd est criminosus, &c. Et infami de facto minus creditur: secundum glo. notab. in l. iij. §. duę causæ. in verbo, diligentissimè. ff. ad Carbo.

LXX.

Tutor iudicio tutelæ tenetur de dolo lata culpa & leui. l. quicquid. C. arbi. tut. cum simil. Fallit si conuenitur ratione pecuniæ, & amissę, & non quæsitæ, in qua venit dolus & lata culpa tantùm. ita voluit gloss. notab. quam omnes tenent in l. ij. C. arbit. tut.

LXXI.

Arbiter compromissarius æquiparatur iudici. l. j. ff. de arbi. quod intelligas iudici habenti iurisdictionem, non merum & mixtum imperium. text. est cum gloss. in l. non distinguemus. §. de liberali. iunctis glo. ff. de arbitr.

LXXII.

Magistratus etiam maximus si exeat locũ suæ iurisdictionis, minor est quocunque magistratu alio in territorio suo. ita dicit text. cum gloss. in l. apud eum. ff. de manumis. titu. generali.

LXXIII.

Excommunicatus potest contrahere. cap. ij. extrà, de don. ergo potest esse arbitrator: quia arbitramentum est species contractus. text. est cum gloss. in authen. vt dif. iud. §. j. & ibi gloss.

LXXIIII.

Simplex denuntiatio non interrumpit præscriptionem iuxta gloss. notab. & ibi Bald. in l. fin. in ver. acquirat de eo per quem fact. erit. & ibi Bart. & est casus cum glo. & ibi Bart. in l. alienam. ff. pro empt.

LXXV.

Ex statuto oritur condictio ex lege, & actio in factum. ita dixit gl. in l. j. C. de his qui ex publ. ratio. lib. x. & Bart. in l. j. de condi. ex leg. & in tract. represal. in j. quæst. princi. ver. ad quartum. & vide Bar. omnino in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. de iureiuran. & vide eum omnino in l. Athletas. §. calumniator. ff. de infamibus. & lex semper loquitur. l. Arriani. de hæreti.

LXXVI.

Iudex qui facit litem suam cõuenitur in syndicatu, etiam si pars

pars non appellet.ita dicunt Doct.in l.j.ff.quod quisque iur.per gl.idem in verbo,quod scit esse nouum.circa fin.

LXXVII.

In defectum probationis si fuerit semiplenè probatum defertur iuramentum.l.in bonæ fidei.C.de iureiur.& l.admonendi.cum glo.& ibi not.ff.eo. Fallit in casu.l.si quãdo.& ibi no. alij casus per glo. C. vnde vi. Vbi si vis facta probetur iudicio, & non possint probari quæ fuerint rapta,taxata à iudice quantitate stabitur sacramento vim passi, in qua taxatione attẽdet iudex quæ sit persona vim passi diues,an pauper, & qualitatẽ loci an verisimile sit eũ ibi tenuisse, quæ dicitur rapta: secundum glo.in dict.l.si quando possum etiam habere locum.l. in bonæ fidei.in dict.l.si quãdo. scilicet in omni casu quem ibi ponit Bart.Fallit etiam in casu singul.do.Bald. in l.j. C.de fid. instru. Fallit etiam quando semiplena probatio diminueretur per aliquam præsumptionem: vt voluit glo.no.in l.j. C. qui & aduers.quos.item fallit quando semiplena probatio fieret per aliquam leuem præsumptionem. vt not.glo.in l.iij.§.j.ff.de mino. vide Bart. in dict.l.in bonæ fidei. Et quando habeat locum huiusmodi delatio, vide omninò Bald. in cap.j.in princip. de controuer. inuest.in vsib. feud.

LXXVIII.

Facta traditione instrumentorum nominum debitorum tacitè videtur mandatum,vt quis possit debitores conuenire,etiam sine cautione de rato: vt per text. & glo.in l.fin.C.de pact.conuen.Contrarium tenuit Bart.in l.vulgò. in fin.ff.de admi.tu.vbi alleg.Inno.

LXXIX.

In iudicio rerũ amotarum, furti, & omnibus aliis delictis non potest reus se nescio quid purgare per relationem iuramenti.ita dicit text.not.in l.Marcellus. §. fin. cum l. sequent.ff.rer.amota. quod reprobat ibi Bartol.& communiter Doct.

LXXX.

Vbicunque pœna pecuniaria applicaretur fisco,vnusquisque de populo potest agere.ita dicit glo.ordi.in rubr.ff. de pop.ac.& in l.fin.C.de litig.& Din.in consiliis.& Bal. in l.non solum.si quis ius di.non obtempe.

LXXXI.

Fiscus & respu. non debent habere hæreditatem. ita dixit gloss.not.in l.j.in fine.in verbo, pœnam. ff.si quis ius dicenti non obtemperauerit.

LXXXII.

Actus iudiciales præsumuntur spontanei. iuxta glo.in l.sed & si quis.§.quæsitum.in verb.conuenire.ff.si quis cautio.

LXXXIII.

Occidens iudicem tenetur pœna parricidij.gl.est sing.in §. ex diuerso.in authen.vt iud.fin.quoque suff.

Sententia lata contra absentem non citatum ipso iure non valet.l.j.§.item cum ex edicto. ff. quæ sen. sine appel. rescin.& l.ea quæ.C.quom. & quand.iud. An autem si feratur pro absente non citato valeat.glo.in l.quæsitum.ff. de re iudic. & in dict.l.ea quæ non debent, quod non. Quod habet locum in ordinario iudicio: in summario autem sententia lata pro absente non citato valet.ita dixit Bart.singul.in extrauag.ad reprimendum.in verb. sine figura iudicij.

LXXXIIII.

Aduersatiua posita cum copula &, aduersatur in facto non in iure. l. ij. cum gloss. in verb. sed & fortius. ff. ne quis eum qui. Quandoquè nullo modo aduersatur & ponitur pro quia.l.qui cum tutoribus.§.fin. de transact. Sed posita sine copula aduersatur in facto & in iure.l. sed & si.§.j.de peti. hæred. Item aduersatiua autem aduersatur in iure & in facto.l.planè.in fin.ff.de peti.hæred. & l. hoc amplius.de damn.infect.& vide Bart.in l.patris & filij.de vulga.& pup.& vide de hac dictione Bart. in l.prætor ait.§.de his autem.de damn.infect. item aduersatiua non aduersatur in iure & facto.§.ex imperfecto.C.de testamen.item de aduersatiua tamẽ vide Bar. in l.j.si quis ius dicen. non obtempe.

LXXXV.

A sẽtẽtia interlocutoria nõ licet appellare.l.ante sẽtẽtiæ. C.quor.ap.nõ reci.nisi in casibus not.in l.ij.ff.de appell. reci.& vide Bar.in l.j.§.quoniã.ff.de appel. Quod est verũ de iure ciuili,sed de iure canonico sec⁹.ita dixit gl.in l.ij. C. de epis.aud.Et tali casu potest procedi contra eũ ipso amplius non citato:quia eo ipso,quòd appellat à tali sententia videtur protestari se nolle de cætero comparere. c.ij.de dol.& contu. lib.vj.& no. Bart.in l. eius qui.ff.de appel.reci.vbi omninò vide.

LXXXVI.

Statutum & lex imponẽs pœnam seuerissimam intelligitur de pœna mortis.ita dixit glo.no.in l.nemo.de sum.trini. & fid. catholic. idem si pœnam grauissimam. secundum glos.not.in l.ij.C. de eunuchis. & in l.j. C. nemin. lic.sig. saluat. Nisi adiecta sint verba illa, pro admissi qualitate grauissimè puniatur.l.eos.in fin. ff. de accus. idem si imponatur pœna amarissima.glo.est not.in §.ex diuerso.in verbo amarissimis. in authentic. vt iudices sine quoquo suffra.idem si maximam vt est gl. notab. in capitul. quid in omnibus. xxxij. quæst. vij.idem si nouissimam: vt voluit glo.in authen.de leno.§. præconamus. idem si durissimam. l.j. C.de rapt. virginum. & in auth.scenicas non solum.in princip.colla.v.

LXXXVII.

Doctor legum non potest petere restitutionem in integrũ, si lædatur propter minorem ætatem. l. professio cum gl. C.de mune.patrimo.libro decimo.facit l.j.cum gl.& ibi Bart.Bald.& Angel.C.qui & aduers. quos. & Angel. in l. j.§.pueritiam. ff. de postulando. facit l.ij. §. Seruius Sulpitius.ff.de origine iuris.

LXXXVIII.

Procurator ad negotia in sui præiudicium potest procuratorem substituere non in præiudicium domini. l. si procuratorem.§.j.cum glo.& ibi Bartolus.ff.mandati. Procurator autem ad iudicia non potest alium substituere nisi sit factus dominus litis per contestationem litis, & alio modo cum cœpit de meritis causæ tractare.l. nulla. C.de procuratoribus. & voluit Bartolus in l. ab executore:in fine.ff.de appellationibus.& vide in l.is cui.ff.de procuratoribus.cum similibus. Quod est verum nisi in mandato habeat potestatem procuratorem faciẽdi. capitulo primo, de procuratoribus in sexto. & est glossa singularis in l.cum essent.ff.de seruitut.rusticor.prædio. Adde glo.in l.j.ff.de procuratoribus. facit l.diuus. §. fin. ff.de tuto.& curator.dat.ab his.l.item eorum.§.j.ff.quod cuiusque vni.nom.

LXXXIX.

Priuilegio indulto sibi miserationis causa nemo potest renuntiare.iuxta glo.no.in l.prima.C.quando Impe.inter pupil.Quod adde ad no.in l.si quis in conscribendo. C. de pact.vide l.iudex circunuento.cum glo.ff.de minor.

XC.

Beneficio cessionis bonorum non gaudet qui dolo bona sua dilapidauit.l. fi. §. fi. cum glo. ff. de his quæ in fraud. credi.& est gl.in §.fi.in auth.de fideius. & est gl.in §.item si quis in fraudem.Instit. de actio. Item non gaudet beneficio ne exigatur. glossa elegans in l. si quis dolo. ff.de re iudic. & Azo in summa.Item non gaudet dicto beneficio,qui dolo contraxit sciens se non esse soluendo. arg. l.fin.ff.de iur.dot. & Bart. in l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrimo.

XCI.

Testator potest prohibere regulam Catonianam in suo

testamento. vt voluit glo. & Bartol. in l. in tempus. & in l. potest quis. ff. de hæredib. instituend.

XCII.

Accusatio publica non competit pro priuatis delictis, etiam si criminaliter agatur: quia non admittuntur extranei. vt voluit gloss. notab. in l. fin. ff. de priua. delict. & gloss. rub. ff. de popul. act.

XCIII.

Actus nullus ad cautelam potest peti declarari nullus, licet non sit necesse. iuxta glo. in l. j. in fine ff. de fer. vide Bart. in l. si expresim. ff. de appe. facit quę dicit in l. iiij. §. nunc de effectu. ff. de lib. leg.

XCIIII.

Sicut interpellatio facta etiam extra ius cõstituit debitorẽ in mora. vt est gloss. singul. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verbo. obligat. ita etiam facit vt perpetuetur merum officium iudicis. ita dixit glo. not. in l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumpt. fun. vide glo. in l. amplius nõ peti. ff. rem rat. haber. & vide aliam gl. magnã in terminis. in l. fideiussor obligari. §. fin. de fideiuss. & vide notat. in l. & si pater. iij. ff. si quis caution. Interpellatio constituit in mora, quando ea secuta poterat cogi iure actionis: secus si iudicis officio. vt est casus singul. in l. cùm postulassem. in prin. de dam. infect.

XCV.

Dictio velut, notat. improprietatem. not. gloss. in l. item videndum. de petit. hæred. & est glo. de dictione veluti, in l. tutorem. in princip. ff. de admin. tuto. Item dictio quodammodo. vt not. gl. in l. conficiuntur. in prin. de iur. codicil. Quoniam significat veritatem. notat glo. in l. si pater impuberis. de vulg. & pupil. & l. dotalẽ. cum sequen. solut. mat. Item habetur de dictione quodammodo, in l. j. cum gloss. ff. de confes. & l. si me in vacuam. ff. de acquiren. posses.

XCVI.

Periurus infamis non potest dicere testimonium. glo. in l. Lucius. & ibi Bart. ff. de his qui not. infa.

XCVII.

Institutiones & substitutiones sunt magis fauorabiles, quàm legata. gloss. & Bart. in l. sub conditione. ff. de hæred. institut.

XCVIII.

Bonum est argumentum ab ordine titulorum. l. j. cum glo. ff. si cert. pet. & l. j. cum glo. ff. de in int. restit. l. idem Labeo. & ibi Bartol. ff. rer. amo.

XCIX.

Consiliarij hodie sunt loco decurionum. not. glo. in l. sed & ex dolo. §. j. ff. de dolo.

C.

Actio ex delicto si descendat ex contractu datur contra hæredem. l. ex depositi. & l. ex contractibus. ff. de act. & oblig. & l. si habentem. ꝟ. datur. ff. depos. & vide gl. in ca. fin. extr. de sepul. Adde quòd litis contestatio contra defunctum, datur contra hæredem ex delicto nisi de partium consensu sit recessum à lite. Bartol. in l. cùm mater. in princip. de transact. & vide glo. in l. j. ne ex delict. def. quando soluitur contrarium. ꝟ. quod autem. Si ex maleficio non datur, nisi quatenus est locupletior, & ad eum peruenit, & cum defuncto sit lis contestata. l. j. ne ex delict. def. & in §. non omnis. Institut. de perpet. & tempor. act. vel nisi ipso iure ex delicto paretur. vt voluit gloss. not. in l. iij. §. quod autem. ff. quod quisque iur. Et licet non detur contra hæredem actio pœnalis quando ex delicto descendit, datur tamen exceptio. vt dicto §. quod autem. & nota singulariter ad suprà alleg. quòd datur tamen dict. actio contra hæredem hæredis, etiam si non ad eum peruenit, dummodò ad primum peruenerit. text. est singul. in l. videamus. ff. quod met. caus. Angel. in l. furti. C. de furt.

CI.

Causa pignoris non est titulus. l. plura, cum glo. C. de pign. contrariam habes in cap. j. de vsur. in vj.

CII.

Minor non potest renuntiare restitutioni in integr. notat gloss. in l. si iuxta circunuentionem. ff. de minor. & in l. si intra. C. eodem. & in l. iij. C. si min. se maio. dix. & in ca. si diligenti. in gloss. magna. in fin. extrà de for. compe. facit l. doli mali. §. diuersum. de doli except. vbi probatur, quòd malefactor non potest renuntiare beneficio Velleiani: licet consuetudo sit in contrarium, & glossæ nostræ.

CIII.

Citatio potest fieri sub conditione. l. ea quidem. in glo. C. si man. ita fue. alien. & consueuit fieri citatio per nuntium. l. cùm notissimi. cum simil. de præscrip. xxx. anno. potest tamen fieri per ipsum iudicem, si iubeat præsenti in iudicio, vt adsit. iuxta glo. in l. cessante. C. quomo. & quando iud. Item potest iudex committere alteri litigantium, vt alium citet. iuxta gloss. in l. si vt proponis. ij. C. quom. & quan. iud. quod not. singul. Eius tamen relationi solo verbo non statur, nisi probetur. ita dixit Baldus notabiliter.

CIIII.

Sententia lata per falsum procuratorem, non potest haberi rata à domino, vt prosit & obsit sibi. iuxta gloss. & ibi Bart. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de except. rei iud. quod limitat Bart. in l. inter quos. §. alieno. de damno infecto. & per Bald. in l. vxorem. C. de condit. insert. videlicet, quòd istud est verum nisi esset statutum, quod requireret productionem procuratorij: quia tunc talis sententia non potest validari per ratihabitionem. Item limitat Bartol. in authen. ei qui. de tempo. appel. nisi prius lata sit sententia à iudice, quòd iste est falsus procurator: quo casu etiam si procedatur in causa non potest validari iudicium per ratihabitionem. & adde quæst. not. in l. quæ dotis. ff. solut. matri. & quod not. cum glo. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred.

CV.

Quando consensus requiritur ad confirmationem, sufficit si ex post facto interueniat. argu. glo. in l. ij. C. de iure fisc. lib. x. secus si requiratur ad certum & limitatum tẽpus, tunc superueniens ex post facto non sufficit. l. obligari. §. fin. de author. tuto. & Bart. in l. qui habet. §. j. de tute. Item quãdo requiritur pro forma, nõ sufficit si ex post facto superueniat. ita dixit Inno. in cap. fin. extrà de reb. eccles. non alienan.

CVI.

Aduocatus non tenetur causam sequi, si clientulus longè vagetur. ita dixit glo. not. in l. sed & hæ. §. non solùm. ff. de procu. & Din. & Bart. in l. Mæuia. §. fin. ff. de ann. lega.

CVII.

Illud dicitur esse superuacuum, cuius inductio nullum effectum operatur. l. statu liberis. in glo. de legat. ij. & l. iurisgentium. ꝟ. sed si fraudandi. cum glo. ff. de pact.

CVIII.

Dictio multotiens, verificatur in duabus vicibus. Instit. de iur. person. §. fin. item dictio pluries. vt l. filius emancipatus. ff. ad leg. Corn. de fal. vide do. Lanfran. in l. ij. ff. de acquir. hæred. item superlatiuum plurimos, verificatur in duobus. vt dixit glo. in authen. de trien. & semis. §. & quod sæpè. item dictio sæpè, verificatur in bina & trina vice. not. glo. in ꝟ. quia verò. in authen. de testib. & vide Bart. in l. licet. in princ. de lega. j. & aliquando dictio sæpè, quaternario numero contenta est. l. cùm quæstio. vbi glo. C. de legib.

CIX.

CIX.

Eadem pœna imponi debet ex mente legis, quæ venit imponenda ex verbis. vt not. gloss. in l. fin. ff. de tuto. & cur. dat. ab his.

CX.

Statutum excludens mulierem dotatam à successione coniunctorum, propter masculos: intelligitur excludere eã ab hereditate eius qui eam dotauit, non alterius. l. j. cum glo. not. C. de legi. hæred. Item vbi non succeditur dotanti, dos non est conferenda. d. l. cum gloss.

CXI.

Hæres ex titulo non lucratiuo potest impugnare contractum defuncti si faciat inuentarium. l. fin. §. in computatione. vbi glo. de iure delib. & Angel. in l. fin. C. si quid in fraud. patron.

CXII.

Legitima filij debetur titulo lucratiuo. l. fin. de his quæ in fraud. credito. Idcirco relicta nepoti ab auo, & eidem à patre dẽtur semel tantũ: quia duæ causæ lucratiuæ &c. l. Mæuius. §. duobus. de legatis secundo. & notat Angel. in l. fin. in gloss. C. si quid in fraudem patron.

CXIII.

Id dicitur esse expressum à lege, quod est de mente legis. gl. in l. prætor ait. ∮. j. & ibi Bart. & doct. de nou. ope. nunt. facit l. quærebatur. cum glo. ff. de testamen. milit.

CXIIII.

Publicatis attestationibus non possunt produci testes super iisdem cap. & omnino contrariis. cap. fraternitatis. ff. de testi. authen. qui semel. de proba. At super diuersis possunt. l. cùm de indebito. & ibi Bartol. de proba. & voluit Bald. in l. officium. de rei vendication. vide Bald. in capit. j. §. item si aliquis. de controuers. inuestit. secus est in criminalibus. notat Bartol. in l. j. in fine, & in l. vnius. ff. de quæstion.

CXV.

Illa dicuntur simul fieri, quæ fiunt etiam vnum post aliud sine interuallo. not. glo. in l. quærebatur. de testa. milit. facit text. cum glo. in l. si Stichum. §. si quis ita. de nouat. & in l. si cùm duas. comm. præd. facit tex. cum glo. ix. quæst. iij. cap. simul. & text. cum glo. in l. in operis locatione. & l. si fundus. §. si duo. de pigno.

CXVI.

Actorum appellatione venit sententia. not. glo. & Bart. in l. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisci. Item venit consilium notab. Alber. Pap. in tract. suo de consilio. facit l. si puitas. cum glo. C. de pet. hæred. Item venit commissio citationis, & relatio capit. quoniam contrà. extrà de probat. item dicta testium. Bartol. in d. §. neque. vide notat. in l. actorum. ff. de re iud.

CXVII.

Controuersia dicitur fieri nedum agendo, sed etiam excipiendo. not. gloss. in l. j. in princip. ff. ad Carbon. & in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebel. & in l. non solùm. §. si statis. ff. de procur. & in l. creditori. de oper. no. nunt. Item experiri dicitur quis tam excipiendo, quàm agendo: notab. glo. in l. iij. §. duæ causæ. in fin. ff. ad Carbon. quæ non propter stipulationes & contractus in quibus promittitur non experiri & controuersiam mouere etiam ante litem contestatam. l. diuus. de petit. hæred. & l. iij. §. parui refert. eodem titul. Et vide Bart. multum latè quando promittitur de non contraueniendo. & in l. amplius non petit. ff. rem rat. hab. & glo. in l. qui fidem. de transact. & Bart. in l. si quis maior. C. eod. & vide glo. in l. non putaram. fam. ercisc. & in l. sæpe. de re iudic. & Bald. in cap. j. in prin. de controuer. inuestit. & glo. in ca. item sacramenta. de pac. iura. firm. quæ dicit, quòd cõtradicendo fit controuersia. &c.

CXVIII.

Statutum & superior magistratus committens diligentissimam examinationem & cognitionem inferiori magistratui, non concedit vt summariè procedi possit, sed requirit probationem plenam. glo. in l. iij. ∮. duæ causæ. ff. ad Carbon.

CXIX.

Statutum, & rescriptum, proclama, & decretum principis, præstans immunitatem denuntiãti malefactorem, debet intelligi si denuntians probauerit illum malefactorem. iuxta. glo. not. in l. j. C. de mul. quæ ser. facit text. cum gl. in l. si cuius. ff. de appel. reci. & est text. cum gloss. in l. prætor. in prin. & §. docere. ff. vi bono. rapt. & Bartol. in l. j. ff. de incen. rui. nauf. & vide Bartol. in l. leg. Cornel. §. si quis libertus. ff. de iniur. Adde omnino hîc singul. posita per do. Lanfran. in dict. l. ancillæ. C. de furt. quia tale præmium non datur socio criminis, & illi qui est de familia potestatis.

CXX.

Fideiussor de iudicio sisti, finito iudicio in nihilo remanet obligatus. l. græcè. §. & post litem. ff. de fideiussorib. nec dicitur obligatus ad sistendum reum in causa appellationis. vt notat glo. in authen. de his qui progre. ad appellat. collat. v. quod intellige siue sit reus condemnatus: vt dicto §. & post litem. siue absolutus à lite, & ab obseruatione iudicij. l. properandum. §. & si quidem. cum glo. C. de iudic.

CXXI.

Scholarum doctor præferri debet ignoranti doctori. gloss. est singul. in l. j. C. de anno. ciuitat. libr. x. quod adde ad not. in l. singuli. C. de aduo. diuer. iud. Item doctor consecutus gradum à principe, præsumitur indoctus: ideò postponitur examinato. not. Pau. de Castr. in l. quoties. C. vbi senat. vel claris.

CXXII.

Verbum pecuniæ simpliciter prolatum in materia peccati comprehendit tantùm pecuniam numeratam: vt scribũt Doct. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & facit l. sed & Iulia. §. mutui datione. ff. ad Maced.

CXXIII.

Fideiussor de iudicato soluendo finita instantia cursu temporis non tenetur. l. cum lite mortua. cum gloss. iudic. sol. Idem si sit finita iudicio, & denuò appellatum: vt l. cùm apud. eod. titul. & ibi ponit Bartol. quid in fideiussore de rato. idem est in fideiussore de iudicio sisti. de eo vt finita instantia finiatur obligatio. glo. & in authen. de exhib. reis. §. suscepto. de secundo est glo. in authen. de his qui ingred. ad appell. quæ declarant §. & post litem. in l. rotæ. de fideius.

CXXIIII.

De quantitate ad quantitatem si sit liquidum debitum admittitur compensatio. l. fin. C. de compensatio. & vide omnino Bart. in l. j. C. si maior fact. siue generaliter & naturaliter, siue naturaliter tantùm. l. etiam. ff. de compensatio. dummodo tali debito naturali non possit opponi exceptio. Bartol. in l. procurator ad exhib. §. si procurator. cum glo. ibi. ff. rem rat. hab. & declarant gloss. in l. quæcunque. de compensatio. & doct. in l. ex causa. C. eo. facit gloss. in l. cum is. ∮. j. & l. interdum. de condict. indebiti. Siue iure actionis siue officio iudic. not. glo. in ∮. in bonæ fidei. Instit. de actio. Item de obligatione ad antidora admittitur compensatio. l. si testamento. ∮. j. de fideiusso. Quod intellige si talis obligatio ad antidora sit redacta ad præstandam necessitatem. iuxta not. ibi per Bart. & vide Ang. eleganter in authen. de non eligen. secund. nub. circa prin. colum. j. Et obligatio ad antidora impedit repetitionẽ soluti. Ang. in l. alienam. C. de furt. per d. l. si testamento. contrarium dicit gl. fin. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. Et eã quæ non possunt repeti soluta

non potest compensari sed soluendo sic.l.ex causa. C.de compensati.

CXXV.

Iuramentum de quo in authentic. sacramenta puberum. habet locum in minore pubere non pupillo: vt ibi not. & per glo.in l.fin.§.fin.ff.de lib.cau.& vide per glo.in ca. j.§.item sacramenta.de pac.iur. firmand. Quod solum operatur vt minor habeatur pro maiore,& sic tanquam maior non restituatur aduersus contractum. idcirco si aliquo casu etiam maior posset venire contra suum contractum etiam tale iuramentum factum à minore non obstabit.ita dixit glo.no.in l.si prædium.C.de iur.dot.idem voluit in l.ij.C.de rescin.ven. vbi vide quæ declarat glo.in d.l.si prædium.

CXXVI.

Procurator cum mandato si certum est de mandato nō tenetur cauere de rato. item si sit certum quòd nō habeat, nō admittitur etiā si caueat de rato vt bene not.in l.j.C. de procur.& in l.si pupilli.§.fin.de neg.gest.nisi sit de his personis de quib.in l.sed & hæ.in prin.ff.de proc.& l.iij. §.j.iud.sol. Quæ personæ licet admittantur sine mādato: non tamen admittuntur contra voluntatem siue mandatum.l.Pompo.§.fin.& in gloss.ff. de procur. item non admittitur vltra id, quod est mandatum sicut est in aliis procur.l. maritus.vbi casus singul. C. de procur. cautio de rato præstatur vbi dubium est,an sit mandatum:vt d. l.j.C.de procura.& l.quod si de speciali.ff.de mino. item vbi est dubium an sit reuocatum mandatum:vt not.Bar. in l. prætor ait. de dam.infect. Item vbi est dubium an sit præstitum secundum solennitatem iuris communis & municipalis: vt not.glo.in l.actor.ff. rem rat.hab.vbi omninò Bartol.

CXXVII.

Cautio de iudicio sisti debet præstari etiam à domino causæ si immobilia non possideat. l. creditor. §. sciendum. ff.qui satisd. cog. Vel si immobilia non tamen sufficientia ad quantitatem rei petitæ: vt not.glo.in §.sed hodie. Institut. de satisda. Item si habeat immobilia quæ sufficiant: sed de facili peritura. Bartol.in l.ij.ff.sol.mat. faciunt notat. in l. si constante. in quæstio. illa quomodo probabitur manifestum inchoare.ff.solu.matr. per Bar. & alios.econuerso si possideat mobilia quæ de facili nō pereunt: veluti si habeat merces in apotheca, non satisdat ac si possideret immobilia. Bartol.in d.l.sciendum. quæ cautio remittitur quibusdam personis de quibus per gloss. & docto.in l.j.ff.qui satisd.cog. dum tamen iurēt se staturos in iudicio, nisi sint clerici quorū simplici promissioni creditur: vt not.glo. in §.sed hodie.Institu. de satisdat.

CXXVIII.

Cautionem autem de iudicato soluendo suo nomine conuētus præstat.d.§.sed hodie. sed procurator eam præstabit etiam si constet de mandato, vt voluit glo.in l.j.ff.de satisdando.& glossa in §.qui alieno. in l.non solum. ff.de procur.& Bartol.in rub.iud.sol. & est casus in l. ne satisdatio.vbi gloss.& Bartol.ff.rem ra.ha.& in dicta l.j. in fine.C.de satisdationib.& vide Bart.in dict.l. j.de satisdatio. Quod intellige nisi sit actor municipum qui non cauet de iud. sol. cùm publica authoritate experiatur: vt voluit glo. multum not.in l.item eorum.§.actor.ff.quod cuiusq.vniuer.no.& facit l.quid si filij nomine.& quod ibi not.ff.de iniuriis.

CXXIX.

Prouisio hominis tollit prouisionem legis. l.fin. C. de pact. conuen.quod est verū si prouisio legis sit de iure speciali: secus si sit inducta de iure communi.glo.est notab.quam ibi sequuntur Cin. & Bartol.in l.ij. C. de iure emphy. Item hoc est verum si prouisio hominis est posita circa id circa quod ponitur prouisio legis aliàs secus:vt not.Bar. in l.si cùm dotem. solut.matr. & in l. si constante. eodem titulo. item hoc est verum si prouisio hominis æquè bene prouidet:& aliàs à prouisione.l.nunquam videtur recessum vt voluit Bartol. notab.in l.j.§.vnde quæritur. ff. de publicanis.

CXXX.

Larga significatio vocabuli dicitur impropria, vt colligitur ex glo.in l.eas causas.ff. de condit.& demō. vbi dicit quòd vna dictio coniunctiua frequenter ponitur pro alia.& facit gloss.in l.Imperatores. ff.de pact. Quod not. pro statuto.& vide Bartol. ad hoc in l. quid sit falsum.ff. de fal.& Angel. in tract.male.in verb. falsario. Non tamen quod si ex larga significatione vnum comprehendatur sub alio semper vnūquodque videtur deductum in libello & sententia:ne iniustè videatur pronuntiare super non petitis.ita dicit singul.Anton.de Butrio in ca. cùm dilectus. extrà de relig. domi. Item quòd larga significatio sit impropria & non comprehendatur in statuto vide Bartol. in l.j. circa fin.ff.de pecul. & notat. per Angel. Areti. in §. omnium. in materia arbitrorum Instit.de actio.

CXXXI.

Scire dicimur quod vehemēter opinamur. l. ij.§.quod obseruari. vbi Bartol.C. de iuramento cal. quod est verum impropriè:propriè verò scire est rem vsu ceptam mente retinere:vt notat glossa in l.ij.§. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. Aliàs dicimur scire rē per causam cognoscere.l.pupillus.de acquir.hæred. Adde quòd sola famæ non inducit scientiam.capit.inquisitionem.§.quæsiuisti. de accusat.nisi perseueret.l.j.cum glo.§. quod dicitur.ff. de acquir. hæredi. & vide Bald. in §.iniuria. de pace iuramento firmam.

CXXXII.

Pupillus non potest esse testis.l.iij.§. lege Iulia.ff. de testib. si tamē examinetur eius dictum facit indicium.l.j.§.impuberis.ff.ad Silla.l.fin.vbi glo.C.eod.

CXXXIII.

Dicta in præcedenti intelliguntur repetita in sequen.in dispositione hominis.l. Titia.§. idem respondet. de verb. oblig.secus in dispositione legis secundum glo.quam sequitur Bart.in l.transigere. persona tamen nominata in præced.non intelligitur repetita in sequen.in causa magni præiudicij.l.si ita stipulatus.§.Chrisogonus.de verb. obligat.in causis parui præiudicij secus.l.j.& ibi Bar.C. de di.rescript. & vide Bartolum in l. talis scriptura. de legat.j.& in §.si nuntius. & in l. si quis ex argentariis. de edendo.

CXXXIIII.

Solutum prætextu sententiæ etiam indebitum non potest repeti condictione indebiti: quia sententia facit de indebito debitum.l.j. C.de condi.indebi. & glo.ordi. in l. eleganter.§.finali.ff.eodem. Quod intelligitur,nisi aliud soluatur quàm sit sententiatum, vt declarat Angel. in l. falsus.& in l.etiam.C.de furt. item nisi soluatur prætextu sententiæ latæ iam finita instantia: vt voluit glo. not. in l.properandum. circa princip.C.de iudic.item intelligitur nisi repetatur alia actione quàm condi.indebi.vt l.si fideiussor.§.in omnibus. vbi glo. ff. manda. & not. in l.admonendi.ff.de iureiurand. per scribentes,& in l.j.C. de condict. indebit. & notat. per Bartolum, secundum quem intellige gloss. in omnibus, in l.si fine. §. j. ff. rem rat.hab. quod tamen nota. & vide Bartolum omninò in dicta l. si fine.& in l.ij.§.j. quod vi aut clam.& l.Iulianus. de condict.indebi. & vide Angel.in §.j.post med.institu. de exceptio.

CXXXV.

Interruptio facta per conuentus executores extenditur solùm ad xxx. ann. decursos à tempore conuentionis: facta verò per litis contestationem perpetuatur vsque ad xl.annos,vt l.sicut.& l.finali C. de præscript.xxx. annor. & ponit glossa in l. cùm notissimi. in princip. eod.titul.

Et intel-

Et intelligitur perpetuari siue damnetur reus & sic finiatur instantia: siue instantia pereat, vt voluit gloss. in l. properandum. §. sin autem ex gestis. in verb. iudicij. C. de iudic. per simplicē autem denuntiationem non interrumpitur præscriptio: vt voluit gloss. notab. & Bald. in l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem fac. erit. & est casus in l. alienam. ff. pro empto. Et de interruptione siue ciuili siue naturali qualiter fiat, vide glo. ordi. in l. cùm notissimi. §. sed & si quis. præalleg. quā not. & vide do. Ang. in l. qui bis idem. & Bar. in authen. offeratur. Et adde quòd litis contestatio facta coram iudice incompetenti non interrumpit: vt voluit gloss. in l. si pater. C. ne de sta. defunc. item litis contestatio facta non debito modo non interrumpit: vt voluit gl. in d. auth. offeratur. Citatio tamen siue litis contestatio facta debito modo coram iudice declinabili interrumpit: vt voluit Bart. eleganter in l. j. si quis in ius voc. non ier. & vide in d. l. fi. de eo per quem fac. erit. Item cōfessio facta coram iudice incompetenti non valet. cap. at si clerici. extrà de iudic. & not. C. si à non compet. iud. l. & in priuatorum. per gloss. & Bart. & facit quod not. dicit Bald. in l. j. C. de confes. in iiij. char. vers. iuxta hoc pone. Item quod dicit in penul. & fin. colum. in fin. & Barto. in l. diuus. ff. de custo. reo. Item quòd sententia lata à iudice incompetenti est nulla ipso iure, glo. est singul. in clemen. sæpè. de sequest. pos. & fruct. & vide omninò per dom. Mar. in l. magistratibus. ff. de iurisdi. omni. iudi. vbi declarat de huiusmodi confessione: & erit saluum ius actoris vt iterum agat modò & interrumpat in casu quo primò egissem ineptè, & si tempora largiantur. l. accusaturus. ff. de adulte. & l. libellorum. ff. de accusa. & l. propter litem. §. j. ff. de excu. tut. Item adde quòd licet confessio facta coram iudice incompetenti non valeat quo ad plenam probationem. d. cap. at si clerici. nō valet vt faciat quale quale indicium: secundum Guliel. de Cun. & Bald. in l. si idem cum eodē. ff. de iurisdi. om. iud. Adde ad glo. in clemen. sæpè. quod dicit Rolan. in summa de iudi. in rubri. quem iudicem actor adire debeat. quòd reus tractus ad iudicem actoris voluntariè litem coram eo contestatus videtur prorogasse iurisdictionem illius, nec poterit amplius declinare.

CXXXVI.

Dictio perinde, notat similitudinem. l. solent iudices. in princip. de aliment. & cib. leg. & l. mulierem. C. de adop. & omnimodam similitudinem: vt l. à filio. §. testator. ff. de aliment. & cib. leg. & voluit Barto. in l. sanctio legum, de pœnis. & vide Bartol. in l. j. ∫. fina. ff. si famil. fur. fecisse dica. Aliquando tamen ratione tollendæ contrarietatis non significat omnimodam, sed similitudinem in genere tantum, vt l. j. & ibi per gloss. & Bartol. ff. de recept. & l. sacrilegij. §. is autem. ad leg. Iul. pecul. idem de pronomine is, ea, id: vt l. sanctio legum. ff. de pœnis. & not. in rubric. de oper. noui nunt. Licet referat antecedens substātiam in specie sui natura. l. eam quam. C. de fideicommis. & l. eas causas. de condit. & demon. tamen aliquando refert antecedens in genere ratione tollendæ contrarietatis. l. sanctio legum. idem de relatiuo quis & qui, vt licet referat antecedens substantiam in specie. l. Stichum qui meus erit. de leg. j. & l. qui mihi donatum. de donat. tamen aliquādo refert in genere: vt l. siue pro fratre. C. de neg. gest. & l. dominum. C. de iniuriis. item dictiones perinde, & ex inde, sunt aduerbia significatiua temporis. Item aliquando exponuntur id est ex eo, vt dicit glo. in l. j. ff. de edend.

CXXXVII.

Qui tantundem repetit quantum donat, non videtur donare. ita dicit glo. in l. qui concubinam. §. qui ortos. de leg. iij. probatur in l. cōtra iuris. ∫. si filius. ff. de pact. idcirco talis donatio non egeret insinuatione: vt ibi sentit Bart. Quod intellige si à principio dationis non fuit tractatum quòd tantundē repeteret: aliàs secus. facit quod dicit Bart. in l. si filiusfam. ff. de dona. & quod notat. per Bart. in l. qui sic. ff. de solutio.

CXXXVIII.

Clausula quanti ea res est, posita in instrumento continet etiam sumptus nedum rei æstimationem. glo. & Bar. in l. nouissimè. ff. quod fal. tut. author.

CXXXIX.

Si res mihi commodata & deposita apud me reperiatur apud tertium, nulla mihi competit actio ad repetendum: sed officium iudicis tantùm. vt dicit gloss. & Bart. in l. & non tantum. ff. de peti. hæred.

CXL.

Priuilegium concessum clerico intelligitur concessum ecclesiæ causa: vt notat gloss. fina. in l. non plures. de sacro sanc. eccles. & facit cap. cuncti. de elect. lib. vj. in nouel. & Bald. in j. constitut. feud. in princ. vide in tracta. de quarta canonica. in iij. chart. in ij. colum.

CXLI.

Exclusus à iure dicendi nullum non videtur exclusus à cōtra tabu. sicut exclusus à iure dicendi sententiam nullā non videtur exclusus à iure appellandi, & ꝯ contra: iuxta glo. in l. j. C. si de momen. posses. fue. appel.

CXLII.

Vbicunque orationes sunt cōiunctæ clausula in fine posita refertur ad omnia. ita dixit glo. not. in §. item lapilli. Institu. de re. diui.

CXLIII.

a Clausulæ inconsuetæ [a] appositæ in instrumentis reddunt instrumenta suspecta: iuxta glo. & *ibi* not. per Bald. in l. si quis sub conditione. de condi. instit. & est glo. secundum Angel. ibidem in l. j. C. de fide instrum. & iur. hast. fis. lib. x. Similiter pacta inconsueta apposita in contractu faciunt contractum suspectum. gloss. est not. in cap. illo vos. extrà de pignoribus. & notat Cin. in l. iij. C. plus vale. quod agitur.

ADDITIO.

a Clausulæ inconsuetæ. Adde Petr. Gerard. singul. lxxvij. Cæpolam in tract. de simulat. contract. num. 47. & 48.

CXLIIII.

Dictio nonne, licet sit posita negatiuè: tamen *affirmat. text.* est in cap. nonne. extrà de præsumptio. & gloss. in l. à diuo Pio. §. si post aditam. ff. de re iud. econtra interrogatio posita verbis affirmatis inducit & negationem totalem & rarissimam concessionem. text. est in cap. si sacerdos peccauerit, quis eum emendabit. de pœnitentia, distinctio. j.

CXLV.

Vbi vertitur periculum animæ sententia nunquam transit in rem iudicatā. ita dixit gl. in ca. inter monasterium. de re iudi. & Ludo. in l. admonendi de iureiurand. & vide alios casus ibi per do. Lanfranc. & videtur dicere gloss. in cap. lator. extrà de re iud. & text. cum gloss. in cap. j. & cap. fraternitatis. de frigi. & malefic. & glo. singu. in l. iij. §. quacunque. ff. de iureiurand.

CXLVI.

Testiculi sunt ministri & instrumenta humanæ generationis, & in eis continetur omnis libido. xiij. distinct. cap. nerui testi. in princip. gloss.

CXLVII.

Ingenium supplet tempus in studio. gloss. est in cap. tum ex literis. extrà de excep. & in cap. si episcopus. vij. q. vij.

CXLVIII.

Licet papa nō possit tollere decimas in totum, quæ sunt de iure diuino. xiij. q. j. cap. decimæ. & ca. reuertimini. quia non est supra ius diuinum. vt capitulo proposuit. de concess. præb. & notat. in cap. literas, de restit. spol. potest tamen illas tollere pro parte & sic priuilegiare personas & locos, vt non teneantur ad decimas. glo. est ordi. in cap. à nobis. extrà de decim.

CXLIX.

Actus censetur inductus, vt sit potius perpetuus, quàm temporalis. l.sufficit.ff.de condict.indeb.& est glo.in cap. fi. de rescrip.lib.vj.

C L.

Copula &,de sui natura est extensiua, non restrictiua, & in dubio copulat: sed non plures qualitates, licet vnam & aliquam qualitatem copularet: vt dixit Bald. in l.j.in iij. colum.ff.de iust.& iur.Item copula &,repetit se ipsam in omnibus qualitatibus præcedentibus. vt dicit gl.in cle. sæpè.circa princip.de verb.signifi.

C L I.

Iudicum plurimorum dicitur esse integrum iudicium. tex. est in cap.prudentiam.vers.illa.de offic. deleg. & in cap. in canonicis. xix.distinct.& in cap. de quibus. xx.dist.& l.j.ff.de senator.& l. athletæ.in princ.ff.de infam. & l. ita vulneratus.ad leg.Aquil.

C L I I.

Si reperitur aliquid scriptum in columna, & alio saxo, ei creditur,secundum gloss.not.in cap. cùm causam. extrà de proba. Similiter creditur cronicis. ita dixit glo. not. in capitul. appellatione. §. forma verò appellationis.vj. quæst.ij.

C L I I I.

Regnum,& alius principatus nō datur successione, sed ex electione,nisi ex consuetudine.text.in cap. Moyses.cum gloss.viij.quæst.j.vide Bald. latè in titul. de pac.constāt. §.volumus vt regulariter.

C L I I I I.

Libido in virginibus maiorem patitur famem: quia dulcius putat omne quod nescit.gl.in cap. viduas. in versic. vsæ sunt. xxvij. quæst. ij. dicit hanc authoritatem beati Hieronymi.

C L V.

Qui vtitur vxore sua sobolis procreandæ causa, & reddendi debitum,nusquam peccat,sed meretur. Qui verò voluptate præuentus peccat venialiter. item qui cibis calidis vtitur, vt sæpius eam cognoscat. Sed qui contra naturam cognoscit, mortaliter peccat, magisq;, quàm si aliam contra naturam.ita dicit glo.not.in cap. quicquid. xxxij.quæst.ij. Item tenetur de iure diuino reddere debitum matrimonij marito.gl.est in l.ij.§. si non propter. ff.si quis cautio.

C L V I.

a Sēsus visus [a] communis est vnicuique sensui corporeo, ita quòd testimonium visus potest verificari in gustu, & aliàs.ita dicit glo.quam Imo.allegat pro singul.in ca. testes.iij.quæst.ix.vide Bald.in rubric.C.si ex fals. instr. facit quod not.Bart.in l. si cui fundum. de lega.ij. & Bald. in l.j.circa princ.C.de confess.

ADDITIO.

a Sensus visus. Adde Guid. Pap.singul. dcxlij. numer.2.& singul.dcccxcv.num.2.

C L V I I.

Debemus saluare pro posse opiniones nostrorum magistrorum.secundum gloss. in cap.j.in ver.magistrorum.extrà de decimis. item licet nobis eorum opinion. allegare.l. si ædibus meis.ff.de dam.infect.facit text.in l.dicere. ff. de arbitr.

C L V I I I.

Ornamenta ecclesiæ non debent cōcedi pro festiuitatibus secularium nuptiarum, & alterius causæ.text.est in cap. vestimenta. & capit.ad nuptiarum. de consec. distinct.j. Quinimo nō potest suadere sacerdos, vt ex vestibus pulchris virorum & mulierum fiant planetæ.glo.est in d.ca. ad nuptiarum.& Arch.refert Ioan.de Deo dixisse,quòd talis faciens dicitur facere contra Deum.

C L I X.

Mater tenetur de iure suos natos suo lacte nutrire: non alteri nutriendos dare: ita dicit text. cum glo. in cap.ad eius ver ò.v.distinct.

C L X.

A pœna & sententia canonis,& legis, non licet appellare.l. si qua pœna.ff.de verbo.signi. & capit.quia nos. extrà de appel. vide Bartol. in l. fin.in princip. ff. de appel.reci.à declaratoria tamen potest appellari.ita dixit gloss. sing. in cap.cupientes.§. quòd si per xx. in verb. priuatos. de elect.in vj.facit glo.in verb.ab executione. in princip.& in verb.excedat.in fin.C.quorum appellation. nō recip. & gloss.in l.j.C.de his qui veniam ætatis impetra.

C L X I.

Dispensatio super affinitate si occurrat quòd sit duplex affinitas,nec aliter sit declaratum,est subreptitia. ita dicit Ioan.glo.in arbore affinitatis.

C L X I I.

Non creditur Legato, dicenti se habere in mandatis: nisi probet mandatum in scriptis, cuiúsque gradus siue dignitatis sit,siue sit Legatus principis, siue summi pontificis.l.j.C.de mand.princ.cap.nobilissimus vir. xcviij.distinct.& Bart.in l.prohibitum.C.de iur. fisc.lib.x. & adde glo.in procem.vj.in verb. bulla.& in cap.ad apostolicæ.in ver.proponi.de sent.& re iudi.lib.vj. Fallit in Cardinali, cui creditur etiam sine scriptis. secundum gloss. in dict.cap.nobilissimus. An autem mandatum principis possit probari aliter quàm per testes. not. docto. in l.j.de procuratoribus.

C L X I I I.

Iusta causa excusat à periurio.cap.breui.de iureiurand.

C L X I I I I.

Propter defectum literæ & syllabæ, non vitiatur testamentum.argum.l. errorem. & l. ambiguitates. C. de testam. nec vitiatur contractus.in l. fin. in text. & gloss. C. de fideiusso.nec vitiatur manumissio, & rescriptum. secundum gloss.auream in cap.ex parte. extrà de fid. instrum. & l.qui habebat. ff. de manumiss. & vide Bart.in l.j.in j. colum.C.de sum.trin.& fide catho.

C L X V.

Deponenti de conscientia propria, quando alia probatio non esset, creditur cum iuramento.ita dixit gloss. not.in capit.significasti. extrà de homicid. & gloss. magna in §. aliæ.in verb.dicit.Instit.de action.Bart. in l. is potest.ff. de acquiren.hæred.& ipse in l.gerit.eod.titul. & idem in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.dicit gloss.in §.aliæ. procedere, vbi non est præsumptio iuris contra asserentem.argumen.l. si non conuitij. C. de iniur. Et si agatur de purgando delicto deponentis, creditur eius sacramento, si fuerit homo bonæ famæ, aliâs non. ita dicit gloss. in præalleg. capit.& voluit gloss.not.in l.j.C. ad leg.Cornel.de sica.

C L X V I.

Argumentum à contrario sensu &c. vt l. conuenticulam. Quod habet locum etiam in contractu.l.inter socerum. §.cùm inter. ff.de pact. dotal.& in rescripto. l. si procuratorem. §. si ignorantes. cum gloss. ff. mandat. & habet locum in mādato.l. eum qui duobus.§.j.ff.de acqui.hære.item habet locum in epistola.l.j.in fi.ff.de quæstion. item habet locum in edicto prætoris.l.Iurisconsultus.§. dolo malo.vbi Bar.de precario.Item habet locum in statutis: quia sensus à contrario dicitur de mente expressa legis.l.qui testamento.§.mulier.ff. de testam.& Dyn.in c.quod ob gratiā. de reg.iur.in vj.& Bart.in l.omnes populi in.iij.q.prin.& Bal. in l.cōuenticulam.& Ang.in l.j. ff.de offic.eius.vbi plenè do.meus Iason & alij. Tu adde quòd contrarius sensus dicitur esse quædam coniectura & inter-

& interpretatio quæ non habet locum in statutis.vt not. per glo.in l.apud antiquos.C.de furt.sed beneverum est quòd vbi statutum non operatur sine argumento à contrario sensu,non semper habet locum d.argumentum. not.Bal.in l.obseruare.§.proficisci.de offic.procôs.Item habet locũ in vltima voluntate. l. statuliberũ.§.j. de leg. ij.& l.sequenti cum glo.quod etiam est verum, nisi tale argumentum resultet contra legem scriptam,& pœnam ex lege scripta.glo.est sing.in clem.j.de vsur.in verbo,de certo.facit glo. in c. cupientes. ∫. quod si per xx.& l.pe. C.qui testam.facere possunt.iunct. §.filius autem. in l.fi. de bon.quæ libe.& vide text.iuncta glo.in l.qui semisses. ∫.fi.ff. de vsur.

CLXVII.

Duo fratres consanguinei,& vterini duxerunt vxores duas sorores consanguineas & vterinas,iudex sententia damnauit matrimonium vnius probata affinitate inter eos: Quæritur an sententia præiudicet aliis duobus matrimonio iunctis?glo. not. in cap. dilecto filio. ij. extrà de præb.dixit,quòd non:quia res inter alios acta. C.res inter alios act.per totum,de qua regula dic,vt per gl.in rubro & nigro. C.eod. & Bar. in l. posthumus. §. si quis ex his.ff.de inoffi.testa.facit pro d.glo.quod dicit Bart.in l. denuntiasse.§.fi.de adult.idcircò citari debet,vt sententia ei præiudicet.secũdum Cy.in l.j.de aduo. diuer.iud. & doct.in l.cùm filius.de verbo.obli.contra Deci.d.glo. dicit quòd solutio.in cap.cùm inter vos. extrà de re iud. & vide glo.in c.per tuas.in fin.extrà de probatio.

CLXVIII.

Decimæ de omni eo quod licitè quæritur, debent ecclesiæ præstari,extrà de decimis per totum. Quæ debent diuidi in quatuor partes:quarum vna applicetur Episcopo, alia clericis, alia detur fabricæ,alia pauperibus.xij.q.ij. c. quatuor. & extrà de testa.ca. requisisti. quod not. An autem meretrix possit præstare decimam lucri?dixit gl. in c. ex transmissa. extrà eo. quòd sic, sed sacerdos non debet eam recipere.ratio potest esse: quia licitè accipit. l.idem est.§.sed quod datur.ff.de cond. ob turp.cau. Et ideò ex tali quæstu posset eleemosinam facere. vt voluit glo.j. q.j. non est putanda eleemosina. De vsura autem, simonia,& similibus non potest.secundum d.glo.An hæres, donatarius , & legatarius præstet decimas. vide glo. extrà eo.c. pastoralis. facit l.j. & quod ibi Barto. de imponen.lucr.descrip.lib.x.

CLXIX.

Tempore necessitatis omnia debent communicari. l. ij. §. cùm in eadem. cum gloss.ff.ad leg. Rhod.de iact. Quinimò permittitur etiam furari & vestes, & cibaria. ca. si quis propter necessitatem. extrà de furtis. & c. discipulos.de consecrat.distinct.v.& l.neminem.C.de sac.sanc. eccle. Mulier tamen propter famem non potest petere fornicationem:secundum glo.in d.c.si quis.

CLXX.

Rescriptum concedens aliquid fieri pleno iure intelligitur nedum in iurisdictione spirituali : sed etiam temporali & mero & mixto imperio.ita dixit glos.singul. in c.conquestus. extrà de foro competenti. glo. etiam in capitu. cum & plantare.§.in ecclesiis.& in c.quoniã per confessionem.extrà de priuileg. & text.xvj.q.ij.c.nisi.facit tex. cum glo.& Inno.in c.cum inter nos.de re iud.vide Bart. in l.procurator cui libera.ff.de procur.& facit quod dicit Bald.& Angel.in l.Iulianus in gl.fi.ff.de rei vindi.s.ꝙ plenum dominium intelligitur directũ cum vtili:& aliàs quod dicitur fundus pleno iure &c. significat cum proprietate,possessione & vsuf.vt est tex.cum glo. in l.eum qui ita.∫. si à te stipulatus. ff. de verb. oblig. & vide not. per Anto.de But.in ca. conquestus. idem si dicatur omnimodo.iuxta glo.singu.in clemen.j. eo.titu. In tantum quòd gestum dolo à procuratore habente plenam potestatem nihilominus valet. l. si procurator ad vnam speciem.C.de procur.

CLXXI.

Rescriptum quod præcipit aliquid fieri absente altera parte & non per contumaciam non valet.ita voluit glo.not. in c. inter quatuor. in verbo absente, extrà de maio. & obed.

CLXXII.

Appellatione pendente si quid attentetur venit reuocandum : exceptis casibus not. in capitu.non solum. de appella.in vj.ff.nil.nou.appel.penden.Quod est verum pendẽte appel.à diffinitiua : secus si ab interlocutoria: quia attentatum non reuocatur nisi facta fuerit inhibitio. d. cap.non solùm.& vide gloss.& Bart.in l.per hanc.de tempor. app. Et vide casum singular. ad hoc in l. creditor. in prin.ff.mandati.Item vide Barto.omnino in l.eius qui.ff.de app.reci.per Moder.in l.qui à latronibus.de testa.facit.l.generaliter.∫.his de præsentibus.versi.nullò tamen.C.de iureiurand. & quod dicit Bartolus in l.siue pars.C.de dilat.

CLXXIII.

Item attentatum peregrinatione pendente venit reuocandum.cap.j.& ibi Butri.extrà de peregri.Item attẽtatum pendente consultatione & commissione.l. ex illo tempore.& ibi Bald.C.de appel.facit l. sciendum. vbi Bart. de appel.reci.& vide eũdem ff.nil nou.appel.penden. Item attentatum pendente causa in integrũ resti.C.pendente in integ.resti.nil nou.deb.Item pendente tempore dato dilationis causa.l.siue pars. C. de dila. quod intellige vt ibi per Bar.Item pendente relatione. l.j.& ibi Bar.C.de relat.Itẽ pendente tẽpore dato ad appellandũ, licet non fuerit appellatum.glo.in l.j.in prin.ff.nil nou. & glo.in l. ex iudiciorum.in prin.de pub.iud.& facit tex.in l.&post rem. ff. de transact. & in l. eleganter. §. si quis potest.de condi.indebi. Quæ non habet locum,nisi executio esset facta à lege.l.furti.de infami.vbi gl.Bar.in l.j. de re iudi. & ibi do.Ang.

CLXXIIII.

Vniuersitas non potest excommunicari , cùm non habeat animam:& excommunicatio est sententia medicans animæ.c.cum medicinale.de sen.excom.in vj.vbi vide gloss. Quod est verum secundum Raph.in vniuersitate vnius municipij:puta Veron.quia in ea sunt infantes & furiosi. Et aduerte quòd licet contrahendo & delinquendo possit obligari : tamen propter factum medio vniuersitatis non potest: vt in c.j. quib.mod.feu.amit. vbi vide, sed vniuersitas scholarium & doctores,quia sunt doli capaces bene possunt excommunicari. quia possunt delinquere committendo & omittendo:quod not. ad literã c. Roma.§.vniuersitatem.de senten.excom.in vj.

CLXXV.

Arbiter vel iudex si videt quòd eius iurisdictio, vel causæ instãtia sit peritura , potest cogere partes litigare etiam die feriato.cap.fin.vbi no.extrà de iudiciis.facit.l.j.ff.de feriis.& l.senatus.de offic. præsi. & l. si de meis.§.final.ff. de arbi.

CLXXVI.

Inter patrem & filium in potestate de iure ciuili non cadit iudicium.l.lis nulla.cum gloss. ff. de iudic. Secus de iure canonico vbi de omni causa muni. inter patrem & filium in potestate cadit iudicium. gloss. est notab. xxiij. q.iiij.cap.si ecclesia.& ij.q.vij.cap.quæritur.& in cap.fin. in gloss.pen.de iudi.lib.vj.

CLXXVII.

Feriæ inductæ in honorem Dei,& feriæ repentinæ æquiparantur.glo.est singul.in clemen.sæpè.circa prin.in verbo necessitatem.in fin.de verbo.signi. Quæritur in huiusmodi feriis an poterit fieri libelli oblatio secũdum Bar. in l.ne quicquam.∫.de plano. de officio procon. licet in

inductis ob necessitatem hominum fieri possit. l.j. cum glo.circa prin.ff.de feriis.& l.miles.§. sexaginta.de adulter.& vide dom.Angel.in l.j.§. nuntiatio.ff. de oper.no. nuntia.& in d.l.j.de ferijs.

ADDITIO.

Feriarum aliquæ solennes, vt quæ in honorem Dei, aliquæ minus solennes, vt quæ messium vel vindemiarum causa sunt inductæ, aliquæ repentinæ, vt quæ propter principis aduentum in vrbe statui solent, vt per gloss. & scribent.in c.fin.de feriis.& in l.j.ff.eod.titul.vbi Bald. dicit quòd feriæ repentinæ magis accedunt feriis inductis in honorem Dei, quàm aliis: & propterea eis per partes nō potest renuntiari.d.c.fin.in fin.Alex.consil. xxxvj.libr.ij. Aliquæ etiam sunt feriæ statutariæ, de quibus iudicatur prout de feriis inductis à iure communi, secundum Bal. post Cin.in d.l.j.in fin.ff.de feriis. Alexand. consil.cxxx. in causa.colum.iij.lib.iiij.Et nota quòd feriæ vindemiarum obseruari debent etiam in locis illis in quibus vinum non colligitur: & dantur illis tales induciæ vt tempore commodiori possint sibi de vino prouidere, teste Innocent.& aliis, in c.conquestus. in finalib. verb. de feriis.vbi etiam Innocent. decidit quæstionem quæ de facto sæpius occurrit, quando scilicet citatur absens, in cuius loci habitaculo feriæ obseruantur quæ non sunt in loco iudicij, an valeat iudicium? & decidit quòd sic. cum quo ibi transeunt Bald.Butr.Imol.& Abb.

CLXXVIII.

Quilibet potest stipulari locis pijs & pauperibus, verbis directis in absentes.ita dixit glo.singul.j.q.vij. c. quotiens cordis oculus.& Bal.in l.illud.de sacrosanct.eccle. facit l.si quis pro redemptione.C.de donat.

CLXXIX.

Dispensatio est stricti iuris.text.est in capit.j. de fil.præsby. Item iurisdictio delegata est stricti iuris.cap.j.de rescri. in vj. ideo non debet excedere eius fines. l. diligenter. ff.manda. Item omnis dispensatio præsupponit veritatem in contrarium: quia producens instrumentum legitimitatis probat se non legitimè natum. ita dixit Bald. in l.pen.C.de iur.aur.annul. Similiter allegās repudium fatetur matrimonium præcessisse.gloss. in l.si mihi & tibi.§.fina.de lega.j.

CLXXX.

Item per dispensationem non mutatur qualitas rei vel personæ, sed augetur.l. falsa demonstratio. §.j. de condit & demōst.Item imago repræsentat similitudinem non propriam essentiam: secundum Bald.loco præalleg. Et verbum ciuis, generaliter sumptum locum habet in eo qui ex statuto debet haberi pro ciue: secundum Baldum loco præalleg.

CLXXXI.

Iudex laicus non potest in ecclesia iurisdictionem exercere.c.decet domum.de immu.eccle. secus in ecclesiastico secundum glo.ibi approbatam.

CLXXXII.

Quando fit prorogatio dicitur fieri cum eisdem modo & qualitate quibus primò facta fuerat.vt voluit gloss.sing. in cap.hi qui authoritatis.de præben.in vj.& habetur in l.repetita.C.de epis.& cleric.

CLXXXIII.

Siquis velit se excusare à dolo præsumpto, si quid accipiat de littore maris protestetur se non facere animo lucrandi.ita dixit gloss.singul. in c. si quid inuenisti. xiiij.q.iiij. facit l.falsus.§.si nec.de furtis. Item præstatio mercedis excusat à dolo præsumpto.l.quicunque.cum gloss. C. de ser.fugi.& l.j.§.j.cum glo.de receptatoribus.

CLXXXIIII.

Filius bastardus non dicitur propriè filius. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie.iur.Nec includitur in dispositione legali quantum ad commoda & honores. ita dixit gl. not.in clementin.j.de baptis. quia non succedit in feudo nec in emphyteusi ecclesiastica cum & feudū & talis emphyteusis adscribatur honori & dignitati. ita dixit Bald.in l.generaliter.C.de insti. & substi. Nec possunt portare insignia & arma paternæ domus: cùm insignia præ se ferant honorem secundum eum ibidem.& an sequatur bastardus cognationem patris naturalis. vide Bart.in l.pronuntiatio.de verbo.signi.& in l. tutelas. de cap.dimi.& doct.in l.fin.C.ad leg.Iul.maie.

CLXXXV.

Licentiatus Bononiensis iurauit non conuentuari alicubi, vult subire examen Paduæ, an possit? consultum fuit per dom.Fran.Zab.& per totum collegium. Pad.ꝙ poterat. allegabant pro deci.ca.cum inter P. extrà de renuntiat. vbi iurans beneficium primò renuntiatum amplius non petere, si iterum eligatur, potest iterum petere.

CLXXXVI.

Mille passus faciunt miliare.l.mille passus.de verb.sig. & l. j.ff.si quis caut.Stadium verò est viij.pars miliaris.glo.j. §.vniuersitatis.inst.de re.diui.& plenius in prin. sui. Et mensura v.pedū facit passum.glo. & docto. in l.iij.ff. de verb.sig.& per Bar.in d.l.j.Et mensura xv.digitorū facit pedem.secundum glo.not.in c.sicut.xvij.q.iiij.

CLXXXVII.

Promittens se sistere in iudicio si impediatur à magistratu sine dolo suo, potest excipere aduersus stipulantem. secus si à priuato.l.ij.§.si.ff.si quis cau.& isto secundo casu condemnatur in expensis, iuxta glo.not.in c.venerabilibus.in verbo captus.de senten.excomm.in vj. vbi est ratio diuersitatis.

CLXXXVIII.

Vbicunque reperitur aliquid decisum de iure Cano.idem seruatur in terris imperij de iure ciuili.c.j. de oper. no. nunt.c.super literis.de rescri.no.in l.priuilegia.de sacro sanct.eccle. Item quod est decisum de iure ciuili si contrarium non caueatur de iure cano. seruatur de iure cano.in locis ecclesiæ.gl.est in c.fi.de reg.iur.in vj.

CLXXXIX.

Actor debet dare copiam libelli reo suis expensis. ita dixit in cle.sæpè.de verb. sign. nisi mos iudiciorum aliter se habeat.l.iij.in fin.ff.de testi. & voluit Bart. in auth. offeratur.C.de lit.con.Et si emendet libellum actori debet dari noua copia & noua dilatio ad respondendum: vt dixit Ange.in l.j.in verb.cum adiicit. de verb. oblig. facit quod not.in l.præcipimus. §. in his autem. C. de appel.

CXC.

Non est necesse actionem edi in libello.c. dilecti. de iud. licet de iure ciuili fit disputatio.vide glo.in authen.de exhi.reis.§.sancimus.& in l.j.ff.de edendo.

CXCI.

Iudæi tenentur portare signum, vt discernantur à Christianis.vt habetur in c.nonnullis.extrà de Iudæis.

CXCII.

Consuetudine probatum est, non ecclesiæ præcepto, ne die sabbati comedantur carnes.vt habetur in c.ij.§.ij.de obseruati.ieiunior.

CXCIII.

De canonizatione martyrum vide in cap.j. de reliq. & venera.sanctor.

CXCIIII.

Parisijs prohibitum est legi, & audiri leges.iux.not.in c.super specula.extrà de priuileg.& exces. priuilegiator.Itē clerici & monachi non possunt studere legibus, & medicinæ,

dicinæ, & possunt repelli de scholis à doctoribus. cap.j. ne cleri.vel mona.in vj.

CXCV.

Appellatio interposita vltra decem dies est nulla ipso iure. auth.hodie.C. de appel. Nec interposita potest confirmari, licet in ea procedatur per partes.ita dixit glo.sing. in clem.si appellationem.de appel.ideò tali casu non impeditur executio sententiæ.l.duo iudices.cum glo. ff.de re iudi.& l.iiij.§.condemnatum.eod.titu.& dies dati ad appellandum sunt vtiles à principio.l.ij.§.biduum. quãdo appel.fit.& in progressu continui.gl. in c. non solùm. in ver.decendium.de appella.in vj.Nec reuocarentur attentata interim.glo.in c.non solùm.prædi. Et not.quòd si quis ineptè appellauerit, & est infra tempus appellationis, potest iterùm appellare. not. Oldra. in l.propter litem.§.si quis in appell.ff.de appel.Et not. quòd appellans simpliciter, & ad superiorem simpliciter, videtur appellare ad iudicem competentem.not.Bartol. in dict. §.si quis in appellatione.

CXCVI.

Monachus intantùm priuatus est propria libertate, vt electus in Papam non possit acceptare sine licentia abbatis.vt not. gloss. xvj. q.j.capit. quàm sit. quæ est singularis ad hoc.

CXCVII.

Iudex debet habere notarium qui scribat acta.capit. quoniam cõtra.extrà de prob.facit l.præcipimus C. de app. & valet eius scriptura facta etiam sine iudicis commissione.Similiter potest recipere relationem nuntij sine iudicis commissione: recipere autem testes nequaquam, vt notat Bald. in d. l.præcipimus. Et acta debent probari per scripturam.l.ne in arbitris.vbi Bart.C.de arbitr.

CXCVIII.

Papa vbi habet temporalem iurisdictionem, & vbi vertitur periculum animæ potest legem tollere.iuxt.gloss. not.in capit.possessor malæfidei. de regulis iuris libr. vj. vide gloss.in capit.præsentium.de testi.& in capit.si post præstitum.de confes.libr.vj.

CXCIX.

Qui habet ius in principali causa, potest cauillationes, & malitias aduersarij per alias repellere.gloss. est in capit. cupientes. circa princip.in verbo malignantium.de electione.lib.vj.

CC.

Statutum disponens aliquid fieri debere de concordia aliquorum, requirit omnimodam concordiam, adeò vt illud fiat nemine discrepante: iuxt.gloss.not.in capit.cupientes.§.ad hoc.in verb. concordiam. de elect. in vj. & vide in §.Cato.& est gloss.in c. vbi periculum.de elect.in vj.& text.in c.in causis.de elect. licet in contrarium faciat capit.j.de præben.& clemen. non potest. de re iudica.Idem si dicatur vnanimiter. cap. bonæ. el ij. & capit. vnanimiter.de electio.licet faciat in contrarium cap.ad aures.extrà quod metus causa.

CCI.

Dies præfixa solutioni facit, vt nedum debitor offerre debeat se paratum satisfacere, ne incidat in pœnam, sed etiam vt pecuniam offerat.l.magnam.C.de contr.& commit.stipu.& l.si fundus.in fin.ff.de leg. commiss. secus si non sit præfixa dies: quia sufficit offerre se paratum soluere.c.cupientes.§.si verò in discordia.cum glo. in verb. contempserit.de elect.libro sexto.

CCII.

Appellatio ab interlocutoria debet fieri in scriptis: iuxta glo.in cap.j.de censi. & procur. libr. vj. siue fiat incontinenti, siue ex interuallo.c.j.cum gl. de appel. in vj.secus quando à diffinitiua.vt ibi glo.contrarium dixit glo. de iure ciuili, in l. ij.ff. de appella. vide Bart. omninò in l. eius qui. de appel.reci.vbi tenet secundum glo.

CCIII.

Interdictus ab administratione quousquè non fecerit tale quid, impleto facto intelligitur absolutus, nec habet necesse expectare sententiam absolutionis. ita dixit gloss. nota.in capi.exigit.de censi.& procurat.lib.vj.

CCIIII.

Clericatus dicitur esse dignitas.cap.j.de vit.& honestat.clericor.& l.eum qui. C.de Episcopis & clericis.

CCV.

Appellatio in scriptis potest probari per quamlibet scripturam: cautius tamen & melius est vt redigatur, & sic probari possit per publicam scripturam, & authenticum sigillum. ita dicit glo. in capit.j.in verb. in scriptis. de appel.lib.vj.

CCVI.

A sententia interlocutoria appellari debet infra decẽ dies. auth.hodie.de appel.& cap.Romana.§.si verò. de appellat.in vj. quòd si infrà non fuerit appellatum, interlocutoria transit in rem iudicatam quoad partem, non quoad iudicem.iuxt.glo.not.in dict.§.si verò.& in c.venerabilibus.in verbo, decendium.de sent.excom. lib. vj. Appellatio ab interlocutoria debet continere causam grauaminis.vt not.Bart.in l.j.§.quæsitum. de appellat.& latè in l.ij.ff. de appel.recip. aliàs habetur pro non appellante: vt extrà eod. c. cordi nobis. & debet iustificari ex causis insertis, non ex alijs, vt not. eleganter Bartol.in l. eius qui.de appel.recip.

CCVII.

Bigamus est qui duas vxores virgines, vel viduã solam, vel aliam corruptam vxorem ducit.capit.j.cum gloss.de bigam.in vj.Qui extunc cùm bigamus fit, si clericus erat, perdit priuilegium primæ tonsuræ.cap.j.de cleri.coniu. in vj.Aliàs non bigamus vxoratus retinet dictum priuilegium.dict.capit.j.

CCVIII.

Excommunicatus non potest conuenire, reconuenire, patrocinari, testificari, & testari.vide Bar.in l.si quæramus. in fin. ff. de testam. conficiet instrumenta publica, si sit tabellio: potest tamen se defendere si conueniatur.Item non potest compensationem obiicere.vt voluit Bart. in l.ampliùs non peti.rem rat. haber. item non potest esse procurator in aliena causa.cap.decernimus.cum glo.de sentent.excommu.lib.vj.facit cap.j.de rescrip.

CCIX.

Percutiens ingredientem religionem, etiam si nondum sit professus, incurrit excommunicationem maiorem. xvij. q.iiij.cap. si quis suadente diabolo. & capitulo religioso.§.quamuis.de senten.excommunica.lib. vj. vide cap. cupientes.§.ad hoc.de electione.lib.vj.

CCX.

Tabellio in instrumento debet ponere locum contractus. voluit gloss.in data vj.lib.de regul.iur. item debet ponere sigillum suum si ita se habet consuetudo, aliàs non probaret, vt voluit Bartolus in l. ad testium. §. si signa. ff.de testamen.

CCXI.

Cùm quid alicui vna via prohibetur, ad id alia via admitti non debet.cap.cùm quid.de regu.iur. in vj. quod est verum, si prohibitio se habet principaliter ad prohibitum: secus si ad viam & modum prohibendi. vt voluit gloss.& Dyn.in dict.cap.cùm quid.

CCXII.

Dictio extunc, notat extremitatem temporis. glo. in c.j. de vsur.libr.vj.Bart. in extraua. ad reprimendum. in verb. exnunc.glos.in l.fin.ff.de iure delib.gloss. in authent. de

nupt.§.sed & captiuitatem.vide tex.expressum in l.si bis legatum.ꝑ.j.de condit.& demonst.vbi vide glo.de dictio ne,cùm.& text.in l.huiusmodi.de verbo. oblig. & in l.lecta.si cert.peta.quandoque tamen exponitur tunc,id est eo casu.l.epistolam.§.fi.ff.de arbitr.

CCXIII.

Institutio de iure canonico, potest pendere ex alieno arbitrio.c.cùm tibi.cum gloss. extrà de testam. licet secus de iure ciuili.l.illa institutio.cum simil.de hæred.insti.vide Bart. in l. qui in potestate.ff. de testamen. item facta ad pias causas, de iure canonico valet institutio. vt voluit gloss.in dict.capit. cùm tibi.secus de iure ciuili.l.discretis.C.qui testament.facere possunt.iuncta l.iubemus.C. de testament.

CCXIIII.

In prima citatione debet citari dominus,non procurator. vt not.glo.in c.causam.extrà de dolo & contum. Bartol. in l.ij.C.de iur.reipub. lib. vj. vide Bartol. omnino in l. meminerint.& in l. eum qui res.C. de procur. & in l.solent iudices.de alim.& ciba.lega.& l.j.§.si procurator.ff. si quis ius dicent. non obtemp. & in l.hoc ampliùs. cum seq.ff.de damn.infe.

CCXV.

Licet nemo sibi ius debeat dicere:vt C.vt nemo &c, tamen si magistratus requisitus neget iustitiam, poterit authoritate sua sibi ius dicere.glo.notab.prima distinction.canon.iusgentium.& Innoc.in c.cùm olim.de rest.spoli.

CCXVI.

Eo ipso quòd quis efficitur monachus,nedum iura bona actionis in monasterium transfert sibi de præsenti competentia, sed etiam ius & facultatem succedendi ex sua persona in hereditate sibi delatis & in futurum deferendis,vt voluit gloss.singul.xviij.q.j.cap.statutum.

CCXVII.

Pupillus impropriè dicitur intestatus decedere.Bart.in l.j. de suis & leg.Salic.in l.cum antiquioribus.C. de iur. delib.Ioan.de Imol.in l.centurio.de vulg. Bald.in capit.j. in prin.de succes.

CCXVIII.

Spado continendo se à coitu, item pauper parce viuendo, non mendicantur:quia hoc ex necessitate faciunt,vt dicit glo.in cap.de pœnitentiis.

CCXIX.

In rescriptis attenditur tempus datæ.cap.si eo tempore.de rescriptis.in vj.

CCXX.

Dictio penitus,est dictio præcisa,no.gloss.in capit.j. de postul.prælat.in vj.

CCXXI.

Testi interrogato de credulitate non est dandum tempus ad deliberandum : quia potest ex præsumptione suam credulitatem informare ipse tunc.vt voluit gloss. not.in c.quósdam.extrà de præsump.vide glo.in c.præsentium. de testib.& in c.si post præstitum.de confes.lib.vj. glo.in l.qui interrogatur.de interrog.acti. Item testis deponés etiam cum iuraméto se ita credere postea ex interuallo temporis melius informatus potest dicere se aliter credere,nec punitur de falso:iuxta gloss.& doct.in l.de tutela.C.de in integ.resti.mi.facit glo.in l.ij. C. de iuramento cal.oportet tamen quòd alleget : quia diuersum credit,vt ibi.per Baldum.

CCXXII.

Concessio facta non obst. quibuscunque constitutionibus & statutis non tollitur per statutum iuratum:vt est gloss. singul.in c.cum non deceat. de elect. in vj. Item dispositio facta non obst.quibuscunque pactis & conuentionibus non tollit pactum seu conuentionem iuratam:iuxta glo.in cle.dudum.§.pe.in verbo pacta.

CCXXIII.

Consuetudo reprobata excusat à pœna temporali : iuxta gloss.in cap.venerabilis. de consue.non gehennali.gloss. ordi.iiij.distin.cap.denique.

CCXXIIII.

Sententia lata à iudice per metum est nulla ipso iure. cap.j. quod met.cau.lib.vj.& est gl.xj.q.iij.cap.quatuor. & voluit gloss.in l.j.§.j.ff.de autho.tu. & vide gloss. in l. si mulier.ꝑ.si dos.ff.quod met cau.

CCXXV.

Vbi requiritur cognitio summaria sufficit actorem iurare se non petere animo calumniandi dict.l. si is à quo. cum gloss.ff.vt in poss.leg.

CCXXVI.

Absens non potest per literas alicui de vniuersitate committere vicem suam.text. est singularis in cap. si quis iusto.in fin.de elect.in vj.

CCXXVII.

Probatio debet de necessitate concludere. c. in præsentia. extrà de probat. & l. non hoc. vbi gloss. & doct. maximè Ang.C.vnde cognati.& Bart.in l.si per alium. §. docere. ff.ne quis eum qui.& text. in l.non natales. C. de proba. & Bart. in l. de minore.§. tormenta. ff. de quæstio. Item debet fieri præsente parte aduersa verè & fictè: vt not.in authen.at si omnis. C.si vt se ab hæred. ab. Item fieri debet lite contest. capit. quoniam frequenter. extrà vt lit. non contesta. Quod est verum in causa prin. secus in emergenti:vt not.in l.inter vtile.ff.de minori.

CCXXVIII.

Iurisdictio delegati per episcopum re integra morte delegantis expirat. cap.j.de officio vica.libr.vj. Secus in delegato summi pontificis,vbi re integra non expirat.cap. gratum.de offic.deleg.

CCXXIX.

Citatio perpetuat iurisdictionem.c.gratum.de offic.deleg.

CCXXX.

Sententia lata à iudice incompetenti est nulla ipso iure.gl. singul.in cle.sæpè.de sequest.pos.&c.

CCXXXI.

Sacramentum non potest præstari per tactum pedis,pectore,cubito,& alio tactu corporeo,excepta manu:vt no.gl. in c.vt circa. de elect.in vj. Quòd si fuerit delatum non valeret:quia videtur eius ministerium vilipendi.Bald.in l.ij.ff.de iureiurand.ex quo limitatur l.iij.ꝑ.iurari.ff.eo. vt eo modo præstetur quo est delatum,modo eius mysterium non vilipendetur.facit glo.j.in §. etiam sacramenta.de pace iuramento fir.Bald.in l.ij.de iureiuran. dicit quòd testis deponens dictum cum iuramento non tactis scripturis cum manu , non deponit legitimè. & Spec.in titu.de test.§.sequitur.vers.& not.quòd testis.vide glo.& Bart.in l.iureiurand.C.de testib.

CCXXXII.

Clericus non potest conueniri sub iudice laico etiam si renuntiet foro.c.si diligenti.de foro compe. Fallit in feud. c.cæterum.de iudicijs,& in reconuentis secundum glos. communiter approbatam. c.at si clerici.de iudic.

CCXXXIII.

Appellatione partis venit dimidia.l. nomen filiarum.§.portionis.de verb.signi. Quod est verum nisi verbum pars qualificetur per verba aliqua distributiua. gloss. in clemen.j.de verb.signific.& Bart.in l.interdum.ꝑ.pater.de hæred.insti. & notat.in l.j.de acqui. hæred. vide omnino Bald.in c.j.in fin.de contro.feu.& Bart.in l.j.C. quando & quibus iiij.pars.de.lib.x.

CCXXXIIII.

CCXXXIIII.

Scribens literas excommunicato perinde est excommunicatus, ac si præsentialiter loqueretur cum eo. gloss. est in c.cùm quis.de sent.excommu.in vj.

CCXXXV.

Promissor facti liberatur præstando interesse.l.stip.nòn diui.cum simi.ff.de verbo.oblig. Fallit quando promisisset reus seruare stipulatorem indénem: quia in huiusmodi obligatione cogitur precisè ad factum.ita dicit not.Bar. in l.pater.in prin.ff.de dot.prælég. quem sequitur Bald. in l.ij.C.de hæred. vendi. Fallit etiam si talis promissio fiat in iudicio: secundum gloss. in l. filiusfami.§.fi.ff.de procur.vbi vide Bart.& in d.l.stipu. Fallit si tali promissioni adiiciatur iuramentum.ita dixit gloss. singul. in l.si pecuniam.circa prin.ff.de condi.ob causam. Fallit in l. qui restituere.ff.de rei vendi. vide Bald. in l. j. C. de sen. quæ pro eo quod interest. Fallit vbi obligatur ex dispositione legis.l.ij.vbi Bart.ff.de euict. Item antequam patiatur damnum, ille cui promissa est indemnitas, potest petere vt eximatur ab obligatione: secundum Baldum in l.si quis mandato.de neg.gest.

CCXXXVI.

Si contrahens cùm prestatione arrarum contractū non impleat, amittit arras.l.contractus.in prin.de fide instrum. & quanti interest alterius partis damnabitur: ita dixit Bart.not.in l.j.§.vnde quæritur.ff.de publica.vide glo.in §.j.in verbo, compellitur.institu.de contrahen.emptio.

CCXXXVII.

Si parti assignetur terminus ad probandum, non sufficit in termino instrumenta probatoria producere: nisi producens petat de illis instrumentis copiam aduersario dari: ita dixit Bar.in extrauagan.ad reprimendū.in verbo, de plano.per text.in l. fin. de fide instru. adde Bart.in l. damni.§.Sabi.de dam.infect.& vide in l. j. de excep. Item adde quòd terminus datus iudici ad enuntiandum videtur datus partibus ad probandum: secundum Bartol. in l.Iulianus verum debitorem.ff.de condi. indebi.& in d. extrauag. ad reprimen. vide quod aliqui ponunt in l. pro perandum.§.sin autem ex gestis.C.de iudic.

CCXXXVIII.

Bonæ fidei possessor & sine titulo tenetur fructus naturales restituere.sed bonæ fidei possessor cum titulo nullatenus restituit: ita dixit Bar.not.in repeti.l.fructus.de rei vendi.per l.bonæ fidei emptor.de acqui.rer.do.

CCXXXIX.

In dubio non præsumitur delictum.l.merito. ff. pro soc.l. fluminun.in fi.cum glo.in verb.non teneri.ff.de damno infect.& voluit Bart.in l.gerit.ff.de acqui.hære.

CCXL.

Quidam accusauit alium, quo facto fuit exbannitus: accusatus dicit super ista accusatione non esse procedendum stante statuto, quòd querimoniæ exbannitorum non exaudiuntur. dicit Barto.procedendum esse in l. Vranius. ff.de fideiussori.

CCXLI.

Defendens causam alienam cum mandato, si succumbit, repetit sumptus actione mandati.l.etiam. C. mand. quod intellige iuxta no.per Bart.in l.iam tamen.§.in hac.iud. solu.vbi eleganter vide per eundem de negot. gest. &c. & l.si præcedente.ff mandat.

CCXLII.

Contra instrumentum in scriptis non probatur per testes, sed per scripturam. l. generaliter. cum simil. C. de non nume.pecu. Fallit in præsumptionibus resultantibus ex instrumento, quæ in eo non comprehenduntur: quia probatur tunc per testes.ita dixit Bartolus not.in l.quicunque.C.de apoch. pub. libr. x. item fallit si quis velit probare non interuenisse solennitatem in obligando: vt voluit glo.& Bart.in l.iurisgentium.§.si pasciscar.ff.de pact.& vide Bal.in d.l.generaliter.

CCXLIII.

Licet vẽditor dicat se nolle teneri de euictione, nisi de facto suo, tamen si euincatur ex facto authoris sui ipse remanet obligatus, prout si ex facto suo euinceretur.ita dixit not.Bart.in l.seruus.de cond.furt.& Bald.in cap.j.in fin. qui succ.te.in vsi.feud.item promittens de facto suo tantùm, tenetur de facto successoris.vide Angel.in l.stipulatio.§.j.de verbo.obligationibus.

CCXLIIII.

Popularis magnæ ciuitatis cæteris paribus anteponendus est nobili paruæ terræ.ita dixit not.Bartol. in l.j.de Alexand.prim.libr.xj.& qui dicantur nobiles, Bartolus in l. j.C.de dignit.libr.xij.

CCXLV.

Implorans auxilium, dicendo accurrite, videtur omnes vocasse specificè.ita dixit Barto. in l.prohibitum.C.de iur. fisc.lib.x.& in l.culpa caret.per l.prætor ait. §. si quis. vi bonorum raptorum.ff.

CCXLVI.

Exceptio illa, quam de euictione &c.opponi potest ad processum, & ad merita causæ, ita quòd & ante litem contestatam, & post.ita dixit Bartol.in l. & instrumenta. C. de fid.instru.& sic ista exceptio dicitur exceptio litis finitæ, & impropriè. item omnis exceptio, quæ potest incontinenti probari, impedit litis ingressum. Specul.in titu.de except. §. dicto versic. sed quid in appellat. & vide in §. æquè.Institut.de exceptionibus.per Aretinum.

CCXLVII.

Pater instituti excludit substitutum. ita voluit Bart. in l.j. de vug.& pupil.& in l.iij.C.de hæred.instit.& est glo.in l. fi.§.j.in verb.recusante filio.de bon.quæ liberis

CCXLVIII.

Notarius si stipuletur tanquam notarius, præsumitur stipulari vt publica persona: idcirco ex eius stipulatione queritur vtilis sine cessione: sed considerandum est, vt cedatur si est præsens.vt not.Barto. in l. si pupillus. rem pup. sal.for.De iudice, & sacerdote, & notario stipulantibus, Bar.in l.j.§.exigere.de mag.cõuen.vbi etiam de arbitro.

CCXLIX.

Vbi per procuratorem quæritur actio vtilis domino, ibi per nego.gesto.quæritur etiam vtilis ratihabitione secuta.l.iij.§.j.iudicat.sol.& ibi Barto.

CCL.

Hæres hæredis ex beneficio iuris deliberandi ad eum transmisso excludit substitutum.vt voluit glo.& Bal.in l.iij.ff. de acquir.hæred.& Bart.in l.j.ff.de vulg.& pupil.

CCLI.

Restitutio in integrum non potest peti per procuratorem, nisi habeat speciale mandatum.l.illud.§.j. & l.patri.§.j. ff.de minorib. Fallit si petatur in articulo causæ.text.est singular.& ibi Bartol.in l.qui proprio.§.item quæritur. ff.de procurat.& voluit Ioan.And.in cap.coram fœlicis. extrà de in integ.rest.

CCLII.

Expulsus de possessione vi, potest illicò expellentem expellere, & possessionem recuperare, nec tenebitur de interdicto de vi & vi arma. Ex interuallo autem si faciat, tenebitur.text.est cum gloss.in l.j.§.qui vi à me.& in l.qui in possessione.ff. de vi & vi armat. Turbare autem eum in possessione, potest etiam ex interuallo, licet non expellere.text.est cum glo.not.quem ibi multum exclamat Bar.

in l.j.§.fi.vti possid.& dicit Bart.in l.j.C.eod.titulo.

CCLIII.

Sumptus facti gratia conseruandorum fructuum, possunt repeti à quocunque etiam malę fidei possessore.l.fundus qui.ff.fami.erciscund.& l.si à domino & patre.§.fructus. ff.de petit.hæredi.vide Bar.in l.cùm quæritur.§.prędiis. ff.de leg.iij.& in l.quod dicitur.ff.de impens.in reb.dot. fact.& vide Roma.in suis singu.Fallit in decimis soluendis ecclesiæ.extrà de decim.cap.cùm habens.& cap. tua nobis.de quo plenè in c.pastoralis.eod.tit.Quid si rusticus malæfidei possessor fundum coluit opera sua,an possit in restitutione repetere sumptus quos fecisset, nisi opera sua coluisset.dixit Bar.& Bald. no.in l.si quis sciens agrum.C.de rei vendic.ꝙ sic.Mouetur,quia opera succedit loco pretij.vt l.societas contrahitur.§.j.ff.pro soci.

CCLIIII.

Offendens inimicum pugno tantùm, si habeat cultellum ad latus,dicitur insultasse eum cum armis: quia propter cultellum redditur timidior.hoc voluit Bart.not.in l.iij. §.qui armati.ff. de vi & vi arma. Vbi autem esset equester,& inermis non diceretur insultasse cum armis. Bal. in cap.j.de duo.fra.de no.benefi .inuest.

CCLV.

Res furtiua vsucapi non potest.§.furtiuæ.Inst. de vsucapio. vbi dixi.Subrepta autem iacente hæreditate sic.casus est singul.secundum Bart.in l.si homo.ff.de vsucap.

CCLVI.

Quid operetur stipulatio, & de expensis & interesse promisit stare dicto suo,& iuramento.vide Barto.in l.fin.de prætor.stipulat. Et quid operetur promissio quanti ea res erit. vide gloss. & Bartol. in l. nouissimè. quando ex fact.tuto.

CCLVII.

Probatio dicitur clara & manifesta, etiam si fiat ex coniecturis.ita declarat Bart.not.in l. si quis ex argentariis.§. fin.ff.de edend.& habetur in l.licet Imperator.ff. de leg. j.& in l. si quis locuples. ff. de manu. test. & per glost. in l.si tutor petitus.C.de pericu. tuto.& not. in l.secunda, ff.de excus.tutor.

CCLVIII.

Tutor & executor,siue commissarius,ęquiparantur. l. tutela plerunque.ff. de tut. nec potest dari tutor incertus. l. duo sunt Titij. ff. de test.tutel.executor autem sic, veluti prior S.Dominici,qui fuit tempore testamēti mei. Bart. in l. quidam relegatus.ff.de reb.du.&c.

CCLIX.

Si deportatus & aliàs relegatus, reddatur ciuitati per verbum restituo, intelligitur restitutus & bonis & honoribus & famæ.text.est cum gloss.in l.ij.C.de sent.pas.licet contrarium faciat l.ij.ff. eo. & l.j. ff. ad legem Iuliam de ambit.Secus est si per verbum indulgeo : quia tunc tantùm ciuitati redditur.l.iij. C.eod. & est gloss. in §. cùm autem is.instit.quib.mod.ius pat. pote.sol. Quid si per verbum rebannio, tunc idem ac si per verbum restituo. Bart.not.in l.j.§.fi.ff.de quęstio.idem si per verbum reddo.l.etiam.in princ.de bon.liberto. vide not. in l. si marito.soluto matrimonio.facit l.filio quē pater.de liber.& posthu.& vide Bart.in l.fi.C.de sententiam passis.

CCLX.

Falsus tutor non potest authorari pupillo in adeunda hæreditate,& aliis contractib.l.si is qui pro tut.ff. de eo qui pro tut.Quod est verum nisi prætor legitimet personam suam.ita dixit Bart.in l.ij.ff.de appell.recipi.& Iacobus de Are.& Bar.& doctor.in l.licet.C.de procuratoribus.

CCLXI.

Statuto cauetur propinquos debere compelli ad compromissum, an à laudo posteà secuto possit appellari. dicit Bart.no.quòd sic.in l.fin.ff.à quibus appell. non lic.facit l.si quis maior.ibi,nullo cogente.& ibi Bart. C.de transact.& glo.fin.in l.arbitrio.ff.qui satisdare cogant.& adde Bart.in l.apud Iulianum.in princip.ff.ad senatusconsultum Trebellianum.

CCLXII.

Reus principalis potest procuratorem suum releuare ab onere satisdandi iudicatum solui.§.si verò aliquis.Instit. de satisda. A nuda autem cautione non releuat, nisi daret alium pro fideiussore. vt not. Bartol. in rubric.ff.iudic.solui.facit quod not.Barto.in l.actor.in fin.j.colum. ff.rem rat.haber.

CCLXIII.

Vbi de iure ciuili & municipali laudum parit actionem, iuxta no.in l.ne in arbitris. & l.plura. C. de arbitr. tunc potest peti executio d.laudi per actionem in factum. ita dixit Bart.not.in l.ij.C.vbi & apud quem.

CCLXIIII.

Pupillus etiam infans potest citari.est text.& ibi Bart.in l. j.§.sufficit.ff.de admi.tut. vbi vide gloss. quod not. item patitur missionē in possessionē ex primo decreto. l. hæc autem. in prin.ff.quibus ex cau.in poss.ea.& ex secundo decreto in l.in possessionem.§.ſ.eod.titul.secus in adulto.l.si minor.ff.de bon.autho.iudicum pos.

CCLXV.

Testis deponens de eo quod consistit in intellectu, debet reddere causam sufficientem sui dicti etiam si non interrogetur.vide Bart.in l.si is qui.ff.de tut.& cu. da. ab his. in his verò quæ consistunt in sensu corporeo valet eius dictum sine redditione causæ,nisi fuerit interrogatus:vt not.per Doct.in l.solam.C.de testibus.

CCLXVI.

Si res pignoretur pro tam magna quantitate quòd non sit spes luitionis, tunc potiùs dicitur alienata. l. legata supellectili.§.fin.de supel. leg. & l.qui habebat.vbi Bartol. ff.de leg.iij.adde not. in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip.

CCLXVII.

Testes examinati coram arbitro faciūt fidem inter easdem partes coram iudice ordinario.l. pen. §. fin. C. de arbi. secus si coram arbitratore, nisi sint examinati ritè & rectè seruata forma iudicij. ita dixit Iaco. Butr. & Bartol. in l.fin.C.de testib.

CCLXVIII.

A sententia arbitratoris datur recursus nedum ad arbitrium boni viri.l.si societatē.§. arbitrorū. & ibi Bartol. cum simi.ff.pro socio.sed etiam facultas appellandi.not. Bart.in l.fin.ff.de ap.reci.& ibi Angel.de Aret. facit glo. in l.si qua pœna.in verbo de pœna.ff.de verbo.signi. vbi vide Bart.& Innocen.in cap.fin.quod met.cau.& no.in l. admonendi.in pen.char.ff. de iureiurand. Iuri petendi laudum reduci ad arbitrium boni viri nō potest renuntiari:vt not Bartol.in l.quidam cùm filium.de verb.obli. & l.j.à quibus ap.non licet.quod not.

CCLXIX.

Statutum loquens de habentibus rem,non extenditur ad eos qui ad rem possunt restitui:vt voluit Bart. in l.nemo videtur.ff.de in integ.resti.

CCLXX.

Potestates terrarum tenentur facere expensas eundi & redeundi ab officio vicario & collaterali suo,nisi in cōtrarium agatur.ita dixit Bart.in l.certa.C.de iure fis.lib.x.

CCLXXI.

In facto proprio non admittitur ignorantia. l. plurimum. ff.de iur.& fac.igno.& l.quisquis.C.de rescin. ven. Fallit in pupil-

in pupillo.l.qui iurasse.& ibi Bartol.ff. de iureiuran.& l. iij.§.proinde.& ibi Bart.ff.ad Maced.Item non præsumitur ignorãtia.l.fi.ff.pro suo. nisi sit factum à longinquo. l.peregrè. in prin. de acqui. pos. Item nisi esset intricatum,quod de facili memoriæ retineri non posset. l. emptor.§.Lucius.de pac. ita declarat Bart. in l.si quis delegauit.ff.de nouat. facit l. sed & si me putem.ff. de condi. indebit.Item nisi id de quo agitur est gestum per meum procuratorem.l.si res obligata.vbi glo.de lega.j.Item in facto antiquo facilius præsumitur error. gloss. & Bald. in cap.j.in fi.de feu.guard.

CCLXXII.

In alieno tamen facto admittitur ignorantia.l. fi. præalleg. & l.qui in alterius.de reg.iur. Et hoc nisi sit publicè notorium.l.sed & si pupillus.§.j.ff.de instito.& ibi Bart. facit l.nec supina. de iuris & fac. igno. & vide de materia Barto. in l.ij.de iuramen. calum.in materia positionis.& vide in l.j.de eo per quem fac. erit.& Bartol. & ibi not. in l.non fatetur.ff.de confes.

CCLXXIII.

Pacta apposita in contractibus ab habente potestatem legis condendæ habent vim legis ad ligandas etiam alias personas.ita dixit Bart.in l.Cæsar.per gloss.ibi.ff.de publica.allegat l.donationes.vbi est casus. C.de donat.int. vir. & vxor. Idem voluit Bartol. in tract. represal. in j. quæst.prin.ad fin.

CCLXXIIII.

Conuentus in iudicium si suo nomine respondeat & possideat immobilia, non cogitur cauere de iudicio sisti. ita dixit Bart.in l.hæc autem.§. rectè defendi. ff. quibus ex cau.in pos. eat..§.sed hodie.insti.de satisd. cum simi.Adde not.in l.sciendum.ff.qui satisd.cogan. Hoc est verum nisi aliàs conuentus fuerit contumax: quia possidens etiam immobilia tenetur cauere.ita dixit Bart.loco præalleg.vbi est parenthesis,&c.

CCLXXV.

Statutum quo cauetur, quòd mittens populum & gentem contra aliquam ciuitatem & castrũ puniatur,&c.dicitur verificari si mittat quatuor homines & inde suprà. quia tot homines faciunt populum & gentem: iuxta not. per Docto.in l.oues.ff.de abigeis.& per Bart.in l.prætor.§.j. ff.vi bono.rapt.& per gl.& Bar.in l.j.ff.de proba.

CCLXXVI.

Statuto cauetur, quòd homines talis villæ teneatur vnus pro alio:modo quidam est factus nouiter de illa villa, an tenebitur pro antiquis debitis, quæ fuerant contracta antequam crearetur homo eiusdem villæ?Bart.in tracta. suo de represal.in j.q.prin.versi.ad quartum.dixit quòd non. allegat l. prouidendum. C. de decurio. libr.x.vide eundem in l.incola iam.ff.ad municipales.

CCLXXVII.

Arbiter & arbitrator absoluens partes ab obseruatione iudicij non dicitur causam terminare.ita dixit Bartol.in l. generali.C.de decurio.lib.x. Quod not.ad statuta.

CCLXXVIII.

Licet in rebus corporalibus contra scientem siue ignorantem currat præscriptio.l.fi.C.de præscrip.30.ann. Tamẽ fallit quando dominus potest in integ. restitui per clausulã illã,si qua mihi iusta,&c.ita doct.in d.l.fi.& Bar.in l. j.§.si quis propter.de itine.actúque priuat. Quod habet locum si ductus est ignorantia facti non iuris, vt per Bart.in dict. §.si quis propter. & vide Bald. in l.j. in fin. C.de confessis,&c.

CCLXXIX.

Licet iudex eadem die possit & debeat iudicare de accessorijs ad id quod diffinitiuè iudicauerat, dummodo nõ lædat in aliquo, quod prius iudicauerat: vt l. Paulus. & ibi Bart. de re iudi. tamen potest reseruare taxationem seu declarationem eius quod accessoriè iudicauit etiam post dies & menses:ita dixit not.Barto.in l.si ex diuerso. §.vbi autem. ff.de rei ven. facit gloss. in l. terminato. de fruc.& lit.expen.vbi etiam hoc voluit Bald.

CCLXXX.

Quando agitur executiuè non habet locum l. properandum.de iudicijs,vt detur instantia.ita dixit Bart.in l. litibus.C.de agrico.& censit.lib.xj. Cõtrarium tenet Bal. & malè in l.ij.C.de iuramento cal.Si tamen agitur ex officio iudi.non est locus instantiæ.vt dicit Bald.in l.ij.circa fi.de execu.rei iud.vide in l.inter dies.de re iudic.

CCLXXXI.

Iniudicijs dicitur quasi contrahi.l.iij.§.idem scribit.& ibi Bart.ff.de pecul.siue lit. contest. siue sententia: vt l.ij.in fin.cum gloss.& ibi Bart.de prætor.stip.Item per delationem iuramenti quasi contrahitur.l. depositi. ff. de pecu. Item per confessionem:vt not.Bald.in l.cùm precum.C. de liber.caus. Quod intellige vt obligetur instantiæ non ei quod veniet in sententia: vt voluit Bartol. in rubric. iudi.sol.

CCLXXXII.

Statutum disponés de potestate ciuitatis,non comprehendit potestatem castri sibi subditi. ita dixit Bart. pro quo consueuit allegari l.iij.in fin. quod met.cau. & l. hos accusare.in princ.de accusa.& l.voluit.§.j. de interrog.act. & l.à diuo Pio.in prin.cum gloss.de re iudica.

CCLXXXIII.

Quotiens ex productione sententiæ facta per actorem ex sui lectura apparet innata defensio reo:iudex ex suo officio debet actorem repellere:etiam si per reum non opponitur.ita dixit Bartol.& doct. in l. vbi pactum. C.de transac.& glo.& Bart.in l.si vnus. §. pactus. ff. de pac. & vide Bart.in l.lecta.ff.si cer.pet.facit l.qui cùm maior.§. si patris.cum gloss.ff.de bon.liber.& fuit not. Innocent. in c.per tuas.de testibus.& cap.ex insinuatione.extrà de appel.& Bartol.in l.si Titius.de verbor. obligat. & vide Angel.de Aret.in l.eum qui ita.ff.eod.& in l. iiij. §. condemnatum.de re iud.

CCLXXXIIII.

In generali mandato venit id quod est de consuetudine.l.si priùs.§.j.ff.de aqua plu.ar.ita dixit Bartol.in l.si fraudator.ff.de his quæ in fraud.cred.facit l.si pignore.in fin.ff. de pig.act. Item venit id quod fuerat de consuetudine mandantis.l.& vniuersorum.de pign.ac. Quod intellige si fuit de sua consue.ordinaria.Barto.in l.Seio amico.§. medico.ff.de annu.leg.ita declarat quem videas.

CCLXXXV.

Appellatione carnium non venit laridum, nec appellatione vini venit acetum.Bartol.in l.j.de erog.mili.anno.lib. xij.vbi vide.

CCLXXXVI.

Concessum vni de correlatiuis,intelligitur concessum & alteri.l.fi.ff.de accepti.vbi Barto. Quod est verum nedum in fauorabilibus:vt l.non tantum.ff.de re iudi.sed etiam in odiosis & pœnalibus vbi militat eadem ratio. argu.l. j.cum ibi not.C.de adult.& glo.in l.j.§.j.in verbo ex vtroque latere.C.de rerum permu.& voluit Salic. in l.quamuis.C.de adult.facit l.ij. & ibi eleganter Bart. C. de cupres.ex lu.daph.lib.xj.facit l.fin.& ibi Bart.& doc.C. de indi.vid.tol.& l.culpa.de malefic. & mat. & gloss. in authen.sed nouo iure.C.de nupt.

CCLXXXVII.

Priuilegium ne exigatur nisi in quantum facere potest, si neget causam priuilegij non potest eo vti.l.sed hoc ita.§. j.de re iud.& l.verum.pro socio.& vide Ang.de Areti.in d.l.sed hoc ita.Nec sufficit in tali negatione,nego narrata prout narrantur.ita dixit no.Bart.in l. si dubitetur.§. j.ff.de fideiuss.&vide Ang.in §.Item socius.instit.de acti.

CCLXXXVIII.

Quando duo æquiparãtur à lege veteri ius de nouo statuẽs

in vno eorum, extenditur ad aliud in materia etiam correctoria. l. si quis seruo. vbi gloss. Bartol. & Docto. C. de fur. & l. quod contra. de legi. & in l. cunctos populos. per Bartol. & hoc est quod dicitur statutum pati interpretationem passiuã, vt ponit Angel. in d. l. si quis seruo. facit gloss. in l. pen. C. ad exhi. facit glo. in authen. sed nouo iure. C. de nupt. Et hoc verum quãdo in æquiparatis à lege veteri erat omninò eadem ratio: vt not. in cap. j. ne cler. vel mon. Et habet locum etiam istud si lex noua dispone ret taxatiuè per dictionem tantum: vt not. in l. si mora. solu. matr. & vide Bartol. in l. si constante. in vij. colum. ff. eod. item in materia correctoria, & pœnali fit extensio de casu ad casum vbi agitur de periculo animæ. ita limitat Hostien. & Ioan. Andr. in cap. cùm contingat. de iureiur. authentic. quas actiones. de sacrosanct. eccle. & Imol. in l. si verò. ʃ. de viro. solu. matri. & in præal. cap. cùm contingat. in xxxiij. chart.

CCLXXXIX.

Lex disponens duo quo ad omnia debere æquiparari, intelligitur in his in quibus possunt æquiparari. l. j. ʃ. item lex Falcidia. & ibi singulariter Bart. ff. ad leg. Falc. & est gloss. singul. in l. mancipia. C. de ser. fug.

CCXC.

Vbi quis tenetur de dolo tertij, nunquam contra eum probatur interesse per iuramentum in litem. ita dixit not. Bart. in l. j. ff. quan. ex fact. tu. & not. Doct. in l. si quando. C. vnde vi.

CCXCI.

Sententia lata contra legẽ expresso errore non valet. l. ij. C. quand. prouoc. non est necess. Secus si tacito errore: vt ibi, & in l. præses. de re iudic. Quod habet locum in causa ciuili: secus in criminalibus. ita dixit Bart. in l. relegatorum. ʃ. ad tempus. de interd. & releg. vide Angel. Are. in l. cùm prolatis. de re iudic. Et no. quòd decretum siue expresso siue tacito errore, non valet. l. cùm nõ is. ʃ. subuentum. de fideicom. lib.

CCXCII.

Auxilium extraordinarium non datur vbi competit ordinarium. l. in causæ. in prin. cum glo. ff. de mino. Quod est verum nisi sit vtilius ordinario. Bar. in. l. in prouinciali. in fin. princ. de oper. no. nun. item nisi vtrũque sit de iure commu. l. j. ʃ. vnde quæritur. cum gl. ff. de publica. vide gl. mag. in l. j. §. per hanc. de rei ven. & vide gl. & Bar. in l. fi. C. si aduer. rem iudi. & in l. fin. C. si min. se maio. dixer. & glos. & Bart. in l. j. C. de iudi. vide Angel. de Are. in l. diuus. de re iudic. & gloss. & Bart. in l. Aemilius. ff. de minor.

FINIS.

SINGVLARIA

POENALIVM NOTABILIA SVCcinctè, breuitérque digesta, authore Antonio Columbeto Lugdunensi Iurium Doctore.

I.

1 *Testes infames, & aliàs iure prohibiti, admittuntur ad probandam coniurationem.*

2 *Probationum difficultas sæpè facit, vt ad condẽnationem perueniatur ex solis indicijs.*

3 *Argumenta probabilia sufficiunt in crimine assassinatus.*

1 AD probandã conspirationẽ, † coniurationem, vel ligam admittuntur infames, & quicunque alij prohibiti. c. fi. de test. cog. & notat Bal. in libro statutorum in dictione, querela, vbi alleg. Archi. in canon. Conspirationum. xj. q. j. & concordat Paris de Put. in tract. de syndic. in rub. Scholaris. c. tortura. in fi. vbi notabiliter probat, quòd in delictis, tractatibus, & cõsiliis secretis, propter probationum difficul-
2 tatem † deuenitur etiam nonnunquam ad condemnationẽ ex solis indiciis, si sunt ita certa, vt vix negari possint. Et habetur per d. Franc. de Curt. consil. xlj. incip. Super processu. Concordat etiam do. Hippol. de Marsil. in rubr. de probat. fo. 28. ver. Fatendum tamen est, quòd in delictis, quæ de sui natura secretè perpetrãtur, vt Adulterium, Sodomia, Simonia, & similibus, quæ vix directè probari possunt, cùm in eis difficillimũ sit habere veras probationes, poterit in istis deueniri ad condemnationem ex præsumptionibus violentis, & indiciis indubitatis. Et istud etiam tenuit idem Hippol. in pract. sua cri-
3 mi. ʃ. examinanda. nu. 24. vbi dicit, quòd † in crimine assassinatus non exigitur plena probatio, sed sufficit probare per probabilia argumenta. Et idem Hipp. consilio j. columna vij. versicul. quoddam autem est factum. vbi tenet, quòd coniuratio, conspiratio & tractatus probãtur per testes singulares. Et d. Abb. in consi. cxiij. incipient. Tria sunt. in ij. part. vbi tenet quòd indicia multùm vrgentia, faciunt plenam fidem in delictis, quæ solẽt cautè & occultè fieri. Quod obseruatũ fuit hic Lugduni in personam Pãtaleonis Dauaigne, mercatoris Ianuensis, cui fuit amputatum caput à spatulis, propter homicidium perpetratum, & anteà conspiratum in personam Lodoici Doppez, mercatoris Quiercensis Pedemont. anno 1538. vt pleniùs habetur in eius Epitaphio æreo erecto Lugduni in Cœnobio beati Bonauenturæ.

II.

1 *Pœna arbitraria addicenda volenti dare toxicum.*

CVm quædam mulier rustica districtus Montis Aurei, emens venenum venenandi causa, fuisset capta, obseruatum fuit notabile consilium Baldi 443. incip.
1 Cæcus confecit venenum. part. iij. vbi dicit, quod † quia illud crimen pessimum est, & ausu, & exemplo, debet imponi pœna arbitraria intoccicare volenti: & quòd viles huiusmodi personæ fustigari debent.

III.

1 *Pœna grauissima infligenda ijs qui pecunia corrupti, crimen alienum in se transferunt.*

1 HVgo monetarius in rure & publica via repetit duos monetam leuem, & extra † Regnum contra edictum excusam deferentes: à quibus duobus dictus Monetarius, ne delictum reuelaret, pecuniam accepit: In quem monetarium obseruatus fuit ʃ. si quis autẽ ex litigatoribus. in authent. vt litig. iur. quia prædictus Monetarius, cingulo seu officio priuatus, & deinde (verberibus publicè fustigatus, & tandẽ in exiliũ missus fuit. Qui (vt ibidem dicit text.) propter pecuniæ acceptionem, alienum in se crimen transponere festinauit.

IIII.

1 *Assassinatus tentatus non secus punitur, atque perfectus.*

1 ASsassini, † qui peruenerunt ad conatum, etiam si assassinamentum ad effectum non perduxerint, puniuntur, sicut pro effectu. vt est gloss. notab. in l. j. §. fin. & ibi Bald. ff. quod quisque iur. & alia gloss. in l. præsenti. ibi: aut transiuit in conamen, licet ad effectum non venerit: & tunc, in grauioribus punitur. C. de iis qui ad eccles. cõfu. Et fuit obseruatũ in illis duobus, qui pecunia accepta, vulnerauerunt Stephanum Senneton Lugduni, in vico Grenete. Nam illorum duorum capita supremæ Curiæ, seu Parlamenti Parisiensis decreto, seu

Arresto, Lugdunum, alterum super Pontem Rhodani, alterum verò super Pontem Araris, seu Sagonæ, delata fuerunt, & affixa, ann. 1530.

V.

1 *Indicium vnum sufficit ad adhibendam torturam.*

1 PRo vno† indicio procedi potest ad torturam: vt not. Alex. cons. lxvij. incip. In causa accusationis, in j. volum. vbi dicit post Ioan. Andr. quòd ita seruatur in practica: est tamen arbitrarium Iudici: secundum Bartol. in l. fi. ff. de quæstion. Et fuit obseruatum in illum, qui incontinenti post homicidium cum balista perpetratum, accessit ad certum locum, trecentis passibus ab eo loco, in quo perpetratum fuit dictum homicidium distãtem: vbi cùm illùc accessisset, quibusdam illîc assistẽtibus, dixit: Vos eritis mihi testes, qualiter fui, & sum hac hora vobiscum. Nam ex illo indicio fuit tortus, & potenter tormenta passus est: & deinde, deficientibus probationibus, liberatus est, & mortis euasit periculum.

VI.

1 *Sententia confiscationis bonorum facta extra crimen læsæ maiestatis, est nulla, quantum ad præiudicium vasallorum ipsius principis, dominorum immediatorum condemnati.*

1 SEntentia† cõfiscationis bonorum facta extra crimen læsæ maiestatis est nulla, quantum ad præiudicium vasallorum ipsius principis, dominorũ immediatorum condemnati: quia prædicti domini non fuerunt citati, secundum do. Aegid. Bellam cons. xv. incip. Factũ. Quod obseruatum fuit: nam emendata fuit vna sententia, & dictum: *Les biens confisquez à celuy qu'il appartiendra.*

VII.

1 *Probatio plena requiritur in crimine falsi.*

1 IN crimine† falsi debet plenè probari. Ita notabi. dicit Specu. in titu. de sum. cogn. versicu. quid enim si incidit. &c. Et idem Specu. in tit. de instrum. edit. §. restat. nu. 16. in fi. dicit etiam, quòd falsitas testibus probatur. secundum cuius Specu. dicta, annullata fuit vna sententia, cui adfuerant multi Assessores: quia non fuerat plenè in crimine falsi probatum. Quod latiùs firmat Philip. Deci. in cap. porrecta. extrà de confir. vtili, vel inuti. vbi tenet, quòd in tali crimine probatio magis concludens, & strictior requiritur.

VIII.

1 *Monopolij pœna.*
2 *Tabellio non debet monopolij instrumentum conficere.*

1 DEcem† coriorum aptatores fuerunt condemnati in ducentis lib. Regio fisco applicandis, pro monopolio. Octo soluerunt condemnationem, Quæsitum fuit, an poterat fieri exequutio in illis duobus, qui non soluerunt? Decidit notabiliter Bart. quòd sic, in l. cancellauerat. ff. de his, quæ in testam. delen. vbi dicit esse menti te-
2 nendum. Et de pœna notarij, qui vetitum† contractum illius monopolij conscripserat, & stipulatus fuerat sunt text. quos signat glo. solitaria in l. j. in verbo, ausi fuerint. C. vt nemo ad suum patroc. suscip. rustic. lib. xj.

IX.

1 *Furis astutia asseuerantis se credere dominum rei captæ permissurum.*

1 QVidam fur† astutus dixit, quòd credebat dominũ rei captæ permissurũ. Fuit recursum ad notabiles voluntatis coniecturas, insertas per Ioan. Fab. in §. furtum. Instit. de oblig. quæ ex delic. nascuntur.

X.

1 *Reum absoluere diffinitiuè non debet iudex, quando est dubius.*

1 NOtatur† quotidie in practica notabile dictum Salice. in l. si qui. C. ad leg. Iul. de adulte. vbi dicit, Ex ista glo. sume consilium, ꝙ vtile est diffinitiuè non absoluere reum, quãdo iudex est dubius. Et hoc potest facere iusta causa allegata: puta, si habet indicia sufficiẽtia contra accusatum, qui pluries tortus non est confessus.

XI.

1 *Furtum domesticum omnia cætera superat.*
2 *Furti domestici pœna.*

1 INter† cætera furta, peius est domesticum. Ita not. Azo in sum. C. de ser. fug. Et ideo de consuetudine Regni Franciæ, vt testatur Ioan. Fab. in §. alia. Instit. de public. iudic. seruitor, vel alius familiaris, pro primo furto suspenditur: & alius non. facit lex pen. ff. de condict. caudat. vbi est speciale, propter conditionem personæ: quia erat seruus. Quod dictum Ioan. Fabr. intelligi potest in furto enormi, & multùm magno, non leui: secundum distinctionem l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœnis. & Bart. in l. non solùm. §. si mandato. ibi: quædam sunt delicta grauia, vt crimina priuata, quæ requirunt dolum, & magnum præiudicium pariunt, & merentur magnam pœnã: vt furtum rei magnæ. ff. de iniur. Et hoc de furto enormi tenet Bald. in cap. j. §. iniuria. ff. de pac. iur. fir. Et ante eum textual. Iacob. de Beluis. in practica sua criminali, in rub. de furtis. ibi: Aut est magnum, aut
2 †modicum. Si est magnum, pro primo furto debet suspendi, sublatis secundum eum, qualitate personæ, rei, & modo sententiandi. per l. Pædius. §. j. in glo. conditione. ff. de incen. ruina & naufr. & Ang. Aret. in opere maleficiorum: ver. & vestem cœlestem. vbi dicit se practicasse in ciuitate Perusij. Prætereà, meliùs contigisset seruo cuiusdam Thesaurarij, si à sententia prima, per quam ad remos damnatus erat, non appellasset: quia tandem furca suspensus, vitam laqueo miserabiliter finiuit, pro furto Mille sexcentarum librarum. Fuit etiam patibulo affixa, & suspensa hîc Lugduni, vna ancilla pro furto enormi. Et à domino Præposito Marescalorum, seruus cuiusdam magnæ Dominæ.

XII.

1 *Iudex ex officio falsum testem punit extraordinariè.*
2 *Leges vel statuta licere transgredi, in quibus locum habeat.*

1 IVdex† ex officio falsum testem punit extraordinariè, scilicet verberibus, non pœna legis Cornel. de fals. vt tenet Specula. in titu. de teste. §. j. numero 47. versicu. sed nunquid. quem sequitur dom. Nel. eod. titu. capitul. falsus. Quod fuit obseruatum in testibus de Ch. & testibus qui deposuerant contra Rolin, in causa prætensi homicidij: & sic fuit transgressa pœna statuti punientis huiusmodi falsos testes pœna mortis. Sed dicit dom. Iason in §. alias. versicul. ex maleficiis. colum. ij. institu. de action.
2 illud quod† dicitur, quòd ex causa licitum est transgredi leges, vel statuta, habet locum in maioribus Magistratibus tantùm, quibus istud licet: secus est in minoribus Magistratibus: vt, in Potestatibus terrarum, qui habent seruare statuta ad vnguem. Et quòd cum causa possit etiam pœna statuti moderari, vide Bald. in l. si quis in graui. §. aperire. ff. ad Silleian. & Paridem de Put. in tract. de syndic. in rubric. Accusatio, capitul. Potestas, qui habet arbitrium.

XIII.

1 *Miles maior grauiùs punitur quàm minor.*

1 IN delicto† militari magis punitur miles, qui est in maiori gradu, quàm aliùs, qui in gradu minori constitutus est: secundum Baldum in capitul. primo. §. si rusticus autem. de pace tenen. per l. ij. ff. de re militari. quod fuit allegatum in diffinitione processus Capitanei H. L. cui fuit amputatum caput hîc Lugduni ann. 1536.

XIIII.

1 *Auxilium & fauor vt plectantur in delictis.*

1 GLo. est† commendanda in cap. felicis. in verbo simplici fauore. de pœn. in vj. quæ vult, quòd vbicũque auxilium, & fauor est simplex, ex eo, quòd maleficium non est ex eo auctum: sed ita est exequutioni mãdatum, sicut si non interuenisset, quòd tunc auxilium, vel fauor arbitrio iudicis puniendus est, & non pœna ordinaria, qua punitur principalis: secundum quam goss. aliàs defensauit vnũ à pœna furcarũ, Augustinus Ariminen. vt i-

pse refert in tract.malefic.in verbo,dicto maleficio semper adstitit.in addit. adde quòd Canonistæ: vbi refert, quòd ille tantùm steterat super via, interim dum alter furabatur vnam petiam velousti.Et ita practicatum fuit in sociis de Arnauld:qui duntaxat per Arrestum venerabilis & supremæ curiæ Parlamenti Parisiens.fuerunt fustigati,& postmodum banniti:ipse verò suspensus in publica platea putei de porcaria: quia de nocte dicti socij auxiliabantur,& stabant in via, interim dum dictus Arnauld frãgebat ostia apothecarum cambiorũ Lugduni.

ADDITIO.

Adde Hippol.de Marsil.singular.xv.

XV.

1 *Delictum probatur per impuberes,quando non potest probari,nisi per minores.*

1 QVando † delictum non potest probari nisi per minores, tunc impuberes probant ipsum delictum. Istud fuit notabile dictum Albe.de Rosa.in l.in testimonium.ff. de testi. Adde Spec. eod. tit.§. j. numero xxxiiij.ibi: sed & pupillus quandoque potest in testem recipi,maximè, si dominus dicatur à familia occisus.Et hoc æquitatem habet,quando per alios veritas aliter haberi non potest: vt in simili de mulieribus dicit Ioan.Andr.ad Specu. eod. tit.& §. j. numero lxxxiij. in verb.§.testes.in fin.

XVI.

Iudex laicus quandò absque monitione possit procedere contra clericum.

SI clericus reperiatur facere nouitates in ciuitate, puta, perturbando publicam quietem, vel iurisdictionem secularem,se immiscẽdo homicidiis, enormitatibus,violentiis publicis,& armatus:vt in cap.perpendimus.& cap.cùm non ab homine.extrà de senten.excommu.vel aliàs grauiter excedens:vt dicit gloss.in cap.contingit.eod.tit. potest Iudex laicus absque admonitione contra eum procedere. Et dicit Paris de put.in tract.de syndi.in rubri.Baratariæ.cap.clericus.quòd ita fuit obseruatum tempore guerrarum: quia enim clerici armati voluerunt facere nouitates in ciuitatibus, fuerunt per Dominum ciuitatis suspensi,vnà cum eorum Episcopo, factionum ipsarum capite,& authore.cui concordat Io. And.in d.c.perpendimus.vbi dicit se putare,quòd iusti-
1 tiam faciens de clerico,qui enormitatibus † se ingesit, & habitu dimisso immiscuit, non grauatur onere eundi ad sedem apostolicam. Et fuit obseruatum hîc Lugduni in quendam monachum,qui armatus,& habitu regulari dimisso, publicè incedebat: & deprædatus fuerat super pontem Ararim quendam mercatorem Alemanum: quia tandem fuit ibi suspensus.Facit capit.j. extrà,de apost.Et ita vidit in Parlamento iudicari domin. Stepha. Aufre.in clement.vt clericorum.fo.6.numero 5.de offic. Ordinarij. Et tenet, quando se immiscuit enormitati, Innocent.in cap.cùm non ab homine.& c.non dubium. extrà de senten.excommuni.cuius opinionis cõtrarium non audet asserere Henric.Boich.vt ipse dicit in capi. ex literis.in iij.distin.extrà,de vit.& ho.cleric.in ver.si deliquit apostatando.

FINIS.

SINGVLARIA
OBSTANTIARVM PERSOnalium capturarum D. Antonii Columbeti Lugdunensis Iurium Doctor.

I.

1 *Guarentigiæ vt seruentur,obstantias abesse conuenit.*
2 *Obstantiæ quæ iacent in causæ cognitione,consignationem non remorantur.*
3 *Causa grauis est,quando instrumentũ paratã habet executionem.*
4 *Violentia personæ infertur per capturam.*
5 *Perfecta dicuntur quæ certam formam non habent.*
6 *Obligationum personalium nulla est possessio.*
7 *Fœneratorum astus in constituendis procuratoribus tempore contractus,ad confitendum debitum.*
8 *Debiti exactio fit ex ipso instrumento.*
9 *Cõductor an possit incarcerari pro tacita recõductione, virtute instrumenti locationis expirati, in quo erat obligatio personalis.*
10 *Captura impeditur,vbi ꝓcessit sine scriptura,vel cõmissione.nu 11.*
12 *Captura impeditur, quando non fuit factum præceptum de soluendo,prout in dicta commissione mandabatur.*
13 *Præco liberatus à carceribus, quòd captus esset pro debito, dum iret præconizando.*
14 *Satisdando non satisfit.*
15 *Debitor capi debet à iudice competenti.*
16 *Creditor habens viam duplicem, licet eligat vnam, potest nihilominus redire ad aliam.*
17 *Vasalli an possint prorogare iurisdictionem in alium, quàm in dominum,domino etiam ignorante.*
18 *Iudex vnius territorij carcerans ex cõmissione alterius iudicis, an possit de causis,vel nullitate incarcerationis cognoscere.*
19 *Angeli lapsus.*
20 *Statutum prohibens opponi exceptiones,non comprehendit exceptionem inhabilitatis personæ.*
21 *Carceri mancipandus non est quisquam pro debito ciuili,nisi ad hoc expresse sit obligatus.*
22 *Socium inopem non potest socius in carcerem trudendũ curare.*
23 *Pro debito ciuili ab ecclesia quis potest extrahi.*
24 *Capi an quis possit die solennissimo.*
25 *Capiens vnum pro alio, cadit ab actione sibi competenti, & in quadruplum damnatur.*
26 *Lite pendente contra principalem,non impeditur executio contra fideiussorem,& contrà.*
27 *Clerici vel monachi in sacris constituti an capi possint per iudicem ecclesiasticum.*
28 *Captura irritatur ratione sexus.*
29 *Senator,vel alia clarissima persona an citari posit.*

NOMEN operi dedit Bal. in l.etiã. C.de exeq.rei iudic.vbi dicit,quòd
1 ad hoc† vt guarẽtigiæ sint seruãdæ, oportet vt obstãtiæ absint. Diuisionem autẽ dicti operis posuit Bar.in l.si filius. ff. quod cũ eo. vbi vult, ꝙ diuersi sint generis exceptiones cõtra exequutionẽ,& exceptiones cõtra instrumẽtum. Præterea, in summa dicetur de aliquibus obstantiis, quæ allegantur contra ipsam exequutionem, seu capturam personalem factam intuitu simplicium debitorum priuatorum.Et antequam ad alia veniam,præmittendum est, quòd aliquæ sunt obstantiæ, quæ incõtinenti apparent, & aliquę quæ sunt probandæ.Illæ autem quæ incontinenti per instrumentum,acta,vel aliàs apparent,impediunt consignationem. secundum not. per Doctor. in l. iiij. §. condemnatum.ff.de re iudi.& est text.in l.j. C.quando prouo. non est necess. & gloss. in l. ij.ibi, aut statim vt eam probare filius. C. de edict. diui Adrian. tollend. Nam sicut creditor

creditor agendo, assumit pro se exequutionem paratam inductam à suo instrumento, ita debet etiam simili ratione contra se recipere exceptionem à pari instrumento parato procedentem: vt est de mente Bart. & aliorum in l. planè. ff. quod fals. tutor. & Ioan. de Imo. in ca. fin. de vit. & honesta. cleric. Et in exequutiuis non licet actori, quod reo non permittitur: vt notabiliter tradit Bald. in l. si causam. C. de exequutio. rei iudic. etiam quia æquiparatur exequutio instrumenti exequutioni sententiæ: secundum Bartolum in l. cùm vnus. ff. de bon. autho. iudic. possid. Et etiam æquiparatur iuramentum exequutioni sententiæ. l. sed & si possessori. §. fin. vbi etiam Bart. ff. de iureiurand. Quod procedit etiam si esset statutum, quòd contra instrumentum guarentigiatum nulla exceptio possit opponi: quia tunc bene admitteretur exceptio, de qua incontinenti constaret: vt est gloss. in capit. suscitata. extrà de in integr. restit. quam ibi dicit ad hoc se in consiliis sæpissimè allegasse domin. Abb. vt patet in consilio lxiiij. incipient. Venio ad primum, in prima par-
2 te. Aliæ autem † obstantiæ, quæ iacent in causæ cognitione, non retardant dictam consignationem. l. satis apertè. C. de fal. præstita tamen cautione de reddendo: secundum Bartolum in extrauag. ad reprimendum. in gloss. summariè, prope finem. Præterea dicit domin. Alexand. in l. Imperatores. §. finali ff. de appellat. quòd si fieret exequutio instrumenti guarentigiati, & ab exequutione fuerit appellatum, tunc indistinctè fit sequestratio. Cui dicto concordat constitutio Caroli VIII. articulo 54. incipiente, Item *que toutes executions*. Et in proposito dicit Baldus in consilio xc. incipient. quæritur. in quinta parte, quòd talis captus debet sibi prouidere: vt offerãtur debita, pro quibus captus est, & cõsignet, antequàm alia licentia detur. Quæ consignatio talem habet effectum, vt debitor ipso iure à debito liberetur. vt tenet glo. communiter approbata, in authent. vt exact. instan. dot. Ad impediendam capturam, interdum allegatur, quòd causa capturarum est de grauioribus causis. l. si quid famosa. ff. de solutio. vbi Bartol. dicit, quòd quo-
3 ties † instrumentum paratam habet exequutionem, talis causa non leuis est, sed de grauioribus causis: & habet iniuriam in se: secundum Bald. in l. per diuersas. C. manda. quæ postea aboleri non potest: secundum Paulum de Castr. in dicto §. condemnatum. Et plus dicit Bald. in dicta l. per diuersas. in xv. q. non enim sunt sine grauamine & opprobrio personarum capturæ. Primò enim, vio-
4 lentia † infertur personæ per capturam. l. plerique. ff. de in ius vocand. Secundò, cum magna captione à rebus nostris reuocamur. l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemadmodum testam. aper. Tertiò, tunc capto infertur verecundia, quæ infert præiudicium: secundum Angel. Areti. in §. j. Institu. de action. Et dicit Ias. in §. si ab hostibus. Institut. quibus modis ius patri. potestat. soluitur. quòd quis non dicitur captus, nisi sit ductus intra limina Præsidis, vel carceris, ita vt nõ possit euadere. Et Bart. in l. is qui. in fine. ff. quibus ex caus. maior. dum tenet,
5 quòd ea quæ † non habent certam formam, vt captura personæ, & incarceratio, dicũtur perfecta eo ipso, quòd est aliquid cœptum. Et videtur concordare Bald. in l. ad testium. §. final. ff. de testamen. dicens, quòd capiens aliquem per pannos, intelligitur cepisse personam, quæ vestimentis & pannis tegitur. Et licet sic ex parte creditoris inferatur nonnunquam debitori iniuria, quãdoque tamen ex parte etiam debitoris infertur creditori iniuria: secundum Specul. in titu. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua. versi. de hoc autem quæritur. vbi dicit, quòd exequutor, cui testator mandauit, quòd satisfaciat de omnibus iniuriis, seu forfactis, debebit satisfacere creditoribus pro debitis quorum dies venerat viuente testatore. Impeditur quandoque etiam captura, quia debitor recurrit ad iudicem, & facit capturam inhibere: sed ista obstantia reprobatur: secundum Ioan. Fab. in §. retinendæ. versicu. quid si quis facit inhibere per iudicem sine causæ cognitione, ne debitum, seu deuerium mihi soluatur: Institu. de interdic. Nam, vt dicit Bald. in l. in ea. C. de compen. interim quòd exceptio examinabitur, debitor stare debet in carcere: nec etiam valeret talis inhibitio, si in ea esset comprehensus fideiussor: secundum eundem Baldum in l. j. in fin. C. de diuer. rescrip. quem sequitur dominus Alexand. Quibus inhibitionibus rarò obediunt creditores: quia si iudex facit præceptum pœnale alicui sine causæ cognitione, si ille contrauenerit, non cadit in pœnam: secundum Alberi. de Rosa. in ij. parte stat. q. cliij. incipiente, quærit etiam. Vel secundò dicit creditor, quòd debitor est excommunicatus: & sic, quòd non potest conqueri de nullitate capturæ: secundum Ioan. Andr. in capit. j. de rescript. in vj. sed in hoc reprobatur: vt per Felin. in cap. intelleximus. columna iij. extrà de iudic. Impeditur etiam captura, quia quidam notificauit debitori, quòd aufugeret: eò quòd creditor suus ordinauerat facere eum capi, tunc talis notificans tenetur creditori soluere debitum si debitor fugam arripuerit. secundum Hipol. de Marsil. in singulari suo cxxxvij. incipiente, in iure. in fin. & tenetur creditori ad interesse: vt not. Iason in l. j. §. quod prætor. in iij. notab. versicul. tu adde. ff. ne quis eum, qui in ius. Impugnatur captura: quia debitor pro debito ciuili incarcerari non potuit. cap. lator. de pigno. l. ob æs alienum.
6 C. de actio. & oblig. Item, quia nulla † est possesio personalium obligationum: secundum Baldum in l. j. C. vnde vi. & Guidonem papæ, consilio cxviij. incipiente, circa definitionem. in fin. sed iustificatur dicta captura. primò, quia est debitor ex contractu depositi. l. pen. & ibi Bartol. C. deposi. & dicit Baldus in l. acceptam. C. de vsur. quòd contra depositarium potest procedi summatim, & exequutiuè, etiam si esset clericus. Quod sequitur Matth. notabil. lx. incipient. quod clerici. Vel quia se obligauerat ad captionem corporis. Quod seruatur de consuetudine generali: vt dicit Spec. in tit. de renunt. & conclu. numero 29. & dicit Ioan. Fab. in §. fin. prope fin. Instit. de actioni. in Francia esse consuetudinem, quòd quis nunquam pro debito ciuili incarceretur, nisi ad hoc sit expressè obligatus. Et sic, in exequutione consideratur locus, seu consuetudo loci, in quo fit. l. missi opinatores. & ibi not. C. de exact. tribu. libr. x. plus dicit Ioan. Fab. in §. penulti. de iure perso. valere talem obligationem, maximè quando iurauit. & sequitur Abb. in consilio xlij. incipiente, in quæstio. ij. volumine. Plus etiam dicit idem Ioan. Fab. in l. si certum. C. fami. ercis. quòd hodie de consuetudine Regni Franciæ, fit condemnatio in literis contractuum, quasi quis sit iudicialiter condemnatus. & dicit Bald. in auth. hoc ius porrectum. col. pen. C. de episco. & cleri. quòd fœneratores tempore
7 † contractus, faciunt constituere procuratorem ad confitendum debitum. quod est pulchrum consilium: vt in effectu tenet Bar. in l. fi. prope fi. C. de pact. pig. maximè, si ex post talis confessio fiat in figura iudicij: secundum Bald. in l. in contractibus, in fine. C. de non nume. pecu. quia post confessionem in iure factam, nihil quæritur. l. post rem. ff. de re iudi. & l. j. ibi, & soluere cogeris. C. de confes. Et istud adhuc hodie practicant domini Delphinales, & Bononienses. quam practicam nititur destruere Hipol. Bononiensis, in l. si quis. de quæst. colum. xiiij. ff. de quæstio. Vel & tertiò iustificatur dicta captura, quia creditor erat cessionarius, & præterea poterat debitor capi absque citatione. l. si sic. vbi Alexand. ff. de legat. j. quæ opinio seruatur in practica: secundum dom. Præsidem Aquensem, in comment. consue. Burgund. titu. de censib. §. vj. in glo. fin. de qua opinione dubitatur. Nam Bartol. in l. grege. §. j. ff. de pign. fatetur, quòd debitor nõ tenetur credere, sed debet certificari. Et cum ista secunda opinione transit Hipol. de Marsil. singul. xxvj. incip. licet. vbi dicit, quòd aliàs sic practicauit. Nam prius de cessione discuti debet, citato debitore: per doctrinam Bald. in l. per diuersas. x. quæst. C. mand. Et notat vnũ de cessione Bart. in l. si vrbana. ff. de condi. indebi. quòd ex locatione intrusi competit actio vero beneficiato, etiam sine cessione. Et idem est secundum eum in pupillo &
8 milite. Impugnatur etiã captura, ex eo, † quòd processit sine aliquo instrumento debiti: quia exactio debiti dicitur fieri ex ipso instrumento, per quod probatur debi-

tum. Et hoc de plano procedit in casibus, in quibus instrumentum paratam habet exequutionem: secundum Dec. per illum text. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. Et dicit Alexand. in l. vt fideiussor. ff. de fideiussor. Creditor debet se ostendere creditorem, & sic instrumẽtum principalis debiti, aliàs non potest petere exequutionem. Facit text. in l. iubemus. C. de eroga. milit. anno. lib. xij. quem ponderat Barto. dicens: Nota hîc, quia hîc est casus, quòd non potest fieri sequestrum de re alicuius, nisi debitum ostendatur per publicum instrumentum. Et dicit notabiliter Mathesil. notabili v. quòd licet instrumentum depositi habeat exequutionem paratam: tamen si de deposito non constet per publicum instrumentum, depositum non habet exequutionẽ paratam. Plus dicit Barto. in l. j. §. si verò. & §. fin. ff. de his, quæ in testamen. delen. quòd si quis habuit instrumentũ, quod perdidit, vel est deletum, licet possit petere debitum per modum libelli: non tamen potest petere exequutionem instrumẽti vigore alicuius statuti tribuentis instrumento exequutionem paratam. Et sequitur Pau. de Castr. in l. nostram. colum. ij. C. de testa. Sed quid, si instrumento obligationis fiat mentio de vno alio principali, & præcedenti, seu primo instrumento? dicit Abb. in capitulo cùm olim, extrà. de censi. quòd instrumenta guarentigiæ mandantur exequutioni, non solùm in his super quibus fuerunt directè confecta: sed etiam in his quæ indirectè probantur in instrumento. De cuius quæstionis resolutione habetur per Alexand. in l. sciendum. ff. de verborũ obligatio. & Alberi. de Rosa. ij. parte statut. q. 186. incipien. quæritur etiam. Vel secundò quæro, an possit

9 † incarcerari conductor pro tacita recõductione, virtute instrumenti locationis expirati, in quo erat obligatio personalis? Veritas est, quòd non: secundum Bald. in l. legem. C. loca. & Alexand. in cõsilio xvij. incip. viso instrumento locationis. in iiij. parte. & idem Bald. in l. item. §. qui impleto. versicu. iuxta hoc quæro. ff. eo. impeditur

10 † etiam quandoque captura, quando processit sine scriptura, seu commissione: quia vt dicit Francis. Curt. in additio. ad Alexãd. in l. pactum quod dotali. C. de pact. scriptura requiritur in licentia data familiæ Potestatis capiendi debitorem: & quòd ita obseruat consuetudo. facit l. neminem. C. de exhiben. reis. per quem text. dicit Bal. in l. consentaneũ. C. quomo. & quan. iud. quòd nuntius non potest personaliter capere, sine speciali mandato: de quo constet per publicam, vel authenticam scripturam: aliàs, vt dicit Paul. de Cast. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. posset esse causa rixæ, tumultus, & vulnerum, si concederetur propria authoritate capere debitorem: & quòd sic concedi non debet. Et alibi dicit Bald. in l. si

11 quando. xij. q. C. de testi. captura † non potest fieri sine speciali commissione: aliàs vt dicit ipsemet Bal. in consi. cclvij. incip. dicta tenuta. & consi. cccxviij. incip. ista captura, in iiij. parte, diceretur talis captura processisse de facto, & de facto, prout processit, veniret reuocãda: cùm captura, & capturæ reuocatio, sint eiusdem speciei: secundum Soci. consilio cxx. incipient. cùm in præsenti. parte. j. & Par. de Put. in rubri. Baratariæ. §. an si potestas. & Matth. de Afflict. in constitut. incipient. Magister. vbi dicit, quòd reuocatio tunc fiet, fideiussoribus datis. quo casu fortè non malefaceret Iudex, etiam si reciperet cautionem indemnitatis: per l. si quis vxori. §. si fugitiuum. ff. de furt. & ibi Barto. & per Ludouicum Romanum. in l. j. ff. de condictione ob turpem causam. tamen ciuilis erit, si in reuocatione ordo iuris seruetur. l. j. §. necessariò. ff. si vent. nom. & talis cõmissio durat etiam re integra, finito officio eius, qui commissionem dedit: secundum Barto. in l. fundi partem. in fin. ff. de acquir. posses. & Bald. in l. si de interpretatione. ff. de legib. dum inquit, quòd est nuntius officij, non personæ. Impeditur

12 etiam captura, quando non † fuit factum præceptum de soluendo, prout in dicta commissione mãdabatur: quia ante compulsionem debet præcedere honesta monitio. l. quidam Iberus, ibi: vt cum Ibero loquaris. ff. de seruit. vrban. præ. quam ad hoc allegat Bald. in l. debitores. C. de pigno. vbi dicit, quòd hoc procedit de vrbanitate. & sic ista monitio non est propriè obstantia, sed modificatio capturæ: quia vt dicit Lud. Rom. consi. cccclxxij. incip. in eo quòd quæritur. quamuis ex statuto, exequutioni instrumenti opponi non possit exceptio tendens ad eius impugnantiam, opponi tamen poterit ad ipsam modificandam exequutionem. Et assignat bonam rationem Bald. in l. consentaneum. columnn. v. C. quo. & quan. iud. cùm dicit, quæro, vnà cum Butri. nunquid possit incipi à captura personæ? respondeo non: quia nec à captura rei petitæ, quæ minor est: nam si prohibetur minus, ergo & maius. Vnde antequam reus capiatur, debet moneri. Et probatur istud in authen. cum clericis, ibi: commoniti, duos solidos tantùm dent. C. de episcop. & cler. & in l. qui crimen. ibi: admonendi. C. qui accus. non pos. Quod indistinctè procedit tam in ciuilibus, quàm in criminalibus: secundum Felin. in cap. præterea. in princ. extrà, de sponsa. Et maximè. Nam creditor tenetur ire ad domum rei, vt sibi soluatur. l. item illa. secundum vnum intellectum. ff. de consti. pecu. & operatur aliquos effectus talis monitio. Nam primò si non præcesserit, non tenetur ad expensas: secundum Rom. sing. ccccj. incip. alio sero. & sequitur And. Barb. in c. ij. ad Abba. extrà de accu. Quod est verum, nisi dies seu terminus soluendi interpellasset pro ipso creditore: vt quia esset lapsus dies solutionis: quia isto casu, etiam si non esset extraiudicialiter interpellatus per ipsum creditorem, tamen condemnabitur ipse reus in expensis, non obstante, quòd confiteatur debitum: quia dies eum monuerat: iuxta cap. potuit. de loca. Ita notabiliter tenet dom. Abb. in cap. licet Hely. columnn. iij. extrà, de simo. Cuius opinio hodie approbatur noua constitutione, in ordine lxxv. & incip. *Et encores ne sera disputé de la validité, ou inualidité dudict commandement, quand il y aura certain terme de payer, &c.* Vel secundò, operabitur monitio alium effectum: quia tunc fortè dicet debitor, Paratus sum soluere, & inde soluet: & sic volens soluere, erit similis soluenti. in authen. vt exac. instan. dot. §. illud. & extrà, de solu. cap. Odoardus. Quod tamen non præsumetur: nam soluere paratum lex non præsumit debitorem: vt not. Ias. in l. si domus. §. in pecunia. ff. de legat. j. Vnde, cùm quidam qui in curia sua fuerat arrestatus pro debito, dixisset seruienti vt ipsum insequeretur, quoniam sibi daret debitum: quòd noluit seruiens admittere, sed eum arrestauit: fuit consultum, talem capturam nullam: tum quia soluere velle dicitur, qui præparat se ad soluendum: secundum Bal. in l. fina. col. iij. C. de ædil. act. Et satis pulchrè dicit idem Bald. in consi. cccxviij. incip. practica ciuitatis. parte prima. debitor præsumitur non habere semper præsentem pecuniam in manibus. Fuit etiam allegatus text. in l. in ius vocari. ff. de in ius voc. vbi dicit Bart. quòd per illum text. fecit

13 † liberare à carceribus quendam præconem, qui fuerat captus pro debito, dum iret præconizando. Quæ opinio est æqua, secundum Alberi. de Rosa. in. j. parte statutorum, quæst. ciij. incipien. adhuc quæro. Et quòd requiratur monitio saltem de vrbanitate, hoc indistinctè tenet Par. de Put. in d. rub. Baratariæ. §. pone, quòd commissa est. prope fin. vbi dicit, quòd exequutor dicet, exhibeas bona, in quibus possim exequi, aliàs exequutionem faciam in tua persona, te incarcerando. Et quòd si dicat debitor, Careo bonis, captura erit iustificata: & quòd ita pluries consuluit. Quod probatur in l. tutor qui repertorium. versicul. si deponi. ff. de admini. tuto. Et talis monitus dicitur inuitus soluisse: quia qui soluit, videns se posse cogi, dicitur inuitus soluisse: secundum Iaso. in l. cùm te proponas. C. de transactio. Et dicto casu non sufficeret dare fideiussorem: secundum glo. in l.

14 fi. §. fi. ff. si certum petatur. & ibi Bald. quia † quando quis promisit soluere, non satisfit satisdando: secũdum Felin. in capi. ad hæc. extrà, de sententia excommunicatio. & dicit Bald. in l. j. C. de prohibit. sequest. quòd quando inter Actorem, & Reum non cadit satisdatio, tunc non cessat sequestratio. Impeditur etiam captura, quando fuit captus extra territorium Iudicis, & deductus, & carceratus in ciuitate, in qua non habet domicilium: & tunc

& tunc incarceratus ad petitionem creditoris, quia etiam si fuisset iustè captus, haberet ius reuocandi domũ. l.ij.§.legatis.cum §.sequen.ff.de iudic. Ita dicit Bart. in q. sua, quam disputauit, incip. Lapus in princip. solu. vbi etiam de hoc notabiliter dicit. Quòd autem in territorio alterius indebitè capiatur, probatur expressè ff. de ædilit. edic. l. quid si fugitiuus.§.item Celsus scribit placere. cum sua glo. Præterea, si exequutio realis non potest fieri in territorio alterius, vt l. cùm vnus.§.is, qui.ff. de bon. autho. iud. posśid. multò magis non potest fieri personalis. Et ideò, vt dicit, quia ipse Iudex non potest facere capi in alterius territorio, lex vult, quòd scribatur Iudici, in cuius territorio est, vt, cùm expediet, capi faciat: vt in authen. vt nul. iudic.§. si quis verò. Et idē tenet Bart. in dicta l. quid sit fugitiuus.§. apud Labeonem. & Bald. in l. sicuti.§. Aristo.ff. si ser. vendi. vbi tenet, quòd non licet capere in alieno territorio, etiam si fugatus ab intra territorium, peruenit ad extra territorium: vbi ponit rationes. Quod procedit, etiam si esset statutũ submouens omnem exceptionem: quia nunquam videtur excludere nullitatem surgentem ex defectu iurisdictionis, seu incompetentiæ Iudicis: vt est glo. in clemen. j. in gloss. fin. ff. de sequest. poss. & fruct. quam sequitur domi. Alexand. in l. j.§.& parui refert. ff. quod vi aut clàm. Nam ex tali captura violatur territorium: secundum Panor. in cap. ex parte. in. j. notabili, extrà, de verb. signi. & agi potest, secundum eum, ad satisfactionem violati territorij. Et in proposito dicit Bald. in capi. causam matrimonij. circa fi. extrà, de officio delega. & in l. in criminali. C. de iurisdictio. omni. iudic. quòd ille qui facit debitorem
15 verum † detineri à iudice incompetenti, debet causam perdere, & cadere ab ista causa exequutionis. Et idem dicit Bald. in consilio cclxxxv. incipien. quia non est opus. in prima parte: quando creditor elegit vnum iudicem, seu inchoauit processum in certo loco, vbi accepit tenutam de bonis debitoris, vel eundem debitorem illic citare fecit: & inde debitor iuit ad alium forum, vbi Iudex illius fori concessit capturam: quòd talis captura est inciuilis. Quod procederet ratione territorij, non
16 ratione solius capturæ personæ: quia creditor † qui habet duplicem viam, realem, & corporis, licet eligat vnã, potest tamen redire ad aliam: secundum Ioan. de Pla. & alios, in l. nemo carcerem. C. de exact. tribu. lib. x. Quod secus fit in electione actionum: vt declarat Pau. de Castr. in l. iiij.§. ait prætor. ff. de re iudicata. Pro qua opinione aliàs obtinui pro vna parte Arrestum: quia, vt dicit Bal. in capitu. dilatis. extrà, de appellatio. carcer non soluit debitum: sed, vt aliqui addunt, bursa: etiam quia secundum eum in capitu. contingit. colum. v. de dolo & contuma. licet deuentum sit ad capturam, non tamen est satisfactum. Plus dicit Bald. in l. fin. in prima lect. ff. qui satisda. cog. submissiones terrarum, quæ fiunt cum iuramentis non valent in præiudicium superioris. Interest enim domini subditos non mutare: vt not. Innoc. in ca. auditis. de præscriptio. Et etiam plus quærit Bald. in ca. j.§. fin. versic. quæro, an vasalli. de prohi. feu. alie. per Fe-
17 der. an vassalli † possint prorogare iurisdictionem in alium, quàm in dominum, domino etiam ignorante. Finaliter dicit, sed verius est, quòd non possit: quia agitur de eius præiudicio. Quia tamen instrumentis apponi solet clausula, quòd possit conueniri in omni curia, & foro, vbi fuerit inuentus, & vbi promisit soluere, dicit Par. de Put. in tract. de synd. in rub. Furcarum erectio. cap. instrumentum. quòd propter hoc ibi sortietur forum, & poterit ibi conueniri. per l. j. ff. si quis in ius vocat. non ier. & per l. contraxisse. de actio. & obliga. & l. hęres absens. de iudic. Item etiam ratione iuramenti: vt ibi per eum. Sed quid? Potéstne iudex vnius territorij
18 carcerans † ex cōmissione alterius iudicis, de causis, vel nullitate incarcerationis cognoscere, & tandem relaxare à carcere? Vide Ludo. Roman. in consil. cccxx. incip. hæc istorum quinque captura. in fi. quem sequitur idem Paris in dict. rub. Baratariæ.§. an si potestas. & in §. si iudex. vbi plura alia congerit de captura facta extra territorium. Conqueritur demum de captura, quia seruiēs, cui erat commissum capere debitorem fugientem vulnerauit, & sic, quòd est relaxandus: quia iniuria, & violentia facta debitori nocet creditori: vt no. Alberi. de Ros. in lib. statutorum, maximè secundum eum, si odio facto, & culpa creditoris factum sit, aliàs secus. per l. non debet alteri. ff. de reg. iur. cum aliis per eum alleg. Quam obstantiam melius in specie tangit Bald. in auth. sed omninò. C. ne vxor pro marito. vbi concludit, quòd licet vulnerans puniatur de delicto, non est tamen relaxandus debitor captus, nisi soluat: quia delictum publici officialis non debet obesse creditori. Quæ opinio iuuatur per gloss. in l. si quis instituatur.§. fin. versic. ægritudinem. ff. de hæred. instit. quæ dicit, quòd propter ægritudinem non retardatur solutio. Et sequitur idem Bald. in consil. ccxxiiij. quædam sunt. parte iij. Quod est verũ, nisi creditor inquietaret debitorem tempore mortis: quia inter cæteras pœnas creditor debito priuaretur. l. cùm sit iniustum. & authen. sequen. C. de sepul. violat. Ex
19 quibus, † non videtur vera illatio Angeli, tenentis in corpore vnde sumitur, quòd cùm instrumenta confessionata debeant mandari exequutioni ad voluntatem creditoris, creditor tamen mortuo debitore poterit facere detinere cum authoritate iudicis corpus eius, ne sepeliatur, quousque de debito sibi satisfiat. Et etiam eũ in hoc reprehendit Felin. in cap. sicut Iudæi. extrà, de Iudæ. quia res est non recipiens appellationem, seu dilationem: argumen. l. finalis. ff. de appellatio. recip. Facit textus in l. obnoxios. C. de relig. vbi gloss. dicit, quòd hodie petitio sepulturæ est necessaria, & in personam mortui nihil initiari potest. l. penul. ff. quæ senten. sine appel. rescin. cum similib. Item, quòd creditor qui agit vt hæres, ante capturam debuit docere se esse hæredem quondam creditoris. Nam ius quod habetur vigore instrumenti guarentigiati, non transmittitur ad hæredem intestati: secundum Bald. in consil. ccclxxiiij. incip. quæritur, vtrum captura. parte iiij. Item, quòd carceratus iã cesserat bonis, ideo liber poterat ire, quò voluit: secundum glo. & Ioan. de Imol. in cap. ij. extrà, de pigno. per l. j. C. qui bon. ced. poss. Et inanis est actio, &c. l. nam is. ff. de dolo. Item, quòd carceratus, qui se obligauit, erat, & est furiosus: & sic non valuit incarceratio, & deficit in substantia: secundum Bald. in l. etiam. columna. j. C. de exequ. rei iudic. ibi: & quia quotidiè quæritur de istis exequutionibus, est considerandum, quòd vbi deficit substantia, vel solennitas, præceptum guarentigiæ non valet. & ibi, pone ergo quòd substãtia deficit, puta quia instrumentum est confectum cum furioso, præceptum nihil valet. l. quique. ff. de in ius vocan. & per Specu. in titu. de citat.§. j. num. 18. Et plus dicit Bal. consi. ccxciiij.
20 incipien. donatio. in iij. parte. quòd stante † statuto prohibente opponi exceptiones, nõ intelligitur remota exceptio inhabilitatis personæ. Quod etiã firmat do. Ias. in l. j.§. ij. in fin. ff. de verborum obligatio. Item, quòd fatuus fuit creditor, qui petiit exequutionem instrumenti guarentigiati contra possidentes bona debitoris obligati: quia debuit intentare actionem hypothecariam: prout dicit do. Alexand. post Angel. per illum text. in l. j.§. si hæres. ff. ad Trebellia. & Bartol. in l. creditores. in repetit. columnn. vj. versicu. ante loquimur de iure exequutiuo personali. C. de pigno. & Bald. in l. ij. C. si aduer. creditor, titu. ij. & sequitur Imo. in capit. quia V. extrà, de iudic. Item, quòd captura fieri non debuit de hærede debitoris: secundum Baldum in l. per diuersas. x. quæst. C. manda. quem sequitur Paul. de Castr. in l. postulante. in lectura Paduana. ff. ad Trebell. vbi dicit, Tene menti: quia habui de facto, & fuit reuocata quædam captura: quia non fuit liquidata persona, contra quam fuit facta. Et tenet etiã Masuerus, in titu. de exequut. in princ. Præterea, non posset obtineri illud, quod dicitur in tra-
21 cta. Regalium, lib. j. iure. xiij. quòd in vim † instrumenti sub sigillo regio confecti, possit hæres debitoris principalis capi: quia vt suprà dictum est, de consuetudine Regni, quis nunquam pro debito ciuili incarceratur, nisi ad hoc expressè sit obligatus: etiam quia qui agit contra aliquem tanquam hæredem, debet probare prius ca-

ptum, esse hæredem: secundum Bald. consil. cclxxiiij. incip. quæritur, vtrum captura vel non posset obtineri, si hæres debitoris inuentarium confici fecerit, secundum Salicet. in l. fin. §. si verò. C. de iure delibe. vbi dicit sic fuisse decisum. Et sequitur do. Alexand. in l. postulante. colum. iiij. ff. ad Trebellia. Vel tertiò limitatur, si hæres adhuc esset intra tempus conficiendi inuentariū: secundum Bart. in l. fin. §. donec. C. de iure delibe. Item, quòd debitor incarceratus est vassallus, vel adscriptitius alicuius domini, vel tenetur ad munera: quo casu dominus poterit repetere debitorem carceratum: secundum Innoc. extrà, de appella. capi. dilectus. proposito officio iudicis: secundum Bald. in l. quoties. C. de exact. tribut. li. x. vbi plus dicit idem esse in eo, qui est creditor facti, & prior. Item, quòd creditor non expectauit vsque ad mediam noctem: quia in solutione durat dies vsque ad tale tempus: secundum Felin. in cap. consuluit. colum. iij. extrà, de offic. deleg. Item quia nulla lex hoc dicit, quòd reus sortiatur forum non suum, ratione fideiussoris petentis indemnitatem: secundum Bald. in l. cùm eorum. C. de senten. & interloquut. om. iudic. vbi reprehendit dictum Butri. tenentis, quòd si fideiussor capiatur pro debito, potest per eundē iudicem facere capi reum principalem incidenter: licet aliàs nō esset eius iudex. Item,
21 quòd vnus socius non † potest alium socium inopem facere incarcerari: quia instar fraternitatis habet: secundum Baldum in rubri. C. pro soc. Interdum ad infirmādam capturam, allegatur quòd captura fuit facta in ecclesia: & sic, quòd non valuit. cap. inter alia. extrà, de immun. eccles. inquantum generaliter prohibet extrahi de ecclesia. Et hoc tenent Bart. & Bald. in l. plerique. ff. de in ius vocan. sed contrà, in regno cōmuniter seruatur consilium Oldr. liiij. incip. an fugiens pro debito. vbi in ef-
23 fectu tenet, quòd inspecto † iure municipali prædicto, quo quis obligatus ad corpus pro debito ciuili capitur, & in quandam seruitutem traditur, debet extrahi ab ecclesia. Et hoc optimè probat per l. præsenti. §. j. C. de iis, qui ad eccles. confug. vbi is, qui est certæ conditioni suppositus, extrahitur ab ecclesia. Et ad capit. inter alia, respondet, quia debet intelligi, quòd ecclesia liberat à pœna corporali, non ab alia. Et huius opinionis fuit etiam glo. in pragmat. sanctio. titu. de interdict. in glo. inde ab ecclesia, ibi: immunitas ecclesiæ, cōfugientes à pœna corporali infligenda tenetur. Istam etiam partē tenet Specul. in tract. de modo general. concil. celebran. in rub. de immunitate eccles. subtrahenda iis, qui ad eccles. confug. si pro debitis fugerint. Et ibi in nigro dicit, quinimò ecclesia defendat passim quoscunque ad ipsam pro debitis fugientes &c. & tenuit Alber. de Rosa. etiam in j. parte statut. quæst. xxxix. incip. sed quid, si existente &c. Et est hodie expeditum noua constitutione, incip. *Qu'il n'y aura lieu d'immunité, pour debtes, &c.* in ordine. clxvj. Item, quòd captus erat filiusfami. qui non poterat pro debito ciuili carcerari: vt tenent duæ gl. Prima, in l. iij. §. sed vtrum, in verbo proinde. & in l. quòd si minor. §. si seruus. ff. de mino. sed communiter reprobantur: secundum Bartolum in tracta. de carcer. vbi allegat rationes & in dicto §. sed vtrum. & dicit Angel. Aret. in §. item inutilis. Instit. de inuti. stipul. quòd filiusfam. potest pro obligatione coarctari: excepto pro mutuo, & voto. sed illud de mutuo limitatur secundum Baldum in l. Macedoniani, in fi. quæst. C. ad Macedon. nisi sit mercator. Et sequitur domi. Alexand. in l. fina. C. eod. & idem Baldus in l. j. C. qui, & aduer. quos. vbi facit mentionem de iuuenibus publicis mercatoribus, qui vadunt Florentiā, ad faciendam inuestitam pannorum: quòd si lædantur,
24 non possunt petere restitut. in integ. Item, quòd † captura fuit facta die solennissimo: putà Paschæ, vel Natiuitatis Domini: ideo non valuit. l. dies festos C. de fer. Sed iustificatur dicta captura: quia vt satis singulariter dicit Bald. in consil. clxvj. incip. statuto ciuitatis, in v. parte. istud videtur consonum rationi naturali, & legi: vt, quando aliquis extra ordinem capitur, videantur cessare feriæ: vt. ff. de fer. l. penult. secundum vnam lecturā.
25 Cuius opinio hodie in practica seruatur. Item quia † cepit, & incarcerauit vnum pro alio: & sic, quòd cecidit ab actione sibi competēti, & in quadruplum damnatur: argu. notatorum. in authen. vt non fiat pigno. & tenetur iniuriarum. l. item apud Labeonem. §. si quis non debitorem. ff. de iniur. Faciunt notata per doct. in cap. nouit. extrà de iudic. quòd iniuriam patitur, qui iniustè trahitur ad iudicium: & in l. si verò, in gloss. fin. ff. qui satisd. cogan. Item, quòd captura habuit defectum. Præterea, non debuit pro alio debito recommendari. Et qualiter hoc intelligatur, habetur per Bartol. suo more, optimè declarantem in quęst. sua, Lappus: ad quam omnes se remittunt, præsertim sæpius ipse, vt patet in l. fin. §. fin. ff. quod met. cau. Et incidenter aduertendum est ad dict. §. fin. quia loquitur in exceptione partis tradentis: quæ si petat incarcerationem reuocari, tunc obstabit exceptio doli: quia soluit quod debebat. l. sed & paratus. §. Iulianus. ff. quod metus causa. Quem intellectum dat dom. Anton. in cap. super hoc. extrà, de renuntia. & ante eum dederat gloss. ij. quæst. j. in summa. cùm dicit, sententia præcepti est, cùm iudex sine causæ cognitione præcipit alicui, vt soluat decem alicui, quæ petit: si ille soluat, & pecunia illa debita est, licet iudex præceperit iniustè: nō potest tamen pecunia repeti. vt ff. quod met. caus. l. vlti. Et sic procederet dict. §. fin. facta solutione debiti. Item quod iam erat captus principalis debitor. Præterea, nō debuit fieri exequutio contra fideiussorem. Sed hoc non
26 est † tutum: quia, lite pendente contra principalem, nō impeditur exequutio contra fideiussorem, vel econtrà. l. fin. & ibi Bald. C. de fideiussor. Et sequitur do. Alexand. in l. j. ad Bald. C. de diuer. rescript. & idem Bald. in capit. contingit. extrà, de dolo & contumacia. dicit, quòd captura rei principalis, non liberat fideiussorem. Item ir-
27 ritatur, quia † clerici, vel monachi in sacris constituti, non possunt capi, etiam per iudicem ecclesiasticum pro debito ex contractu, vel quasi: secundum dominum Alexan. in l. si quis in seruitute. ff. de furtis. vbi allegat Ioannem Andræam in cap. si clericus. de senten. excommunicatio. Et ad hoc allegantur text. in capit. lator pignora. & capit. vt fame. extrà, eodem titulo. Item, quòd processit ratione falsæ causæ: & propterea ex post non potuit dicta captura iustificari, seu confirmari ex alia noua, vel diuersa causa: vt probat Bald. per optima iura, in consilio cccxciiij. incipiente, quæritur vtrum captura. & consilio cccxviij. incipien. ista captura. & in consilio cccxxxviij. incipien. in causa incarcerati, parte quarta. Bene facit lex j. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. & lex Seie egressæ. ff. de tutoribus & curatoribus. Penultimò, quòd
28 † incarcerata est mulier: & sic, captura dicetur nulla, ratione sexus l. j. & authentic. ibi posita. C. de officio diuersorum iudicum. capitu. mulieres, de iudic. libro sexto. authentic. nouo iure. C. de custodiis. Ratio sumitur de l. maritus. C. de procuratoribus. de iure tamen Codicis, incarcerabantur mulieres pro debito: vt not. in l. penul. C. qui bonis cedere possunt. & per Salic. in l. prima. C. e. Et quod pro causa tutelæ, etiā incarcerari nō possit mulier. & facit text. in d. l. j. ibi, nulla mulier. & tenet contra Bar. Andræas Pomp. in addit. ad eundē in l. si quis sub conditione. ff. de testament. tutel. & Card. Alexand. in cap. ex parte. extrà, de appel. vbi dicit Alber. de Rosa. hoc idem tenuisse in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. hoc etiam tenet Hipol. de Marsil. in sua practica criminali. §. attingam, prope fin. vbi allegat rationes, quas trāscribit & sequitur dom. Carol. de Grassal. in suo opere regalium, lib. j. iure. xiij. Pro qua opinione venit arestum pro domina Baronissa Doyn, quod beneficium concessum est propter bonos mores, in corpore vnde sumitur, d. authen. ibi: circa castitatem. & dict. l. j. ibi: considerato sexu. Quæ iura in simili ponderat Bald. in consil. clxxxvij. inci. Punctus. in v. parte. Præterea, nō valeret renuntiatio, quæ fieret in contrarium: per l. alia. §. eleganter. vbi Bar. & alij. ff. solut. matrim. & per Mathesil. notab. lxj. in fine. Et aliàs sic obtinui corā spectabili domino Conseruatore nundinarum Lugduni. Et pro rationibus Hippolit. faciunt, quæ dicit Bartol. in extrauag. ad reprimendā. in verb. summariè, prope finem. vbi expressè tenet, quòd ista ex-

ista exceptio non debet mãdari exequutioni in totũ, sed quatenus quis facere potest: quæ competebat dictæ nobili Dominæ auiæ.l. sunt qui. ff. de re iudic. & l.quíque. §.parentes.ff.de in ius voc.si de ea incontinenti constet, impedit exequutionem. Plus facit: nam non incarceratur mulier etiam in causa criminali, quando pœna est pecuniaria: secundum Baldum in l.plerique. versic. sed & si is.ff.de in ius voc. Vltimò, quòd carceratus erat Se-
29 nator, vel alia † persona clarissima: ideò citari non potuit secundum Specul. in titu. de citat. §. contra. versic. item non valet citatio. Ergo à fortiori, realiter citari non potuit: quia tales personæ non conueniuntur, vltra quàm facere possunt.l.curator, versic.nam si.ff. de curat. furios. quòd priuilegium concessum est dignitati. Præterea, illi priuilegio renuntiari non potest: secundum Ludouicum Roman.singul.cxcix.incip.tu audiuisti.Hactenus, & satis abundéque dictum sit, sufficiátque, si cui vel in paucis, amici labore consulatur: vt scribunt Diocletianus, & Maximianus Imperatores Octauianæ. C. de negotiis gestis.l.tutori. Hîc autem, ad Dei omnipotentis laudem, gloriámque, & in omnium Iurisprudentiæ studiosorum gratiam, vtilitatémque finem accipiet Libellus iste noster, quem boni consultum iri non dubito, iis præcipuè, quibus non minus iucunditatis adferet, quàm vtilitatis in legendo.

FINIS.

SINGVLARIA

D. BARTOLOMAEI DE CAPVA,

Facientia ad multas Constitutiones Regni Neapolitani.

I.

1 *Pisces & aues an veniant appellatione animalium?*

QVæritur, quidam erat bonus aucupator, bonus piscator, & bonus venator. Modò vendidit omnia animalia, quæ cepisset vno die: cepit pisces, aues, & etiam animalia, an sint emptoris? Et videtur quòd sic: per l.j.§.ius naturale.ibi, omnium animaliũ, quæ terra, maríque nascuntur. Auium
1 quoque & c.ff. de iustitia & iur. quia † appellatione animalium veniunt pisces, & aues. Tu dicas quòd non: quia in nostro vulgari sermone pisces, & aues inter animalia minimè continentur. Et etiam ad hoc est expressa lex. ff. de fun.instruct.l.cùm de lanionis.§. Asinam molendinariam. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Ad istam primã Deci. facit, quod singulariter determinat Gul.de Cun. qui ponit q. Do. Rex concesit alicui priuilegium, quòd de omnibus animalibus transeuntibus per pontem suum soluatur granum vnum. Dubitatur vtrum de gallinis, anseribus, & aliis auibus, quæ portantur per dictum pontem debeat solui gabella? Videbatur quòd sic, quia appellatione animalium veniunt ista. l.j.iuncta l. penul.in glo.ff.si quadru.pau.fe.dic. Contrarium tamen determinat ipse: quia aues ponuntur pro specie distincta & separata ab animalibus, vt ff. de iusti. & iure.l.j.in §.ius naturale.& in authen. vt omnes obed. iud.prouin.in §.& hæc considerantes.& l.auibus. de leg. iij.& ideo non est verisimile quòd priuilegium ad ista extendatur: vt in auth.de iud.§.ne autem. ita tenet Alberi. prima parte statu.quæstio.clxxxviij.incipien. Rex Franciæ, &c. Similiter facit ad hoc quod notat Alberi.quæst. clvj.prima parte statu. Nam text.l.quod dicitur.de liberis & posthu. vocat hominem animal. Pone dicit Alber. quòd debet solui gabella de omni animali quod transit per pontem, an comprehendat etiam hominem? vide ibi per ipsum. & pro hoc text. in l. item si verberatum. in §.fi.de rei vendicatio. Marcellus Bonus.

II.

1 *Carcerem habere an sit meri imperij?*

1 SEd † nunquid habere carcerem, sit meri imperij? & text.in l.ij.§. exactis deinde Regibus.ff.de origi.iur. ibi, vincula publica.& in §. eodem tempore. videtur dicere quòd sic. & infrà de in ius vocand.l.j. Sed tu dic, quòd proprium habere carcerem, non est meri imperij: Sed in carcerem tenere, & de eo cognoscere, in eum animaduertendo, vel exinde dimittendo.vt in l. si quis vxori.§.si fugitiuum.ff.de furtis. Nam in carcerem ponere, & præsidi mittere, vt faciunt hodie magistri Iurati, non est de mero imperio. hoc enim etiam quilibet magistratus habet, vt de decu.l.j. & de cohort. libro duodecimo. & de custod. reorum.l. diuus Adrianus. Bartholomæus de Capua.

III.

1 *Filium quomodo quis se probare possit, quando affectus coniugalis inter parentes ob temporis diuturnitatem probari nequit.*

1 DO vnum † consilium illi, qui vult se probare filiũ, vt in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. nec potest probare affectum cõiugalem inter parentes, propter temporis diuturnitatem fortè, quòd alleget matrimonium, & indubitatum affectum fuisse inter parentes: & probet temporis diuturnitatem, quo simul habitauerunt. sic enim præsumitur natus ex legitimo matrimonio, dummodo probet per aliquem de modis prædictis quibus filiatio probetur. vt ff.de ritu nuptiarum. l.qui in prouincia.§.fin.extrà de præsumpt.cap. illud. cũ simil. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Considera bene, quia non videtur figere pedes: quia allegare titulum, & probare diuturnitatem tẽporis nõ procedit, nisi in his, quæ sunt modici præiudicij. Causa autem matrimonij est causa ardua, vt tenent omnes in l. si certis annis.C.de pactis. Vnde restrinxit author, dummodo probet aliquem de modis prædictis interuenisse. Poterat allegare gl.post text.in l.in liberæ.ff.de ritu nup. vbi in liberæ mulieris consuetudine non concubinatus, sed nuptiæ intelligendæ sunt. vbi glo.distinguit. & si aliquo modo probarentur sponsalia præcessisse, sola traductio, & cohabitatio ad domum facit, vt præsumatur vxor facta.Io.Lup. in rub.de donatio.inter virum & vxorem.§.lv.colum.j. qui latè discutit. Cessabit tamen ista præsumptio, si ista fœmina statim de domo viri aufugit. glo.in cap.ergo.j.quæst.j.Ancha. consil.ccix.Ioan. Lup. vbi supra.§.lvij.in fin.Marcellus Bonus.

IIII.

1 *Ciuis an possit produci in teste cõtra vniuersitatẽ, vel pro ciuitate?*

1 SEd an vnus † de ciuibus posſit produci in teſtem cõtra vniuerſitatẽ, vel pro ciuitate? de quo in l. in tantum.§.vniuerſitatis. ff. de rerum diuiſione. Potes diſtinguere, aut quæſtio eſt de re, quæ ſpectat ad ciuitatem vſu,& vtilitate, vt ſylua: & tunc nõ poteſt eſſe teſtis. Quia nullus idoneus teſtis in re ſua. Aut vſu tantum, & tunc poteſt, vt hîc. Sic poteſt intelligi in authen. de mona.§. cogitandum. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Vt clarius intelligas, dic quòd, licet teſtes de collegio, vel vniuerſitate nõ poſſint teſtificari in cauſa vniuerſitatis, vel collegij: ſecundum gloſſam in dicta authen. de Monachis.§.cogitandum, in ver. teſtes.& in capitul. cũ nuntius. de teſtibus.& in capitu. prudentia. xiiij. quæſtio.ij. Hoc habet locum in iis, quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis de vniuerſitate, non pluribus vt vniuerſis. vt dicunt Ioan. Andræ.do. Anton. & Paul. de Leaz. in dicto capitul.cum nuntius.& dom. Anton. Capi.in deciſ.S.C. Neapoli.clij.incipiẽ.vniuerſitas terræ Licatæ habet magnum territoriũ,&c. Et per hoc dicunt, quòd ſi eſt quæſtio de paſcuis,& nemoribus, in quibus ſingulorum beſtiæ paſcuntur, & ſinguli ligna incidunt, teſtimonium ipſorum non admittitur. Felin. refert in capit. inſuper, quinta fallentia.de teſti. & addit Bartol. idem tenentem in dicta lege, in tãtum.§. vniuerſitatis. de rerum diuiſio. & Bald.in l.parentes, in fin.C.de teſtibus.dicentẽ, quòd ſi vnum caſtrum contendit cum alio de paſcuis, non poſſunt homines vnius caſtri teſtificari pro vniuerſitate, quando vtilitas affert commodum burſale ſingulis vtentibus, ſicut eſt in paſcuis,& nemoribus, in quibus paſcũtur beſtiæ hominum villæ gratis,& ſine aliquo pretio, & ligna inciduntur. Nam licet nomen ſit vniuerſitatis, tamen effectus eſt ſingulorũ, vt notatur in l.ſicut.§. vniuerſitatis.quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.& in dicta l. in tantum. Secus ſi effectus vtilitatis non diſtribueretur in ſingulos, ſed pertineret ad burſam, vel caſſam communem vniuerſitatis: quia bona vniuerſitatis ſunt diuerſa à bonis ſingulorum, ſecundum Bald. & ſequitur Salice. & adducit etiam Felin. Bald.in ca.tertio loco de probationib.& Abb.in dicto capit.inſuper. Bene tamen eſt verum, quòd quando homines de vniuerſitate nõ poſſunt paſcuari, nec ligna incidere in ſyluis, & nemoribus ipſius vniuerſitatis, niſi ſoluta aliqua mercede ipſi vniuerſitati, tunc tales homines poſſunt eſſe teſtes, vt ſentit Bal. in dicta lege, parentes. & ſequitur Alexand. in conſilio xcix. in iiij.colum.in verb. non obſtat. in iij. volumi. Et vltra prædicta de probatione teſtium vniuerſitatis in fauorem ipſius vniuerſitatis, an & quando,& in quibus caſibus admittatur, & quando actus dicatur concernere ſingulos de vniuerſitate, & quando principaliter ipſam vniuerſitatem,& qualis fides ſit eis adhibenda, & quantum derogetur fidei ipſorum per alios teſtes productos contra teſtes vniuerſitatis? vide latè per Mat. de Afflic. in deci. Sacri conſil. cccc. per iiij. colum. in deci. incip. Nobilis Petrus Ioan. Spinellus de Sedili nidi habet litẽ cum vniuerſitate & hominibus terræ Baroli in Sereniſſimo conſilio,&c. Marcellus Bonus.

V.

1 *Violans muros ciuitatis tempore pacis an puniatur?*

1 LEx † fin.ff.eo. titu. de rerum diuiſione. intelligenda eſt, quando tempore guerræ manifeſtè muros violaueris. Nam ſi tempore pacis, tunc punitur violator ad xx. ſolidos. vt in Longobar.de furt. & ſeruis fug.l.j. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Vide, quia iſta opinio & diſtinctio eſt poſita in conſtit. Reg. cum ſatis. in glo. fin.in fin. & ponit aliud ſimile, miror quare hic illuſtr.doct. illam non allegauerit, niſi dixerimus illam glo. fuiſſe eiuſdem authoris, vel alterius ſucceſſoris ſui. Duas alias limitationes ad iſtam legem fin. ponit Boër.in deci.ccxxxij. Prima, vt non habeat locum in muris aliarum ciuitatũ, niſi muris vrbis Romæ. Quia in ipſis tantum locum habet diſpoſitio iſtius legis, non in aliis ciuitatibus. Secunda, quòd ſi nõ eſſent muri, ſed loco murorum eſſent foſſata, prout in partibus Lombardiæ, ſi quis tranſcenderit, non teneatur pœna huius legis. Et quòd procedat ſolùm in muris vrbis Romæ, tenet excellens doct.Bald.nouel. conſil. lxv. vbi ponit cauſas,& rationem legis: & aliquos caſus excuſabiles à pœna huius legis. Et ad primum dictum vide Luc. in l.j.penult.colum.in fi.de colon. Illyr. qui dicit, quòd lex iſta debet intelligi in eo, qui trãſcendit muros tempore belli,& non pacis. Et quid ſi aliquis animo interficiendi rebellem, vel bannitum tranſcendat muros, an teneatur iſta pœna? vide Iaſon.in l.ſi quis nec cauſam, in fine. ff.ſi cert.pet. pro quo facit quod Boërius cõſuluit in d.deci. quòd ſi aliquis vt euaderet periculum mortis, vel alia iuſta cauſa tranſcenderit muros, non tenetur pœna huius legis. Et quid ſi terra, vel caſtrum habeat foueas, & non muros, vel ligneos parietes? vide Romanum in ſingul. clxij. pro quo eſt text.in l.iij. §. in bello. ff. de re militari. Marcel. Bonus.

VI.

1 *Infamis quando quis ſit ipſo iure,& quãdo requiratur ſententia?*

1 SI quis deliquit † in officio ſuo, ex quo eſt infamis ipſo iure, quia offendit Principem, qui eum creauit, & non requiritur ſententia. Si verò aliter deliquit, & tũc requiritur ſententia, vt in l.j. infrà de infa. & non habet locum text.in l.ij.ff.de Senatoribus. Barth.de Capua.

ADDITIO.

Conſidera bene, ne forte iſta deciſio ſit contra text. in l.ſi quis decurio.C.de falſ. Nota glo.in hac lege, & authoritatem huius illuſtr.doct. quando infamia irrogatur ipſo iure. Sed poſſet non inutiliter dubitari, an priuetur bonis ipſo iure. Exemplum. Sacratiſsimus Imperator Carolus v.declarauit per ſententiam ſuam illuſtr. Ducem Ferrandinæ non ſeruaſſe fidem datam quondam magnifico Ioan. Hieronymo Carrafæ: an ex iſta declaratione fuerit ſequuta infamia, & priuatio ſtatus? fortè non. Nam illuſtriſsim. Dux non fuit auditus:& ſententia lata in abſentem, & non fuit diffinitiua. Vnde non eſt infamis. Vide Bald. hîc, qui ſatis in terminis diſputat latè quæſt.& inclinant rationes ſuæ in fauorem Ducis. Inno. in cap. qualiter & quando.de accuſat. facit dictum Bald. in l.ij.in §.miles.de infami.vbi eſt ſolennis & magiſtralis gl.pro quo etiam adduco Innoc.in ca.nonne. viij.q.iiij. maximè quia ſunt epiſtolæ,& declarationes, quę non infamant. pro quo eſt text. in l. quid ergo. §. quantum ad infamiam.ff.de infam. Et ſententiæ Principum requirũt citationem partis. text. in l. Imperialis maieſtas. C. de legi. etiam ſi ſit ſententia declaratoria. ita Alexan. in cõſil.xj.colum.ij.li.vij.& colum.iiij.vbi latiſsimè. & Socin. in conſil.clxiiij.lib.ij. Et quod dixi de citatione neceſſaria ad ſententiam Principis, intellige de prima citatione, non de aliis intermediis, quæ tolli poſſunt. vt ſingulariter dixit Philipp.Deci.in l.militis.C.de teſt.mil. Hoc ſummo digito tetigi, vt alij cogitent ſubtiliora & aptiora. Marcel. Bonus.

VII.

1 *Notarius ſi fuit iudex ciuitatis, an finito officio poſſit officium notariatus aſſumere?*

QVæro in l. Senatoris filius. ff. de Senat. quid ſi notarius † fuit iudex ciuitatis, nunquid finito officio poſſit officiũ notariatus aſſumere? Et videtur quòd non, argumento huius literæ. Et videtur quaſi caſus C. vbi de ratioci. agi opor. l.ij. Tu dic quòd ſic. vt C. de primicer.l.j.lib.xij.C.de decur. l. qui derelicta. lib.x. Bartholomæus de Capua. 1

ADDITIO.

Fortè non eſſet inutile dubitare de iſta deciſio. Nam cui eſt dubium, quòd notarius etiam pendente officio iudicatus remanet notarius: & poteſt inſtrumenta conficere durante

durante dignitate: vt est casus ad literam in l.si quis decurio, iuncta glo.j.C.de fal. Ad quid ergo est dubitandum, si finito iudicatu recuperat officium, quod semper retinuit? Marcellus Bonus.

VIII.

1 *Ecclesiastica res in casu prohibito si donetur, & donatio ab abbate confirmetur, an si postea donatarius sit ingratus, donatio reuocari possit?*

1 Ecce in l. emancipatum, in fin. ff. de Senat. donaui † tibi rem ecclesiasticam in casu prohibito, & feci ipsam confirmari ab Abbate, tandem mihi es ingratus, propter tuam ingratitudinem volo reuocare donationem, quæro nunquid possim? videtur quòd sic. vt C. de reuocand.dona.l.final.tu dic quòd non: quia magis tibi prodest confirmatio Abbatis, quàm donatio mea. ad quod C.de iure emphyt.l.fin. Et quia ista donatio magis prouenit ad te ex Abbatis confirmatione, quàm nostra donatione.arg.ff.de adopt.l.si arrogator, in fin. Bartholomæus de Capua.

IX.

1 *Ecclesia aliqua si sit in episcopatu, debet esse sub obedientia episcopi.*

1 Valet l.j.§.cum vrbem. ff. de officio præfecti vrbis, ad quæstionem de Episcopo, vt si † aliqua sit ecclesia, seu locus religiosus in Episcopatu, quòd debet esse sub obedientia Episcopi. Idem dico de villa, seu castro, vt si est posita, vel positum in Episcopatu alicuius ciuitatis, debet esse de eius iurisdictione, prout in cap.omnes Basilicæ.xvj.quæst.vij. Nisi demonstretur priuilegium in contrarium per text. in cap.cum & plantare. extra, de priuileg.& no. glo. in dict. cap. omnes Basilicæ. Bartholomæus de Capua.

X.

1 *Distributores si sint plures dati in testamento, quando quilibet solus possit distribuere?*

1 Dic † quòd si sunt plures dati distributores in testamento, vt in terminis.l.j.ff. de offi. Consulis. quilibet solus potest distribuere, quia officium eorum quilibet eorum insolidum habet, vt manifestè colligitur ff.de fideicommiss.lib.l.si legataria à duobus. Bartholomæus de Capua.

XI.

1 *Iudices ordinarij si tres sint, & coram vno datus sit libellus, corã alio facta litis contestatio, coram alio receptæ probationes, quis debeat pronuntiare?*

1 Ecce tres erant † iudices ordinarij, duobus absentibus coram vno oblatus fuit libellus, coram alio fuit facta litis contestatio isto absente, tertius iis absentibus probationes recepit, & planum est, quòd vnusquisque eorum habet officium insolidum, vt in l.j.ff. de offic. cõsulis. quæro quis debeat pronuntiare? & dic (licet plura dicantur pro, & contra) quòd is, coram quo fuit lis contestata. nam principaliter per litis contestationem iudex cognoscere incipit, vt ff.de iudic.l.de qua re. & ibi not.in glo.Barthol.de Capua.

XII.

1 *Magistratus minor si non potest suum officium exercere, potest maiorem magistratum inuocare.*

1 Nota in l.ne quicquam.§.cæterum.ff.de officio Proconsulis, quòd quotiescunque † minor magistratus non potest suum officium exercere, potest maiorem magistratum inuocare.ad quod facit C.de offic.præfect. Augu.l.j.& C.de episc. & cleric. l. si quis in hoc. Barth. de Capua.

XIII.

1 *Vidua in sua possessione molestata, & ideo peteti sibi literas exhiberi, vt à turbatione desistatur, an sint dictæ literæ cõcedendæ?*

1 Quæro in l. illicitas.§. ne potentiores. ff. de officio Præsidis.consueuit † venire vidua in Curia magistri Iustitiarij, & petit quòd talis qui ipsam molestat in possessione sua, à turbatione desistat: ac petit sibi literas exhiberi: nunquid tales literæ sint sibi concedendæ? & responde quòd non. Si quis enim habet accusationes, eas suo ordine experiatur, vt ff. quod met. caus. l. extat edictum. ad hoc facit ff.de priua.delic.l.fi. & ff. si mulier ventr.no.l.prima.§.necessario. nisi miserabilis esset persona, quia tunc ne potentiores, &c.& quia melius, &c. & C.in quibus causis in integrum restitutio non est necess. l.final. Barthol.de Capua.

XIIII.

1 *Mulctam quæ fisco applicari debet, an magistratus remittat: & quid si pœnam ordinariam remittat?*

1 Sic ergo † magistratus mulctam quæ fisco applicari debet, remittit: vt in l.illicitas.§.fin.ff.de offic. præsid. Sed contra infrà de publ.l. licitatio.§. earum. Sed si magistratus pœnam corporalem remisit, simili punietur. vt C.ne sanct. bapti.l.fin.in fin. Si autem aliquid de fisci iuribus credit remittendum, in tantundem de suo proprio tenetur. vt C.de anno.& trib.l.ij.libr.x.& de cõueni.fisc.debi.l.ij.Si tamen pœnam remittit ordinariam, quinquaginta librarum auri mulcta ferietur. vt C. de mod.mulctar.l.vni.in fin.Bartholomæus de Capua.

XV.

1 *Furiosus quomodo quis probetur.*

1 Sed quomodo † probatur furiosus vt in l. congruit.§. furiosi.ff.de offic. præsid. respondeo, vt docet lex C. de lati.liber.tollen.l.j.§.sed & si quis homini. & ff.de cõditio.instit.l.quidam in suo.Barth.de Capua.

XVI.

1 *Approbator qua actione conueniatur?*
2 *Nominatores an teneantur, si nominati sint minus idonei?*

1 Sed qua † actione conuenitur approbator? de quo in l.si verò pro condemnato fideiussit: ibi, approbatum.ff. qui satisdare cogantur. dic quòd eadem, qua fideiussor. vt infrà, de fideiusso. tut. l.cum ostendimus, in
2 fine: scilicet ex stipulatu: vt infrà de oblig. Sed an † nominatores teneantur, si nominati sint minus idonei? respondeo sic, vt C.de suscepto.& arcar.l. ij. libro decimo. Bartholomæus de Capua.

XVII.

1 *Dolo commisso ab eximente quem in iudicio, si per exẽptionem actio non sit amissa, actor à reo consequitur suum interesse, reus illud recuperat ab eximente.*

1 Istud teneas in l.ex hoc edicto. ff. de eo per quem factũ erit.& in toto titulo isto, quòd † dolo commisso ab eximente, si per exemptionem actio non sit amissa, quòd actor potest agere cõtra reum, & consequi omne interesse suum. Et versa vice, reus omne interesse recuperat ab eximente: vt suprà eod.l.j.§. si reus.ibi, allegat, &c. & infra titul.j.l.j.in fi. & l. iij. vbi autẽ est amissa propter factum eximentis, contra eum agitur tantum, non contra reum liberatum, nisi in subsidium: vt est in præsenti §. Nec credas, quòd quando actio non est amissa, habeat electionẽ actor vtrum velit agere contra reum, vel contra eximentem, secundum quod quidam credunt: quia cum actio in factum ex hoc edicto detur ad interesse, vt suprà eod. l.j.§.si plures, si actor habet actionẽ saluam contra reum sua non interest, vnde contra eximentem non agit. Bartholomæus de Capua.

XVIII.

1 *Conuentio legitima parit actionem, & quid de conuentione iurisgentium?*

1 Sed quæ † est ratio quòd legitima conuentio semper parit actionem. vt in l.iurisgentium.in princip.ff.de pactis. Sed conuentio iurisgentium interdum actionem interdum exceptionem, vt hic? Respondeo, actiones omnes sunt iuris ciuilis, vt suprà de orig.iur.l.ij.§.deinde.

nec mirum si plures parit actiones legitima conuentio, quæ est iuris ciuilis, quàm iurisgentium. Bartholomæus de Capua.

XIX.

1 *Transigi aut conueniri an possit super præbendis clericorum?*

1 SEd quid † de præbendis clericorum, nunquid super his de authoritate Episcopi licet transigere, seu conuenire? est argumentum in l. cum hi. ff. de transactionibus. quòd sic, quia licet super re ecclesiastica non possit fieri transactio, vt C. de Episcopis & clericis. l. iubemus. & in authenticis ibi positis: tamen de fructibus ipsius præbendæ bene potest transigi. Quia quando de ipsa præbenda quæstio esset, non posset sine authoritate episcopi vt extrà eo. c. de cætero.

XX.

1 *Accusatus criminaliter de periurio, si ob contumaciam fuit post annum foriudicatus, captus qua pœna puniatur?*

1 QVæri † consueuit, in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de iis qui notãtur infamia. aliquis fuit accusatus criminaliter de periurio, non comparuit, fuit bannitus, & post annum foriudicatus, tandem captus fuit, qua pœna puniatur? nunquid ad mutilationem manus, quæ est pœna periurij, secundum constitutionem, an occidetur? Et quidam dixerunt quòd ad mutilationem manus, quasi prima causa inspecta. Tu dic quòd occidetur, quasi sua contumacia puniet eum, ex sola sententia foriudicationis, vt manifestè patet ff. de pœnis. l. quod ad statum. & ibi glo. nam inspecto an ex eo crimine talis pœna debuerit imponi, cum ex causa possit augeri? l. ex sententia. & infra de bon. eor. l. ij. Bartholomæus de Capua.

XXI.

1 *Minor petens se restitui, an necesse habeat dicere causam, super qua restitui petit?*

1 SEd nunquid † quando minor petit restitui vt in l. j. ff. de in integrum restitutionibus. necesse habeat dicere causam, super qua restitui petit? puta, peto restitui, quia talem exceptionem omisi, vel talem articulum. dic quòd sic. argument. in authen. de test. §. si verò. & quia necesse habet se læsum probare. vt ff. de iureiurand. l. nã & postea. §. si minor. & not. extrà de except. capit. pastoralis. Bartholomæus de Capua.

XXII.

1 *Citatio si cadat in diem feriatum, an citatus teneatur comparere die sequenti?*

NOta l. Celsus. §. idem ait. ff. de arbi. pro quæstione
1 qua quæritur, si aliquis † citatur, & citatio cadit in diem feriatum, quòd non tenetur comparere sequenti die. Sed cõtrariũ est de iure canonico, & id seruatur. Pro prima opinione est quasi casus ff. de iudic. l. & post edictum circunduct. & hoc teneo. Bartholomæus de Capua.

XXIII.

1 *Magistratus non potest vocare, nec vocari in ius, & quomodo id intelligatur?*

NOta in l. magistratus. ff. de iudiciis. dicitur, quòd
1 magistratus † nõ potest vocari in ius, ad quod accedit. ff. de in ius vocand. l. prima. sed nec alium vocare, vt hic dicitur. Tu dicas quòd hoc est verum, quòd alium in ius vocare non potest, scilicet suæ iurisdictioni subiectũ: secus si alterius regionis, vt tangitur C. de episcop. audientia. l. si præses. & no. Azo in summa de iudiciis. §. illud quæritur. Barth. de Cupua.

XXIIII.

1 *Interdictum vnde vi an competat ei, qui aliquo tempore tantùm fuit in possessione, & quid de Publiciana?*

1 NOta † aureum verbum, in l. cùm sponsus, in fin. ibi, sed etiam is qui momento possedit. ff. de iudic. & facit ad quæstionem talem. Intentaui contra te interdictum vnde vi, & non probaui quòd per longum tempus possederim, sed quia aliquo tẽpore fui in possessione, & ob hoc competit mihi interdictum, vnde vi. argumen. huius legis, in ver. sed etiam is qui momento, &c. Nam Publiciana datur etiam si per momentum fuit aliquis in possessione, & non datur nisi res esset tradita. & sic videtur, quòd competat interdictum, vnde vi, quasi possessio ei tradita fuerit. Barth. de Capua.

XXV.

1 *Iniuria affectus quibus verbis contra iniuriantem vti debeat, vt eum ab iniuriando arceat?*

1 NOta in l. si quis. in princip. ff. de iudic. pro † simplicibus hominibus quando volunt vetare aliquem, ne fiat eis iniuria, quia dicunt, Ego præcipio tibi ex parte Domini nostri Regis sub pœna decem vnciarum, vt iniuria me non afficias. Non quòd dicant, veto, vel simile verbum prohibitorium, nam tantundem est, vt hic. Item quia non simplici verbo stare debemus, sed voluntas hominis inspicienda est. vt argumento infrà, de oper. noui nuntiatio. l. j. in princip. & C. de liber. præ. l. iij. Bartholomæus de Capua.

XXVI.

1 *Locus vbi quis vulneratur, an vbi moritur ex vulnere debeat attendi ob soluendam pœnam fisci?*
2 *Vulneratus mortiferè pro mortuo habetur.*

1 QVidam fuit † vulneratus, pone Auersæ, tandem venit hûc Neapoli, & fecit se hic curari, mortuus est: quæ ciuitas debeat soluere pœnam fisci? Et in l. huic scripturæ. ff. ad legem Aquiliam. est argumen. quòd Auersana, vbi fuit processus. vt ff. de damno infect. l. Sabini sententia. & infrà eodem. l. ait lex.

Sed quæro, constitutio Regni dicit, quòd si quis inuentus fuerit occisus in aliquo territorio, vel in ciuitate, quòd ciuitas illa ad cuius dominium spectat territorium, soluat fisco vncias centum. Pone ergo, quidam fuit mortiferè vulneratus, non tamen ibi incontinenti mortuus, cum faceret se alibi curari, mortuus est: quæro nunquid ciuitas teneatur ad pœnam? Et multoties de facto vidi iudicari quòd non. In cõtrarium expressè dicitur, quòd
2 sic: nam † qui mortiferè vulneratus est, pro mortuo habetur, vt supradictum est. Barth. de Capua.

XXVII.

1 *Candela à scholari accensa dimissa, si comburat librum, quem ei commodaui, an is teneatur.*

NOta in l. si seruus. §. si fornacarius, in ver. nec quis-
1 quam. ff. ad l. Aquil. quòd si scholaris † surgat de nocte, & candela dimissa accensa comburat librum, quẽ sibi commodaui, quòd tenetur hic, nec excusatur, quia est res naturalis, quia præuideri potuit, vt hic. & ff. eo. l. qui occidit. §. penult. Barth. de Capua.

XXVIII.

1 *Iniuriatus pluribus iniuriis, si iniuriantem accuset, an debeat omnes iniurias in vno libello comprehendere?*

1 POne, † quidam iniuriatus est alicui, & dixit ei multas iniurias, modo accusauit eum, nunquid debet omnes iniurias in vno libello comprehendere? & distingue secundum literam in l. illud. §. si idem seruum. ff. ad leg. Aquil. cum glo. Barth. de Capua.

XXIX.

1 *Rixa quomodo fieri dicatur & inter quos?*

NOta per l. si ex plagiis. §. tabernarius. ff. ad leg. A-
1 quil. quòd rixa † dicitur fieri, non solis verbis iniuriosis, sed actu interueniente, vt hic patet, vbi percussio, & verberatio facta fuit. arg. infrà ad leg. Cornel. de sica. l. si in rixa. & not. quòd rixa dicitur fieri etiam inter duos tantum, vt infrà de vi bono. rapt. l. prætor. §. j. & ita fuit

fuit in isto §.tabernarius.& probatur extrà, de iniur. & damn.dat.capit.j.

XXX.

1 *Regentes si vellent aliquem capere malefactorem & moriatur, non tenentur.*

1 NOta in l.quemadmodum.in §.si quid tamen. ff. ad leg.Aquil.quòd si † regentes volunt capere aliquẽ malefactorem, & moriatur, quòd non tenentur, vt hic. Bartholomæus de Capua.

XXX I.

1 *Actio ex priuilegio mihi concesso datur.*

1 NOta in l. inter cohæredes. §. j. ff. familiæ erciscundæ. quòd si dominus † Rex concedit mihi aliquod priuilegium, quòd ex illo priuilegio habeo actionem, vt hic.& C.si aduersus vend. authentic. sacramenta. & melius ff.de acquir.rer.domi.l.statuas. Bartholomæus de Capua.

XXXII.

1 *Damnatus si quis fuerit, quia expulit me de possessione, an eo ipso restituetur mihi possessio?*

1 QVæro iuxta l. vt fundus. ff. communi diuidundo. expulisti me† de possessione mea, ego imposui tibi defensam, vt me non expelleres, tu nihilominus expulisti, ego egi aduersus te pro defensa, non tamen intentaui interdictum Vnde vi pro possessione, tandem probaui defensam, & damnatus fuisti ad pœnam, nunquid eo ipso restituetur mihi possessio? Et videtur quòd sic:vt in authen.de mãd.princip.§.quòd si delinquentes. Tu tamen dicas, quòd non.arg.hic.& argu.suprà de mino.l. etiam. & de tempor. appel. l. per hanc. Bartholomæus de Capua.

XXXIII.

1 *Citatus criminaliter si non compareat, iudex potest mandare, quòd eius domus diruatur, & alia bona destruantur.*

1 NOta in l.si is cum quo. ff. communi diuidun. quòd de facto fit in Regno isto, quòd si † quis citatione præmissa non compareat, quòd iudex potest mandare, quòd domus suæ diruantur, & alia bona destruantur. Bartholomæus de Capua.

XXXIIII.

1 *Conuentus si quis sit coram Iustitiario pro defensa spreta, an corã eodem poterit exerceri iudicium de prosecutione?*

1 NOta argumentum optimum in l.iiij.§.primo. ff. finium regundorum.ad quæstionem talem. Ecce aliquis † abstulit alicui rem mobilem contra defensam, conuenitur coram magistro Iustitiario vel Iustitiario regionis de defensa: nunquid coram eodem poterit exerceri iudicium de persecutione? in litera illa est exemplum, quòd sic. Barth.de Capua.

XXXV.

1 *Monachi an agere possint contra abbatem, vt sibi det bona fercula, sicut alius abbas?*

1 NOta per literam, in l.sed si hæreditas, in ver.proinde.ff. ad exhibendum. quòd fuit decisa † quæstio, quæ vertebatur inter Abbatem sancti Petri ad Aram, & monachos: qui dicebant, quòd iste Abbas eis peiora cibaria dabat, quàm primus præcedens Abbas, vt daret eis ita bona fercula, sicut præcedẽs Abbas dare solebat.

XXXVI.

1 *Mortuus si quis fuerit in confinibus duarum terrarum, quæ ciuitas teneatur ad pœnam, stante constitutione Regni, de qua hic?*

1 COnstitutio regni dictat, quòd quotiescunque † aliquis mortuus fuerit in pertinentiis alicuius ciuitatis, & nescitur interficiens, quòd illa ciuitas debet soluere centum. Modò aliquis inuenitur mortuus in finibus pertinentiarum duarum terrarum: quæritur, quæ ciuitas teneatur? dicas per legem, cum in diuersis. §. final.ff.de religios. quòd illa ciuitas tenetur ad pœnam, in cuius pertinentiis ille mortuus tenet caput. Bartholomæus de Capua.

XXXVII.

1 *Testis si deponat sine interrogatione, eius dictum est nullum.*

1 NOta † argumentum in l.ait prætor.§.si is cum quo, in ver. alioquin. ff. de iureiurando. quòd si testis deponat sine interrogatione, quòd dictum suum nullum est.& notat Azo in summa: mouetur eo, quòd testis non debet esse verbosus. probat C. de preci.imperat.offer.l.fina.& facit l.prima.& apertius dicit ea l.in fine. cum l. sequenti, in princip. vbi probatur, quòd debet respondere ad id de quo petitur, aliàs nõ valeat eius depositio, vt ibi, & ideò dicitur testis iuratus, interrogatus, & examinatus. Barthol.de Capua.

XXXVIII.

1 *Testis ex interuallo rediens ad deponendum, quod prius dicere noluit, non auditur. Et quid si incontinenti?*

1 NOta argument. in l.non erit, in fine. ff. de iureiur. quòd si testis † nolit dicere, quòd si ex interuallo veniat, postea non auditur, vt hic: secus si incontinenti, vt infrà de condit. & demonstra. l. non ad ea. Bartholomæus de Capua.

XXXIX.

1 *Instrumenta an post aperturam testium produci possint, & eis credatur?*

1 NOta in l.admonendi, in fin. ff. de iureiur. pro † eo quod quæritur, dicit lex, quòd post aperturam testium, testes produci non possunt, vt cap. fraternitatis. de testi. & in authentic. qui semel. sed instrumenta sic, vt notat.C. de rei vendica. l. officium. nunquid credatur instrumentis? Respondeo non: quia instrumento creditur per testes, si ergo non creditur testibus, ergo nec instrumento. contrarium est hic. & C. qui potiores in pignore habeantur.l. scripturas. & hoc secundum distinct. illius legis. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

De hoc notat.suprà ff.de edendo. l. j. §. edenda. in gloss. in princip.&c.Ioan.Grillus.

XL.

1 *Scholares an iurare debeant ad petitionem baiulorum, res, quas dicunt esse immunes à vectigali, esse suas?*

1 QVidam homines † deferebant Neapolim bestias cum mercibus, Baiuli Neapolitani petebant ab eis ius dohanę, scholares ciuitatum illarum, vnde illi erant, dicebant quòd non debebant inde aliquid habere, quia merces illæ deferebantur ad eos: dicebant Baiuli, iuretis: nunquid debeant? Et videtur quòd non: quia vbi, &c. vt in l. creditor. ff. de iureiur. Tu dicas quòd sic: quia hic loquitur de sacramento decisionis, secus in iuramento purgationis, vt C. de his qui ad ecclesiam confug.l.præsenti.§. sed vbi. Bartholomæus de Capua.

XLI.

1 *Exceptio quæ de nouo superuenit, an lapso termino possit opponi?*

1 NOta l. eleganter.in §.si quis post.ff. de condictione indebiti. pro eo, de quo quæri consueuit. dicit constitutio Regni, quòd † debet reus exceptiones suas infra biduum dare, alioquin nullatenus audiatur, vt in constit. lite legitimè contestata, quæ est de processu iudicij. Accidit quòd oblatis exceptionibus infra biduum, post de nouo obuenit sibi quædam exce-

ptio, nunquid poterit eam opponere? Respondeo quòd sic, vt ibi. ad quod facit ff. de vacatio. muner. l. final. §. post causas. & de excusat. tuto. l. athletæ. §. j. & ff. de adimend. leg. l. iij. cum l. sequenti. Mihi videtur quòd contrarium obtinet, per constitutionem illam, lite legitimè contestata. Bartholomæus de Capua.

XLII.

1 *Præscribens est similis soluenti: & quod solutum est compensari non potest.*

1 QVæro in l. etiam. ff. de compensationibus. si cessaui † petere quod mihi debebas per annos xxx. & sic iam non possim agere, cùm sis tutus præscriptione: an si tu agis contra me, possim obiicere compensationem? Et videtur per istam l. quòd sic. Sed dic contrarium: nam præscribens similis est soluenti, nec quod solutum est compẽsari potest: vt infrà, rem ratam haberi. l. j. in princip. Barth. de Capua.

XLIII.

1 *Legens literas proditionis an incidat in crimen læsæ maiestatis?*

1 NOta † literam in l. j. §. si quis tabulas. ff. depositi. ad quæstio. de qua valde consueuit dubitari. missæ sunt literę ex parte Corradini ad aliquam ciuitatem, vt iuret sibi contra dominum nostrum Regem Carolũ. Martinus legit eas, nunquid incidat in crimen læsæ maiestatis? Et dicas quòd sic. argumen. huius literæ. & melius ff. de extraord. crim. l. annonam. in fin. & infrà ad Syllan. l. iiij. §. si aliud. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Et vide Andræ. in capitul. j. quibus mod. feud. amittatur. Pamphil. Mol.

XLIIII.

1 *Hæres ex testamento reuocato per secundum, in quo alius est hæres institutus, si debitores hæreditarios exigat, an institutus in secundo possit ab eo petere quod exigit?*

1 SEd pone, † quidã fecit testamentũ in quo te hæredẽ instituit, postea fecit aliud testamentum, in quo hæreditatem abstulit tibi, & me instituit hæredem. primus hæres scriptus in testamento primo, me absente egit aduersus debitores hęreditarios virtute primi testamenti: & sic vsus est iure meo, quia testamentum vnde ille egit, nihil valebat: Quæro, an possim ab eo petere quod exegit? & est argumen. in l. j. §. fin. ff. depositi. quòd non. & melius dicitur de transactio. l. Imperator. in fin. Bartholomæus de Capua.

XLV.

1 *Spurius si de patris bonis possidet, tenetur patris creditoribus satisfacere.*

1 NOta in l. sed & si non sit. ff. eodem titul. quòd si filius † spurius possidet de bonis patris, tenetur patris creditoribus satisfacere, non obstante, quòd non est hæres: quia illud quod inductum est in sui præiudicium, non debet retorqueri in sui fauorem. facit ad hoc C. de natu. lib. l. fin. Bartholomæus de Capua.

XLVI.

1 *Castrum qui tenetur aliqua re munire, si aliud fieri mandet, tenetur ad pœnam.*

1 NOta literam in l. si procuratorem. §. si verò. ff. mandati. ad quæstionem, Dominus Rex Carol. † mandauit Secreto sub pœna mille vnciarum, vt muniret castra aliqua ratione suæ iurisdictionis certa quantitate frumenti, ipse secundum formam scripsit Vicesecreto. Vicesecretus antequam mandatum mitteret executioni, decessit, & sic castra remanserunt immunita: quæritur an teneatur iste Secretus ad pœnam? Et tu dicas quòd sic, per illam literam. Et est ratio, quia suum negotium alteri mandare non debuit: ad quod præbet argument. ff. de custo. re. l. fin. in princip. Bartholomæus de Capua.

XLVII.

1 *Fideiussor an assignando aliquid de bonis principalis liberetur?*

1 LEx si procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda. est in argument. ad quæstionem, qua quæritur, quòd aliquis † fideiussit pro me, quæritur nunquid iste fideiussor assignando aliquid de bonis principalis liberetur? Videtur quòd non: quia fideiussor de suo dare promisit, vt suprà de cõdictio. indebit. l. indebitum. Sed tamen de consuetudine huius Regni, quæ generalis est, liberatur per assignationem rerum principalis. & huic consonat litera ista. de hoc not. ff. de leg. commiss. l. fina. Bartholomæus de Capua.

XLVIII.

1 *Eligere qui potest quem voluerit, seipsum eligere non potest.*

1 NOta † argumen. ex litera, in l. si mandauero. §. si tibi. ff. manda. quòd si commissa est electio alicui, vt eligat quem ipse voluerit ex aliquibus, seipsum eligere non potest. est casus de elect. cap. cum in iure peritus. Bartholomæus de Capua.

XLIX.

1 *Procuratorem habens si contra debitorem agat & succumbat, procurator verò obtineat, nunquid standum sit victoriæ procuratoris?*

1 NOta † ex litera in l. si hominem. ff. mand. argumen. ad id, de quo sæpe quæritur, Habes procuratorẽ in rebus tuis: Tu dominus egisti aduersus debitorem tuum, & succubuisti in causa, Procurator tuus egit, & obtinuit, nunquid sit standum victoriæ procuratoris tui, an debeas cadere à causa, quia tu succubuisti? & dicas standum esse victoriæ procuratoris, vt ibi. Bartholomæus de Capua.

L.

1 *Salarium habens à Curia pro eundo in commissionibus, si minus expendat, Curia non potest illud repetere.*

1 NOta argumentum in l. creditor. §. si inter. ff. mandati. quòd † si Curia dat expensas alicui eunti pro seruitio Curiæ, & ille parcius expendit, & reseruat sibi aliquid, quòd Curia non potest dicere, tu non expendisti totum: sibi enim subtraxit. Quod facit pro dominis iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, qui sic faciunt, quando vadunt in commissionibus. Bartholomæus de Capua.

LI.

1 *Donatio facta à Longobardis sine maritorum mentione, an valeat?*

1 NOta in l. nec adiecit. ff. pro socio. pro eo, quod quęrunt Longobardi. Nunquid † donatio facta sine lauuechild, id est, sine maritorum mentione, valeat? Et dicunt ipsi, quòd de iure Longobardo non valet: vnde expressè ponunt in instrumentis donationum, quia talis donat tali, & recipit lauuechild. Credo tamen valere, etiam si non apponatur, & præsumitur maritum habuisse, vt hic expressè dicitur. Barth. de Capua.

LII.

1 *Patri acquiritur quod filius ex iniuria sibi facta consequitur, & an in totum vel quo ad vsumfructum?*

1 MAnifestè in l. cum duobus. §. socium. ff. pro socio. dicitur quòd patri acquiritur, quod filius † ex iniuria sibi facta consequitur. sed an in totum, an quo ad vsumfructum tantum? Respondeo quòd in totum, si in pecunia fiat condemnatio. Nam in pecunia vsusfructus non constituitur. Nam assidua permutatione, cum hodie sit mea, cras tua quodammodo extinguitur: vt

tur: vt institut. de vsufruct.§. constituitur. Item immistione consumitur, vt ff. de solut. l. si alieni. Bartholomæus de Capua.

LIII.

1 *Intellectus l. actione.§.fin.ff.pro socio.*

1 CAue tibi, † quia text. in l. actione.§. fi. ff. pro socio, intelligitur in societate incidẽti, vt puta, quia vxor nomine viri sui dotem socero numerauit, qui plures filios habebat, qui patri vnà cum marito istius mulieris successerunt, & sic fratres facti sunt socij incidenter. dicitur enim hîc, quòd maritus ante omnia dotem percipere debet, si matrimonium solutum non est, quia solùs onera sustinet, secus si est solutum, quia non præcipiet, vt hic sequitur & est notabile. Bartholomæus de Capua.

LIIII.

1 *Libellus sustinetur, in quo dicitur, peto talem condemnari ad decem, licet mihi illum condemnari non dicam.*

1 NOta text. in l. si duo societatem. ver. si ea ita. ff. pro socio. pro defensione libellorũ quando † dicit aliquis in libello. Peto talem condemnari ad decem, quia licet non exprimat, sibi deberet condemnari, si in superiori parte libelli fuit facta mentio de actore, vt hîc in stipulatione dicitur. Bartholomæus de Capua.

LV.

1 *Empta res si mihi displiceat, infra quantum tempus possim à cõtractu discedere.*

1 SI displiceat res, vt in l. si res ita. ff. de contrahenda emptione. quanto tempore poterit pœnitere? Respondeo, aut † adiicitur tempus in contractu, & infra illud tempus: quia contractus ex conuentione legem suscipiunt, vt ff. deposit. l. j. §. si conuenit. si autem non fuit appositum, sed simpliciter, si res mihi displicebat, sit inempta spatio duorum mensium, & nõ vltra, vt ff. de ædil. edicto l. quòd si nolit. §. final. & §. qui mancipia. & not. C. de ædil. edict. l. penult Bart. de Capua.

LVI.

1 *Consuetudini de lucranda dote an possit per pactum cõtraueniri?*

1 COnsuetudo est in quibusdam locis, vt si matrimonium durauerit per triennium, si post modum moriatur vxor, maritus lucratur dotem, nunquid † per pactum poterit huic consuetudini contraueniri? Videtur quòd non. Consuetudo enim pro lege seruatur, vt in l. diuturna. ff. de legibus. facit l. non dubium. C. de legib. & l. pacta quæ contra. C. de pact. cum simil. Tu dicas quòd renuntiari potest per pactum, & contraueniri cõsuetudini, vt in l. Imperatores ff. de contrahen. emptio. & ff. de aqua plu. arcen. l. si prius. §. placuit. & C. locati. l. circa. Bartholomæus de Capua.

LVII.

1 *Tutor an possit esse testis in causa pupilli?*

1 QVæro iuxta l. fistulas. §. fundum. ff. de contra. empt. si pupillus habet aliquam causam, nunquid † tutor possit esse testis in ea causa, contra contutorem suum, vel contra alium? Distingue, quòd si cõtractus descendit ex persona minoris, tunc quia ibi periclitatur tutor, tanquam in causa propria non admittitur. argument. suprà de mino. l. cum manda. si autem ex persona defuncti, tunc quia potest authorari sibi in causa descendente ex contractu defuncti, C. quando appella. non est necess. l. prima. dicerem eũ admitti. Quia periculum propriorum nominum non transit ad tutorem, nisi ab eo fuerit approbatum, arg. de tutel. & ratio. dis. l. probatum. Bartholomæus de Capua.

LVIII.

1 *Indemnitatem si Rex mercatori promittat, & is naufragium fecit, an post triduum res naufragium passæ sint ei restituendæ?*

1 LEx fistulas in fin. ff. de contra. emptio. facit ad quæst. de facto, quæ fuit inter Regem, & Ianuenses. Rex † promisit indemnitatem eis in Regno suo vbique: modò contingit, quòd Ianuenses passi sunt naufragium, consuetudo Regni, vel constitutio Imperatoris Federici dictat, quòd post triduum efficiantur res passæ naufragium fisci. Quæritur nunquid Rex debeat præstare indemnitatem aduersus talem consuetudinem? Et satis litera illa determinare videtur hanc quæstionem. Quia quando aliquis promittit indemnitatem tempestatis, de insolita, non de solita tempestate promisisse videtur, vt hic dicitur. Sed facit argumen. in contrarium lex conducto. §. sed si labes. ff. locati. Quia ea quæ sunt de consuetudine, & si non dicantur, habentur pro expressis, vt notat. ff. de ædilit. edict. l. quòd si nolit. §. quia assidua: cum simil. Iterum videtur quòd debeat præstare, quia generale dictum generaliter debet intelligi, vt ff. de leg. præst. l. j. §. & generaliter. & quia à seipso de indemnitate præstare debet, vt argum. suprà de nego. gest. l. si pupilli. §. finali. & suprà mand. l. si negotia. Item quia iste dominus Rex non potest obiicere culpam, ex quo lucrum sentit. argument. ff. de iure dot. l. cum in fundo. §. similiter. Bartholomæus de Capua.

LIX.

1 *Mulier quæ non potest contrahere sine consensu Mundualdi, si contrahat, habet obligatum cõtrahentem, ipsa verò alteri non obligatur.*

1 NOta † ex l. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de actionibus empti. cum præcedentibus proximis, quòd ex quo mulier in aliquibus locis regni non potest se obligare seu contrahere sine consensu Mundualdi, quòd si contrahit, habet obligatum contrahentem: & ipsa alteri non obligatur. Bartholomæus de Capua.

LX.

1 *Castro concesso à Rege, an dicatur etiam concessa iurisdictio criminalis?*

1 NOta l. creditor, in fine ff. de actio. empti. pro eo de quo dubitari consueuit, an si dominus † Rex concessit aliquod castrum alicui, videatur ei concessisse iurisdictionem etiam criminalem? hîc est argu. quòd sic. & suprà, de offic. præfect. vrb. l. j. de quo dic vt ibi plenè. Barth. de Capua.

LXI.

1 *Feudum reddens decem vncias, si diligentia feudatarij melioretur, & reddat xx. an teneatur plus seruire, quàm primò seruiebat?*

PEr gloss. in l. si merces. §. culpa. in gloss. diligen. ff. de actio. empti. soluitur quæstio, de qua dubitari con-
1 sueuit, quæ talis est, Pone quòd † dominus Rex dedit feudum cuidam, reddens annuatim decem vncias, & voluit, quòd ille miles pro illo feudo solueret domino Regi annuatim vnciam vnam, tandem ex industria huius probi viri melioratum est feudum, sic quòd annuatim valet vncias xx nunquid teneatur seruire plus domino regi, quàm primò seruiebat, quando reddebat decem? per istam glo. satis bene terminatur quòd non. Bartholomæus de Capua.

LXII.

1 *Articuli noui quando possint produci, licet nõ fuerit addita clausula, saluo iure, &c.*

1 QVæstio talis est, quidam † constituit procuratorem in iudicio, & sic potest formare articulos nouos, fecit articulos, & dixit, saluo iure faciẽdi nouos articulos, postea in inferiori parte articuli dixit, saluo iure, vt suprà, non apertè dicendo ꝗ nouos articulos facere volebat, modò vult alios nouos facere, quæritur

nunquid posſit? & l. Titius.ibi, ſimiliter. ff. qui pot. in pign.hab.eſt argu.quòd non vbi ſuprà,& ſic fuit iudicatum de facto in curia magiſtri iuſtitiarij. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Sed dominus Franciſcus de Celeſia dixit quòd poſsit. arg. ff.de hæred.inſtitut.l.iij.in fine.& C.de hære.l.quoniam. & not.ſuprà de pact.l.item.in fin. Ioan.Baccan.

LXIII.

1 *Intellectus l.item liberatur.ff. quibus modis pignus vel hypothec. ſolui.*

LEx,item liberatur,in ver.pignus eſt.ff.quibus mod.
1 pign.vel hypothec.ſolui.intelligitur,vt † quia res aliqua obligata fuit vſque ad certum tempus, non autem dicas quòd ſolutus à perſonali actione, ſit ſolutus ab hypothecaria per xxx.ann.cùm xl.annis duret,vt C.de præſcrip.xxx.ann.l.cũ notiſsimi.& quia eſſet cõtrà.C.de luitio. pigno.l.ij. ſecundum verum intellectum. Bartholomæus de Capua.

LXIIII.

1 *Teſtes variantes in verbis,non in ſenſu an probent?*

NOta literam in l.ſicut.§.vẽditionis.ff.quibus mod.
1 pign.vel hypoth. ſolui. pro depoſitione † teſtium, quando variant in verbis,vt quia vnus dixit,ego vidi eũ poſsidere per x.annos,alius, per xij. nunquid ſit probatum? dicas quòd ſic, vt hic. Barth.de Capua.

LXV.

1 *Conductor qui in vna parte rei conductæ vi tempeſtatis damnum paſſus eſt, in alia non, ſi pro ea parte petat remiſſionem penſionis, an domino petente teneatur totum renuntiare, vel totum habere?*

1 EXpedita eſt quæſtio † de qua conſultus fui per l. ædiles,in ver. ſi iuramenta.ff. de ædilitio edicto. quidam locauit cuidam terram ſuam, & conductor in vna parte ipſius ſeminauit hordeum,in alia granum,ſed hordeum vi ventorum deſtructum eſt, vel alia cœli,vel terræ calamite, frumentum autem non, conductor terræ ſecundum cõſuetudinem loci renuntiat hordeum ſatum, & ſic dicit non teneri ad terraticum pro illa parte, in qua hordeum ſatum eſt, dicit locator, renuntia mihi etiam granum, quod ſeminaſti in terra mea, & ego libero te à præſtatione terratici, dicit ille, nolo, quæritur quid iuris? Et reſpondeo, quòd aut totum renuntiabit aut totum habebit,vt hic. Quod intellige, ſi in tota terra vnum pretium,vel merces conſtituta ſit, vt ſuprà eo.l. cum eiuſdem. Cum autem diuerſa ſunt pretia, vel mercedes,diſtingue, vt in eadem.l.notat. Bartholomæus de Capua.

LXVI.

1 *Eccleſia,vel monaſterium,ſi quid cum decreto vendat, in caſu euictionis ſufficit denuntiare epiſcopo,vel abbati.*

NOta in l.ſi dictum,in fin.ff.de euictionibus.argum.
1 † quòd ſi eccleſia,vel monaſterium cum decreto aliquid tibi vendidit,quòd in caſu euictionis ſufficit nuntiare Epiſcopo, vel abbati.Barthol.de Capua.

LXVII.

1 *Notarius ſi faciat inſtrumentum in duabus papyris,an valeat?*

QVæro in l.cum fundi,in princ.ff de.euictio. Notarius faciebat inſtrumentum, charta non ſufficit, propter quod finit in alia charta,quero nunquid valeat tale inſtrumentum? & reſpondeo quòd ſic, vt infrà de tab.exhib.l.locum,in princip. Bartholomæus de Capua.

LXVIII.

1 *Clauſula, Item vult probare, quòd poſſedit tanto tempore, cuius contrarium &c. quid operetur,& quid ſignificet?*

SVme in l.ſi arbiter.ff. de probatio. bonam practicã,
1 cùm dicis. Item vult † probare quia poſſedit tanto tempore in cuius contrarium,&c. Ac ſi diceret, poſſedit per centum annos, nec eſt impoſsibilis probatio: quia lex ponit. nam ſi eſſet impoſsibilis, lex non poneret. vt l.inter diuinum. C. de ſacroſanctis eccleſiis. Bartholomæus de Capua.

LXIX.

1 *Canoniſta an deficiente Canone poſſit iudicare ſecundum conſtitutiones regni?*

1 QVæri † conſueuit,ſi canoniſta,qui iudicat inter canonicos ſecundũ iura canonica nõ poſsit habere regreſſũ ad iura canonica, quia iura canonica nõ loquũtur ſuper eo negotio, nunquid poſsit iudicare ſecundum conſtitutiones Regni? eſt argu. in l.fin.§. reſponſo. ff. de teſtib. quòd ſic. Item domini Canoniſtæ deficiente iure Canonico,iudicant ſecundũ iura ciuilia: & ſic faciunt de facto. multo fortius poſſunt iudicare ſecundum conſtit. Imperiales. nam vbi eadem ratio, ibi idem ius. vt ff. ad leg. Aquil.l.illud. Bartholomæus de Capua.

LXX.

1 *Datum in ſponſalibus ob matrimonium, an repeti poſſit matrimonio non ſequuto?*

1 NOta in l.in poteſtate.ff. de ſponſalibus. manifeſtè, quod de facto accidit in ciuitate Neap. quoniam cõtractis ſponſalibus dos incõtinenti tradita fuit. quòd ex quo poſtea matrimonium nõ fuit ſequutum, id quod datum fuit, per condictionem ob cauſam fuit repetitũ, quaſi ob cauſam matrimonij datum, & matrimonium non ſequutum.Barth.de Capua.

LXXI.

1 *Pater cogi poteſt filias maritare & qua actione, & an idem in matre. Et an hodie filiæ debeant expectare xxv. annum?*

1 NOta in l. qui liber.ff. de ritu nu.præſides † debere cogere patres, vt debeant filias maritare: & petitur hoc officio iudicis. vt in Longobar. de ſucceſ. l. recolimus. Et petent hoc ſecundum dignitatem & facultatem patris, & numerum filiorum. vt infrà titulo j. l.quæro. & infrà, de lega. iij.l. ſi filiæ.& C. de epiſcopo. aud.l.tam dementis. Matres etiam poſſunt eodem modo cogi, quando ſunt hæreticæ, filiæ verò orthodoxæ. vt C. de hæret. l. cognouimus.& in authen. de reſtit. & ea quæ pa.§.quam ob rem. Sed corrigitur, quòd mulier expectare debeat vſque ad xxv. annos.in authentic. vt cũ de appellat. cogno.§.alicui. quæ eſt poſita C. de inoffic. teſtam.l. filia. ſed non eſt ita, quia fragilitatibus mulierum eſt ſuccurrendum.& authent.illa aliter intelligitur. & facit ad hoc ff.de lib.agno.l.necare.C.de dot.promiſ. l.ſi pater.§.vtraque.quod dic vt C.de iure dot.l.ſi mater. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Et facit l.iſta ad quæſtio. quòd ſi aliquis habens ſororem, eam differat maritare,quòd illa poteſt petere partem de omnibus bonis parentis. Et quòd mulier poſsit partem petere,facit hæc lex: videtur enim frater prohibuiſſe,ex quo non requiſiuit conditionem mariti, ex quo mulier erat in ætate.Sed an frater teneantur maritare ſororem? dic quòd ſic. vt infrà de admi.tuto.l.ſi plures, in fi.quod not.per conſtit.in aliquibus. Io.Baccan.

LXXII.

1 *Nobilis ſum, ſi pater meus nobiliter vixit, licet auus ruſticus fuerit.*

MAnifeſtè loquitur l.Iulia.in ver.Item libertinus.ff.
1 de ritu nuptiarũ.quòd ſi auus † meus fuit ruſticus, & pater

& pater meus sua industria, & probitate notabiliter se gessit, & tanquam nobilis vixit, quòd ego nobilis sum. Et potius mihi prodest probitas patris mei, quàm obsit rusticitas aui mei. Bartholomæus de Capua.

LXXIII.

1 *Mulier si tradat secundo viro quartam sibi competentem in bonis primi viri, an sint ei dandi fructus qui percipiuntur ex quarta?*

1 NOta in l.dotis fructus.§.si vsusfructus.ff.de iure dotium.quòd si mulier tradat † in dotem secundo viro suo quartam competentem sibi in bonis anterioris viri sui, quòd non sunt ei dãdi fructus, qui percipiuntur ex quarta:sed ipsa quarta,vt hic dicitur de vsufruct.Bartholomæus de Capua.

LXXIIII.

1 *Dotem mulier potest cum viro permutare, si id sibi sit vtile.*

1 NOta in l.ita cõstante.ff. de iure dotium. quòd post † longam discussionem fuit consultum,mulierem posse dotem permutare cum viro, si ei esset vtile, per istã legem. Bartholomæus de Capua.

LXXV.

1 *Debitor meus in centum si campsori mandet vt mihi soluat,& ille promittat,postmodum aufugiat,nunquid ego possim habere recursum contra debitorem meum?*

1 PEr literam in l.vbi.ff.de constituta pecunia.fuit determinata Neapo. talis quæstio, tu eras † debitor meus in centum:mandasti cuidam campsori,vt mihi solueret illa centũ, campsor constituit mihi soluturum, & scripta sunt in cãcellario suo: accidit quòd campsor aufugit:quærebatur nunquid potuisset haberi recursus cõtra te principalem debitorem? & videbatur quòd non, per l.ff.de sol.l.si soluturus.Sed per l.vbi.ff.de cõsti. pec. pronuntiatum fuit quòd sic: quia per constitutionem factam,non fuit sublata prima actio quæ contra te competebat.& ideo conueniam te.

ADDITIO.

Sed dicas,aut conuenit vt à prima discedatur nouatione, & tunc liberatur debitor, si ille aufugit. vt ff.de præto. stipu.l.pen.de pig.l.si fideiussor. & per l.item illa. §. vltimo.in hoc titu.de constit.pec.ff.in l.j.eo.titu.& hæc quęstio fuit de facto. Barth.de Capua.

LXXVI.

1 *Famulo meo noto aliquid pro me dans,amplius non tenetur.*

1 GLossa in l. qui non tam.ff. commodati. ita passim non est tenenda. Et Dominus † meus hoc verum esse simpliciter non credit:sed sic distingue, quia aut famulus erat notus,quia semper & diu consueuit facere facta domi,& tunc non tenetur,qui tali dedit.arg. pro hoc ff.quod cum eo.l.fin.§.j.& ff.de præscrip.verb.l.apud Labeonem. si autem erat ignotus,vel non ita familiaris, serua glo. Bartholomæus de Capua.

LXXVII.

1 *Vicarius Baronis,qui mortuus est sine filiis,cuius terra Curiæ vacauit,an teneatur, si promisit creditoribus satisfacere de prouentibus terræ?*

1 QVid si est † mortuus Baro sine filiis,& sic terra sua Curiæ Regis vacauit, nunquid tenebitur vicarius suus, qui promisit satisfacere creditoribus de prouentibus terræ suæ? Videtur quòd sic,per l.si pupilli. §. itẽ si proc.ff.de neg.gest. Sed dicas q̃ vbi principaliter fuit cũ eo contractũ,& ab eo stipulatus fuit creditor suo nomine,habet locum §.ille. Vbi autem non se principaliter obligasset, sed in fide sua recepit se de pecunia domini velle soluere,secus esset.vt in l.j.§. Lucius. de instit. actione.Bartholomæus de Capua.

LXXVIII.

1 *Sera seu clausura non sunt frangendæ, aliàs actio iniuriarum datur.*

1 NOta cautè literam in l.j.§.idem Neratius.depositi. quòd non † est imputandum ei, qui non fregit seram.quod ad multa prodest,vt hic manifestè patet & infra §.proximo. est autem. Vel dic,clausæ erant iussu magistratus, nam si ipse clausisset, non esset magnum damnum si frangeret clausuram. argum. C. vt nemo priua.l. ij.& in authentic,vt defunct. seu fu. in princip. nam si alius clausisset,teneretur iniuriarum. vt infrà de iniuriis. l.si iniuriæ. Vel potest dici quòd erant clausæ etiam sine iussu,& non tenetur aperire: quia magnum damnum erat depositario frangere seram: & deponentis non intererat multum habere rem illam. nam cum nullum lucrum ex deposito cõsequatur, quare vult habere captionem frangendo seram?vt patet ex d.§.est autem.Bartholomæus de Capua.

LXXIX.

1 *Pretium rei meæ à te vendita an & quando exigere possim?*

1 NOta argumen.in l.quid ergo si pretium.ff. depositi.quòd si tu vendis † meam rem, ego non possum exigere pretium rei, nisi re perempta,vel vsucapta. Quo casu ago in subsidium actione negotiorum gestorum. vt C.de rei vendi. l.mater. & de reb. alien. non alie.l.j. Et est ratio, quia pretium non succedit loco rei.vt ff.de verbor.significatio.l.Labeo.nisi in petitione hæreditatis,& in quibusdam specialibus casibus. vt suprà de petitione hæredit.l.si rem & pretium. & nisi in casibus not. in l. si eum seruum.ff.si certum peta. Et est hoc verum, quando vendis rem meam, quæ ad te peruenit nullo contractu præcedente. & quando præcessit contractus inter me & eum,à quo tu habes causam,sicut hic fuit,vel inter me & te, & tunc bene possum petere pretium, vt hic & infrà de donat. caus.mor. l.filio, in fine. Bartholomæus de Capua.

LXXX.

1 *Confitens non tenetur, vbi ex confessione non potest induci obligatio.sed ex re, vel ex facto,confessoria, quod procedit tam in contractu,quàm in delictis.*

2 *Epistola an & quando inducat obligationem inter absentes?*

1 VErum est tam in † cõtractu, quàm in delicto quòd vbi ex confessione nõ potest induci obligatio, sed ex re,vel ex facto, confessoria non teneatur, qui confessus est,vt in l.Publia. ff. deposit.& ff.ad leg. Aquil.l.inde Neratius.§.fin.& l. sequenti. Vel dic in prædictis, quòd hic ex confessione non oriatur directa actio depositi, oritur tamen vtilis.argu.suprà,de interroga. actio. l. qui de ætate.§. qui interrogatus. hic autem ideo non oritur actio ex confessione, quia fuit facta per epistolam inter
2 absentes: quæ epistola † non inducit obligationem in illis contractibus,qui consensu non perficiuntur,vt hic.& ff.de verb. oblig.l.j.in princip. sed in illis contractibus, qui solo consensu perficiuntur, epistola obligationem inducit,vt in præallegato §.& ff. de contrahen. empt.l.j. §.vltimo. Bartholomæus de Capua.

LXXXI.

1 *Iudæus non potest accusare Christianum de periurio.*

1 PRæstat l.j.C.de hæreticis. argu. quòd Iudæus † non potest accusare Christianum de periurio, & est ratio,quia non debet fidem insinuare,quam non habet, vt in l.proxima,in fin.& ibi,qui non est mecum, &c. & hoc facit ad constitutionem Regni, eos qui scienter.Bartholomæus de Capua.

LXXXII.

1 *Instrumentum suspectum licet accipere de manu producentis.*

1 NOta in l. sicut. C. de paganis, quòd si suspectum † instrumentum habes, quod contra te produci-tur, quòd licitum est tibi illud arripere de manibus producentis, dic vt infrà, de fals. l. finali. Bartholomæus de Capua.

LXXXIII.

1 *Pœna an applicetur parti, an verò fisco & pro qua parte?*

1 NOta in l. fin. penul. colum. in ver. in duplum. C. de veteri iure enucleando, pœnam dari † parti læsæ vt ff. de litig. l. final. interdum dimidia fisco, & dimidia parti, vt infrà, de assessor. l. consiliarios. Interdum in duplum parti, in simplum fisco, vt infrà, de modo mulcta. l. eos. Interdum tertia pars pœnæ detegenti nomine præmij, vt ff. ad Sillania. l. lex Cornelia. §. fina. Interdum præstantur duæ partes parti, & tres fisco. vt C. de his qui à non domino. l. fin. Interdum simplum parti, & triplum fisco, vt in authen. vt litig. iurent. §. & hoc quoque. Bartholomæus de Capua.

LXXXIIII.

1 *Iurisdictionem quis non perdit quousque non est contumax in iustitia reddenda.*

1 ALlegatur l. si aliquos. C. de offic. præfect. prætorio, quòd quandiu † quis non est contumax in reddendo iustitiam, non perdit iurisdictionem, nec iurisdictio transfertur ad alium. ad idem extrà, de statu monacho. capit. cum in singulis. quod facit pro repræsaliis siue laudibus quæ consueuerunt concedi pro contumacia alicuius domini, vt xxiij. quæstio. ij. capit. dominus noster. Bartholomæus de Capua.

LXXXV.

1 *Fiscus an cogatur ostendere quinternos feudatario, qui soluit, & apocham solutionis perdidit, vt videat an in eis sit scriptura ipsius solutionis.*

1 POne, feudatarius † soluit adoham procuratori fisci, & facta fuit apocha, seu quietatio, quam postea feudatarius perdidit, modò ipse petit à fisco, vt ostendat quinternos suos ad videndum si est ibi scriptura ipsius solutionis, quæritur nunquid fiscus cogatur ei ostendere? & dicitur quòd sic, vt in l. si aduersarius. C. de fide instrumentorum. Barth. de Capua.

LXXXVI.

1 *Audientia testium si à iudice sit commissa, quis citabit partem ad videndum iuramenta testium?*

1 SEd ecce quòd iudex † commisit audientiam testium, quis citabit partem ad videndum iuramenta testiũ? Et videtur quòd ille, cui facta est commissio. argument. cap. præterea. de offic. deleg. & de iurisdictione omnium iudic. l. ij. In contrarium videtur per l. Iudice. C. de fide instrumen. vbi dicitur quòd iudex qui commisit. argumen. ff. de fideiuss. cap. constitutus. & not. in cap. in nomine domini. de testib. & est verum, & ita de facto iudicatum fuit. Barth. de Capua.

LXXXVII.

1 *Vxor an debeat habere quartam de rebus ecclesiasticis, quas tenet vir in emphyteusim ab ecclesia, & quid de bonis feudalibus?*

1 SEd † nunquid mulier debeat habere quartam de rebus ecclesiasticis, quas tenet vir in emphyteusim ab ecclesia? certè non. quia non transit ad extraneos, nisi sit dictum in concessione, vt in authen. de non alien. §. emphyteusim. Sed consilium est quòd mulier faciat sibi concedi quartam in rebus illis, & faciat sibi donari per stipulationem, ita vt mortuo viro, licet non possit habere quartam, vt in dict. §. tamen habebit æstimationem rei. arg. infrà de cond. appo. l. j. in fine. quia agit contra hæredem, tanquam re euicta secundum diuersas sententias notatas. ff. de dona. l. Aristo. §. final. & infrà, de iur. omn. iud. l. j. & de euict. l. ij. nam quòd res ipsa non debeatur, sed æstimatio re euicta, vt quia est campus Martius, & basilica, vt ff. de legat. j. l. apud Iulianum. §. fina. Item quarta debetur etiam si vir nõ moritur naturaliter, quia est occisus, quia hominis casus est mors, licet non contra, vt ff. ad leg. Aquil. l. proinde. Non obstat l. si ab hostibus. §. si. ff. solut. mat. quia illud est, quia maritus occidit vxorem, vnde propter illud delictum puniri debet, & ideo non debet consequi præmium. ff. de interd. & releg. l. relegatorum. Sed nunquid mulier debet habere de bonis feudalibus quartam? dic quòd non, vt in vsibus feud. de inuest. de re alie. fact. cap. j. in fin. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Et vide Andr. in dict. capit. j. in fin. & Lucam de Penna in cap. Regni. & si frequenter, vbi refert & sequitur And. ibi Petrus de Monteforte in consti. Reg. constitutionem, & ibi dixi.

LXXXVIII.

1 *Dotis in instrumento si patior quòd scribatur me plus recepisse nomine dotis, quàm receperim, videor pacisci, quòd illud superfluum petere possim.*

1 AD vnum aduerte, quod est singularissimum, quòd si patior † quòd in instrumento dotali plus scribatur me recepisse nomine dotis, quàm receperim, quòd videor pacisci, quòd illud superfluum petere possim. casus est vnicus in iure, in l. si voluntatis. C. de dot. promiss. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Aliqui ita etiam referunt & tenent in l. si ante. ff. soluto matrimo. Ioannes Baccan.

LXXXIX.

1 *Hæreditas an debeat restitui hæredi substituti, mortuo substituto?*

1 POne quòd † aliquis instituit sibi hæredem aliquem, & rogauit eum, vt alteri restituat hæreditatem: dein de cũ debuit restitui hæreditas, reperitur mortuus substitutus: Quæro nunquid debeat restitui hæredi istius substituti? & videtur quòd sic, argument. l. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substit. Sed tu dic quòd non: nam nunquam filius substituti admittitur, vt ff. de suis & legit. hæred. l. si ex pluribus. & est gloss. ordinaria infrà de caducis tollendis. l. vnica. §. sed his itaque. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Et est ratio, quia substitutio respicit personam substituti: Ideo eius personam non transgreditur, secus in iure decrescendi, quia fit rei. P. P.

XC.

1 *Creditores primò venientes, an & quando aliis præiudicent.*

1 CIrca † materiam l. final. §. & si præfatam. C. de iure deliberandi. sic distinguo, Aut plures creditores sunt eiusdem tituli, aut diuersi. primo casu creditores primò venientes aliis non præiudicant, si possessorio agatur, si petitorio, vt quia petunt se immitti in possessionem ex secundo decreto, & sic efficiuntur domini, tunc cæteris præiudicatur, vt hic, & ff. ex quibus causis in possess. ea. l. Fulcinius. §. illud. Secundo casu, quando ex diuersis titulis sunt creditores, tunc aut sunt priuilegiati, aut non. primo casu præuenientes cæteris præiudicant, quia licitum est eis vigilare, vt meliorem conditionem suã facere possint. & sic intelligitur de his, quæ in fraud. cred. l. pupillus. Secundo casu non præiudicant præuenientes priuilegiatis: nam tunc priuilegiati exigent ab his, qui primò exegerunt: & hoc per l. res quæ. de iure fisci. Bartholomæus de Capua.

XCI.

1 *Hæres non compellitur pretium soluere creditori, etiam si paratum*

tum emptorem inueniat, & sufficit ei dare rem pro pretio in solutum.

1 Lex fin. §. si verò eiusdem. C. de iure deliberan. est in argumentum ad quæstionem de facto,† quòd hæres non compellatur pretium soluere creditori, etiam si paratum emptorem inueniat: & sufficit ei dare rem pro pretio in solutum, quia posset damnum consequi, cùm oporteret eum de euictione cauere. Et tamen §. iste negat eum debere in damno morari, vt in fine huius §. Bartholomæus de Capua.

XCII.

1 *Infirmus seruiens si à domino expellatur, conualescens non tenetur ad dominum redire.*

Nota argumentum in l. j. §. sed scimus. in ver. inconsueta. C. de Latina liber. tollen. pro scutiferis infir-
1 mis† expulsis à domino de domo sua: nã si conualescunt, non tenentur redire ad dominos, & ad seruitia eorum: arg. hîc, quia non expellendi sunt infirmi, cùm seruire videantur licet per ægritudinem seruire non possint, vt ff. de vsufructu. l. arboribus. §. de illo. & dic vt ibi dicitur. & not. ff. de leg. l. j. Barthol. de Capua.

XCIII.

1 *Priuilegium, in quo continetur Regem concessisse Cancellario vnum castrum, quod se concessisse Rex negat, apud eundem Cancellarium sigillum Regis tenentem repertum, an videatur esse falsum? Et quid si sigillum non teneret?*

Per l. j. §. ille etiam. C. de Latina liber. tollen. fuit de-
1 terminata quæstio de facto. Dominus noster † Rex habet Cancellarium, qui Cancellarius tenet sigillum D. Regis, modò inuenitur apud istum Cancellarium vnum priuilegium, in quo continebatur, quòd Dom. Rex concesit isti Cancellario vnum castrum: & in rei veritate nunquam illud castrum fuerat sibi concessum per D. Regem, & Rex hoc negat: erat in quæstione, nunquid videatur esse falsum tale priuilegiũ? & certè per §. istum fuit determinatum q̃ sit falsum. Secus enim fuisset, si iste Cancellarius non habuisset sigillum ipsum: quia tunc non præsumeretur esse falsum priuilegium illud. vt arg. ff. de fur. l. si fullo. §. fi. Bartholomæus de Capua.

XCIIII.

1 *Ab actis interdum receditur.*

1 Nota † quòd interdum receditur ab actis: vt ff. de pet. hæred. l. si patris. Interdum non, vt in l. omnes. versic. ita tamen. C. de quadrien. præscript. & ff. de testamen. l. sancimus. & C. de patr. pot. l. j. nisi cõtrarium probetur, vt in scripturis aliis eueniret, vt C. de probat. l. cùm pactum. Barth. de Capua.

XCV.

1 *Sententia lata sine consilio assessoris de iure Regni an sit nulla?*

Nota in l. cùm sententiam. C. de sent. quòd valet
1 sententia lata sine † consilio assessoris. Non obstat cap. Regni, quod non vult procedi in cognitionibus causarum, & condemnationibus, sine cõsilio assessoris: quia stat in finibus suis, non annullando sententiam: arg. l. quibus. ff. de re iudic. & l. Barbarius. ff. de offic. præsid. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Lucas tamen de Penna in dict. cap. Regni, Item in cognitionibus. tenet contrarium videlicet, quòd non valet: quia dictum cap. prohibet, & loquitur per verba negatiua: secus si per verba affirmatiua loqueretur, putà quòd aliquis faciat aliquid cum consilio alicuius. Sed non sic loquitur dictum capitulum, sed quòd non faciat sine consilio assessoris. Et idem Lucas de Penna in capit. Regni, Item caueant. sub rub. vt non incarceren. pa. da. fid. refert Bartholomæum de Capua hîc, & tandem concludit contra eum, quòd non valeat.

XCVI.

1 *Iudex à quo, debet dare processum parti non petenti. Et quid si præcipit notario vt daret, ille autem non dedit in termino, an iterum possit peti, ne tempus illud sibi currat?*

Nota in l. eos. in fi. C. de appell. quòd iudex à quo
1 † appellatur, debet dare processum parti non petenti. Sed pone ad quæstionem de facto, quòd iudex præcipit notario, sicut sæpe etiam fit, vt daret processum in scriptis parti. Iste talis iuit ad notarium, quòd deberet dare, sicut præceperat iudex: non inuenit eum, quia iuerat extra terram, & sic elapsum est tempus, infra quòd debebat dari processus iudici appellationis, secundum constitutionem Regni, & C. de appellationibus. l. præses. Quærebatur nunquid posit iterum petere, vt tempus illud nõ currat sibi? Et videbatur prima facie, quòd non: quia iudex hoc præceperat notario, vt fieret: & sic fecit, quod debuit. Sed tu dic quòd sic: & ita fuit determinatum. arg. d. l. præses. & ff. mand. l. si procurator. §. si tutores. Bartholomæus de Capua.

XCVII.

1 *Appellans si petat apostolos à iudice à quo, iudex præcipiat notario, vt illos det: notarius verò distulerit, quousque sint elapsi quinquaginta dies, an appellans sit restituendus, si iudex dicat per se non stetisse, cùm præceperit notario vt daret?*

Pone, vult constitutio Regni, quòd infra quinquaginta dies prosequatur causa appellationis, si stetit per iudicem, qui noluit dare apostolos, ad quod tenebatur, vt C. de appellationibus. l. eos. in fine. non præiudicat ei, vt l. iij. & ideo datur ei restitutio, quòd non præiudicet sibi, quòd tempus est elapsum, vt ff. ex quibus cau-
1 sis maior. l. sed & si per prætorem. Sed pone, † appellator dicebat iudici, Da mihi apostolos: iudex dicebat notario, Ego præcipio tibi, quòd des ei processum. Notarius noluit dare, sed tantum tenuit eum in verbis, quòd elapsi sunt quinquaginta dies. Dicit appellator, Domine, ego peto me restitui, quia stetit per Iudicem. Dicit Iudex, imò non stetit per me, quia præcepi notario quod daret. Respondeo, per Iudicem stetisse videtur. Non enim sufficit, si præcepit notario, quòd daret, sed ipse debuit dare, per literam valde pulchram ff. mand. l. si procurator. §. si tutores. & sic dixi de facto. Bartholomæus de Capua.

XCVIII.

1 *Statutum quòd non debeat extrahi frumentum, an prohibeat, quòd non possit deportari ab alia vrbe Neapolim, & ex ea postea aliò?*

Nota ex l. si quis. C. de ædificiis priuatis. quòd si sta-
1 tutum est in ciuitate Neapoli, † quòd non debeat extrahi frumentum, tamen si deportetur ab alia vrbe, vt ab Auersa, potest deportari ad terram istam, posteà portari aliò. Bartholomæus de Capua.

XCIX.

1 *Damnum si sit datum Neapoli, an ea ciuitas teneatur ad satisfactionem damni non comperto latrone?*

1 Quæstio talis est: † Aliquis in territorio huius ciuitatis Neapolitanæ fuit disrobatus, ita quòd ciuitas Neapol. non capto latrone tenetur ex forma constitutionis, vel alterius statuti ad restitutionem damni: dic quòd etiam probari potest de iure communi, vt ff. de incendio, ruina & naufragio. l. ne quid. Bartholomeus de Capua.

ADDITIO.

Aduerte in facti contingentia, ne erres: quia ciuitas Neapol. est exempta à condemnatione damni, vel homicidij clandestini: virtute capituli Regis Ferdinandi primi, numero 13. fol. 23. per quod statuitur, quòd contra Neapol. vel ipsam ciuitatẽ Neap. non possit procedi pro damno,

vel delicto clandestino, non comperto malefactore: sed bene comperto malefactore procedatur contra ipsum ad punitionem,& damni satisfactionem, secũdum quod iura constit.& capit.Reg.mandant. Marcel.Bonus.

C.

1 *Carcerari quibus casibus quis debeat?*
2 *Graue scelus quod dicatur? Et an hoc casu quis sit in vincula coniiciendus?*
3 *Falsarius accusatus de iure canonico in carcerem truditur.*
4 *Constitutiones possunt dici ius ciuile Regni.*

1 Ponuntur in carcere accusati omnino: primò vt in l.ij.C.de exhibend.reis.& C. de custodia reorum.l. ij.Item ratione fugæ,vt ff.ad Syllanianũ.l.lege Cornelia. cum similibus. Tertius casus ratione confessionis.ff. de custod. reorum.l. si confessus est. Quartus casus,si non potest dare fideiussores,vt eod.titu.l.diuus. Quintus casus,si sit graue crimen, & scelus, vt in prædicta l.diuus.
2 Sed quod dicitur graue scelus? dicas illud,quod pœnam mortis, vel membri abscisionem inducit. quod est in quibusdam criminibus, vt membrum abscindatur. & inter alia,vt C.de seruis fugit. l. si fugitiui. & in authentic.de mandat.princip.§.testes. Sed nunquid simpliciter per graue scelus sit vinculandus, vt sic in vinculis causam dicat? Respondeo, non: sed considerandus est honor, facultas, & innocentia accusati, vt ff. de custodia reo.l.j. Quid enim si diues est accusatus,& in honore positus bonæ famæ, nunquid statim eum tradas in carcerem, absque aliqua præsumptione, non leui etiam in prædictis criminibus?& certè videtur: & maximè patet in prædicta l. ij. C. de custodia reorum Item si iudex videret eum per honestos testes conuictum, & ante aperturam testium,vel confessionem suam, quæ non est plena probatio, cùm non statim stetur nisi perseueretur, certè detrudet eum in carcerem.& sic etiam potest intelligi dict.l.ij.& C.vbi sena.l.quoties.& C. de custod. reo-
3 rum,ibi,cum de admisso,&c.De iure † autem canonum, reperio accusatum falsarium trudi in carcerem. xix. distincti.capit.in memoriam. extrà de appell. cap. ad audientiam.aliàs cõmittitur fideiussoribus. extrà,de fideiuss. c. literas. nisi sit suspectus.c.grauis.de deposi.& hæc sunt necessaria ad sciendum,maximè pro cap. prædicto de reformatione Regni, quod vult huiusmodi iura ciui-
4 lia reformari: quanquam † & constitutiones ius ciuile Regni dici possint,vt C.de sum.trinit.l.cũctos populos. Bartholomæus de Capua.

C I.

1 *Custos carceris à quo debeat habere salarium?*

IN titu.de custo. reo. C. dicas † quòd custos carceris debet habere salarium ab illo, qui facit custodiri. vt not. in l.fi.C.de erog.mili. anno.libr. duodecimo.Bartholomæus de Capua.

C I I.

1 *Custos carceris frangens carceres & captiuum dimittens, qua pœna teneatur?*

1 Nota in l.iubemus.C.de priuat.carcer. quidam † custos carceris pretio,vel gratis,vel alio modo fregit carceres, dimittens quendam captiuum, quæritur qua pœna puniatur? Et dicas quòd tenetur pœna legis Iuliæ maiest.vt ff.ad leg.Iul.maiest.l.cuiusque dolo.nota,quia hunc casum vidi de facto. Barthol.de Capua.

C I I I.

1 *Notarius si antequam perficiat instrumentum efficiatur iudex, an illud postea perficere vel subscribere possit?*

Dic in l.si quis decurio.C.de falsis. quòd si notarius
1 † suscepit contractum, & antequam conficeret instrumentũ,factus est iudex: vel econtra iudex antequam se subscribat instrumento,finitus est annus, & definit esse iudex, sicut fit in Regno per constitutionem ipsius,nihilominus an possit se subscribere, vel notarius facere instrumentum? & per l. illam fuit determinatum quòd sic. Nam hic erat decurio, & ante fuerat tabellio, & tamen facit ea quæ notarius facere debet: arg.ff. de eden. l.si quis.§.ij. Item quia nihil de nouo facit: sed quod factum est explicat.ff.de dona.inter vi.& vxo.l.si donationem.§.si sponsus.ff.de testa.l.hæredes palam.§.sed si notam.& not.ff. de furt. l. si is qui rem pignori. Bartholomæus de Capua.

C I I I I.

1 *Vniuersitas, vel mulier coniugata in qualibet causa potest procuratorem constituere, an idem poterit eius aduersarius ex illius persona?*
2 *Criminali in causa quis per procuratorem litigare non potest.*
3 *Pupilli beneficium in alio termino ponendi & eius aduersario competit.*

Pone in l.fi.C.de iniuriis.Const. Regni dictat,quòd
1 mulier † coniugata,vel vniuersitas in qualibet causa potest procuratorem constituere, vt in constitutione,in quibus cau.l.j.nunquid ergo aduersarius suus idem poterit ex persona illius, vt possit constituere procuratorem? & cùm de hoc interrogatus fuerim à Iustitiario prouinciæ,dixi,quòd sic,sicut aliàs.C.de temp. in integ. rest.peten.l.petendæ.& l.fin.C.de fruct. & litis expen. & quæ res pigno.obl.pos.l.Aristo. Nam qui per alium facit,per seipsum facere videtur.ff.de admi.tuto. l. ita au-
2 tem.§.gessisse.Et credo † quòd sit regula, quòd in causa criminali nunquam possit quis litigare per procuratorem,vt suprà de procurat.l.fi.ibi, aduersarius, &c.quia iudicia claudicare non debet. ff. de eo quod certo loco.
3 l.quòd si Ephesi.Et similis † quæstio,quòd si in primo beneficio vel secundo,sicut fit in Regno pupillus produxit, quòd aduersarius producere possit,posito quòd aliàs in alio termino illud idem posuerit ipse, vel pupillus contrarium, & non dicitur impertinens. Bartholomæus de Capua.

C V.

1 *Sistere se certa die in iudicio promittens sub pœna, an si se non sistat, possit banniri, & nihilominus cadat in pœnam promissam?*

Facit l.si pro eo. C. ad senatusconsultum Turpil.ad quæstio.de facto.Aliquis vocatus ad iudiciũ,promisit se sistere ad iudicium certa die,& sub certa pœna,adueniente die iste non sistit in iudicio, est in quæstione, nunquid iudex possit bannire eum, & nihilominus cadat in pœnam promissam?& est hic argumen.& quasi casus,quòd ipse possit bãniri,& cadat nihilominus in pœnam illam. Bartholomæus de Capua.

FINIS.

DO. ANDRAEAE DE YSERnia Iuriſconſulti clariſſimi.

I.

1 *Iurans certo die ſoluere, ſi elapſo die ſoluat, an teneatur de ſacramento?*

NOTA argument. in l. Celſus. ff. de arbitris. de quæſtione, quæ ſæpè de
1 facto contingit. Pone quòd† Titius promiſit, & iurauit ſoluere mihi decem certo die, elapſo die ſoluit: quæritur, an teneatur de ſacramento? Et dico quòd non, vt hîc. & ſic eſt ritus Magnæ Curiæ Vicariæ. & ff. de arb. l. fin. & in decret. xxij. q. j. ca. apud miſericordem iudicem. Sed contra. ff. de ver. ob. l. ita ſtipulatus. And. de Yſer.

II.

1 *Conſuetudo, quòd filia ſit contenta portione dotis, an valeat?*
2 *Filius, ergo hæres.*
3 *Pactum quod poteſt, poteſt & lex.*
4 *Pactum factum cum fratre, quòd filia non ſuccedat conſentiẽte patre, de cuius ſucceſſione agitur, valet.*
5 *Intellectus l. pactum. C. de pactis.*
6 *Leges & conſuetudines de iure antiquo dicentes, filiam non debere ſuccedere, valebant, quæ tamen per Iuſtinianum fuerunt correcta.*

1 QVid ſi† eſt conſuetudo, quòd filia debeat eſſe contenta portione dotis, an valeat talis conſuetudo, quia per legem non eſt dubium, ſicut in Regno eſt conſtitutio, in aliquibus? Et videtur quòd non: quia conſuetudo, per quam filius repellitur à ſucceſſione patris, peſſima eſt, cùm meritò ſit vocandus ad ſucceſſionem. C. de inoffic. teſt. l. ſi quando. & eſt contra ius diui-
2 num: quia dixit Paulus, † ſi filius, ergo hæres: vt C. ſi vt minor ſe ab hær. abſti. l. ij. cum ſimilibus. Item diuus Auguſtinus, qui filium exhæredare vult, & eccleſiam hæredem inſtituere, &c. vt notatur C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis. §. j. Et ſic nec lex tolleret ius diuinum. C. ſi contra ius vel vtilit. public. l. fin. in gloſſ. Puto valere conſuetudi-
3 nem: quia† quod poteſt pactum, poteſt & lex. C. de fid. l.
4 fin. in fin. ſed† pactum factum cum fratre, quòd filia non ſuccedat conſentiente patre, de cuius ſucceſſione agitur, valet: vt C. eod. l. fin. ergo & hoc poteſt: quia conſuetudo pro lege ſeruatur, vt Inſtitut. de iure nat. §. ex non
5 ſcripto. † Nec obſtat l. pactum. C. de pactis. quia hîc fuit pactum factum cum patre, de cuius hæreditate ageba-
6 tur. C. de collatio. l. tertia. Item† quia de iure antiquo valebant leges, & conſuetudines, dicentes filiam non debere ſuccedere: ſed per Iuſtinianum corrigũtur, vt C. ff. de leg. hæred. l. lege duodecim tabularum. & de lib. pręt. l. fin. Sed conſuetudo ſuperueniens hanc legem debet ſuperare. ff. de ſepulc. viol. l. iij. §. non perpetuæ. Andræas de Yſernia.

III.

1 *Vxor an poſſit agere rei vendicatione contra poſſidentẽ rem ſuam an ea tantum viro competat.*
2 *Vxor vno tantum caſu dicitur poſſidere, ſcilicet, ad euitandum ſatiſdationem.*
3 *Rei vendicatio poſſidenti datur.*

1 NVnquid† mulier poſſit agere rei vendicatione cõtra aliquem poſſidentem rem ſuam? Et videtur primò quòd ſic, vt C. de procur. l. qui abſentem. glo. tamen in l. doce ancillam. C. de rei vend. videtur dicere contrarium. nam dicit, quòd vir poſſidet ciuiliter & naturaliter, & illi datur rei vendicatio: vnde ipſi viro dari
2 videtur, tum quia nos inueniamus, quòd† vxor vno tantùm caſu poſſidet, ſcilicet, ad euitandum ſatiſdationem, vt ff. qui ſat. cog. l. de die. §. quidam. Item & alia ratione
3 non poſſet dici, quòd vir & vxor ſimul, &c. † quia ei datur rei vendicatio, qui poſſidet vel iure ciuili, vel naturali, vt ff. de rei vendi. l. in rem. at duo inſolidum poſſidere non poſſunt: & ideo vir & vxor rem vendicare non poſſunt, vt ff. commoda. l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. hanc videtur ſentire gloſſ. in dicto §. quidam. And. de Yſernia.

IIII.

1 *Nepos naturalis ex filio legitimo, auo, vel auia ab inteſtato non ſuccedit.*
2 *Fratres naturales ex eadem matre an inter ſe ſuccedant ab inteſtato, & mater eis, & ipſi matri?*
3 *Spurij fratres an inuicem ab inteſtato ſuccedant.*
4 *Naturalis de iure Longobardo dicitur ſpurius, & à ſucceſſione patris repellitur.*
5 *Filij de iure Regni nec ex teſtamento, nec ab inteſtato ſuccedunt, niſi mater ſit deſponſata in faciem eccleſiæ.*

1 NOta† quòd nepos naturalis ex filio legitimo auo vel auiæ ab inteſtato non ſuccedit, vt in l. fi. in fi. C. de natural. liber. in authen. quib. mod. nat. effic. ſui. §. fi-
2 lium autem. Sed nunquid fratres† naturales ex eadem matre ſuccedant inter ſe, ſcilicet, vnus alteri ab inteſtato? & mater eis, & ipſi matri? Reſpondeo, ſic: vt expreſsè habes Inſtit. de ſucceſ. cogna. §. vulgo. & Inſtit. ad Orfic. §. nouiſſimè. & ff. vnde cogna. l. hac parte. & l. ſpurius. in
3 fi. Item ſi ſunt† ſpurij, niſi eſſent tales ſpurij, qui poſſent argui de damnato coitu vt inceſtuoſi, & nati de adulterio: iſti enim nec cognationem habent inter ſe. in auth. quib. mod. nat. effi. ſui. §. fin. C. ad Orfic. l. ſi qua illuſtris.
4 in glo. & in dicto §. nouiſſimè in glo. De iure† Longobardo non dicitur eſſe in hoc innouatum. Licet enim per illud ius naturalis ſit ſpurius, repellitur à ſucceſſione patris, vt in Longobard. de ſucceſ. l. ſi quis habuerit. & ibi notat Carol. Sed conſtitutio Regni videtur obſta-
5 re, quæ vult, † quòd nec ex teſtamento, nec ab inteſtato ſuccedant filij, niſi mater ſit deſponſata in facie eccleſiæ: vnde non habebit plus caſtitatis luxuria. Sed adhuc non obſtat in caſu iſto, quando vult frater naturalis, vel ſpurius ſuccedere fratri baſtardo, vel ſpurio, cuius coitus non damnatur. Andræas de Yſernia.

V.

1 *Tutor an poſſit retinere expenſas, quas fecit in inuentario?*
2 *Tutelæ officium eſt ciuile & perſonale, in quo quis de ſuo erogare non tenetur.*
3 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*

1 VTrum† tutor poſſit retinere expenſas, quas fecit in inuentario? quæſtio iſta de facto fuit Neapoli. Quia dicebat pupillus factus adultus, non potes retinere, quia ad vtilitatem tui feciſti: nam ſi non feciſſes, amotus tanquam ſuſpectus fuiſſes: vnde quæritur, quid iuris? Argumentum eſt ex litera l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. quòd poſſit, & ff. de adminiſtrat. tuto. l. à tutoribus. §. fin. Item quia non tenetur erogare de ſuo.
2 Nam officium tutelæ eſt ciuile, & perſonale, vt ff. de excuſ. tutorum. l. Athletas. §. j. & quicunque ſubit officium ciuile & perſonale, non debet erogare de ſuo, vt ff. de muner. & honor. l. fin. §. perſonale. Item confectio inuentarij eſt connexa ipſi adminiſtrationi. C. de adminiſtrat. tutor. l. tutores. & C. arbitrium tut. l. fin. & quod iuris eſt in vno, eſt & in alio circa connexum, ergo debet recupe-

[libe]rare.ff.de minorib.l.etiam.†Item quia si de suo expenderet, esset sibi damnosum officium, quod esse non debet. ff.quemadmodum testamenta aperiant.l. si quis ex signatoribus.& ita fuit iudicatum.Andræas de Ysernia.

VI.

1 *Fraus & simulatio alienationis ex possessione alienantis præsumitur.*

2 *Spurius si directò emat à patre, semper præsumitur factũ in fraudem. Et quid si per interpositam personam?*

3 *Spurio ab extraneo relinqui potest. Et is bona paterna habere potest, si pupillariter substituatur.*

4 *Bona fides regulariter præsumitur, nisi mala probetur.*

5 *Spurius emens bona, de cuius pecunia emere præsumatur, sua an patris?*

6 *Debitores, qui alij vendunt, & rem semper possident, tenentur, & præsumitur dicta alienatio facta in fraudem creditorum.*

1 NOta†bonum textum in l.& qui sibi.C. de distract. pignorum.contra fraudes, quas faciunt sacerdotes,& illi qui spuriis dare non possunt: Fingunt enim se vendere alicui,&ille post lapsum temporis vẽdit spurio, non tamen pater desinit possidere, quia ipse vult esse vsufructuarius, & tenet rem, licet alij sit facta venditio: hoc ipso enim præsumitur fraus,& non valet: quia nihil videatur alienasse.sic ff.de pignor.actione.l.si nulla.in fi. facit.ff.de probationib.l.qui testamentum.in fin.de leg. 2 iij.l.cùm quis.§.Titi1.Et nota,†quòd si spurius emat directò à patre, præsumitur semper factum in fraudem, vt C.de natur.liber.l.j. si per interpositam personam, tunc similiter non valet:vt ff.de author.tutor.l. pupillus.§.sanè. Si pater vendit bona fide Titio, & ille Titius bona fi- 3 de spurio,credo quòd valeat:quia†relinqui ab extraneo potest spurio,etiam bona paterna potest habere, si substituatur pupillariter, vt notatur in authen. quib. mod. natu. effic.sui.§.fina.Sed tunc nunquid bona fides præsu- 4 matur,vt præsumatur de suo emisse?regulariter†semper præsumitur bona fides,nisi mala probetur, vt C.de euictionibus.l.penultim.Sed in his,qui capere non possunt, videtur quòd mala fides præsumatur, vt in l. j.de natur. lib.facit etiam l.etiam.ff.de donat.int.vir.& vxo. & eod. 5 tit.l.Quintus. Sed videtur† distinguendũ,vt si filius iste est industriosus, præsumamus quòd de suo & bona fide, aliàs de bonis patris,vt C.arbitrium tute.l.si defunctus. nisi pater iugiter possideret facto contractu:vt in l.j. ar- 6 gu.est etiam l.ista ad debitores,†qui alienãt,& vendunt alij,& non desinunt possidere,quia ipsi tenentur, & præsumitur in fraudem creditorum. & facit ad prædicta.ff. quibus mod.pig. vel hypoth.solu.§. superuacuum. Andræas de Ysernia.

VII.

Creditor si dicat debitori, Da mihi decem, quæ tibi mutuaui: Et debitor respondeat, Restituam tibi, nunquid etiam videatur cõfiteri de mutuo, vt eum tanquam confessum mutuum iudex possit condemnare?

2 *Confitens partem debiti, an videatur etiam totum confiteri, & contra eum sit præsumptio?*

1 NOta l.j.C.de pactis pignorum.ad quæstionem, Peto à te decem,†quę mutuaui tibi:tu dicis,ego restituam tibi, nunquid videaris confiteri quod mutuauerim? cùm fortè non possum aliter probare mutuationem,an per hoc probem me mutuasse? Respondeo, sic: quia eo ipso quòd dixit,Restituam, videtur confiteri de mutuo, argu.l. ad solutionem. C. de re iudi. facit quod not.in l.ij.§.si tamen.ff.de verborum obligationib.vnde hoc casu iudex nihil faciat, nisi quòd condemnet ipsum tanquam confessum.ff.de pactis.l.tale pactum.§.qui pro uocauit.ad quod etiam facit l.j.§.sed & si quis.C. de Latina liber.tollenda cum similibus.ibi,nõ.facit.ff. de con dit.institut.l.quidam.Sed hic quæro, quomodo habetur pro confesso, cùm debeat expressè confiteri, & cum causa extra iudicium?ff.de probat.l.cùm de indebito.in fine. Respondeo,videtur ad interrogationem respondisse,cùm dixit, restituas mihi decem,quæ tibi mutuaui:& dixit,restituam : videtur respondere, quòd mutuaui.ff. de interrog.action.l.si defensor.§.qui interrogatus.facit quod notatur ff.de verborum oblig.l.ij.§. si tamen. Sed 2 quid† si confiteris partem debiti, an sit præsumptio, quòd totum acceperis mutuò? Quid si restituis partem rei,quam dico te subtraxisse furto, an videaris confiteri de toto?Respondeo,non.ff. si certum petatur. l. quidam æstimauerunt. argum.contrà, quia si pro parte est debitum, præsumitur totum debitum. ff. de probationibus. l.cùm de indebito.§. si autem pro parte. Andræas de Ysernia.

VIII.

1 *Defensa à tertio imposita illi, cui res per sententiam est adiudicata, ne rem ipsam sibi in dotem lite pendente traditam ingrediatur, an sit parendum?*

PEr l.fi.C. de litigiosis. soluta fuit quæstio Auersana, 1 qua quærebatur: Aliquis agebat† rei vendicatione, petens rem ab aduersario, qui interrogatus, negauit se possidere. Probatum fuit, quòd possidebat, & sic de mendacio conuictus, fuit lata sententia pro aduersario, vt deberet immitti in possessionem : vt in l. fin. ff. de rei vendicat. medio tempore ille reus conuictus de mendacio,illam rem Titio dedit in dotem. Venit Titius, & dicit illi, qui habet possessionem per sententiam iudicis, defendo te ex parte regis sub pœna centum vnciarum, vt non intres in possessionem mihi datam in dotem, siue dotis nomine, iuxta Regni constitut. de spreta defens. Quærebatur,nunquid defensæ debuerit obediri? & videbatur quòd non : Quia iustè possidet, qui authore Prætore possidet. ff. de acquirenda possess. l. iustè possidet. & nemo debet defendi intrare, & possidere rem suam. Sed determinatum fuit per hanc literam, quòd iusta est defensa, & tenetur obedire. Andræas de Ysernia.

IX.

1 *Mulier accusare an possit de nece filij in curia magistri Iustitiarij?*

1 EX ista l.Senatus. C. qui accusare non possunt. obtinui quandam quæstionem. Nam†mulier volebat litigare in Curia magistri Iustitiarij propter priuilegium suum, cùm accusabat quendam, dum volebat vendicare necem filij sui, & ipsa habebat alium filium, qui erat legitimus accusator necis fratris,& sic fuit admissa in curia Iustitiarij.Andræas de Ysernia.

FINIS.

SINGVLARIA DOM. ANDREAE DE CAPVA.

I.

1 *Pastor ouium qui domino dixit, quòd volebat ab eo recedere, & ire ad sanctum Iacobum, sed non dixit, quòd tunc recederet, an teneatur, si oues sint amissæ?*

1 NOta literam in l. Quintus Mutius. §. sed si reus. ff. mand. ad quæst. quæ fuit de facto Capuæ: † Quidã custos ouium voluit recedere à domino suo, & ire ad sanctum Iacobum, iuit ad dominum, & nuntiauit ei, quòd volebat recedere, non tamen dixit quòd recedebat: demum recessit, & oues amissæ sunt, nunquid pastor teneatur propter suam malam nuntiationem? & est argumentum hic, quòd sic, & melius. ff. de liber. agnoscend. l. j. §. secundo. Andræas de Capua.

II.

1 *Officialis conductus ad ciuitatem, vbi plures alii officiales sunt cum diuersis salariis, quodnam salarium habere debeat, si nulla facta sit expressa salarii conuentio.*

1 NOta l. si mater. C. ne de statu defunctorũ. ad quæst. de facto. dominus cuiusdã ciuitatis posuit † in illa ciuitate plures officiales cum diuersis salariis, demum ponit vnum non habita mentione de salario, fuit dubitatum quod salariũ debebat habere iste, qui vltimò fuit positus in officio? Et certè per hunc tex. notabilem fuit determinatum quòd debuisset habere, sicut habuit prædecessor suus vltimus. facit l. excepto. ff. locati. & l. Mela. ff. de aliment. & ciba. leg. quod tene bene menti, rogo te. Andr. de Capua.

III.

1 *Libellus an requiratur in causa appellationis.*

1 SEd nunquid in causa appellationis requiratur libellus? † Tene quòd non, vt in l. j. C. de appellatio. nam vna est & eadẽ cum principali, vt suprà de procura. l. ita demum. nec per appellationem extinguitur, sed suspenditur, & ideo non est diuersa causa. And. de Capua.

IIII.

1 *Appellatus si ad iudicem appellationis veniat, & petat, quòd procedatur in causa, non expectato annali tempore, procedi debet.*

1 DOminus Iordanus allegauit l. final. §. in his. in ver. nulli licentia. C. de temporibus appellat. & dixit, quòd ita fuit determinatum, videlicet si venit † appellatus ad iudicem appellationis, & petierit quòd procedatur in causa, non expectato annali tempore, quòd nõ obstante contradictione alicuius partis appellantis, si viderit procedendum, quòd procedi debet. Andr. de Capua.

V.

1 *Operarius qui non potuit perficere opus in die, propter pluuias superuenientes, an debeat habere mercedem totius diei?*

1 POne quòd operarius operatus † extitit pro aliqua parte diei, qui propter superuenientes pluuias non potuit perficere, an debeat habere mercedẽ totius diei? post multa pro & contra dicas quòd non: nisi paratus fuerit offerre se ad complendam operam, in qua fuit impeditus, vt C. de pignor. l. secundus creditor. Andr. de Capua.

VI.

1 *Bona ingredientis monasterium sicut tacitè per ingressum debentur monasterio, ita tacitè per exitum ipsius reuocantur.*

1 ARgumento l. fina. C. si reus vel accusator. fuit determinatum, quòd † sicut tacitè per ingressum monasterii debentur monasterio bona ingredientis, ita tacitè per exitum ipsius reuocantur. And. de Capua.

VII.

1 *Procurator an admittatur in accusatione, qua dicitur quòd quis extraxit gladium hominis occidendi causa, sed non percussit, quo casu teneatur ad certam pecuniæ quantitatem?*

2 *Absentiæ causas an procurator in causa criminali allegare, & si negetur petere terminum ad probãdum, & quid si non probet, an mulctetur.*

1 IN titulo, ad leg. Cornel. de sica. C. quæritur, ecce constitutio Regni vult, quòd quicunque extraxerit † gladium hominis occidendi causa, & non percusserit, teneatur ad certam quantitatem pecuniæ. quæritur an in accusatione ista admittatur procurator? Post multa dicas, ꝙ sic. nam in casu isto potest quis dãnari absens, vt ff. de pœnis. l. absentem. cum si. ergo per procuratorẽ potest causa agi, vt ff. de procuratoribus. l. seruum quoque. §.

2 publicè. Sed † quid in casu, vbi nõ potest interuenire procurator, nunquid alleget causas absentiæ? & si Iudex dicat, non est verum, an debeat admitti ad probandum? & certè sic. per d. §. publicè. Sed quid si non probauit, nunquid mulctabitur? & certè dicendum est, quòd sic. Andr. de Capua.

VIII.

1 *Donatio si sit facta in spurium, vel similem personam, infra duos menses per consanguineos debet reuocari, pòst excluduntur consanguinei, & admittitur fiscus.*

1 NOta bene literam in l. prima, prope finẽ. C. de naturalibus liberis, si donatio † facta sit in spurium, vel in eam personam, in quam propter turpitudinem ipsius donatio non consistit, infra duos menses per consanguineos debet reuocari. pòst excludũtur consanguinei & admittitur fiscus, vt hic. Andr. de Capua.

ADDITIO.

Alia additio est similis huic, & fuit d. Bartholomæi de Capua. & ita iudicatum fuit in causa Suessana, cuiusdam D. Octauiani de Suessa aduocati consistorialis. Petrus de Monteforti.

FINIS.

SINGVLARIA DOM. FRANCISCI DE CAElesia.

I.

1 *Vrbis fossata ob bellum si sint facta de horto alicuius, an cessante bello terrenum horti reuertatur ad priorem dominum?*

1 NOta l. seruis. C. de episco. & cleric. ad quæst. de facto, quia † ciuitas tẽpore guerrarũ fieri fecit muros, seu fossata per hortum alicuius de ciuitate, quæ postea reducta fuit in antiquum statum: quia fecit pacem cum inimico suo, & dubitabatur an dominium illius horti vbi muri, seu fossata facta sunt reuertatur ad priorem dominum? Et videtur quòd sic. vt ibi, & C. eo. auth. si seruos. & ff. de rerum diui. l. in tantum, in fi. Sed argu. contrà. ff. de solutio. l. qui res. §. areã. Franciscus de Cælesia.

II.

1 *Ciuis potest compelli ad soluendum collectam in eo vico, in quo habitabat, quando collecta fuit imposita.*

1 EX litera in l. Deo nobis. prope fi. ver. quòd si forte. C. eo. ti. potest trahi tale argumentum. ecce imposita † est collecta à domino Rege per Regnum, antequam distribueret per ciuitatem Neap. quidam transtulit incolam suum in alium vicum. Venit modò collector elo-

ctus ex vico, in quo habitabat quando collecta imposita fuit per Regem antequam fuisset distributa per terras, & imponit sibi partem collectæ, taxando eum cum aliis hominibus illius vici, & vult exigere illam sortem collectæ sibi per eum impositæ. ipse allegat, & dicit non teneri soluere, quia non est habitator in eo vico, vbi collector adest, quid iuris? Et litera ista facit, & præstat argumentum quòd possit conpelli ad soluendum in eo vico, in quo erat, cùm collecta fuit imposita. Nam consideramus statum, in quo erat, antequàm dominus prædictus effectus erat orthodoxę fidei, ad hoc quòd compellatur. facit lex expressa ff. ad municip. l. incola. & ff. de iudi. l. si quis post ea. cum similibus. Franciscus de Cælesia.

FINIS.

SINGVLARIA DOM. IOANNIS DE PETRVCIA.

I.

1 *Testamentum cum omni solennitate an valeat, si careat hæredis institutione?*

NOTA in l. hac consultissima. ver. qui in eũdem. C. qui testamen. facere pos. optimam quæstionem, quam fecit Dominus meus, &
1 continuè venit de facto: †Aliquis fecit testamentum cum omni solennitate, saluo quòd neminem hæredem instituit, nunquid valeat? Et certè dicebat ipse quòd non. allegat pro se. ff. de iure codic. l. vltima. Ioannes de Petrucia.

II.

1 *Accusator quando incarceretur, & quando excarceretur.*

DIc in l. in causis, aliàs, accusationis. C. de accusatio-
1 nib. quòd accusator †incarceratur: & eo ipso quòd crimen, quod intēdit, probauit, debet exarcerari, etiam ante reprobationem ex aduerso faciendam. Quia si operatur probatio superueniens, quòd ille qui aliàs non erat carcerandus, carceretur, ergo multò magis hîc, vt in regula, fauorabiliores. Præterea certum est, quòd ratione criminis obiiciendi nemo debet vinculorum pœnam sustinere: ergo si accusator probauit, ratione, quia potest obiici de falsitate testium, non videtur quòd debeat retineri: maximè cùm ipsa reprobatio sit odiosa. Hãc quæstionem ad præsens dominus Nicolaus Ruffus non determinat. Ioan. de Petrucia.

III.

1 *Compensatio an possit opponi domino debitori vasalli, vel emphyteuta, de pecunia ei à domino debita, vt compensetur cum redditu pecuniario, quod annuatim pro feudo, vel tenimento soluere tenetur, ne per lapsum triennij res dicatur in commissum cecidisse ob non solutionem canonis.*

2 *Italica prædia an de iure communi tributaria esse dicantur?*

NOta l. in ea. C. de compensation. ad quæstionem in facto in Roccha Romana. Quidam de dicta Ba-
1 ronia nomine B. Camerarius†domini dictæ Rocchæ Romanæ tenebat ab ipso domino quoddam tenimentum, ex quo debebat præstare quolibet anno certum redditum pecuniarium: Modò iste Camerarius cessauit per triennium, quòd non præstitit redditum, ea scilicet causa, quia dominus tenebatur sibi in dicta pecunia, & liquidum erat debitum: opponebat compensationem, non autem ob contumaciam eius negabat præstare, vnde dominus vult auferre tenimentum prædictum, iudicis tamen authoritate, nũquid possit? Et hîc videtur dici quòd non habet locum compensatio, nec de ea opponi potest: arg. C. de fun. pat. l. j. & C. de iure emph. l. ij. ibi, nulla allegatione quodammodo tributaria videtur. Quod probo sic, quia indicitur ratione patrimonij, & possessionũ: & sic ipsi tenimento, & feudo, & non ipsi personæ, vt in consti. regni, consuetudinem. in fi. ergo, &c. vt C. de fund. pat. l. fi. & sic non fit compensatio, vt hîc. Sed contrà, vt ff. de censib. l. j. & C. de episcop. & cler. l. de his. Sed dici po-
2 test fortè, †quòd quamuis Italica prædia non sint tributaria de iure communi, tamen in Reg. fortè in feudis, & tenimentis secus: per dictam constitutionem. quod non credo verum, arg. à contrario ff. de offic. præt. l. Barbarius. Vel dici potest, quòd licet non sint tributaria nomine, & cognomine omnia Italica prædia, tamen vt prædicta quasi effectualiter debent contributionem. Illud autem de plano non concedo, quòd habeat locum hîc, & in casu l. ij. C. de iure emphy. dato quòd in bonis emphyteuticis haberet locum compensatio, quia dico quòd haberet locum constitutio Imperatoris. vt in constit. si vasalli, & c. l. si vasallus. vbi dicit, quòd vasallus est submonitus, &c. contractus enim emphyteuticus de iure ciuili est, & de per se, vt C. de iure emph. l. j. & Institu. loca. §. adeò. Sed si dicamus non habere locum cōpensationem, adhuc non tenetur aliquo modo per constitutionem, quam dico hoc casu vendicare sibi locum, si requisitus fuit ante officium fortè, vel in officio. Do remedium, & talem viam: Ecce Camerarius dicat, quòd exegit à seipso, quod potest, & debet facere ad instar tutoris, vt ff. de fideiuss. l. tutor. & de admi. tut. l. in tantum. §. debitor. argu. ff. de neg. gest. l. si nautem. in princ. & de petit. hæred. l. sed si lege. §. sed & si culpa. & C. manda. l. si negotia. vt ponat in rationibus suis, & hoc facto sit securus. Et si vellet, fortè posset dicere post prædicta, ego solui mihi tantum: illum tamen redditum nominando, & stabitur ratione exacti, per l. quoties. §. finit. & seq. ff. de admi. tut. & qui dar. tutor. poss. l. curatorem. Arg. tamen contra in auth. vt hi qui oblig. §. sed & si quis. Ioan. de Petrucia.

IIII.

1 *Fideiussor si quis nominetur, & sit præsens, nec contradicat, obligatur vti fideiussor, si illa cautio redacta sit in publicam scripturam.*

QVid si debeam Sempronio aliquam rem, & dixi
1 sic: † Titius & Mæuius fideiubent pro me: & ipsi erant præsentes, & nihil dixerunt, nec contradixerunt, nunquid isti videantur obligati? Dicas quòd sic, duntamē ista cautio si redacta in publicam scripturam, vt probatur C. de fideiuss. tut. l. iiij. in fi. Ioan. de Pet.

ADDITIO.

Aduertè, quia in §. fin. l. cùm ostēdimus. est casus specialis fauore pupilli: latè examinat Crotus in l. j. ij. charta de verbor. oblig. post alios. Boer. discutit quæst. cccxiiij. Vnum tamen scias, quòd iste §. procedit quo ad minores, quo ad rempublicam, & in causa fiscali. Bellu. in suo Specu. princip. Marcellus Bonus.

V.

1 *Compensatio an habeat locum in contractu emphyteutico, vel in alio contractu, ex quo debetur annuus redditus.*

2 *Compensatio in certis casibus locum non habet.*

3 *Compensans dicitur soluere.*

1 QVæritur in l. ij. C. de iure emphyteut. †Si in contractu emphyteutico habeat locum compensatio, vel in quocunque contractu, ex quo debetur annuus redditus, duntamen non sit publica pēsitatio, prout dictum est in l. in ea. C. de compensation. dicas quòd
2 sic: quia certi †sunt casus speciales, in quibus non habet locum compensatio, qui notantur ff. de compensation. l. si ob negotium. & hic non numeratur inter illos: ergo, &c. vt ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. patre furioso. Nec videtur obstare dicta l. ij. in eo quod dicit, quod debet non interpellatus soluere, & dare, quia satisdedit,
3 & soluit qui compensat, per leges optimas. ff. de verb. significat. l. dedisse. & de liber. cau. l. non tantùm. & l. sequenti. Ioan. de Petrucia.

VI.

1 *Compromissum qui fecit in arbitrum, si posteà coram eo non vult comparere,*

comparere, arbiter potest eum citare ad audiendũ sententiam. Et si non venerit, incidet in pœnam conuentam.

1 PEr l. si contra. C. de arbit. potes sumere bonum argumentum, quòd si ille, qui compromisit, †nō vult venire coram te arbitro, cita eum, vt veniat ad audiendum sententiam: quia si non veniet, incidet in pœnam. Ioan. de Petrucia.

VII.

1 *Feudatarii, qui Baroni tempore debito in anno seruiuerunt, an iterum possint eodem anno ad seruiendum cogi, si Baro iterum Regi seruire compellatur?*

1 EST arg. litera in l. si filia. ff. familiæ erciscun. ad quæstionem de facto sæpius contingentem. Ecce † certũ est quòd Barones huius Regni seruire tenentur domino Regi semel in anno, & similiter feudatarii Baronum semel tenentur eis seruire, vel adohare. Accidit quòd mãdatum fuit domino Iacobo de la Rocca Romana tanquam Baroni, quòd faciet seruitium domino Regi pro isto anno xj. Ind. & sic ipse præstat seruitium Regi, & feudatarij sibi. Modò Rex iterato infra istum annũ xj. Ind. fecit iniungi Baronibus, & prædicto domino Iacobo, quòd præstent seruitium, sub pœna literarum: & sic prędictus dominus Iacobus feudatariis suis iniungit. Dicunt ei feudatarij sui, nos seruiuimus, & præstitimus adoham pro isto anno, & non tenemur amplius pro isto anno: Dicit Baro, & ego non tenebar domino Regi seruire, nisi semel in anno: tamen, sicut ille facit mihi, sic ego vobis faciam. quærebatur quid iuris? Et certè litera ista videtur facere pro feudatariis: & ita fuit determinatum. Quia imperitia Baronum non debet obesse feudatariis, & mutare formam iurisdictionis, vt hîc accidit, & hoc obtinet ff. de euict. l. si per imprudentiam. Quia iniuria facta emptori, &c. Quid vltra? videtur casus l. C. de iure delib. l. si te bonis. Ioan. de Petrucia.

SINGVLARIA DOM. ABBATIS ASSALDI.

I.

1 *Iudex potest capere eum, contra quem de crimine actum est, ante aperturam testium, & non committere cum fideiussoribus.*

1 NOTA ex litera in l. quoties. §. sed qui in crimine. C. vbi senator. quòd † si contra aliquem actum est de aliquo crimine, & cõtra eum proceditur, iudex potest ipsum capere ante aperturã testium, & nõ cõmittere eum fideiussoribus, vt ibi, & C. de exhibend. reis. l. ij. in princ. & est cap. Regni, ab illo inchoandum. & Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, quòd per vnum testem incipit constare. Abbas Assaldus.

SINGVLARIA DOM. NICOLAI RVFFI IVRIS VTRIVSQVE Doctoris.

I.

1 *Res ad aliquem pleno iure spectare quando dicatur?*

1 PRAESTAT argu. l. raptores. ibi, pleno habeat dominio. C. de episc. & cleric. quòd si † quis habet nudam proprietatem, petens in libello, bene petit. Sed arg. contrà ff. de alimen. & ciba. leg. l. libertis. Sol. ille qui habet vsum fructum tantùm, non dicitur habere pleno iure. vnde siue habeat rem quantum ad vsumfructum & proprietatem, dicitur res spectare pleno iure, vt in præallegata l. libertis. siue habeat tantùm proprietatem, vt hîc. Nicolaus Ruffus.

II.

1 *Bannitus tempore sui banni an possit actiones intentare?*
2 *Deportato sunt interdicti actus de iure ciuili.*

1 COllige in auth. Gazaros. C. de hæret. argumentum expressum, quòd † bannitus tempore sui banni potest actiones intentare: & hoc ideo, quia hæreticus incõtinenti banno subiicitur, vt hîc habes. & tamen ante annum actiones sibi competentes intentat, vt patet C. eo. tit. auth. credente. Sed si velles tenere opinionem glo. haberes dicere, quòd bannitus ex ea causa, ex qua condemnatus esset deportandus, actiones intentare non potest: quia deportato æquiparatur, † cui deportato interdicti sunt actus de iure ciuili, vt ff. de orig. iur. l. ij. Sed si bannitus ex ea causa esset bannitus, ex qua dãnatus non esset deportandus, tunc non æquiparatur deportato, & per consequens actiones intentare posset. Nicolaus Ruffus.
(2 in margin beside "test: quia deportato")

SINGVLARIA DOM. BLASII DE MVRCONE.

I.

1 *Castrum siue feudum si petatur cum iuribus suis, an videantur petiti homines feudi, vel castri.*

1 NOta, quidam † posuit in libello, peto tale castrum siue feudum cum iuribus suis, quòd homines feudi videantur petiti, vt in l. ij. ff. de vsuris. secus si vasalli nunquàm fuerunt in vsu, & ita loquuntur ll. contrariæ. & ita respondit Dominus meus interrogatus de facto. Iudex Blasius de Murcone.

ADDITIO.

Considera, quia in omni dispositione siue gratiosa, siue onerosa, dicendo feudum cum iuribus & pertinentiis suis, includuntur & censentur petiti vasalli, & omnia quæ sunt de iuribus feudi. And. in c. j. de cap. qui cur. ven. & ibi Matth. col. ij. & clarius Bal. de rei vendi. l. j. Marcellus. & Math. vbi supra nu. 20. Marc. Bonus.

SINGVLARIA DOM. PAMPHILI MOLLI.

I.

1 *Citatus in causa criminali, si non compareat, punitur in tertia parte bonorum mobilium.*
2 *Debitorum nomina an computentur inter bona mobilia?*

1 COnstitutio Imperialis in Regno dicit, q̃ citatus † in causa criminali, si non comparet, debet puniri in tertia parte bonorum mobilium. Inuenitur quòd condemnatus habet debitorem in centum, fiscus petit tertiam partem illius debiti: quæritur nunquid possit? Et videtur argumen. l. si fideicommissum. §. tractatu. ff. de iudiciis. quòd sic. & ad Trebell. l. j. §. j. cum simi. Econ-
2 trario videtur quòd non: quia † nomina debitorum non computantur inter bona mobilia. vt infrà de re iudic. l. à diuo. §. j. Tu dic secundum Andr. de Barulo, quòd non computantur, per l. de leg. iij. si chorus. §. j. Pamphil. Mollus de Capua.

SINGVLARIA DOM. IOANNIS BACCAN.

I.

Mensura temporis venditionis an attendi debeat, vel mensura temporis traditionis frumenti venditi?

1 NOTA quæstionem quæ fuit Neapoli de facto. Quidam † emit duas salmas frumenti à quodam pro vncia vna: sed venditor non statim cùm accepit pecuniam, frumentum tradidit, sed stetit per mensem, & ita mensura augmentata, vel deminuta est. Modò vertebatur in quęstione, nunquid venditor deberet mensuram ad mensuram, quæ erat tunc temporis, quando vendidit: an ad eam, quæ facta est maior, vel minor posteà tempore mensurationis faciendæ? & certè dominus meus dixit, quòd determinata fuit per Decretalem extrà de censi. cap. cùm quis canonicis. quòd debeat mensuram ad mensuram, quæ erat tunc temporis, quando vendidit. Ioan. Baccan.

II.

1 *Filia coniugata à patre, qui stipulatus est dotem sibi reddi soluto matrimonio morte filiæ, si in vltimis sit constituta, an possit donare, vel legare de rebus dotalibus?*

QVæri consueuit in l. idémque. §. Papinianus. ff. mãda.
1 Martinus † maritauit filiam suam, & dedit filiæ dotẽ, & stipulatus est dotem sibi reddi, si matrimonium soluatur morte filiæ suæ. Modò ista puella in vltimis cõstituta vult donare, vel legare de rebus dotalibus, an posit? Et videtur quòd sic: argum. huius §. cùm sit ei quæsita actio. & ff. de don. cau. mortis. l. Seia. in fin. Econtrario videtur quòd non, vt ff. de pac. dot. l. si maritus. in fi. & ff. de dote præleg. l. Seia. in fine. Ioan. Baccan.

III.

Priuilegio priuilegiati vti potest non priuilegiatus per modum cessionis, si fraus non probetur.

1 NOta in l. quæsitum. ff. de distra. pig. quòd † priuilegiatus à non priuilegiato potest vti priuilegio, etiam per modum cessionis: quia creditor non valens conuenire debitorem suum coram magistro Iustitiario, cessit actionẽ suam pupillo, nisi fraus probaretur: cuius probatio difficilis est. & ita recordor do. Fran. de Cælesia à me consultum de dicta quæstione respondisse, per l. C. de procur. l. qui stipendia. Ioan. Baccan.

IIII.

1 *Alienare prohibitus non potest etiam donare, & an ex causa permutare?*

2 *Venditionis appellatione omnis contractus continetur, ex quo dominium transfertur, etiam ex testamento.*

1 PRohibitus † alienare prohibetur etiã donare, permutare, vel alio modo alienare, per l. sicut. §. venditionis. ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. & facit ad hoc C. de
2 præd. decur. l. j. Quia appellatione † venditionis, omnis contractus continetur, ex quo dominiũ transfertur, etiã ex testamento, vt ibi. ad hoc facit ff. de fundo dot. l. si fundum. & ff. de statulib. l. statuliberi. & ff. eod. l. si debitor. §. si in venditione. licet quandoque permutatio sit permissa ex causa. l. fi. ff. de iure dot. Ioan. Baccan.

V.

1 *Sustinens onera quasi matrimonij, fructus dotis lucratur.*

2 *Fructus vt quis suos faciat, quot requirantur?*

1 SEd quid est? ego habens † filium desponsaui eum cuidam puellæ non viripotenti, & matrimonium fuit de facto subsequutum, & puellam alui, & onera matrimonij supportaui. Postea moritur puella, vel filius meus, repetitur dos, & non est dubium de hoc, nunquid repetentur fructus à me? Et videtur quòd sic per l. dotis
2 fructus. in princ. ff. de iure dot. quia tria † sunt necessaria, vt quis faciat fructus suos, quorũ si aliquid deficiat, non debet lucrari fructus. arg. ff. de transact. l. cum hi. §. prætor. Contrarium dic de æquitate. & ita scripsit dominus Azo in summa tituli. ff. de iure dotium. & C. eo. titul. l. iiij. quia sustinui onera quasi matrimonij, ideo debeo lucrari fructus, iuxta illam regulam, quia qui sentit onus, & emolumentum consequi debet. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Ioan. Baccan.

ADDITIO.

Considera quia dos putatiua ex parte vxoris habet priuilegia dotis. l. in insulam. solu. matri. & l. dotalem. in §. dotali. de fundo do. & ibi gl. Doct. tamen in l. de diuisione. solu. matr. tenent contrarium in terminis de iure. & vide Curt. latè examinantem in consil. lxxiiij. num. 17. de multis priuilegiis, quæ non competunt etiam ex matrimonio putatiuo. Mar. Bonus.

VI.

1 *Emptor & venditor si conueniant, vt res certo pretio empta, antequam à venditore tradatur, sit inempta. Et postea conueniant, vt sit empta nulla pretij habita mentione, an videatur res eodem pretio vendita?*

FAcit l. dotem quæ. ff. de iure dotium. ad quæstio. pone
1 † quòd emi à te rem tuam, & antequàm traderes, cõuenimus vt discederemus ab emptione: postea conuenimus, vt haberem rem illã emptam, non facta mentione de pretio, est in quæstione an videatur illo eodémque pretio res vendita? & per l. istam probatur quòd sic. ad quod optimè facit suprà titu. l. j. plerique. & infrà, de reg. iur. l. quicquid. Ioan. Baccan.

VII.

1 *Intellectus gl. l. si pater. C. de dotis promissione.*

CAue ne gl. in l. si pater, in gl. C. de dotis promissio-
1 ne. perniciosè † intelligas, & si vis eam bene intelligere, referas ea ad casum illius legis, scilicet quando extraneus habebat aliquid de patrimonio mulieris. nam si nihil haberet, tunc videretur donare. & ita loquitur C. de rei vxor. actio. l. j. §. extraneum. & ff. de condi. indeb. l. cum his. §. mulier. Ioan. Baccan. & extraxi de lib. Leonardi de Ysernia, qui fuit Andrææ.

VIII.

1 *Frater an teneatur dotare sororem, & quid de matre?*

1 SEd nunquid † frater teneatur dotare sororem? Videtur quòd non: cum l. si pater. & ibi gl. in ver. paternum. C. de dotis promissio. tantum de patre dicat. Item quia mater nõ tenetur, vt infrà, ti. j. l. nec mater. Sed certè imò tenetur, si soror nõ habeat vnde possit se dotare: & sit soror eiusdem matris, atque patris, vt ff. de admitut. l. cum plures. §. nimium. Et quod dicitur in ti. j. l. cum mater. verũ est si filia habeat vnde possit constituere dotem, aliàs bene tenetur mater dotare filiã suã, per præallegatam l. argu. sumpto à cõtrario sensu, quod est fortissimũ, vt ff. de officio eius cui mandata est iurisdict. l. j. §. huius rei. & notat Carolus in summa Longobar. de success. l. si fratres, aut sorores. & ita tenẽt Bartho. de Capua, & And. de Ysernia in præallegato lib. Leonardi de Yser. Ioan. Baccan.

IX.

1 *Fideiussor de lite exercenda an in criminalibus dari debeat?*

1 NOta in l. qui crimen. C. qui accus. non possunt. q† in criminalibus tenetur quis dare fideiussores de exercẽdo litem. Idem in ciuilibus, vt ibi notatur. Sed dominus Bartolomæus de Capua dixit, quòd de iure Constitutionum non tenetur accusator dare fideiussores: & hoc, quia Imperator voluit inuitare accusatores magis ad accusandum. Item quia dicitur in titu. de his qui fideiussores dare non poss. ne incarcerentur. non

dicit

dicit, quòd teneatur dare fideiussores de lite exercenda. Ego non puto corrigi. ex quo expresse non dicitur, vt C. de testament. l. sancimus. Nam ibi loquitur de fideiussoribus, qui dabantur, ne incarcerentur. Cùm ergo de his fideiussoribus, qui dantur propter litem exercendam, aliquid non dicatur, dicam non corrigi. Ioannes Baccan.

SINGVLARIA DOM. IOANNIS GRILLI IVRIS CONSVLTI CELEBERRIMI.

I.

1 *Filius si præsente patre, & nihil dicente, vxori suæ quartam promittat, an eo mortuo, ad illam soluendam pater teneatur?*

QVAERITVR in l. cùm te. C. de donatio. ante nupt. Pone, † quòd filius, cùm esset in potestate patris, promisit vxori quartam præsente & consentiente patre: mortuo eo, vxor petit quartam sibi dari à patre mariti sui. Pater dicit non teneri, quia quando filius promisit quartam, nihil habebat in bonis: quæritur quid iuris? Et videtur quòd pater non teneatur ad quartam: quia videtur consensisse in eum casum, in quo filius posset esse dominus succedendo patri: cùm votum patris sit, quòd filius succedat patri, & non ipse filio. ff. de inofficioso testamen. l. nam et si. in prin. Sed dominus Bartholomæus de Capua tenet contrarium, scilicet, quòd pater teneatur ad quartam vxori filij. Et quartam dico eius patris, quam filius ab intestato fuisset habiturus. Ioannes Grillus.

SINGVLARIA DOM. MARCELLI BONI, IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS.

I.

1 *Feudi dominus tenens montem, vbi lapides cæduntur, si concedat tot cannas montis cum potestate cædendi cæmenta, si casu multa ceciderint, non veniunt in concessione.*

PER textum in l. cum manu sata. §. sylua. ff. de contrahenda emptione, dicebat dominus Bartholomæus de Capua, quem referunt Doctores legentes Neapo. † quòd si dominus feudi tenens montem, in quo cæduntur lapides, vt est Neapoli, concedit tot cannas montis cum potestate ibi cędendi cæmēta, & pipernos: quòd si casu ceciderunt multa fato, & non manu hominis, quòd ista non veniunt in cōcesione, per istum textū singularem. ita refert dominus Par. quæstione septuagesimanona, numero vndecimo, de reinteg. feud. Marcellus Bonus.

FINIS.

INDEX

LOCVPLETISSIMVS OMNIVM TAM RERVM QVAM VERBORVM, SCITV ET NOTATV DIGNORVM,

quæ in ſingularibus omnium Doctorum in iure ſcribentium habentur, ordine Alphabetico digeſtus.

* *
*

Numeri marginales 1, primum Tomum: 2, verò ſecundum deſignant.

De litera A.

2 Admistratione

Fallit

1 Appel-

De litera B.

1 Benefi-

De litera C.

C.qui

1 Cautela

L

1 Collegium

2 Concluſio

Confessio

De litera D.

De littera E.

1 Episcopus

2 Exceptio

De litera F.

O 4

De litera G.

De litera H.

De litera I.

1 Inducta

2 Intel-

1 Iudex

Q

De litera L.

1 Libello

Marcus

De litera M.

1 Metus

1 Monachi

1 Mulier

De litera O.

De litera P.

2 Permissum

1 Positio

T

De litera Q.

1 Res

De litera S.

1 Scripturam

Sententia

1 Serui-

Syndicus

De litera T.

2 Testis

1 Teſtibus

De litera V.

Verba lib

FINIS.

Series chartarum,

a b c d e f g [illegible] m n o p q r s t v x y z, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y. Omnes terniones, X Y quaternionibus demptis.

14

SINGULAR
Doctorū
Tom. 2.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm